Only vol. of this set

353. Tertius operum Galeni tomus. Librorum principis medicorum Galeni, quos nuper insignes viri felicissimis tralationibus illustrarunt. Tomus . . . recognitus: una cum indice . . . collecto a Joanne Nebriensi Riuirio. 4°. *n. pl.*, [1528?]. [Lyons, Jac Myt?]

Preface dated Lugduni, Cal. Sept. 1528, by Rivirius. Contents (from list on leaf aa2):

De sectis siue introductorium.
De temperamentis.
De inequali intemperie.
De optima corporis confirmatione.
De bono corporis habitu.
De naturalibus facultatibus.
De pulsuum usu.
De motu musculorum.
De dissectione venarum & arteriarum.
De nervorum dissectione.
De tuenda sanitate.
De morborum differentijs.
De symptomatum differentia.
De presagitura. Presagium experientia confirmatum.
De crisibus.
De locis affectis.
De differentijs febrium.
De arte curativa ad Glauconem.
Methodus curandi.
De oculis.
Ars medicinalis.
Epistola Leoniceni de virtute formativa.

Each work has the name of its translator, and the list is followed by another containing the full names of the six translators: Valla, Linacre, Leonicenus, Copus, Laurentianus, and Fortolus—'Hi sunt qui e Barbarorum faucibus Galenum eripuerunt'.

Title in red with woodcut border, with representation of Hippocrates, Galen, and Avicenna; woodcut initials. Early MS. notes, in English, on flyleaves.

Some of the items occur in two different versions, and the trl. of the 'De differentiis febrium' by Laurentianus is printed *twice*.

In contemporary stamped leather binding, repaired.

HALY ABBAS, Liber totius medicine... regalis ... , 1523, of which Dr. O.C.Gruner has kindly deposited his copy here on loan, is printed in the same style - similar (smaller) type and initials, with very similar woodcuts within the title-border. The colophon shows that it, and hence probably this book, was printed at Lyons by Jac. Myt. Oct.1932. W. W. F.

No 4

[illegible]

The beleff of a trew christian [illegible] one god, the father the sonne & holy ghost [illegible] trinitye [illegible]

he made of all [illegible] all [illegible]

[illegible] he is both god & man [illegible]

his father [illegible]

his father [illegible]

[illegible] holy ghost [illegible]

[illegible] the virgin mary [illegible]

he suffered for [illegible]

[illegible] all the torments [illegible]

[illegible]

[illegible] the sacrament of baptisme [illegible]

[illegible]

[illegible] quod ... preceptum e... / ...uenit in ... / cum ipsis ... consist... / ... consensus sufficit ... / ... verbis ... / ... solo ... consistunt.

Plura delicta ... / ... non posse ... / ... prohibitum e. nam ... / ... non omnibus ... / ... succedunt ...

Contractus ... / ... / ... cedente ...

In omnibus rebus ... / ... oportet ... / ... parte ... / ... conditio vendidit ... / ... contrahendi ... / ... consentit ... / ... non potest.

Quecumque ... / ... / ...

. possidere debitori ...
... ea que ad exemplum vendicationis
... itur: quam cum recusata usucapione reddi-
... anno finitur quia temporis cumuletur.
... dotium iudices et interim per etiam per ...
... actio datur ex contractu magistratuum
... municipalium.
C. Cessat ignominia in condicionibus
... nisi ex famosis causis pendeant.
. Actionis verbo continetur in rem per-
... sonam directa utilis prejudicium sicut
... pompo. stipulationes quae etiam pretoriae sunt
... actionum instar obtinent ut damni
... legatorum et si quae similes sunt
... quorum actionis verbo continentur
... actiones incertum utrique actorem
... puta familiae erciscundae communi dividundo finium regundorum
... communi dividundo in possessionem
... et interdicti.
N. Non figura litterarum sed oratione quam exprimunt
... litterae obligamur quatinus placuit
... non minus valere quod scriptura quam quod
... vocibus lingua figuratis significaretur.
... E. Ex maleficio ... et condicio ... tamen quam
... obligatur et ob id agi cum eo ...
... ... pot.
... H. Hereditariarum actionum loco heredes
... legata ... ab herede ceperunt.
. Q. Quotiens lex obligationem introducit
... nominatim cautum sit ut sola ea actione
... etiam veteri eo nomine actione ...
... C. Si ... duae competant actiones
... potius iudicis partes esse ut quod
... ... actione id actor ferre
... ... contendatur.
. I. Is cui sub condicione legatum est
pendente condicione non est creditor sed ex
tunc cum extiterit condicio quamvis eum
qui stipulatus est sub condicione placet
etiam pendente condicione creditorem esse
... eos accipere debemus quod aliquam
... actionem ... tamen ne ...
... ... in ...
... infectum.
... ...

N° 4

The [illegible] here

The beleff of a trew christian

I beleve in one god, the father the sonne & holy gost one [illegible] in trinitye & trinitye in unitye [illegible] the maker of all thinges [illegible] of all & the [illegible] sanctifyer [illegible] nether beynge nether [illegible] I beleve that christ ys bothe [illegible] god & man equall to his father touchinge his godhed & inferior to his father touchinge his manhod whom I beleve to be my onely saviour advocate mediator & redemer, who came from heaven & toke our humane flesh upon him of the pure virgin [illegible] was made [illegible] as [illegible] only [illegible] he suffered for [illegible] both in body & soule all the torments due for the synnes of all the world [illegible] as [illegible] christ nether can [illegible] that [illegible] more [illegible] [illegible] towards [illegible] his [illegible]

I beleve [illegible] [illegible] of [illegible] holy gost [illegible] in [illegible] to [illegible] [illegible] not [illegible] father

I beleve [illegible] the sacrament of baptisme [illegible] & washe [illegible] & [illegible] from the [illegible] of [illegible] by the holy gost [illegible]

Tertius operũ Galeni Tomus.



¶ Librorum principis medicorũ
Galeni, quos nuper insignes viri feli-
cissimis tralationibus illustrarunt
Tomus, exquisitissima cura re-
cognitus: Una cum indice re-
rum effatu dignarum: serie
alphabetica collecto a
Joanne Nebriensi Riuirio ar-
tium liberalium medici-
neq; professore.





¶ Joannes Nebriensis Riuirius Antonio Campegio adulescen‑
ti iuxta docto ac probo Salutem.

Felix seculũ nostrum (si quod aliud vnq̃) dici merito de‑
bet Antoni, bonarum literarũ studiosissime cultor: q̃d
tot tamq̃ excellentes viros protulerit: cum in omnium
artinm liberaliũ palestra: tum maxime in philosophia
ac medica arte: q̃ q̃ sint homini vtiles ac necessarie, id adeo in p̃m‑
ptu est vt disputatione minime egeat. Degenerauerat vtraq̃ non
in sophismata, sed in sophismatũ spurcissimã fecem, et questionum
(vt patris tui illud ingenue mutuer) quodlibeta vilissima. Quam
ob rem non solũ preclara aliquot ingenia: sed etiã nationes pene
integre a philosophia mediceq̃ artis professione deterrebantur:
probroq̃ dabatur si quisq̃ sibi physici nomẽ assumeret. At nostra
tempestate multo aliter vsu venit: quippe ad internitionẽ vsq̃ pro
fligatis barbaris commẽtitijsq̃ cõmentarijs Colonia Rhomana
donati principes Aristoteles ac Galenus, hic Medicorũ, ille Phi
losoohorũ, facilius a Latinis intelligi possunt, q̃ Greci a suis. Va
leãt igitur Arabũ canones, q plus rei medice amaroris ac incõmo
di attulerũt, q̃ loliũ tritico. Nõ possũ grauiter et iniq̃ aĩo nõ ferre
nõ nullorũ superciliũ: q Galeni interpretes Arabes cẽsent: quũ ipsi
sibi nõ cõstent, ac mera somnia fingãt: altercationib⁹ quibusdã fri‑
uolis inter se digladiãtes. Nõ est dubio procul ex horũ nũero claris
simus pater tu⁹, mecenas ac p̃ceptor me⁹: q meũ Galeni volumini‑
bus dedicare animũ mihi cõsuluit: semper in ore habẽs: cui valde
Galen⁹ placebit ille se multũ p̃fecisse putet. Ceterũ quũ hoc anno
Lugduni p̃ricipis nr̃i opa chalcographi prelis cõmittere decreuis
sent hortat⁹, vt in recẽtiorũ trallationũ tomũ indice colligerẽ: quo
facili⁹ res effatu notatuq̃ digne minoriq̃ cũ molestia lectori bene
uolo occurrerẽt: id, tũ q̃ prudẽtissimi viri cõsilio nõ parere religio
esset: tũ ne in adiuuãdis p̃mouẽdisq̃ bonis literis prorsus ĩmunis
essẽ: q̃tũ potui diligẽtissime aggressus sum: mẽstruũq̃ huic labo‑
rem impẽdi. Q̃d claros q̃z viros factitasse cõperio Rusticũ Placẽ‑
tinũ, Leonardũq̃ Legiũ. Porro Michaelem Capellã nõ peniten
dũ medicũ, q in eiusdẽ Galeni antique trallatiõis duos tomos ta
bulas ɔscripsit. Quorũ exẽpla nos ɔmonẽt, vt audacter in hoc v̄sari
negocio nõ dubitauerim⁹: q si ĩuidẽtie morsib⁹ (q̃s declinare nõ fa‑
cile ẽ) petãr: q̃d obstabit q̃ min⁹ et labusculi nr̃i dẽtib⁹, vnguib⁹, pedi
bus ac manib⁹ dilaniẽtur? Scribendi etẽi nullus modus (vt inq̃t
Galenus noster libro de crisibus secundo) mordacitatem effugere
potest: estq̃ id tam antiquũ vt etiam huius rei meminerit Plato.

Sed mihi magna spes arridet. tui noīs auspicijs posse momi friuolam censurā nihilipēdere. Excipe igitur obuijs (vt aiunt) vlnis hoc quantulūcūq3 sit Antoni amicoꝝ integerrime: quod si tibi placuisse cognouero ad maiora me incitabis. Interea pge fauere tuo (vbi vbi terrarū futurus est) Hebriensi. Nec enim vlla inuidia vlusve labor ab instituto deterrebit, si patris tui tuoq3 fauore fulciemur. Bene vale Antoni ornatissime et quantulamcumq3 opellam nostram boni consulito. Lugduni Calēdis Septem. M. D. xxviij.

¶ Libroꝝ Galeni medicoꝝ principis quos hic cōplectitur Tom⁹ Catalogus.

¶ Interpretum huius Tomi nomenclatura.

Georgius Valla Placentinus.
Thomas Linacer Anglus.
Nicolaus Leonicenus Vicentinus.
Gulielmus Copus Basiliensis.
Laurentius Laurentianus Florentinus.
Fortolus Joseriensis.

Italia Germania Anglia.

Hi sunt qui e Barbarorum faucibus Galenum eripuerunt.

Capitũ librorꝝ de locis affectis Index.

Indicis capitum De locis affectis Finis.

Index capitũ librorꝝ de dr͠ijs febriũ.

Index capitum secundi libri.

Indicis capitū de febriū differentijs. Finis.

Capitum libri de oculis Index.

Prima particula quatuor cōtinet capita.

Particula scḋa capita sex continet.

Particule tertie quinꝗ capita.

Particula quarta decem continet cap.

Particule quinte sex sunt capita.

Particula sexta duodecim cōtinet capita.

De litera A.

¶ De litera B

¶ De littera F.

¶ De litera L.

De litera N

¶ De litera O

¶ De litera P.

De litera Q.

De litera R.

¶ De litera T

De litera V.

Indicis Tomi recentiorum trallationum Galeni Finis.

¶ Jacobo Antiquario ducis Mediolanensium secretario Georgius Valla Placentinus. S. P. D.

GAleni medici precellentis de medicine principijs opusculum ad Nicolaum nepotem tuum tibi Jacobe Antiquari latinum feci: quod cum a dialectica ⁊ philosophia: vndeq̈ perq̄ erudi-tus emersit: ad medicine studium se conuertisse nuper accepi: tum quod ad rudes erudiēdos hunc librum insignis imprimis auctor composuit: tum quod non mediocres illinc ad ipsuz nepotem tuum fructus deriuari posse existimarim. Quandoquidem totius fere medicine syluam inde ipsi liceat animo contemplari: ⁊ sese ad eam capessendam conformare: planeq̄ instituere. Quod sane meum in te officium q̄ letus tibi depromam: facile fuerit iudicare: qui pri-stinam inter nos ⁊ iugem norit beneuolentiam: vt in perpetuo tete erga me tenueris officio. Omitto lenitatē in loquendo: sedulitatem in obsequendo: fidem ⁊ charitatem in obeundo: ⁊ quecunq̄ amico profutura intelligas amplexando. Quod sane q̄ in te rarum: tam amabile ⁊ obseruabile. Videas siquidem quosdam sua opinione doctissimos: qui vt ipsi vulgo eruditiores habeantur: sublimes incedant: qui literarum studiosuz quē-quam vix recta facie spectare dignentur: quos dum loquuntur credas singultire: mox vero quom se in quempiam commouerint: adducto supercilio: fronte rugata: contractisq̄ naribus: meras aduersus singulos tristes hypocrite profundunt insanias: ex garrulitate lingulace auctoritatem aucupantes: tumidis crepitantes sermonibus: ⁊ quo sint imperitiores eo petulantiores intueare. Contra vero: nos tuam morum sanctissimoruz suspicimus prudentiam: admirabilemq̄ humanitatem: stilum amamus: reconditas exquisitasq̄ sententias: quas splendida vestit oratio: mollis flexibilisq̄ verborum comprehensio: vt ea tuo propemodum fingi videatur arbitrio: ita fluunt omnia: ita liquescunt: ita nusq̄ adherescunt. His tantis virtutibꝰ fit vt par sit omnes in omnibus liberalibus disciplinis te plurimum obseruare. His ego me allectū ad te obseruandū certe scio: hinc quod potui amoris inter nos pignus exhibui. Verū modo iam nos forte verbosiores q̄ necesse est: simꝰ ipsi Galeno cedamus de medicine principijs locuturo: si tamen prius recensuerim: quid ipse apud Ammo-niū philosophū post Aristotelē inter primos habitū: de medicine diuisione annotarim. In libro siquidē diuisionū: omnis (inq̄t) ars subiectū habet ⁊ finē. Itaq̄ medicina subiectū hz corpora atq̄ medicamina: finē vo ad sanitatē corpora perducere. Diuiditur porro medicina in speculandi vim: ⁊ agēdi. Speculandi quidem vis diuiditur in nature ⁊ cause ⁊ signorū explicationē. Agēdi aūt vis in sanatile ⁊ curatile. Rursus nature explicatio diuiditur in elementa: tēperamenta: potentias: humores: ⁊ mēbrorū particulas. Cause explicatio: in proposita: ⁊ capitularia: ⁊ comprehensa. Signorū explicatio: in recordatile: discretile: ⁊ futurorū presagiū quod προγνωστικὸν vocant. Rursus sanatile est in cohibēdo: ⁊ nutricando: ⁊ expellendo. Curatile in reme-dia adhibēdo: victū deligēdo: ⁊ chirurgicā exercēdo. Hec sunt que Ammonius. nūc reliqua inspiciamus.

¶ Claudij Galeni medici ad Medicinā introductorium.

MEdicine artis intentio quidem est sanitas: finis autem: sanitatis ade-ptio. At medicis illa cognitu neces-saria sunt: ex quibus aut absens adduci sanitas potest: aut p̄sens cōseruari. Atqui absentē adducētia sani-tatē: medicamina q̇dē ⁊ adiumenta appellātur: presentē vero conseruantia: salubres vi-ctus. Hec demū ⁊ ipsam medicinam scientiā salubribus: ⁊ morbosis constare: priscorum ostendit oratio. Salubria quidem vocant: que presentem conseruant sanitatem: ⁊ que sublapsam atq̄ afflictam reuocent. Morbosa vero: his contraria. Medico siquidem duplici cognitione opus est: vna q̇dem ad delectū faciē-dum ⁊ assumendū: altera vero ad fugandū. Hinc ēt horū exquisiuere ac inuestigauere scientiā: nec tn̄ oēs idem consentiunt. Sed alij quidem solā aiunt arti experientiā sufficere: alijs autē nō paruz videtur ratio perficere. Hinc igitur ab experientia illegitime exci-tati: empirici nominātur: itidē ⁊ a ratione rationales ⁊ perinde prime sunt he inter medicos factiones. Altera quidem ab experiētia medicaminum petens inuentionē: altera vero a demonstratione: factionis nomē inuenere. Has empiricē ⁊ logicē nominare cōsueti sunt. Empiricē quidē obseruantē ⁊ cōmētantem. Logicē vero siue rationalē: opinātē ⁊ ratiocinātem. Factionibus quoq̄ similes viros protulerunt. Empiricos q̇dē obseruatores: ⁊ cōmētatores earū rerū: q̄ euidētes essent illis q̄ experiētiā cōsectati sunt. Rationales porro ⁊ opinatores siue dogmaticos ⁊ commentores: quicumq̄ se rationi accommodarūt. Institutam vero hoc pacto artem empirici ferunt. quom in multos delabi morbos homines vidissent: alios q̇dem temere ac sponte egrescere: ⁊ senescere animaduerterunt: velut sanguinis fluxu ex naribus: aut sudore: aut alui profluuio: aut id genus aliorū: quorū singulis ad adiumentum: aut detrimentum quispiā perductus est: nec tum quod sensile est: id in causa fe-cerunt. Alios autem quorum morbi causa appareat non tamen ex electione nostra: sed aliquo euentu ac fortuna: sicut si euenerit aliquando lapsum aliquem aut percusso: aut quo quomodo saucium: sanguinem profundere: necnō cupiditate victum: in morbo bibere frigidam aquā. aut vinum: aut huiusmodi quid-piam aliud: quorum singulis ad commodum vel incommodum perducatur. Primam itaq̄ commodo-rum aut incommodorum speciem: naturalem appel-larunt: secundam autem: fortuitam: vtramq̄ vero ipsarum primam circuncidentiam vocauerunt: quod ex improuiso rebus adueniat: ⁊ circum eas cadat: nomen imposuerunt. Aduentitia igitur experientie species est huiusmodi: sin autem cuiuslibet instigatione quom vltro ad experiendum peruenerint: aut in somnis commoniti: aut quoquomodo aliter opinantes. Ceterum tertium quoq̄ experientie genus est imitatorium cum iuuantibus: aut ledentibus: siue vtcumq̄ aut natura aut fortuna aut sua sponte ac monitu ad eosdem rursus morbos ab experientia perducā-tur: idq̄ est q̄ð ipsorum artem imprimis constituit nec tn̄ bis aut ter sed etiam sepius imitaturi p̄fece-rūt. deinde in eisdem morbis idem faciendo inueniē

tes plurimum eandem recordationem: speculationes nominantes iam fidem factam putauerunt et artis partem esse. Postq̃ vero multe coiuissent speculationes: medicina diceretur: vt sit medicina quidem preceptorum huiusmodi aggregatio. Et qui ea aggregat: medicus. Talis autem aggregatio: sua cuiusq̃ perspectio vocata est: que recordatio quedam est eorum que sepius ⁊ identidem prospecta sint. Nominauerunt quoq̃ hoc ipsam experientiam: eiusq̃ expositionem historiam: id enim ipsum per sese obseruanti perspectio: discenti autem quod ab alio fuerit obseruatum: historia est. Sed quoniam in morbos aliquos inciderunt: est quando non preuisis: aut quibusdam cognitis quidem vtantur, sed in locis in quibus medelarum copia non erat. Tum ad experientiam se conuerterunt: auxilium obseruatione sibi aliquod inuenientes: instrumentum ad similis rei transitum: quo vtentes: sepenumero a morbo ad morbum: vt simile idem adiumentum transferũt: ⁊ a loco ad locum: ⁊ a prius cognito auxilio: ad proxime accedens. A morbo quidem ad morbum: vt si ab igni sacro: in serpentia: transitus fuerit. A loco ad locum: vt a brachio ad crus. Ab adiumento ad adiumẽtum: vt in alui profluuijs a pomo ad mespillum. Omnis talis transitus via profecto est ad inuentionem: inuentio vero ante experientiam nusquam est: sed quom quod speratum fuerat ad experientiam perductum est: ab ea testimonio iam fides facta. Hoc nihilo tamen minus vtrumq̃ pluries ac identidem ita habere fuerit obseruatum: experientiam similis transitum secutam exercitationem vocant quod eum qui hanc habiturus sit inuentionem ita arte exercitatum esse oporteat. Cunctaq̃ experimenta ante experientiam inuenisse quibus ad se confirmandum ars indigebat ⁊ que circa euenientia fieri potuere. Hec namq̃ ab experimento ad artis finem est via.

Que rursus ratione duce perficitur ea corporis cui mederi inuestigat naturam iubet ediscere necnon causarum omnium vires in quas cottidie incidens corpus aut sanius at magis q̃ fuisset valetudinarium euadit. Preterea aerum quorũ naturas ⁊ aquarum et locorum et institutionum et ciborum et potuũ et consuetudinum medicum percallere aiunt oportere quo egritudinum omnium causas inueniat et medicaminum vires possit coniectare et de his ratiocinari vt talis rei causam norit ad talem vim auxilium accommodet quod vsui esse cognouerit. Prius enim multifariam exerceri impossibile ei aiunt qui ad medicandum subdubitet quemadmodum in paruo siquidem exemplo id omne tibi licebit intueri. Esto pars corporis aliqua languida et dura et resistens ⁊ tumidiuscula. Hic causam medicum primum inuestigare oportet quur plurimus profluens humor per id quod a natura est in eam partem eruperit exiccatq̃ ipsum ac distendit qui languorem adducebat deinde si amplius profluxerit cohibet ne profluat quod si eam partem ab eo humore immunem nõ reddideris quonam pacto inhibebis quominus profluat? Languidam ergo partem exinanies refrigerando quidem et astringendo atq̃ obturando influere prohibebis calefaciendo autem ⁊ emungendo quod aggregatum fuerit exinanies. ita igitur ab ipsa affectione eis conferens efficitur ostensio non tamen hanc solam aiunt sufficere. Verum et ab egrotantis potentia alteram esse ostensionem et ab etate aliam necnon a sua languentis natura. Alijs hoc pacto etiam ab anni tempore a natura regionis ab institutionibus a conditionibus a consuetudinibus et ab horum singulis sua fieri posse ostensio existimatur. verbi causa quo id exemplo manifestius deprehendas. Esto quispiam acute febricitans ad se mouendum piger corpore grauiter sentiente esto etiam nunc longe turgidior quam prius plusq̃ ruboris habeat sint preterea vene multo turgidiores non dubium vulgo aiunt quin hinc calidi sanguinis copia redundet. Quenam igitur medela aut quenam exinanitio? Multitudini namq̃ hoc aduersatur quod contraria cõtrarijs sint adhibenda medicamina. quo pacto igitur exinaniemus? aut quousq̃? Id enim a sola causa cognoscere impossibile est. Oportet siquidem ⁊ vim: ⁊ etatem: et tempus: et regionem: et cetera que paulo ante dicta sunt: animaduertere. Nam si validis fuerit viribus: ⁊ adolescens etate: ⁊ anni tempus vernum fuerit: et locus fuerit temperatus: non errauerit quispiam si incisa vena sanguinem detraxerit: quantum causa ipsa iubet. Quod si viribus imbecillis ac valetudinarius fuerit: etate ve puer: ac valide pusillus: aut admodum senex: et infrigidis regionib⁹ quales sunt apud Scythiam: aut calidis quales apud Aethiopiam: ⁊ anni tempus: aut valde frigidum: aut valde calidum: ne fit quisq̃ qui ex vena sanguinem mittere audeat: ita sane ⁊ consuetudines ⁊ institutiones ⁊ naturas corporum habent animaduertere: ipsis namq̃ suam cõferentis ostensionem fieri putant. A quibus autẽ cõferentis ostensio dogmaticis est: ab eiusdem obseruatio est empiricis. Predictam enim in febricitante casuum aggregationem quã συνδρομην idest concursum nominare consueuerunt: dogmatico quidem exinanitionem edicit: empirico autem obseruationis recordationem. Nam hoc pacto habentibus: plerumq̃ exinanitionem profuisse animaduertit: quamobrem nunc quoq̃ ea euasurus sperat profuturam. Ceterũ etate nempe adolescentes idoneam euacuationem minime moleste ferre vidit: ex quibus id sepe aduertit. Ita autem vere magis q̃ estate: in loco teperato. necnõ si languenti euacuandi fuerit consuetudo: velut ꝑ hemorroidas: aut nares. At dogmaticus abstulerit certe etiam ob hoc. plus sanguinis a rei natura excitatus. Empiricus autem quod ita sane obseruarit ⁊ in vniuersum in eisdem languoribus eadẽ esse opem medicamina ratus est. Tam dogmatici quam empirici ita sibi assumunt hec: vt circa ea ambigant inuẽtionem. In eisdem enim apparentibus in corpore casibus dogmaticis nascitur iudicatio: vnde curationem inueniunt. Empiricis autem est commemoratio sepe: ac identidem obseruatorum: sane in quibus dogmatici nullum casum apparentem habent qui ostẽdat causam in his percontari nõ detractant: idq̃ principalem causam appellamus: vt si rabidus canis: aut vipera: aliud ve huiusmodi quempiam momorderit: hulcus sane ipsum nihilomagis alijs videbitur hulceribus alteratum aut profecto a principio quom de rabiente cane emanauit: simile videbitur morsib⁹ ab alio factis animali. In viperis autẽ ad primos quidem dies hulcus est alijs simile: postremo aũt quom iam passiones laborauerint quedam eis adueniunt

perniciosa: ⁊ fere tales casus quales qui ex virulentis ⁊ lethalibus oboriri dicuntur animalibus: que nō facilem admittunt curationē: ⁊ que confestim a principio ad postremum vsq; euadunt perniciosa. Quenā igitur huius recta erit curatio? An videlicet exhauriendus qui subiuit aculeus cū corporis discerptiōe eius qui compunctus est? An ad cicatricē agere opȝ ac festinandum vt hec concludantur? Sed hoc aliqn̄ contrarium est. Secant enim sepenumero ipsa si omnino exigua fuerint calidisq; ⁊ acutis: ⁊ ad trahēdū ac exiccandū virus, aptis vtuntur medicaminibus. Propter eandem causam eadem medicamina etiam empirici suscipiunt: nō ab ipsius rei natura ad inuētionem perducti: sed eorum que ab experimento apparuerunt memores. Quemadmodum enim in etatibus: ⁊ temporibus: ⁊ regionibus: ⁊ in vnoquoq; eorū que dicta sunt: curatio ab experientia ipsis cognoscitur: ita in eis causis que principales nominantur. Siquidem vias inuentionis veras esse vtrasq; pariter sibi asciuerunt: nō est q; longiori vtantur oratione. Sed quoniam experientiam dogmatici increpāt: alij quidem vt instabilem: alij autem vt imperfectā: alij vero vt artis expertem. Contra vero: empirici rationem vtpote persuasibilem quidem: sed non veram impugnant. Ob hoc duplex vtrisq; ratio est: ac longius extenditur: accusanteq; ⁊ particulatim defensa: vt que ab Aesculapio de experientia sunt dicta: qui ostendit vt arbitratur nihil sepe idemtidem perspici posse: atq; ita eam prorsus instabilem esse vult: ⁊ ne quidem ad exiguum aliquid inueniendum esse idoneam: necnon ab Erasistrato qui ait simplicia quedā ⁊ in simplicibus ab experientia comperiri: veluti qd̄ stupori portulaca medeatur: nec tamē hec composita ⁊ in compositis idem etiam fieri cōcedit: nō impossibile quidem ipsam omnino inuenire: nec tamē in vniuersum idoneam esse vult. Hec ⁊ huiusmodi sunt que proferuntur ab illis: qui ab experientia concedāt aliquid inueniri: sed culpant ipsam quod vagetur: qd̄ nullo termino cohibeatur: quod longa: (vt ipsi aiūt) disciplina expers sit. Deinde alij qui hanc rationem exercent atq; prosequuntur: nō instabilē neq; nō existentem vt rem aliquam artis expertem esse volunt. Itaq; etiam aduersus has incessentes rationes respondent: ⁊ stabilem ⁊ per se idoneam ⁊ artem ostendere tentant experientiā: ⁊ ijdem multifaria ratiocinatione aduersarios incessunt. itaq; dogmaticis ad vnamquāq; eorū accusationis speciem respōdere necessarium arbitrati: predicantes se corporis naturā tenere: ⁊ egritudinum omniū generationes: ⁊ medicaminū vires: in omnia pariter insurgentes empirici calumniantur: quod persuasione tenus iure procedāt: ceterum firmitudinem nullam habeant cognitionis. Est etiam quando cognitioni sue cedent rem inusitatam tentantes indicare: ⁊ hoc aliquando dantes superfluum rursus coarguunt: hec certe in vniuersum ambigunt empirici pariter ⁊ dogmatici. Speciatim aūt multa in vnoquoq; ipsorum veluti in ijs que ad inuentionem pertinēt: ⁊ in eorū que nō appareant questionibus: ⁊ in eis que in anatome: que in ostensione: queq; in dialectica speculatione laudātur. Instrumēta siquidem hec ipsis incerta venantur. Sed nec quidem empirici anatomen inuenire concedunt: neq; si etiā inueniant: id ad artem percipiendā esse necessariū. At ne quidem ostensionem vllā omnino esse: quod alterū ex altero cognosci impossibile sit: qd̄ cuncta sua indigeant cognitione: atq; incerte natura rei vnius quidem signum esse: neq; porro vlli arti opus esse dialectica: proinde dialectices ad definitiones aliquid cōferre: verū demonstrationem aiunt nō esse principiū vllius incerte natura rei: iā vero ex improbis demōstrationis modis: quibus dogmatici vti cōsueuerūt: aliquid de ratiocinatione in vniuersum dicūt: ⁊ eodē quidem modo: que vero enūciant: inuenire eisdē impossibile esse: neq; ars vlla alia propter id consistit: neq; vita (vt aiunt) humana procedit. Hec autē ratiocinatio: quā apparentē esse aiunt rationē: vtilis quidem ad incertarū occasionū inuentionem. Ita enim ipsi vocant quecūq; generis quidē sunt sensibiliū: nō tamē etiā demonstrauerūt: vtilis etiā ad redargutionem eorū qui audent aliquid in id qd̄ apparet dicere vtilis quoq; in apparentibus rebus ostendere quod despicitur: ⁊ sophismatis occurrendū: a nullo manifesto abstinēs: sed in his semper versatur: nec tamē hic ratiocinatio inquiunt: sed ab apparentibus quidem incipiunt: ⁊ ad in vniuersum incerta procedunt: ⁊ ob hoc multiformis est. Nā ab eisdem apparentibus aliquando ad aliud: quod in numero incertorū sit accedit: hinc etiā dissonantiā sibi inindicabilē prestruūt quā incomprehensibilitatis signū esse asserūt: ita eīn ipsi verā ac stabilē cognitionē comprehensibilitatem vocant: illi autē contrariā incomprehensibilitatem. Atqui incomprehensibilitatē dissonantie causam esse aiunt ad improbandū: dissonantiā porro incōprehēsibilitatis signū esse. Improbationē vero circa incerta proportionē esse aiūt: nō circa apparētia: hinc vnū quodq; apparens testimoniū affert vera dicentibus: falsos vero coarguit. Talia inter seinuicē ambigentes empirici ⁊ dogmatici in morbis eisdē curationē eandē facietes quicūq; se vtraq; factiōe exercuerunt.

De methodicis.

Et qui Methodici appellātur (ita enī se vocant) nō quemadmodum dogmatici: artem doctrina tractandam esse asserunt: verum mihi veterum videntur opiniones citra rationem instituere: artisq; multa opera transformare: hi sane neq; passum locum vllomodo conferre aiunt ad curationis ostensionem: neq; causam: neq; etatem: neq; tēpus: neq; ad egrotationis potentie considerationem: neq; nature aut habitus eius. Excusant sane etiam se ⁊ a regionibus: ⁊ a temporibus: ⁊ a consuetudinibus: a solis passionibus conferentis ostensionem sufficere: asserentes: nihil ab his speciatim: sed communiter: ⁊ in vniuersum apponentes: vocantq; ea etiam communia quedam: hec certe ipsa in omnibus prosequuntur que particulatim tractantur. Et experiunt: alij quidem per victū egritudines: nonnulli aūt omnium duo omnino cōmunia ostendunt: ⁊ tertiū ex ijs mistum: nomina q; ipsis imposuerūt. Astrictionem ⁊ fluorem. omnemq; egritudinē asserunt: aut astrictam aut affluentē esse: aut ex vtroq; mistā. Quod si naturales corporū deiectiones scaturiant: strigmentū vocant. Sin vero adhuc magis ferātur: fluores dicere solent. qn̄ autē ⁊ scaturiant: ⁊ ferantur: in hoc minutionē cōsistere: sicut in oculo inflāmato: pariter ⁊ profluēte. Inflāmationē vero: que strigmētū passio est: quod sola nō sit: sed cum fluore circa vnū ⁊ eūdē locū totuȝ simul mistā efficere passionem. Cōmodi vero ostēsio/

nem in strigmento digestionē. in fluxoribus aūt vt cōtineatur esse genu: si modo ita cōtingerit: inflāmato: digerendū esse aiunt. Profluentem autē aluum: aut oculū: cohibendū: ac continendū. In mistis vero vehementiori: insistendum. nam magis vexanti: ⁊ periculum inferenti hoc est magis ingruenti: occurrendū esse aiunt: potiusꝙ̄ alteri. Quid igitur se nō dogmaticos vocauerunt: ostensione adiumenta prebentes? quoniam scrutantur (aiunt) incerta dogmatici. Nos autem in euidentibus: vt opus est versamur: factionē ꝗ suam ita totam definiunt. Euidentiam eorū que communia sunt cognitionem. Ac ne cunctis alijs artibus communis videatur definitio (illas siquidem euidentiam qualitatum cognitiones esse arbitrātur) ob hoc adiecerunt: que medicine finem consequuntur Ipsorum porro quidam non que consequuntur: sed medicine conueniunt: apposuere. Complures autem vtrumqꝫ coniungentes: cognitionem esse euidentiū: eorum que communia sunt disciplinam asserunt: que medicine fini conueniat: ipsumqꝫ consequatur. Quidam autem (quēadmodum Thessallus) intentionū ⁊ necessariorum ad sanitatem. Sic certe dogmatici indignantur appellari. non enim sibi opus esse incerto aiunt: sicut illi neqꝫ empirici: etsi quod maximū illis est circa euidens: habeant: quod ab illis ostensiōe distinguantur. Nec tamen in ipso circa euidens exercēdi modo se cum empiricis aiunt conuenire: illos enī vt ab incognitis distingui ab incertis: se vero tāꝙ̄ ab inusitatis. ⁊ empiricos quidem in euidentibus obseruationem: se vero ostensionem habere. In his igitur se ab vtrisqꝫ differre asserunt: ⁊ presertim in quibus tempora: ⁊ regiones: ⁊ etates: ⁊ huiusmodi omnia excidunt: que inusitata manifesto sunt. vt illi: censent. Glorie autem causa a prioribus medicis in primis rebus habita. Idqꝫ methodices factionis maximum ac singulare esse bonum aiunt: ⁊ ob hoc seipsos venerari ⁊ admirationi haberi putant: breuemqꝫ vitam asserentem: artem vero longam increpant. Nam econtrario prorsus id accipiendum. Esse enim ipsam breuem: vitam vero longam: quod cunctis falsis ablatis ars prosit. Et si ad communitates omnes nos respexerimus: non longa: neqꝫ difficilis sit medicina: sꝫ facilis: ⁊ aperta: que mensibus sex: aut ꝙ̄ celerrime percipi possit. Ita enim in egritudinibus esse per victum si in angustum: vniuersum valde contrahatur itidem ⁊ in eis que per chirurgiam: ⁊ medicamētariam: quādoquidem in illis quoqꝫ in vniuersum cōmunia quedam inuenire pertentant: medicaminumqꝫ metas numero paucas subijciunt. Proinde quidem peruulgatis sex mensibus nihil negotij habuisse videntur: sed multo citius totam artem ediscere: credidisse: concisamqꝫ disciplinam causa vere cognoscendi temporis: satis suppetiuisse: si modo non mentiuntur. Mētientium vero negligentiam nobis liceat increpare. At quo possit quispiam maxime iudicare: iure ne circa vtile se exececarint: aut recte: ne superfluum tantū effugiant: iam dicere non recusabo. Etenim vero non parua videtur consyderatio: neqꝫ ad rationem vsqꝫ modo procedere: quemadmodum in dogmaticis: et empiricis sunt: vbi de adiumentorum inuentione contendunt: presentem vsum admittentes: verum etiam artis opera vehementer offenduntur. Itaqꝫ ante methodicam factionem necessarium vel maxime adiuuare.

CUm in rebꝰ omnibus administrandis duplex sit iudiciū: vnū quidē qꝺ a ratione: alterū vero qꝺ a manifesto euidētibꝰ manat. Qꝺ a ratione sola proficiscit̄: id sane maiꝰ est: ꝙ̄ ad introducēdū: adhibendū esse videat̄. Nō ergo nūc eius est locꝰ. Alterū aūt qꝺ in euidētia positū est: omnibꝰ cōmune existit hominibꝰ. Quid ergo prohibet hoc nos vti: quod ⁊ primum ⁊ apertum pariter est? Ad introducendum quoqꝫ eis ipsis manifactum est methodicis. Quippe qui nihil aliud ꝙ̄ euidēs extollāt: ⁊ vbiqꝫ efferūt. At p̄ incertū oē inusitatū eē aiūt Age itaqꝫ de his potiꝰ cohijciamꝰ que principales cause nominant̄: iudicij regulā ad ipsum euidēs adhibētes: primusqꝫ methodicꝰ antecedēs dicat. Quid nā frigora: ⁊ estus: ⁊ ebrietates: ⁊ cruditates: ⁊ expletiones. ⁊: inedias: ⁊ labores: ⁊ ocia: ⁊ pulmētorū q̄litates: ⁊ cōsuetudinū cōmutationes: O dogmatici pariter ⁊ ēpirici passim tractatis: vtrū his vos mederi oꝫ affectiones in corporibꝰ dispiciētes: vbi principium nullū taliū prorsus ē? Verū ipsa q̄dē abeūt: qꝺ autē ab his factū in corpore manet: ⁊ huic medicari opꝫ: id em̄ ipsa passio est. Cōsyderādū igit̄ ip̄m cuiusmodi sit. Nā si strigmētū sit: digerēdū: sin autē fluidum: cōtinēdū: a q̄cūqꝫ cā vtrūqꝫ factū fuerit. Quid igitur adhuc causam iuuat? neqꝫ fluido digestione indigēte: neqꝫ strigmēto: vt cōtineat̄: aut omnino nihil: ita sane res ipsa indicat. Silr̄ est methodicis sermo ⁊ de incertis ⁊ de eis q̄ vere ac p̄cipalissime cāe nominātur: ⁊ illa quoqꝫ aiūt esse superflua: passiōe curationē suā iudicāte: etiā si causa vnde emanarit: nō cognoscatur. Hoc autē mō rōnibus ad tempora: ad etates: ad regionesqꝫ trāscēdūt: hic veteres demirant̄ medicos: nisi ita medeant̄: reipsa tā apta. Nam inflāmatio (inquiūt) quō passio fuerit strigmētosa: ⁊ nō sit estas digerētibꝰ indiget adiumētis: sin autē hyēs: alijs quibusdā: vel in vtroqꝫ tp̄e eisdē neqꝫ in puerorū etate digerētibꝰ: senū aūt: cōtinētibꝰ opꝰ erit medicaminibus: ne in Agypto q̄dē digerētibꝰ: Athenis aūt cōtinētibus. Et ecōtrario: in inflāmatione: q̄ fluida passio est: nunꝙ̄ digerētibus: sed cōtinentibus perpetuo opus esse aiunt tam hyeme ꝙ̄ estate: veriqꝫ atqꝫ autūno: siue puer sit egrotus: siue adolescens: siue senex: siue id in Thracia acciderit: siue in Scythia: Ionia vel: vt sit egrotus: nūquid huiusmodi nihil a quicꝙ̄ aiūt proficere: sed incassum hec omnia satagi atqꝫ exquiri quid porro corporis partes? Nunquid ⁊ ipse quoqꝫ ad curationis ostensionem frustra dinoscuntur? aut audeat quidspiam dicere: quod in neruosa quidem parte inflammatio digerēda: sic in arteriosa: aut carnosa: aut venosa: continenda atqꝫ cohibēda? aut omnino si stringmentum in aliqua corporis parte fuerit audeat quispiam dicere: quod non sit digerendum: aut non continendum: quicquid erit fluidū? Quod si nunc partis natura non submutat curationis modum: sed semper iuxta passionis genus adiumentorum est inuentio: incassum est manifesto partis consyderatio: ac methodicus quidem talis quasi per nebulam ac figuram expressus accedat: nunc secūdo loco empiricus ita quodammodo.

De empericis

EGo euidentibus nihil noui antiquius: nec quicquam dicere possum sapiētius eis que sepe prospexi. Quod si quis id qꝺ euidens est floccifacit: quemadmodum quēdam mi-

diuideo: audiuisse sophistam: qui nos ipsum eui/dens magnificantes: cauillationibus admonebat. Ad quem nos. Tu profecto iam victoriam viceris Cadmeam. Sinautez quẽadmodũ a principio te au diui: incertũ inutile esse asserentem: sed sequenda con cedentem manifesta: forte videbor ad euidens abs te despectũ inducere. Duo a rabido cane morsi homies ad consuetos medicos ierunt remedia petentes. Ho/rum alterius exiguum fuit hulcus: vt totam pellem non videretur discerpsisse: is autem curationem adhi bebat: hulcus solum et nihil aliud curans. Itaq in/tra paucos dies sanata pars esse visa est. Alter autez postea q canem rabire nouit: tantum absuit: vt celera/ret hulcus ad cicatricem perducere: vt ei contrarium fecerit: et semper maius efficere studuerit: validis et acutis vsus medicaminibus: ad addictum vsq tem/pus: et perpetuo hoc tempore rabiei medicamina (vt aiebat) ipse eum bibere coegit: atq ita ambobus vni uersum absoluit. Siquidẽ sanus is euasit qui medi/camina ebibit: alter autẽ q se nullo existimabat obli/gari: confestim aquam expauit: et subuulsus perijt. Nunquid tibi videtur principalis causa in ijs fru/stra perscrutata esse? aut ob aliam ne causam ille ho/mo mortuus est? quamq per negligentiã medici cau sam prorsus nullam sciscitantis neq curationem a se obseruatam amplectentis: mihi profecto ob nullã aliam causam: q ob hanc videtur. Sed quoniam eui dentiam sequentes huiusmodi causam nullam prete rire non possunt: ita etiam etatem preterire non pos/sum: et perinde neq euidẽtiam paruipendere. Si qui dem hinc in euidentiam cogimur in eisdem prorsus passionibus non vsquequaq eandem curationez in/dicantibus. Verum est quando tantum distãtes fue runt in differẽtibus etatib⁹: vt nõ quãtitate solũ: aut adiumentorum modo distinguantur: sed toto etiam genere. Pleureticos igitur multos adolescentes et va lidos vidi ego sepenumero: et a nobis ex vena sangui nem emiserunt: verum cuiquam in extrema senectute aut puero admodum paruo: neq vos ausi estis ex ve na mittere sanguinẽ: neq alius vll⁹ vnq. Quid autẽ quõ Hippocrates inquit? sub cane et ante canẽ ope/rosa sunt medicamina. Et cum rursus inquit: estate superiores medicandum esse vẽtres. hyeme aũt infe riores: vtrum nobis verum dicere: an mentiri videa/tur? In vtroq eñi afferendã delectionẽ dubitaturos puto. Mentiri eñi si dixeritis: euidens ipsum flocci/facietis: quod magnificare dicebatis. videtur quidez ita habere verũ: vt Hippocrates dicit. Sinautẽ ipsũ verum dicere asseratis: admittitis tempora et regiões quas inutiles esse definiuistis. verũ puto vos a vestra nunq longe peregrinatos fuisse patria: neq in rigio num differentia vllum fecisse experimentum: aut om/nino scisse: vt quidam sub septentrione non ferant ac cumulatas sanguinis missiones: quemadmodum ne ad Egyptum quidem totumq meridiem. Que autez inter hec sunt media: manifestũ sepe a sanguinis mis sione sumunt auxilium. Idcirco ne corporis quidem partes consyderatis. Quam admirabilis hec ratio vestra mihi videri solet: et vehementer absurda: non vera dicentibus modo: sed etiam illis que a nobis aguntur prorsus contraria. O dij immortales huic si inflammatio fiet: eadem indigebit curatione: siue i lacerto: siue in ore: siue in oculis fuerit. Quidnam igi tur aliquando vos prospexi in lacertis inflammatio nes vulsella: ac scalpro abstergere: et melle irrorare? In oculis autem nunq: quid autem oculos obstypã tibus medicamini? medicaminibus inflammatos? nunquid lacertos ijsdem inungitis? quid porro au res inflammatas: nunquid oculorũ medicamini ad iumentis? quid oculos: nunquid aurium? Atqui lõ ge aliud aurium inflammationis: aliud est oculorum medicamen. Acetum siquidem cum oleo rosaceo auriũ est inflammationis presentaneum remedium. Cete rum neminem puto tam dementem: qui oculis inflam matis ipsum audeat adhibere: quod si audeat: non exiguum detrimentum cuz audacia ac temeritate au debit. Preterea gurgulioni inflammato egregiuz me dicamen est spine egyptie fructus: alumen autem tri tum precipuum est. Nunquid igitur hec et oculis in/flammatis: et auribus profuerint: econtrario: extre/mum attulerint detrimentum? Omniaq hec, ego ita affero: vt primum vobis concedam propositũ: quod oporteat in lacertis aut manibus inflammationem digerere: nec tamen etiam oculorũ: aut gurgulionis: aut aurium. Quod si inflammationem que in lacer/tis et manibus non quocunq modo digerendam cõ/memorem: forte cognoueritis: si sapiatis: quantum haberetis: qui autem nunc habetur sermo euidentis est recordatio: in quacũq siquidẽ parte nõ vlla plaga inflammatis aliquibus: sed sponte presentem af/fectionem incohoantibus: que plethorice nominatur: nemo censebit particule digestione indigere: ante to tius corporis deiectionem ac euacuationem. Nã pre sentem inflammationem: si id feceris: non modo non liniminues: verumetiam audax eris. Inde est quod tali sane tempore obstypantia: et refrigerantia: ei par ti accommodamus. Quom autem totum corpus de iecerimus: tum etiaz inflammata particula digestio nes tolerabit: quod si hec dicẽs: vt exorsus omnia ha bui vobis orationẽ: nõ persuadeo: tempus mihi vti/q fuerit auerso euidens magnificantibus liberari et bona venia illos dimittere. Hec empirico memoran te accedat dogmaticus et ita ferme dicat.

De dogmaticis.

Forte recte sentienti tibi illa sufficere potuerunt: vbi dictũ est: neq etatem neq tempus: neq regionez: et ne qui dem principalẽ causam partẽ ve cor poris vllam inutilẽ arbitrari: quod si euidentia cõmemorans nondũ per suasit empiricus: sed alia adhuc op⁹ sit oratione: illud mihi apponendũ duco: quo tue fa ctionis propositũ fractũ et imbecillũ esse demonstrẽ. Nempe vos euidentiũ cõmunitatũ cognitionẽ dicen tes audimus. Interrogabã autez ipse vbilibet circa quid cõmunitas ipsa imprimis consistat et quonã pa cto ipsam cognouerimus at id nondum (vt puto) po tuit cognosci causam plane nominãtenus pariter cõ ceditis in rebus aũt ipsis estis differentes quinã siq dem vestrũ strigmentosuz et fluidũ naturalibus ege stionibus dimetiuntur? detentionibus siquidẽ ipsis strigmẽti passionis nomẽ indiderũt immoderatis au tẽ egestionibus fluxus. Alij aũt ex vobis nõnulli im mo equidẽ non pauci in ipsis corporũ affectionibus aiunt esse passiões accusantq grauiter eos qui ad de iectionẽ ac euacuationẽ respiciãt. Mihi aũt vbi vtri q errare videãtur fortassis iam exposuero. Sit autẽ prior nobis aduersus illos oratio qui passiones ege

stionis per naturā esse iudicant: demiror ēm ipsos si
neqꝫ sudores vnqꝫ: neqꝫ vrinas: neqꝫ vomitus: neqꝫ
secessiones plures ꝙ que per naturā sunt in morbis
viderint vtiliter euacuātia ⁊ qđ omniū maxime alie-
nū est si ex narib⁹ quidē fluxū aliquādo morbū eiecis-
se animaduerterūt cuius nō quātitatis modo sed to-
tū genus cōtra naturā exigit. Sudorū autē ⁊ vrina-
rū quecūqꝫ per ventrē aut in vomitu prorūūt genere
quidē nō cōtra naturā neqꝫ tamē immoderata est to-
ta multitudo vt eo quidē vidi quosdā in tantū sudo-
rem excessisse vt culcitras quoqꝫ sudore perfuderint:
necnō alios tantū ex ventre egessisse vt supra triginta
cotylas expleuerit. Sed nō videt͛ horū quicquā tolle-
re quominus egritudinē afferēs euacuet͛ quāquā re-
gule que ad oīa que a natura sunt egestionibus vtē-
ti cuncta huiusmodi fuerint impedienda. Quāobrem
probabiliores quodāmodo esse videtur qui affectio-
nes in ipsis corporibus cōmunitates subijciunt sed
hos quoqꝫ demiror quonā pacto eas euidentes ausi
sint dicere. Nā si ex aluo nō fluēs est fluxus verū cor-
porū affectio ex qua ipsum est fluēs hanc nullo sensu
euidentē esse cōtingit. quo pacto euidētes etiā fuerūt
cōmunitates? Nā ⁊ in collo fluoris affectionē esse pos-
sibile est ⁊ in tenuibus intestinis ⁊ circa ieiunum et
circa ventrē ⁊ mesareon ⁊ multa alia interiora quo-
rū nihil sensu percipere possibile est. non ipsum neqꝫ
ipsi⁹ passionē. Quonā pacto igit͛ euidētes dici pote-
rūt communitates nisi aliquid qđ per signa intelligi
queat euidēs quispiam vocare voluerit? qđ si hoc in
quonā veteres adhuc medicos excellēt? quo pacto ēt
cōfestim ac sex mēsibus artē se docere predicāt? Non
ēm parua vtiqꝫ doctrina indigeāt necesse est ad aliqđ
cognoscendū qđ sensum effugiat. verū qui hoc ex sen-
tētia velit exercere anatomen opus est singulorū que
intus natura tegat doctrina ⁊ naturali nō parua spe-
culatione perdiscere quo singulorū opus ⁊ vsum cō-
sideret. Si quidē priusqꝫ hec inueniatur que in por-
tionibus sunt corporis penitissimi vlli⁹ impossibile
est passionē dijudicare atqꝫ percipere quid porro di-
cetur ꝙ hic ꝓfecto dialectica magnopere op⁹ est quo
aliquid qđ ex aliquib⁹ cōstet ac perficiat͛ manifesto
deprehēdatur. nec vnqꝫ admittēda sophismata nō a
se nec ab alio cōtorta. Est ēm videri vbi nobis inui-
tis aliqñ nobiscū sophismatis cauillamur ⁊ tñ ver-
bi causa ꝗd est fluor clemēter a se ꝗsierint si disserēdi
facultatē tenuerint nec sane id solū sufficere putādū
est qđ a ꝗbusdā corꝝ dictū est fluor affectio quedā cō-
tra naturā est nā nisi quid sit affectio teneamus nihil
admodū plusꝙ pri⁹ cognouerim⁹ nūquid digestio ꝗ-
dā est aut mollities aut rarefactio nō ēm dicētib⁹ ip-
sis audiri quicꝙ manifestū est sed qđ aduenerit nūc
quidā hoc: rursus aūt illud: sepe vero sumat oīa tan-
ꝙ nihil inter se differāt: qđ si quis vbi hec inter se dif-
ferāt: inter se eos docere tētauerit: ⁊ velut corꝝ singula
sua indigeāt curatiōe: audire nullo modo patiunt͛: sꝫ
veteres incessunt: ⁊ carpūt qđ hmōi incassum ac teme-
re definita ita illaboriose ⁊ negligēter circa veritatis
inquisitionē habēt ac neqꝫ qđ cōtracto explicatū con-
trariū sit: molli aūt durū raro quoqꝫ dēsuꝫ audire pa-
tiūtur: ⁊ vt preter hec oīa aliud quiddā est naturales
cohiberi egestiōes ⁊ fluere ⁊ quēadmodū hec ab Hip-
pocrate oīa definita sunt: verū de his ipsis perꝙ pe-
tulanter iudiciū ferūt: ⁊ inflāmationē ita sane vocāt:
durū ac resistentē: necnō dolorē afferentē ⁊ calidū tu-

berculū admodū peruicaciter ⁊ incōsyderate strigmē-
tū passionē esse dicūt: exinde porro alias inflāmatio-
nes implicitas nominēt: velut in oculis vbi cū ⁊ fluo-
re fuerint: necnō in gurguliōe palato ⁊ cicatricib⁹ in-
de supponūt spiramentorū alia quidē rara facta esse
alia spatiosiora: ⁊ ꝓpter hec vtraqꝫ passiones ꝑpes-
sos. Quidā vero nō diffitētur circa vnū ⁊ idē spiramē-
tū vna cōsistere fluorē ⁊ strigmētū quodqꝫ neqꝫ faci-
le cognouerūt ita in omnē prorūūt temeritatē ex his
pauci admodū pati possunt plus de his oībus audi-
re: ⁊ dispicere: vixqꝫ ipsos penitet vt ad id qđ verius
est se cōuertāt. Inter hec igitur quicūqꝫ aliquatenus
accurate de primis ac generalib⁹ passionib⁹ volunt
ꝑdiscere sua scripta esse ferūt: at qđ nūc intre ducēdis
vtile futurā ducim⁹ nō iniuria aduersus ipsos pau-
ca dicēda sunt putē vero aliquid illos etiā a se mu-
tuari id aūt fiet si a cauillatiōe alieni rationē ⁊ ratio-
ne exquirāt. Hoc aūt edicit ratio vt vocata etiā aduer-
sus illos ipsos inflāmatio cōtra naturā turberē dolo-
rē afferēs ⁊ resistēs ⁊ calidus nihilo magis rari⁹ ali-
quid exercēs iuxta suā rationē aut sua parte densius
aut duri⁹ sed plenū fluore superfluo et ob hoc exten-
sum nec tñ si quid oīno extēdatur id dēsius aut du-
rius se affectū est discas nēpe hoc in corijs ⁊ seribus
tricisqꝫ ac loris si prorsus extēdere tētaueris ita etiā
medela impletorū ac inflāmatorū deiectio est ac exi-
nanitio id ēm repletiōi cōtrariū quib⁹ deiectis cōfe-
stim cōsequit͛ vt particule digestiores euadant tenor
porro impletas necessario vt etiā deiectas digestio cō-
sequit͛ dēsitas aūt aut raritas neutrū necessario ⁊ ne
quidē fluor aut detētio neqꝫ ēm si rarū ex ipso tā con-
tinuo fluere necesse est. quid si crassuꝫ ⁊ pusillū fuerit
cōprehēsum ⁊ si neqꝫ dēsum cohibet͛ nā multū ac te-
nue etiā ꝑ dēsos effluit meat⁹. Sati⁹ igit͛ fuerit ipos
quoqꝫ ꝗ a veterib⁹ tradita sunt didicisse quot modis
pri⁹ in particulis tectū rursus eijcit͛. nā rarefacto cō-
prehēdente ipsum ⁊ ipso cōprehēso tenuato ac maio-
ri effecto ⁊ vehemētius moto ⁊ aliquo exteriorꝝ attra-
cto aut ab aliquo interiore impulso ⁊ tāꝙ refluēte ob
aliqđ corꝝ ꝗ intus sunt. Si quis hec oīa trāscēdens
vnā deiectiōis causam esse putarit spiramētorꝝ rare-
factionē videbit͛ euidētia plane ignorare. Nēpe lanā
aut spōgiā aut aliqđ hmōi manifeste intuemur si pa-
rū intra se hūidū habēt tegūtqꝫ neqꝫ dimittūt. Sed
plus refundunt. Quidnā igitur est? nōne in oculis: ⁊
narib⁹: ⁊ ore: alijs ꝙ ita raris: idipsum nouerunt: vt
accidat aliqñ pre multitudine deprehēse in ipsis hu-
miditatis: nō corporꝝ hūiditate effluere? enimuero fi-
delias sepenumero videm⁹ tā raras vt infusa in eis
aꝗ ꝑfluat: ac si mel infundas nequaꝙ affluit. Cras-
siora siquidē mellis essentie ꝙ fidelie spiramēta. An
nō equū erit cognoscere ob tenuitatē sepenumero ali-
ꝗd fluere: vtcūqꝫ ipm cōprehēdēs corp⁹ a nā nō fue-
rit ꝑforatū: ceterꝝ an nō sepenumero nā: ꝗ aīale corp⁹
administrat: ac regit impulsu vehemētiore insurgēs
eo redūdans ꝗcquid est exhausit deiecitqꝫ ꝑinde ac
illidēs ⁊ expellēs? quid igit͛ nō erat difficile accurate
exercitato artis opa cognouisse: multū ēm corporum
hoc pacto finē eiectiōis: reliquas quoqꝫ factorꝝ cau-
sas ꝑtereo. Itidē retētorū equales numero: hic pror-
sus cōtrarias: nō ēm illorū inuitorū talis ratio disci-
plina est. hoc aūt mihi aliqñ vr͛ scire. insuper transeo
posse aliqñ fluitare oculū aut multo fluore aut facta
tenuitate multa: aut ab hac parte nā expellēte corpo

rib⁹ ipsis nihil pter naturā alterati⁹ habentib⁹. Ops sane tenuē fluxū crassum efficere: multū vero deijcere ac euacuare: nature vero motū si opportune sese obtulerit: excipe: neq; oculorū corpa tractare. sicut ne qdē fluoris causa extitere: nā arbitrari inflāmationē qdē strigmētū esse passionē: alterā vero iplicitā: nescio quur eam demēs esse videat̃. primum naq; suoꝝ sunt obliti pceptoꝝ. qd fluidū deiectiōe secernēdū sit: aut strigmētū cohibitionib⁹: sed ad ipsas corporū oportere affectiones respicere. Quom igit̃ prorsus siles euaserint sibi inter se: ⁊ in nullo differre ferat̃: q̄ nūc dicta inflāmatio a pore q̄ q affluat: nūquid nō valde alienū est mistā ⁊ implicitā hāc qdē noiare: illa vero strigmētosam esse arbitrari? deinde ne hoc qdē: qd in prō ptu ppositū fuit ipsis in mentē ratiocinari venit: qd neq; in manu: neq; in pede: neq; in brachio neq; in crure: neq; in coxa: neq; in aliq̄ alia corpis pte icidēs visa fuerit vnq̄ inflāmatiōis spēs hmōi: vt extorsus aliqd effudat. At solis q̄ in ore: q̄ in oculis: q̄ in naribus sunt id eueniat: vtrū Juppiter oibus implicitis cōmunitatib⁹ istituit: vt eaꝝ nulla vnq̄ in nullā aliā corpis partē se immittat: sed oculos tm̄ ⁊ nares ⁊ os oppugnet. Inflāmatio qdē cūcta pōt occupare: q̄ ei⁹ gnatiōis causā excipe inoluerūt. Scire qdē expedit alia natura rara esse alia dēsa: ab alijs qdē aliquid fluoris effundi: ab alijs aūt cohiberi. nā si vtrē ipleas vt aliud id gen⁹ obstrictū liqda re aliq̄ nihil diffluit: at ex spōgia: aut ex re aliqua rara cōfestim qcqd fuerit redūdās effundit̃: qd igit̃ difficultatis afferebat ipsis cognoscere quāto ois alia pellis sit astrictior: ea q̄ ad oculos: ⁊ nares: ⁊ os corpis ptes ⁊ rei naturam apponere: lōgū vborū cōplexū ābagesq; multas dimittēdo. qd aūt hoc ita habeat indicāt nobis: que in alijs sunt particulis: per attractū inflāmationes. nā in illis que tenuiora suis sunt partibus fluitāt: quēadmodū in oculo ⁊ naso: ⁊ ore: idq; tātisp quoad passionis expers fuerit: ⁊ omnis astricta pellis horū nihil refundet: causa huius nō inflāmationis est spēs. Ceterū quēadmodū porro si melle aut liquida pice nō admodū immensa copia: spongiā: aut lanā: madefacies nihil propter liquidi crassitudinē fluitat. Itē si aqua: aut id genus ita tenuibus ⁊ eis parū aspergas ne ita quidē: tū fluitat ob liquidi exiguitatē: ac eadē puto: ratiōe ex oculis nō vsquequaq; aliqd profundit̃: aut ppter liquoris crassitudinē: aut qd nō redūdet: vt pote que scōm naturā habeāt: proinde contingit hoc inflāmationis genus nihil ab alio differre preterquā profluētis essentie crassitudine ophthalmiā que absq; fluore perficere: quā sapiētissimi methodici strigmentū vocāt: ⁊ ab implicitis mistisq; differre putāt suos sermones suscipiētes: quos sursum ac deorsum trāsferūt ad corporata passionū preparationes esse videri voluerūt nō aūt in hūidis cōstitisse quonā pacto igit̃. qn̄ in ipsis corporib⁹ affectio nullā habēs. Sola vero ea que hūida natura: tenuia aut crassa sunt cōsequūtur aliqn̄ quidē fluitare: aliquid aūt aliqn̄ cohiberi d r̃: ⁊ cōmunitates arbitrātur esse differētes. Ita nempe etiā mistū atq; implicitū a vobis intelligētia percipi nō potest: alia vero omnia: q̄ particulatim digerunt̃: nō per victū modo verū etiā per chirurgiā: ⁊ pharmaciā: quecūq; aberrarint nimiū forte didiceritis si hec psuadere nō possint. Sed iam plura loqui desinam quādoquidem ad introducēdū in medicina rudes hec satis multa esse arbitror.

FINIS.

¶ Sanctissimo domino nostro pape leoni decimo. Thomas linacer medicorum minimus. S. D.

Non hanc tibi lucubratiunculam meam: beatissime pater: quasi tuis aptā studijs: dignamve offero: quem totum totius christiane reipublice gubernaculis incumbere omnes scimus sed quod studiosis eam futuram non ingratam sperem: quibus quicquid vsui esse potest: tibi quoq; fore iucundum non dubito. Accedit quod quum recens in me collate non vulgaris magnificentie tue: qua me quoq; sicut reliquos quicunq; te olim comitabamur in ludū: beare es dignatus: non immemorem me aliquo saltem officij genere declarare volui: vnum hoc inter facultates meas: quo id efficere conarer: literarium perspexi genus: quod ⁊ mihi: cui pene preter literas nihil est: ⁊ tibi qui in literis es eminentissim⁹: maxime visum sit congruens. In quo genere: Galeni hic se obtulit libellus: breuis omnino: sed nō minus philosophis quam medicis necessari⁹: qui breuitate sua simul officium meum minus erat moraturus: simul mee in vertendo: quantulecunq; certe tenuis facultatis gustum aliquem tibi prebiturus. Perexigua (fateor) res: nimisq; impar que pro tante benignitatis vel Mnemosyno ad sacram presertim celsitudinem tuam mittatur. Verum ⁊ cuius ipse vicē in terris geris: paupercule mulieris duo minuta probauit: ⁊ mola salsa litare eos qui thura non haberēt proditum non ignoras. Sunt sane mihi plura: maioraq; in manibus: que (vt primum per valetudinem ⁊ ministerij mei officia licebit) si tibi hec non displicere intelligam: sub nomine tuo (modo id non graueris) edētur. Non quo ijs operepretium tibi vllum me facturum autumem (quod scilicet mihi de meo ingeniolo sperare non licet) sed quo ijs: ex prefatione nominis tui: quod merito literatis omnibus est charissimum: gratiam aliquam: authoritatemq; captem: permultum sane si qui erunt qui ex vigilijs meis fructum aliquem percipient. Sanctitati tue debituris: qui tam insigni beneficētia studiorum meorum ocio consulueris. Deū opt. Max. precor diute nobis seruet: atq; incepta tua omnia secundet. Londini. Anno christiane salutis. M. D. xxj. Nonis Septembris.

Galeni pgamensis de tēperamētis: liber prim⁹: Thoma linacro anglo iterprete.

Constare aialium corpora ex calidi: frigidi: sicci: humidiq; mixtura: nec esse horum omniũ parē in temperatura portionē: demonstratũ antiquis abunde est: tũ philosophorum: tũ medicorum precipuis. Diximus autem ⁊ nos de ijs: ea que probabilia sunt visa alio opere. In quo de ijs que Hippocrates cōstituit elementis: egimus. Hoc opere: qđ illi ꝓxime succedit: omniũ tēperamētorũ differētias: quot he: qualesq; sint: siue generatī quis: siue membratī diuidat: inuenire docebo. Summamq; ab ipsa nominũ interpretatione principiũ. Cũ namq; ex calidi: frigidi: sicci. ⁊ humidi tēperatura cōflari corpora dicũt: de ijs: que sũmo gradu sic se habēt: ipsis scilicet elementis: aere: igni: aqua: terra: intelligendum aiunt. Cũ vero animal: stirpem ve calidã: humidã: frigidã: vel siccam: esse: nō itē. Neq; eñ vllũ animal: aut calidũ in summo esse posse: vt est ignis: aut in summo humidũ: sicut est aqua: pari modo nec frigidum siccũ ve in sũmo sed ab eo qđ in mixtura pollet: appellationem sortiri: vocantibus nobis id humidũ: in quo maior est humiditatis portio: siccũ: in quo siccitatis. Ita vero ⁊ calidũ: in quo calidũ frigido plus valet: frigidũ vero in quo frigidũ calido prestat. Atq; hic quidē nominũ vsus est. Nunc de tēperamētis ipsis agendũ. Eorũ igitur: qui tũ medicorũ: tũ philosophorũ maxime illustres fuere: plurimi sane opinati sunt humidũ aliquod calidũq; temperamentũ ab humido et frigido diuersum esse: ac tertiũ ab his siccũ ⁊ frigidũ: diuersũ a sicco ⁊ calido. Nonnulli tamē eorum humidũ: simul ac frigidũ temperamentũ quoddam esse cōcedunt: atq; etiã ab hoc alterum calidum siccũq;. Nō tñ aut humidum simul ⁊ calidum: aut frigidum pariter ⁊ siccum temperamentũ esse. Neq; enim posse aut humiditatem cum abundante calore: consistere: aut cum frigiditate siccitatē: quippe absumi a calido cum superat humiditatē. Itaq; fieri: vt calidũ simul ⁊ siccum corpus euadat. Eandem vbi imbecillus in corpore calor est: incoctam: imperfectamque manere: quo fieri: vt calido vincente: sequatur siccitas: frigido superante: humiditas. Atq; ij quidem his rationibus nixi: duas tantum esse temperamentorum differentias opinantur. Qui vero ea quatuor autumant: bifariam his contradicunt. Alij statim id quod primum petunt, negantes: nempe qđ necesse sit humorem a calido superante digeri. Alij cōtra id quidem assantiũtur: sed alia ratione dissentiũt. Ac priores quidē calidi munus esse: vt calfaciat asseuerant: frigidi: vt refrigeret: sicuti rursus sicci: vt siccet: ⁊ humidi: vt humecte. Proinde corpora: que calida siccaq; natura sint: quemadmodum ignis: ea quatenus calida sunt: excalfacere: quatenus sicca siccare. Que humida calida que sunt: velut calens aq̃: hec non humectare modo: sed etiam calfacere posse: vtraq; qualitate hic quoq; vnum opus idq; ꝓpriũ obtinente. Haud quaquam igitur concedere se: siq̃d calfaciat: idē protinus et siccare: immo si calori humiditas sit adiuncta: non calfacere modo: sed etiam humectare: quemadmodũ balneũ dulcis aq̃. Sin sicuti calidũ: ita etiã siccum corpus sit: veluti ignis: statim id tũ cal facere: tum vero siccare. Non tamen id calori referendũ acceptum: sed siccitati: que simul est coniuncta. Admouent autē hoc loco nos de his: qui sub estiuo sole diutius sunt versati: atq; ita: vt credibile est arefacti: ac totũ corpus siccum squalidũq; habent: intollerabiliterq; sitiunt. Quippe remedium his expeditũ: ⁊ facile dicunt: non vtiq; si biberint: sʒ si calide. ⁊ dulcis aq̃ balneo vtantur. tanquã humiditate: siue ea cum frigore sit: siue cũ calore: suũ munus obire valente: quippe humectare ea que coutingat. Ad eundē modũ ⁊ siccitatē semper aiunt siccare Horeã eñ qui siccus ⁊ frigidus sit ventus: oĩa siccare ac refrigerare: idq; esse dictum ab Homero: vt vero humentē desiccat ꝓtinus agrũ Autumni Boreas. Pari modo ⁊ papaueris lachrymã: ⁊ alia sexcēta pharmaca siccare pariter ⁊ refrigerare. Itaq; nō esse necessarium: si q̇d frigidũ est: idē ꝓtinus ⁊ humidũ esse. Nec si q̇d calidũ: idē statim ⁊ siccũ. Neq; igiẗ calidũ tēperamentũ necessario esse siccũ: immo posse aliq̃n in animalis tēperamēto calidũ q̇dē plus valere q̃ frigidũ: ⁊ humidũ: q̃ siccũ. Quin etiã tũ generationē: tũ alterationē: tũ mutationē: ex cōtrarijs in cōtraria fieri. Quis eñ est: q̃ si dixerit albũ alteratũ: demutatũq; esse: propter ea quod factũ sit calidũ: nō sit ridiculus? Cũ postuletea oratio: nō eã que est in calido ⁊ frigido: sʒ q̃ est in calore: oppositionē. Mutatur eñ qđ albũ est: in nigrũ: ⁊ qđ nigrũ est: in albũ. Rursus qđ calidũ est: in frigidũ: ⁊ qđ frigidũ est: in calidum. Ad eũdē modũ: ⁊ qđ humidũ est: in siccũ: ⁊ qđ siccũ est: in humidũ. Quippe si dicas alteratũ corpus esse: propterea qđ cũ prius esset humidũ: nunc sit albũ: vel cũ prius esset siccũ: nunc sit nigrũ parũ compos mentis videaris. Si qđ prius erat humidũ: nunc factũ esse siccũ: aut qđ prius erat nigrũ: nũc effectũ albũ: aut etiã ex calido frigidũ: aut ex frigido calidũ: vtiq; sapere ⁊ cōueniētia dicere cēsearis. Qđ eñ mutaẗ: q̃tenus mutaẗ: catenus cedere in cōtrariũ debet. Si q̇dē fiebat hic: aut fit. Musicus: ex nō musico dicimus: ⁊ grãmaticus: ex nō grammatico: ⁊ rhetor: ex nō rhetore. Ex musico ṽo grãmaticũ: aut ex grãmatico musicũ: aut ex alio qđ diuersi sit generis: fieri aliq̇d dicere: sane est absurdũ. Potest eñ qui prius erat grãmaticus: nũc musicus esse: vtiq; si Musicē grammatice adiecit: nec grãmaticē abiecit. Atqui siquid acquisiuit: priore etiã manēte: cui non paret: non esse alteratũ in eo quod manet? Ita non ex grammatico factus est musicus. Quippe nunc etiã grammaticus est: sed ex non musico: musicus. Non eñ potest postquã musicus est factus: etiam non musicus manere. Cum igitur omnis mutatio: ⁊ ab cōtrarijs: ⁊ ex contrarijs fiat in contraria: manifestum est etiam humidum si quatenus humidum est: mutetur: tum ipsum siccatum iri: tum quod id siccet: siccum dicendum esse Desinant igitur inquiunt dicere: non posse calidũ: et humidum tēperamētũ esse. Quippe calidum simul ⁊ frigidum esse idem temperamentum: aut humidũ: ⁊ siccum nō potest. Cum fieri nequeat: vt in eodem corpore contrarie qualitates vna cōsistant: humidũ ṽo simul ⁊ calidũ: preterea frigidũ simul ac siccũ: ꝑfecto in eodē cōsistere possunt: sicuti tũ ratio ipsa mōstrauit: tũ (q̃ paulo supra ꝓposita sunt) exempla. Ac talis quidem est prioris propositarum partium ora

tio. Altera pars negat alienū ratione esse: etiā si calidū efficacissimū est quatuor sit: ita vt non in frigidū modo: sed etiam in humidum agere possit: esse tamē temperamētū: quod calidū sit: ⁊ humidū vtiqꝫ cū in primo statim animantis ortu: humoris simul: caloris qꝫ copia in idem coeant. Ratio vero horū non illud efficit: quod nequeat aliqñ in eodē corpore humidi plus esse: ꝙ sicci: ⁊ calidi: ꝙ frigidi: sed qđ sub eiusmodi statu durare perpetuo non possit. Quippe digesto semper per calidū humore: spatio etiam siccū corpus effici. Atqꝫ pro calido ⁊ humido: calidum siccumque reddi. Jam hoc ipsum qđ calidū ⁊ siccū est redditū: procedente tēpore frigidū siccūque fore vbi enī omnē eiusmodi corporis humorē calor absumpsit: ipse quoqꝫ (inquiunt) marcescere incipit: destitutus scilicet alimēto: qđ ipsum accenderat. Neqꝫ igitur mirū putāt tū inter initia: statim vt gignitur animal cōuenire in idem: aut humidū plus sicco: aut calidū plus frigido: tū temporis ꝓcessu: qđ prius erat calidū ⁊ humidū: postea posse calidū esse ⁊ siccum: eque vt postea que sicca erat: calida: que tēperies: vbi calor ipse extinctus est: frigidam siccamque euadere. Ergo esse quidē aliqđ tēperamentū: qđ calidū sit ⁊ humidū: ac rursus aliud qđ frigidū sit et siccū: ex istis cōfirmant. Non posse autem temperamentorū differentias plures esse: ꝙ quatuor: ex his docere conanť. Cū enī quatuor statuūtur qualitates que in se agere inuicem patiqꝫ possint. Nempe calor: frigus: siccitas: hūiditas: oppositiones existere duas alteram in q̄ calidū aduersať frigido: alteram in qua humidū pugnat cum sicco. Eoqꝫ quatuor non amplius effici coniugationes. Quippe sex fieri: ex quatuor inter se copulatis coniugia. Quorū duo subsistere non posse: cum neqꝫ humidū pariter ⁊ siccū: nec calidū simul ⁊ frigidū dari corpus possit. Reliquas igitur esse quatuor temperamentorū coniugationes duas humidas: ⁊ duas siccas. atqꝫ has calore: frigoreqꝫ diuisas. Hec sunt que elegantissimi eorum: qui ante nos fuere: tum medicorū: tū philosophorum de his dixere. Que vero mihi ꝑtermisisse videntur: nūc adijciēda reor. vnū igitur ⁊ primū id est: qđ temperatā naturam: que tñ non virtute modo: sed etiā viribus reliquis prestat: non aduerterunt. Jmmo tāquā nulla sit: prorsus omiserunt. Quanquā ne loqui quidē de reliquis aliq̇d sine hac potuerūt. Quippe qđ vel in calida temperie calidū preualeat frigido: vel in frigida temperie: frigidū prestet calido: id ne intellexisse q̇dē est: nisi prius ponať eucratos siue temperata: neqꝫ enī alio ꝙ ad hanc temperatā naturā sunt intenti: cū sanitatis tuende victum inuestigant: calidius iusto corpus iubentes refrigerare: vel frigidiꝰ excalfacere: vel rursus hūidius siccare: vel siccis humectare: scilicet quo tēperatū quādā mediocrē: q̄ statū efficiant: id qđ minus est ei: qđ exuperat, semper equantes. Ergo quē assidue sectantur: ⁊ quo semper respiciētes intemperatos status corrigunt: hūc ego quidem primū omnium statim censuerim. Hi vero tantū abest: vt eius vel meminerint: vt etiā totū ꝑtereant. At non preterimus: inquiunt ex his aliqui. Jn calido enim et humido cōprehenditur. Et quomodo non quinq̄ esse in totū tēperamēta dixistis: sed q̄tuor: si modo optimū nō omisistis? Quippe duorum alterum: aut ex intemperatis statibus necesse est vnū esse omissum: aut ipsum ꝑtemperatū. Atqꝫ ego q̇dem ex his: que statuunt: temperatū ipsis pretermissum certo scio. Vbi enī calidū ⁊ siccū vel frigidū ⁊ humidū: vel aliud quoduis temperamentū nominant: non vtiqꝫ summas a nobis intelligi qualitates postulāt. Jmmo ex ijs que superant: fieri appellationes volūt. Quod si tēperatū statū omitti nolūt: certe reliquorū aliquē omisisse cōuincentur. Si enī sicut ipsi volunt tēperatus status is q̇ calidus est: ⁊ humidus: omissis igitur illis plane est: is qui frigido intēperamento aduersetur ⁊ sicco. Nēpe in quo humidū pollet ⁊ calidū. At idē inquiunt is est. At q̇ fieri potest: vt simul exuperet calidū: ⁊ non exuperet: ⁊ superetur frigidū: ⁊ nō superetur? Si enī temperatus status est: neutrū alterū immodice exuperat. Sin intemperatus: necesse est exuperet altera oppositionū ꝑs. At hoc ipsum inquiunt temperati status ꝓpriū est: vt in eo calidū prestet frigido: ⁊ humidū sicco. Quippe si frigidum modice quidē vincat: non esse commodū temperamētū. Sin amplius exuperet: iam vtiqꝫ morbū existere: eque vt si vehemēter exuperet: mortē. Ad eundem modū de sicco iudicandū. Jn principio quidem existere intemperiē: si amplius augeatur: egritudinē: si plurimū exuperet: mortē. Ceu vero de calido ⁊ humido non idem sit iudiciū. Quis enī nō dicat: vbi vel calidum frigido: vel humidū sicco paulo quidem plus valet: intemperiē ita fieri: vbi ampliter exuperat: morbū: vbi plurimū mortē? Siquidem eadē est vtrobiqꝫ ratio. Alioq̇ nec qui calidi humidi que immodice status sunt: eos vitio demus: nec q̇ calidi morbi, cū humore immodico consistūt: eos esse morbos fateamur Huic sententie aduersantes quidā Attalensis Athenei sectatores: negāt aut calidū humidū que statū vitio dandū: aut morbū vllū inueniri: qui calidus sit ⁊ humidus: sed omnino q̇ vel calidus sit ⁊ siccus: vt febris: vel frigidus ⁊ humidus: vt aqua ītercus: vel frigidus ⁊ siccus: vt melancholia. Faciunt hic ⁊ de anni temporibus mentionē. Quorū hiemē frigidā esse atqꝫ humidā dicūt: estatem calidā ⁊ siccā: Autumnū frigidū ⁊ siccū: ver autē tū temperatū: tū vero calidū humidūqꝫ appellant. Ad eundē modū: ⁊ ex etatibus puerilem q̇dē temperatā esse: tū vero calidā hūidāqꝫ. porro indicari autumāt eorū tēperiē ex naturalibus actiōibus: que illa etate maxime sint firme. Sꝫ ⁊ mortē aiūt animātiū corpora ad frigidū siccūqꝫ ꝑducere Quippe mortuos Grece ἀλιβαντας vocari: q̄si nihil humecti in se habētes: vt pote tū caloris abitiōe exhaustos: tū frigore rigētes. Qđ si (inquiunt) mors talis est nature certe vita: cū sit illi cōtraria: calida est ⁊ humida. At vero si vita calidū quiddā atqꝫ humidū est: omnino quod illi simillimū tēperamentū est: id optimū necessario est. Qđ si est: neminē latet: idem quoqꝫ temperatissimū esse. Sic in idē recidere calidū humidūqꝫ statū, cū tēperato: nec aliud esse tēperatū: siue eucratō statū: ꝙ caliditatem simul ⁊ humiditatē pollētes. Atqꝫ Athenei q̇dem sequaciū he sunt rationes: videturqꝫ ⁊ Aristotelis philosophi: ⁊ post eum Theophrasti: ⁊ Stoicorū eadē esse quodammodo sententia. Jta testium quoqꝫ numero nos territant. Ego vero quemadmodū Aristoteles de calida humidaqꝫ temperie senserit: in progressu si res postulet: fortasse explicabo. videnť enī eum non recte accipere. Nunc id agā: vt eos qui sic sentiunt: in seipsos fallant: docēa: mox rē totā in vnū coactā caput demonstrē. Cū enī calidum: ⁊ humidum: atqꝫ etiam eucraton existi

manē:ver:esse:hic se manifeste decipiunt. Nam neqꝫ humidū est sicut hiems: neqꝫ calidum: sicut estas: q̄re neutrū immodice. Cū tamen ipsis autoribus excessum quandā indicet quoduis taliū nominum. Bifariam autem sunt decepti. primū quidem quod in quatuor anni tēporibus: quartā temperamentorum coniugationem inuentam omnino volunt. Deinde quod id ea ratione concludunt: quod sit hieme quidē calidius: estate vero humidius: verū nec quartā in tēporibus anni statuere tēperamēti cōiugationē est necesse: nisi etiā talis appareret: ⁊ contulisse id cū temporibus vtrinqꝫ positis: non magis id humidū et calidum: quā frigidum probat ⁊ siccum. Si enim calidum hūidūqꝫ excessus cuiusdam nomina sunt: nō potest: nec ipsis quidem autoribus: verū esse qđ ver in omnibus mediocre sit. Si autem eo qđ estate humidius est: hieme vero calidius: idcirco humidū est ⁊ calidum: quid causse est: quo minus frigidum id sicumqꝫ putes: propterea quod estate est frigidius: ⁊ hieme siccius: vel quā sibi facit sortionē: vt vnā partē oppositionis ab hieme: alterā ab estate accipiat? Quippe cum ab vtroqꝫ in vtraqꝫ oppositionū parte dissideat: nō ex medio collationē: sed ex toto habere debebat. Atqui, si ita fiat: cōtraria illi inesse dicemus Nam calidū erit ⁊ siccū si conferatur cum hieme: frigidum ⁊ humidum: si cum astate. Ex neutra igitur collatione: si modo integra est: calidū: ⁊ humidū erit. Sed si illis licet ex vtraqꝫ oppositione sumpto dimidio: calidū id humidumqꝫ asserere: nobis quoqꝫ ad alterū dimidium trāsire: atque id frigidū ⁊ siccū dicere: quid ni licebit? Scilicet siccum: vt ad hiemē frigidum: vt ad estatem. Oīa igitur hac ratione ver erit: humidum: siccum: calidū: frigidū. Atqui illorum ipsorum sententia: non possunt quatuor qualitates in vna eademqꝫ re pollere. Ergo neqꝫ estati: neqꝫ hiemi ver comparare est equum. Sed potius ipsum per se estimare. Neqꝫ eñ hiemē ipsam ea de caussa humidā esse: ⁊ frigidam dicimus: quod reliquis tēporibꝰ humidior frigidiorqꝫ sit. Jmmo id illi alia quoqꝫ ratione accidit. Sed quod humiditas in ea superet siccitatem: ⁊ frigiditas calorē: ꝓpterea frigida dicitur: atqꝫ humida. Ad eundē modū ⁊ estas: quum in ea humor vincitur a sicco: ⁊ frigidū a calido: ipsa quoqꝫ calida dicitur ⁊ sicca. Siquidē equū cēseo q̄tuor anni tēporum quodlibet ex suapte estimatū natura: nō ex alterius comparatione calidū: frigidū: humidū: siccū ve nominari debere. Quin etiā si ad hanc formulā estimes: apparebit tibi ver esse omnis excessus plane in medio: cū neqꝫ sicut in hieme plus valeat in eo frigidū quā calidum: neqꝫ sicut in estate: minus. Ad eundem modū siccitatis humiditatisqꝫ equabilitatē in eo spectes. Neqꝫ scilicet in eo: sicut in estate: ꝑualēte sicco: neqꝫ sicut in hieme: exuperante humido. Proinde recte ab Hippocrate est dictū: ver esse saluberrimū: ac minime morbis qui mortē afferant: obnoxiū. Est ⁊ Autūnus vt ꝙ estas minus calidus: sic vtiqꝫ ꝙ hiems minus frigidus. Quare hac rōne nec calidus absoluto sermone est: nec frigidus. quippe cum ambo sit. acꝰ neutrū ad summū. Ceterū alterū in eo est incommodū. qđ etiā Hippocratis illa sentētia significauit: Cū eodem die modo frigus nos afficit: mō calor vrget: Autumnales expectandi morbi sunt Atqꝫ ea res est: q̄ maxime Autumnū morbiferum facit: inequalis ipsa tēperies. Jtaqꝫ non recte frigidus siccusqꝫ dicit. Nō eñ frigidus est: si ipe per se spectetur: qđ tñ hiems est. Sed vbi cū estate cōferꝛ: vtiqꝫ illa frigidior: sed nec equabiliter tēperatus: sicut ver. Jmmo in hoc maxime ab illo tēpore dissidet: qđ mediā temperiē ⁊ equalitatē perpetuo parem no seruat Quippe meridie multo est calidior: quam mane: aut vesperi. Nec in humido ⁊ sicco mediū omnio statum obtinet: quemadmodū ⁊ ver. sed ad siccius deuergit. Ad estate vero etiā in hoc vincitur. Non tamē tanto interuallo: quāto in calore. Ergo parere arbitror: nec Autūnū absoluto sermone: ⁊ citra exceptionē: frigidū ⁊ siccū: sicut illis placet: dicendū esse. Cū neutrū ad summū sit: sed vincat in eo siccitas humiditatem. Qua ratione merito, siccus appelletur. Jn calore vero ⁊ frigore: mixtū quiddam ex ambobus: ⁊ inequale statuaꝛ. Proinde si quatuor temperamentorū coniugationes in quatuor anni tempora distribui volūt sciant se nō solū veri calidum humidūqꝫ statū ma e assignasse: sed etiā Autūno frigidū ⁊ siccū. Quāꝙ si hunc quoqꝫ concedamus frigidū ⁊ siccum esse: non erit statim necesse ver humidum calidūqꝫ esse. Non eñ: si quatuor intēperature coniugationes in totum sunt: iā omnes eas in quatuor anni tempora dispensari necessū est. Sed si quis hoc in mundo est ordo: ac prout melius est: nō ꝓut peius: oīa sunt disposita probabilius sit plura quidē ex anni tēporibus tēperata esse facta: vnū vero: si modo aliquod: intēperatū ij vero cōtra ostendere conanꝛ nullū eorū esse tēperatū: sed necessario in ipsis exuperare alias calidū: alias frigidū. Et nūc sit ita fors tulit: siccū: nūc humidū. Ego vero tantū abest: vt aut ver: aut si quid tēperatū est: calidū atqꝫ humidū dicā: vt qđ plane contratriū est: id affirmē: omnium: aeris temperamētorū pessimū id esse: qđ humidū est ⁊ calidū. Quod sane temperamentorū: in q̄tuor anni tēporibus inuenire nequeas: in graui ⁊ pestilēti aeris statu: interdū incidit: veluti quodā loco Hippocrates cōmemorat his verbis: Pluebat per estum imber largus, assidue. Jd nāqꝫ est humidi ⁊ calidi status propriū: vt in estu assidue pluat. Nō si vel tātū estus sit: quemadmodū innaturaliter se habēte: vel pluat: sed in frigore: veluti hieme solet: fieri nequit: vt is status calidꝰ sit ⁊ humidus. An igitur sine morbis erat estas illa: in qua pluisse dicit in caloribus assidue largū imbrē At q̄ carbūculos in ea fuisse narrat: putrescētibus scilꝫ in corpore excrementis: ac saniē quādā (q̄ calida humidaqꝫ immodice fuerat) gignētibus. Jntelliges id ex ipsa dictione: si totā tibi ascripsero: ea sic habet Erāt in cranone carbūculi estiui: pluerat ꝑ estrū largo imbri: idqꝫ assidue. Acciderant autem magis austro: ac suberat q̄dē sub cute sanies: q̄ cōclusa: incaluit: ac pruritū excitauit. mox pustule, veluti, ābustis sunt oborte: vtiqꝫ sub cute sunt vise verū hic minus: vtpote vno tātū ē q̄tuor tpibꝰ tato: malū fuit. Nō si duo: triū ve sint mutata: aut ē totꝰ annꝰ calidꝰ hūidusqꝫ fuerit: necesse ē magna pestilētia succedat. Cuiusmodi ī tertio epidemiō: id est: grassātiū publice morborū narrat. Apponā aūt ꝑmū: q̄ de tēporū intēpestiuo statu scripsit: deīde de hominū: q̄ subsecuta ē corruptela. Aduertas aūt animū ī oībꝰ veli: estimesqꝫ ꝑmū cuiusmodi res sit calida: humidaqꝫ tēperies: ꝙ qꝫ veri (qđ tēperata res) est dissimilis: deinde quam necessario in ea oīa putrescāt. Jncipit igiꝛ Hippocratis narratio in hūc modū. Annus Austrinus plu

uius a ventis in totū silens:deinde totius status par
ticularē ratione subijcit:crebros imbres in calidos⁊
Austrino statu fuisse scribēs.Mox vniuersum ƥmo/
nē in vnā summā cōferens.Cū fuisset:inquit:totus
annus Austrinus humidus:⁊ mollis:hec et hec inci
derunt:que vtiq; oīa in hoc libro scripsisse sit longū
ꝫ aūt cui libuerit in tertio epidemion mēbratim ea
legere:ac in vnū caput oīa redacta videre:nempe pu
tredinē maximā.Cuius etiā ipsius Hippocrates nō
raro nominatim meminit. Alias sic scribens: Erat
autē⁊ fluxio ipsa collecta:haud similis puri.Sꝫ alia
qdā putredo ac fluxio multa variaq;.Alias sic:Et in
pudendis carbūculi estiui.tū alia que putredines ap
pellantur.Et qđ ex hac putredine multis quidē bra
chiū ⁊ cubitus totus deciderit:multis femur vel su/
ra est nudata:totusq; pes.Quin etiā magni ossium:
carniū:neruorū:articulorūq; ꝓlapsus inciderunt.
Deniq; nullū ex affectibus:quos scripsit: inuenias:
qui merito soboles putredinis non sit.Quippe cum
nec a sicco putrefieri quicquā sit aptū:nec a frigido.
Intelligas id:si carnes ⁊ relinqua ɋcunq; asseruari
ab hominib⁹ solēt:obserues asser hec sale:hec muria
hec aceto:hec alio quopiā ex ijs:que siccāt:commode
preparari.Deprehēdas ⁊ Borea(ꝗ siccus natura ⁊
frigidus vētus est)oīa quā diutissime imputria du/
rare. Cōtra:putrescere facillime Austrino status.Est
em̄ is ventus calidus ⁊ humidus.Adeo nos totum
contra:ꝗ ij:qui calidum ⁊ humdū ver autumant: de
cernimus.Cum neq; tale sit:neq; si esset: vtiq; salu/
bre esset:aut sanitati accommodum hi autem ⁊ tale
esse volunt:⁊ propterea etiā salutiferū scilicet vtrobi
q; peccātes:tū in his:ꝗ sensu percipere:tū ꝗ rōne est
intelligere.Cū sensu id manifeste liceat plane tēpera
tū aduertere.Nec minus rōne illud inuenire:qđ pro
pterea est aptum sanitati:qđ est quatuor nulla in eo
qualitatū exuperet.Qđ si vel caliditas eius frigidi
tatē multo excederet:vel humiditas siccitatē: vt va/
rijs putredinibus obnoxium:sic omniū anni tempo
rū:morbis esset maxime oportunū.Nāc quatuor q/
litatū mixtionis equalitas:⁊ medie tēperature eius:
⁊ salubritatis est causse.Quid igitur medicis:ac phi
losophis quibusdā psuasit:vt calidū humidūq; ver
esse iudicarent:Nempe qđ quatuor temperamento
rum cōiugia quatuor anni tēporibus adaptare vo/
luerūt.Porro id inde accidit:qđ primū temperamen
torū:id est:medium ipsuꝫ pretermiserunt.Quinetiā
victuū:medicamētorū:omniū deniq; rerū differētias
in has quatuor coniugationes reducūt:ex quo mani
festū est:quantopere parum recte:fallacesq; de homi
nis natura ratiōes:medicationibus obsint: Satius/
q; erat duorum alterū:aut prorsus eiusmodi ratio/
nes nō attigisse:sed totū experientie cōcedere:aut pri
us in logica speculatione exercitatū fuisse. Quippe
ꝗ nec experientie est attentus:⁊ naturalia theoroma/
ta aggreditur:priusquā rationē:qua hec inueniat cō
uenienter:exercuit:necesse est in eiusmodi cautilla sit per
ductus:ac de euidentibus:ceuis:ꝗ sensu careat:di/
sputet.Tū Aristotelē testem aduocet:male scilicet ac
cipiendo ea ꝗ precipit.Hic enim calidū:frigidū:hu/
midū:⁊ siccū:multipliciter dici nouit.illi non quasi
multipliciter:sꝫ ꝗsi ad euadē perpetuo modū dici ve
lit.accipiūt.Quin etiā is:qđ aliqđ suo ⁊ naturali ca
lore:aut alieno ⁊ acqŝitio calidū sit:nō esse idē.indi/
cauit illi hoc q; ꝑperā accipiūt.Ad h Aristoteles:itē
ꝗ Theophrastus:quo respicientes tem̄ eratā intem
peratā ve naturam esse:indicare oporteat:diligenter
prodiderunt.Illi ne id qdeꝫ intelligunt.Sed cū hos
audiūt animal calidū humidūq; dicere:aut puelli tē
periē humidā calidāq; esse:quemadmodum ea dicta
sint:intelligūt:⁊stupidi ad quatuor anni temporatiō
nem transferunt.Cu vero idem sit:ac nō longo inter
uallo dissidēs proprtam alicuius temperiē humidā:
calidāq; esse:aut circundati nobis aeris.Neq; enim
aut idem est:aut similiter dicit animalis temperies
calida ⁊ humida:sicut aeris tēperamētū calidū dici
tur ⁊ humidum .Que igitur sit cmmuꝫ horū occa/
sio iam dicā:clareq; ostendā:ijs presertim:ꝗ intenti
esse volūt exiguū errorē in his:que inter initia logi/
ce speculationis tradūtur:maximorū errorum occa
sione fieri:fortasseq; oībus:que vel in cūctis artibus
vel in vite actionibus perperā gerunt:sophismata
succedūt.Atq; hec quidē sophismata illi vitio succe/
dunt:quod vtiq; non recte definitum est de calidi si/
gnificationibus.Sed duobus tantū modis dici id
putatum.Quorū altero significetur:quod syncerum
immixtū:⁊ simplex est.Altero:qđ in mixtione cū suo
contrario:id superat.Quod autē ⁊ alteram temperi
em cum altera conferentes:subinde alterā earum ca
lidā pro eo:qđ est calidiorē ꝓnūciamus:id nō memi
nerūt.Atq ad cū modū animātia veteribus calida et
humida sunt dicta.Nō ꝓprie tēperature gratia:⁊ser
mone absoluto.Immo ad stirpes:⁊ demortua collata
Quippe demortuis ⁊ stirpibus:animātia calidiora
humidioraq; sunt.Qui etiā ex animātibus ipsis spe
ciatin inte se collatis:canis siccior:rē:homo hūidior.
At si formice vel api canē cuferas:illas sicciores:hūc
humidiorē inuenies.Ita idem animans pre vt ho/
mo siccum:pre vt apitula humidum fuerit: Rursus
ad hominē collatū calidū:ad leonē frigidū erit. Nec
mirum:si ad aliud atq; aliud comparatum:cōtraria
simul dici de se patitur.Neqꝫ id alienum est:si idem
corp⁹ sit cal'm:fridū:ꝗ dixeris.Nisi ad idē ꝯferēs sic
dixeris.Qđ ei incōmodū:si eūdē hoiem dextrū sini/
strūꝫ dicas:nisi ad eūdē ꝯferēs ita dicas:Cū ad al
terū dextrū eē:ad alterū sinistrū:nihil sit absoni.Sic
igitur ⁊ canis humidus pariter ⁊ siccus:preterea ca
lidus simul ⁊ frigus est:nō tm̄ ad idē collatus.Quip
pe ad hominē si cōferas:siccus est:ad formicā humi
dus.Rursus hominis respectu calidus est:leonis fri
gidus.Quin etiā calidus est:vt viuens:cū mortuis
nō amplius sit calidus .Nō calidus:vt ad alterū(si
ita vis)canē cōparatus.Atqꝫ hec qdē oīa ꝑ collatio
nē inter se dicūtur.Que vero vt in animātiū genere
cōferunt.Alia ratione:sicuti etiā ɋcūqꝫ in aliq ani/
maliū specie.Canis nāqꝫ ad formicā ⁊ apim est hu/
midus:in animātiū genere est siccus.Rursus ipsorū
speciati canū:hic siccus:ille hūidus:aliud(vt fas est
cani)tēperatus.At dictū qdē a nobis est:in scdo de
pulsuū agnitiōe de tali noīꝫ vsu diffusissime.Necesse
tn̄ sit nūc quoqꝫ sūmatī aliqđ qđ ad rē ꝓpositā sit vti
le:dicēdū.Qđ absoluto ƥmone:nec ad aliō vllū colla
tū:siccū vocat:id i solis elemētis ē:igni terraqꝫ.Sicut
hūidū in aq ⁊ aere.Ad eūdē mūdū ⁊ de calo frigido
qꝫ sētiēdū.Nullū ei ceterorū corpoꝝ prorsus calidū
frigidum ve esse:sed sola elementa: quicquid preter
hec ceperis ex his mixtis constat Egoqꝫ secundo
significationum genere:calidum:frigidum ve est:
non absoluta ratione veluti syncerum:et a mixtiou.

alienum: immo veluti vel calidum largius frigidum
parcius: vel frigidum largius: calidū parcius sit sor-
titum reliquorum: quid vis calidum frigidum ve di-
citur. Ac duo quidem significata calidi: frigidi: humi
di: ⁊ sicci: hec sunt. alterum ex absoluto sermone loquē
tium: mixtura carens ⁊ syncerum. Alterum ex contra
riis quidem mixtis constans: ceterum ex pollentis in
mixtura nomine appellatū. Hoc genere sanguis: pi-
tuita: adeps: vinum: oleum: mel: quicquid his simile
est: humidum dicitur. Os: cartilago: vnguis: vngula:
cornu: pilus: lignū: harena: later: minorē portionem
humidi sunt sortita: maiorē sicci. Eoq; eiusmodi om
nia sicca dicūtur. Formica vero sicca est: ⁊ vermis hu
midus: scilicet vt sunt animalia. Rursus inter ipsos
vermes: alius siccus alius humidus. Idq; vel abso-
lute loquendo: vt vermis: vel alteri cuipiam vermi cō
paratus. Ceterū hoc ipsum quod dicimus: vt vermis
siccus: vt homo calidus: vt canis frigidus: nisi q̃s re-
cte accipiat: ⁊ prius intelligat: quid sibi velit: necesse
est omnē sermonē confundat. Est autē recte accipere:
id quod in secundo de pulsibus agnoscēdis dicitur:
vnūquodq; secundum genus vel speciem non modo
calidū: frigidū: humidum siccum ve: sed etiā magnū
paruū: celere: tardum: aliaq; id genus tunc nomina
ri cū supra mediocre: mediumq; sit. Verbi gratia: ani
mal calidum cū supra medium temperie sit animal:
equum calidum cum supra mediū temperie sit equū
Porro in quo genere specieve media sunt ea: q̃ Gre-
ce symmetra dicuntur: quippe que a summis in eo ge
nere ⁊ specie finibus equaliter distant. Ac genus qui
dem est animal: species equus: bos: canis. Medium
temperie in toto animalium genere homo est. Id eñ
in sequentibus demōstrabitur. Medium vero: vt in
hominum specie est: quem Grece eusarcon vocāt. La
tine: puto: quadratum. Is porro est: quem nec graci-
lem dicere: nec crassum possis: sed nec calidū: nec frigi
dū: nec alio quovis nomine ex iis: que excessum defe-
ctū ve indicant appellare. Quisquis super hunc fue-
rit: is prorsus calidior: frigidior: humidior: siccior ve
est. Nominatur autem talis partim absoluto sermo-
ne: partim nō absoluto. Absolute quidē loquēti: quo
niā calidus: frigidus: siccus: humidus ve esse: minime
vni alicui priuatim collat⁹ dicitur. Ita eñ canis ab
soluto quidē sermone: prout videlicet cuipiā opinio
est: animal siccū dicitur: nō vtiq; alicui comparatus:
verbi gratia formice. Non absoluto vero: vna quidē
ratione: quod scilicet symmetro: idest: coequali: ⁊ me-
dio totius speciei comparatur. Altera vero: quod cū
eo quod inter omnia animalia coequale: ⁊ media tem
perie est: quicquid id statuas: confertur. Ergo iā pa-
lam fit: qđ vnūquodq; eorum: que sic dicūtur: nos id
vel vnicuicunq; cōparantes: calidum: frigidum: hūi-
dum ve: aut siccū: vt ad illud dicimus: vel in quocūq;
genere specieve sit dictū ad eius mediū referētes. In
specie quidem: vt equo: cane: boue: platano: cupresso:
ficu. Genere vero vt animali: vel plāta. His accedit ⁊
tertiū significatū eorum scilicet: que absoluto sermo-
ne dicūtur: que impermixtas summasq; habere qua-
litates diximus ac elementa vocari. Quinetiā quali-
tates ipsas est qñ corporibus iis: que affecta qualita
te sunt: similiter appellamus. Verū de hoc mox age
tur. Sed ad rem propositam cum qualitate affecta
corpora trifariam dicantur: considerandum arbitror
in quaq; dictione: quemadmodum vtamur appella-
tionibus: vtrum ne vt simplex aliquid ⁊ immixtum
iudicantes: an veluti ad symmetron eiusdē generis:
vel speciei conferentes an veluti ad rem quālibet. Si
cut cum os siccum dicimus: aut frigidū: absoluto ita
sermone nominātes: nō adiecto leonis: canis: aut ho-
minis. Palam nanq; est quod ad vniuersam naturā
omnium: que sunt in mundo: corporum respicientes
aliquid concipimus medium: cum quo conferentes:
ipsum siccū dicimus. At si quis leonis: vel canis: vel
hominis os siccum esse dicit: liquet hunc rursus ei qđ
in ipsis animalium ossibus medium est id compara
re. Estq; quoniam vniuersorū animalium: aliis ma-
gis: aliis minus sicca ossa sunt: hic quoq; os aliquod
in aliquo animalium genere intelligendū: quod me
dia temperie sit: verbi causa hominis. atq; huic reli-
qua collata alia humida: alia sicca appellanda. Iam
in ipsis hominibus alius os siccum: alius humidū
habere dicetur: vtiq; ei: qui medius est: vt in homini-
bus collatus. Quod vero in omnibus que sunt: quod
medium inter extrema est: id symmetron: atq; in illo
genere: vel specie temperatum sit: in omni mihi sermo
ne subaudiendum perpetuo est: quanquam sit in di-
ctione omissum. Atq; cum hec quidem sic se habeant:
vbi aliquis hanc: vel illam humidam: calidam ve tem
periem affirmat: rogandus est quemadmodum dixe-
rit: vtrum ne hunc quempiam vni definito compa-
rans Platoni: verbi gratia Theophrastum: an secun
dum genus quodlibet: speciem ve collationē faciens.
Quippe vel vt hominem: vel vt animal: vel vt substā
tiam absolute. Tertium enim significatum cuiusvis
talium nominum: quod simplex esse impermixtumq;
diximus: id in mixtis substantiis non est. Sed in ip-
sis primis: que etiam vocamus elementa. Ita cum
quodq; affectorum qualitate corporum trifariam di
catur nobis ad propositam de temperamentis tracta
tionem: duobus tantum est opus: vt qui vel ad vnū
quodlibet: vel ad medium eiusdem generis compare
mus. Quoniam autem multa genera sunt: quemad-
modum vtiq; ⁊ indiuidua: poterit multis modis idē
corpus: ⁊ calidum: ⁊ frigidum: ⁊ humidum: ⁊ siccum
esse. Verum cum vni cuilibet comparatur: admodū
manifestum est contraria de eodem dicere licere. Velu
ti Dionem Theone quidem: ⁊ Mennone sicciorem:
Aristone et Glaucone humidiorem. At cum ad me-
dium eiusdem generis: vel speciei fit collatio: hic iam
confundi: conturbariq;: qui parum exercitati sunt: so
lent. Idem nāq; homo humidus simul ⁊ calidus esse
potest: sed nō minus siccus ⁊ frigidus. Verum siccus
quidem ⁊ frigidus ad mediocris temperamenti ho-
minē collatus: humidus aūt ⁊ calidus: ad aliud qđ
vis animal stirpē ve: aut substantiā comparatus: ver
bi gratia ad animal: vt apem ⁊ formicā: ad stirpē: vt
oleam: vel ficum vel laurum. Ad aliā vero quampiā
substantiā que nec animal sit nec planta vt lapidem
ferrū vel es. In his vero collationē que ad hominem
fit ad rē eiusdē speciei dixeris. Que ad apē vel formi
cā est ad aliqđ eiusdem generis. Similimodo que ad
stirpē fit quālibet. Est eñ supra animal stirpis gen⁹
queadmodū sane superioris q̃ stirpiū gñis sunt la-
pis ferrū ⁊ es vocet̃ tñ pdocēdi cōpēdio ad omoge-
nes. i. rē eiusdē gñis ois eiusmodi cōpatio. Illđ mō i
ca determinātib⁹ nobis qđ vbi simpliciter substātia
quepiā eucratos siue tēperata dr̃ tū hac alia sicci or
alia hūidior ⁊ alia frigidior alia calidior eo loco eā q̃ ex

contrarijs equa prorsus inter se portione coeuntib⁹ constet: eucraton: siue tēperatam nominari: quecūq; vero ab hac deficiunt: superant que aliquo ea superantis nomine vocari. Ubi vero stirpem: animās ve vllum eucraton dicimus nequaquam in ea dictione simpliciter contraria inter se cōparamus: sed ad naturam vel animalis: vel stirpis referimus. Ficum: verbi gratia: temperatā dicentes: cū talis sit: qualis maxime ficus esse natura debeat. Rursus canē: suā equum ⁊ hominem: cum eorum quisq; pro sua natura optime se habeat: optime vero se habere aliquid pro sua natura ex ipsis functionibus intelligitur. Quippe animal: ac stirpem quamlibet: tum optime se habere dicimus: cum optime suam functionem obeunt. Ficus enim virtus: bonitasq; est: optimos plurimosq; ficos afferre. Ad eundem modum vitis: plurimas optimasq; vuas pendere. Equi vero: ꝙ velocissime currere. Canis ad venationes quidem: ⁊ tutelam ꝙ animosissimum: ad domesticos ꝙ mitissimum esse. Hec igitur omnia animalia dico ⁊ stirpes: optimam: mediamq; habere in suo genere temperiem dicemus: non vtiq; absoluto sermone: cum paritas exacta contrariorum in ijs sit: sed cum ea mediocritas: que ad potestatem refertur: his adsit. Eiusmodi aliquid ⁊ iustitiam esse dicimus: non que pondere: ⁊ mēsura: sed que eo quod pro dignitate conuenit equalitatem explorat. Est igitur temperature equalitas in omnibus temperatis animalibus: stirpibusq;: nō ea que ex pari elementorum cōmixtorum spectatur mole: sed que tum animalis: tum stirpis nature cōuenit. Conuenit autem alias vt humidum sicco: ⁊ frigiduz calido preponderet. Neq; enim similem habere temperaturam debent: homo: leo: lapis: ⁊ canis. Ergo ad querentem cuius sit temperamēti: homo: equus: bos canis: aliud ve quodlibet: nō est absoluto sermone respondendum. Non enim fieri potest: vt qui ad ea: que multis modis sunt dicta ⁊ inter se diuersa: vno modo respondet: non coarguatur. Oportet igitur duorum alterum: aut omnes percensere differentias: aut percontatum prius: de qua rogauerit: illam solam dicere. Nam si vt in animalibus: cuius esset temperamēti rogabat: ad id quod medio est inter omnia animalia temperamento respicientes: respondere oportet. Si absolute: atq; vt ad omnem substantiam: sic iam contraria: que sunt in eo comparare inter se oportet atq; estimare: haud quaquā ad actionem tēperiem referentes: sed ad elementorum portiones. Sin huic cuipiā mēbratim cōparans: rogabat: vtiq; ad illud solum conferendo: est respondendum. Jam minus etiā: si indiuiduorū cuiuslibet Dionis: verbi gratia: vel hui⁹ canis rogemur: qua nā sit substātie tēperatura: est simplex dāda respō sio. Dabiť eñ hinc sophistis: ad calūniā occasio nō parua. Nā si calidi esse tēperamēti: ⁊ sicci Dionē dicat facile licebit illis: partim hoiem quēlibet. q caldidioris quā Dion sit: ⁊ sicctioris tēperamēti ꝓponātib⁹: vt ad illū: hūidū frigidūq; Dionē dicere: partim alius quoduis animās stirpē ve: verbi gratia leonē: aut canē: atq; his humidiorē: ac frigidiorē asserere Dionē. Quisquis igitur nec ipse sese fallere: nec ab alio falli volet: huic opus est ab his substātijs: que simpliciter calide: frigide: hūide sicce dicūtur: incipere: atq; ita trāsire ad reliquas. Ac primū quidē illud ipsum in ijs exploratū habere: ne has quidē tāetsi maxime videnť absoluto sermone dici: quo minus ad mediocre eiusdem generis comparentur effugere: veluti eñ canez medio temperamento esse omnium canum dicimus cū pari spatio distat ab extremis: ita substantiam modo esse temperamento dicemus: cum pari modo ab extremis abest: que scilicet ⁊ prima omnium sunt elementa. Porro aberit pari modo ab extremis cum ea continet equaliter inter se mixta. Ergo que supra citra ve hanc: temperies erit eam calidam: frigidam: humidam vel siccā dicemus: simul ei: que media est conferentes: simul contrariorum elementorum examen in ea facientes. Qua nimirum ratione simpliciter eam calidam: frigidam: humidam: siccam ve pronunciabimus: vbi vero cum ꝗ medio temperamento conferimus: non simpliciter: sed quod ad mediocre eiusdem generis sic se habet. Porro genus earuz substantia est: omnia eñ sub hac: vt superiori sunt genere: tū animata: tū inanima. Est q̄ hec hoīs canis platani ficus eris ferri: aliorū deniq; oīum commune gen⁹. Sub ea vo sunt alia genera permulta. Animal quidē auis: piscis: stirps: arboris ⁊ herbe: auis aquile ⁊ corui: piscis lupi ⁊ rhombi. Simili modo oleo ⁊ ficus gen⁹ est arbor: anagalidos: ⁊ peonie herba. Jam hec vltima sunt genera: eo q̄ species appellantur: coruus: rhōbus: ficus: anagalis: similiter homo ⁊ bos. Ac superne quedā descēdentibus: hec vltima sunt genera ꝓinde species dicte Inferne vero tum ascendentib⁹: ab indiuiduis scilicet substātijs: prima sunt Indicatū q̄ alio opere est merito oīa q̄ media sunt inter prima ⁊ īdiuidua genera simul genera ⁊ species a veteribus nominari. Ergo cū definita significata iam sint: ac clare indicatū: quemadmodū tū absoluto tū nō absoluto sermone calidū: frigidū: humidū: siccū ve corpus aliquod ꝓnūciandū sit querende nobis deinceps eorum sunt note. Quāq; hic quoq; decernere prius de noībus oportet: que in habēdo nobis sermone: necessario incident: simul explicare rem quādam: que potestate iam mōstrata prius est: nō tamē ab omnibus qui hos cōmētarios euoluēt: facile saltē intelligi potest. Itaq; de noībus prius locut⁹: mox ad rē reuertar. Qd calidū: frigidū humidū siccū ve nō vnū aliquid simpliciter significent vbi de corporib⁹ dicunť prius est indicatū. Qd aūt et sole ipse in corporib⁹ qualitates: citra corpora: que eas suscipiūt. sic interim noīetur: id quidem vt nōdū est dictū: ita nūc dici est tēpestiuū. Quēadmodū nomē albi: tū de colore enūciāt: cū ita loquantur: contrarius est albus: color nigro: tum de corpore qd colorē suscipit: cū scilicet oloris corpus albuz dicūt: ita et calidi nomen: tū de qualitate affirmant ipsa: tāq; si caliditatē appellarēt tū vo de corpe qd caliditatē sustiet. Quippe caliditatē a corpore qd eā suscipit diuersam: habere naturā ⁊ propriā existimare oportet: veluti in opere de elemētis est indicatum Et caliditas quidē qualitas est: eadē vo ⁊ calidū dicitur veluti ⁊ albedo albū. Ipsum vo corpus calidū vnū hoc nomen tātūmodo obtinet calidū sicuti album Nunquā tamen caliditas: vel albedo: corpus ipsum dicitur. Ad eundē modū siccū frigidū ⁊ humidū: nominānť tū ipsum corpus: tū qualitas. Non tamen corpus frigiditas: humiditas: vel siccitas appellatur: quemadmoduz que in eo est qualitas hec cum sic se habeant: non alienum est: cum vel caliditatem: vel frigiditatem disputans quis profert nul

lam exoriri captionē: quod sole qualitates his indu-
centur nominibus. At calidum: frigidum ve, cum di-
citur: quando ⁊ qualitas ita: ⁊ quod eaz suscipit: cor-
pus nominatur: facile sit ei: qui redarguere studet: vt
qd̄ a loquente nō significat: id quo possit reprehende
re accipiat. Eiusmodi enī rem faciunt: qui sententiaz
illā: qua dicit Hippocrates augescentia corpora plu
rimum habere innatum calidum oppugnant. Neq;
enim esse corpus aliquod calidum: ipsum innatum
animali calidum ab Hippocrate dici intelligentes:
neque id sed de sola qualitate. quam quid sit vsq; que
rentes: scilicet caliditatē appellamus nomen id dici
presumentes: sic dictum eius refellere parant. Etiaz
apparet: quod de homonymia distiguere: tametsi sit
res parua: tamen in rerum vsu non leuis experitur
momenti verum cum hoc quoq; abunde sit definituz
rursum id quod superest: repetamus. Cum humidi-
tas: ⁊ siccitas: ⁊ caliditas: ⁊ frigiditas: syncere que-
dam: ⁊ impermixte qualitates sunt: quecumq; has su
scepere corpora ea calida: ⁊ frigida: sicca: ⁊ humida:
prorsus exacte q̄ sunt. Atq; hec mihi genitorum: ⁊
pereuntium elementa intellige. Reliqua corpora vel
animalium: vel stirpium: vel inanimorum omnium:
veluti eris: ferri: lapidum: lignorum: in medio primo
rum illorum collocata esse. Nullum enim aliorū vel
ad summum calidum: vel ad summum frigidum: vel
ad summum humidum: vel ad summuz siccuz est: sed
vel medium prorsus contrariorum: ita vt nihilo ma-
gis sit calidum q̄ frigidum: aut humidum q̄ siccum:
vel ad alterum contrariorum est propensum: ita vt
magis sit calidum: q̄ frigidum: vel magis sit humi-
dum q̄ siccum: ac siquidem medium plane sit in vtro
q; contrariorum genere: ita vt non magis sit calidū
q̄ frigidum: aut humidum q̄ siccum: eucraton id: si-
ue temperatum omnino dicetur. Sin alterum contra
riorum superet: siue in altera oppositione: siue in vtra
q; id sit: non etiam dicetur eucraton. Ac si calidū ma
gis sit q̄ frigidum: quod magis est: id appellabitur.
Idem statuendum de sicco: ⁊ humido. Ad eundē mo-
dum si frigidum: magis sit nominabitur frigidum.
At si in vtraq; oppositione alterum superet: siue cali-
dum vna cum humido: siue calidum simul cum sicco:
siue frigidum simul cum humido: siue frigidum vna
cum sicco: vtiq; pro vincenti sortietur id corpus ap-
pellationem. Et has quidem quatuor intemperies:
vt supra diximus: plurimi norunt: tum medici: tum
philosophi. Reliquas quatuor: que ex dimidio harū
constitute sunt: nescio quomodo derelinquunt: sicut
etiam eam que prima omnium: optimaque est. Cete
rum quod superante calido liceat nihilo magis hu-
midam esse: q̄ siccam temperiem: quod vtiq; ad hanc
spectet coniugationem: id vel ex ijs: q̄ iam dicta sunt
manifestum arbitror: facile que est: etiam si nihil esset
predictum: id colligere. Concedentibus semel illud
saltem: alteram esse temperiem humidam ⁊ calidam:
alteram siccam ⁊ calidam. Si namq; necessariuz om
nino non est siccam esse: q̄ calida sit: sed licet eaz ⁊ hu
midam esse: propior namq; sicce temperature media
est q̄ humida. Ad eundem modum est ⁊ frigida que-
dam temperies altera: in qua nimirum frigidum pol
let: hanc tamen nec humidam esse: nec siccam: est ne-
cesse. Sz pōt inter has ⁊ media eē. Rursus ei hic quo
q; eādē afferes rationē. Nēpe si necesse nō est frigidā
tēperiē esse hūidā: sez ⁊ siccā eam fieri manifestuz est
mediā quoq; esse posse. Quippe que vicinior humide
est quā sicca. Ergo veluti due intemperies altera op-
positione sunt monstrate: altera calida tantum: altera
frigida: sic in altera oppositione due alie statuantur:
altera sicca tantū: altera humida: mediocriter scilicet
sese habentibus calido ⁊ frigido. Iterum nāq; dice-
mus hic quoq; sicuti necesse nō est: siqua temperies
sicca est: hanc protinus calidā quoq; esse: sed fieri pos
se: vt etiaz frigida sit: ita fieri potest: vt quepiā nec ca
lida sit nec frigida. sed in hac quidem oppositione: eu
cratos siue tēperata: in altera sicca. Simili modo nec
humidam temperiē necesse est calidā: frigidā ve esse:
sed eā mediam esse inter huius oppositionis extrema
licet. Si igitur necesse nō est: vt vel intemperiem: que
in calido est ⁊ frigido: sequat̄ ea que est in altera op-
positione intemperies: vel hanc: que in illa: licebit ali
quando ⁊ naturam: que in caliditate ⁊ frigiditate tē-
perata sit: vel siccā esse: vel humidam: inuicē q; que in
his tēperata sit: vel calidā esse: vel frigidā: que sunt et
he ab ijs: quas priores tum medici: tū philosophi no
bis tradiderūt quatuor diuerse intēperies: medioq;
loco posite īter intēperatos habit⁹: ⁊ eos, q in vtraq;
oppositione sunt intēperati. Qui nāq; in summo est
tēperatus: is neutrā oppositionē habet superantem.
Qui vero aduersus hunc est intēperatus: vtrāq; ha-
bet vitiosam. Mediū sortitur locū qui in altera qui-
dem est tēperatus: in altera intēperatus: qui vtiq; et
ex dimidio eucratos: ex dimidio intēperatus cum sit
merito medius dici potest inter eum: qui ex toto est tē
peratus: ⁊ eum qui ex toto est intemperatus. Et si q̇-
dem hec sic se habēt sicut certe se habent: cur nouez di
cere vniuersas tēperamētorū differentias dubitem⁹?
Temperatā quidē vnam: nō tēperatos octo: quarum
quatuor simplices sint: humida: sicca: calida: ⁊ frigi-
da: quatuor composite humida simul ⁊ calida: sicca
pariter ⁊ calida: frigida simul, ⁊ humida: frigida si-
mul ⁊ sicca. In quolibet vero iam dictorū temperamē
torū permagnus est excessus: defectusq; modus: non
in ijs modo que simplicia sunt: sed etiaz in cōpositis.
Id que tum in tota substātia: tū vero in vnoquoq; ge
nere. Si cui igitur agnoscendorum temperamentorū
cura est: incipiat exercitationē oportet ab ijs in quo-
libet genere naturis: que temperate: medieq; sunt.
Quippe cum si his alias cōparet: facile quod in qua
uis superet deficiat ve: inuenerit. Ergo primum de
ijs: que simpliciter loquentibus: temperata: intempe
rataq; dicuntur: agendum: que scilicet in omni gene-
rata substantia: non in solis animalibus ⁊ stirpibus
disquirenda diximus. Porro hic quoq; tantilluz sal-
tem distinguere de nominibus conueniet: quod cali-
da temperies: alia iā energia: siue: vt loquuntur: actu
sit: alia potestate: tum quod potestate ea esse dicamus
que quod dicuntur: id nōdum sint: sed facile id fieri
possint: quoniam naturalem: vt id fiunt: facultatē sint
adepta. Igitur primum de his: que actu calida: frigi
da: humida: ⁊ sicca sunt: disseramus: auspicati ab vni
uersa substantia: mox ad animalia ⁊ stirpes descensu
ri. Ita enim consummationem habebit: quod institu
tum nobis. Quoniā igitur quod in omni genere: ma
xime que in vniuersa substantia mediuz est: id ex mix
tione extremorū conflatur: vtiq; cōueniet: vt tum no-
titia eius: tū agnitio ex illis sumatur. Ac notitia qui-

dem facillima est. Quippe a calidissimo omniū: que sub sensum veniūt: veluti igni: aut quapiā aqua: que ad summū sit feruent: ad id: quod omniū: que nobis apparēt: est frigidissimū: veluti glaciem: ⁊ niuem venientes estimato inter ea interuallo: in medio ad vnguē id dicimus. Sic enim symmetron: quod scilicet ab vtroque extremorū pari abest spacio: intellectu cō prebēdemus. Quin etiā id nobis preparare licet: miscētibus aque feruēti parem modum glaciei. Quod enim ex ambobus est mixtū: pari interuallo ab vtroqꝫ extremorum aberit: ⁊ eo quod vrit: ⁊ eo quod frigore stupefacit. Non est igitur difficile ei: qui ita mixtū tetigerit: mediū vniuerse substātie in calidi frigidiqꝫ oppositione habere: eiusqꝫ meminisse: atqꝫ alia oīa illi veluti norme adaptata iudicare. Quin etiam si terrā: q̄ sicca sit: vel cinerem: vel tale aliquid quod plane sit aridū pari aque modo imbueris: medium in sicci humidiqꝫ oppositione effeceris. Ergo ne hic quidē difficile est vbi visu pariter: tactuqꝫ eiusmodi corpus noueris: mēorie id infigere: coqꝫ ad humidorum: ac siccorū: q̄ deficiāt: superent vt agnitionē pro norma: exēplariqꝫ vti. Porro corpus de quo iudicandum est: mediocriter calēs esto. Nā hoc ipsum humidi sicciqꝫ mediū corpus si ad summū id calorē frigusve sit perductū: falsam interim imaginationē excitabit: videbiturqꝫ quā sit mediocre: aliquando humidius: aliquādo siccius. Quippe si liberalius calefiat: liquatū iam: ac fluxile: humidioris substātie phantasiaʒ de se prebebit: cōtra refrigeratū plus iusto: cōsistit: ac cogitur: immobileque redditur: ⁊ durum tāgenti apparet: vnde etiam falsam siccitatis imaginationē exhibet. Quod si veluti humidi sicci que parem modū habet: sic caloris: ac frigoris sit in medio: nec durū: nec molle tangenti apparebit id corpus. Atque tota quidem eiusmodi corpora per tota se miscēdi: calidum inquā frigidum: siccum: ⁊ humidū: homini facultas non est. Terra eñ aque cōfusa: miscetur: quidē (quatenus scilicet videri cuipiā possit) atque ita tota toti cōtemperatur. Ceterū appositio exiguaruʒ partium ea est nequaquā totorū per tota mixtio. Sʒ ambo ea per tota miscere: Dei: vel nature est opus: magis que etiā si calidū: ac frigidū inter se tota per tota miscenda sint. Attamē appositionē eiusmodi efficere: vt sensum effugiant singula simplicū corporū: non solū nature opus Dei ve est: sed etiā nostruʒ. Neque eñ difficile est tali mixtione: lutū: quod mediū sicci: humidiqꝫ sit: molliri. Simili mō ⁊ qđ calidi ac frigidi sit mediū: videbitur: que tibi eiusmodi corpus in calore ⁊ frigore tēperatū: immo etiā in duritie: mollitieqꝫ medio statu esse. Id autē genus est hominis cutis: vtpote omniū extremorū calidi: frigidi humidi: sicci vere media. Maxieqꝫ eaque est in manu: hec enim omniū sensibiliū veluti norma futura erat prudentissimo nimirū animantiū tactus instrumentū ab ipsa natura preparata. Quo magis eam ab oībus extremis calido inquā: frigido: sicco: ⁊ humido pari abesse interuallo oportuit. Jā vtique ⁊ cōstat ex horū omniū equis portionibus: non cōpositis modo: sed etiā per totas se mixtis: quod nostrum plane nemo efficere pōt: sed est nature opus. Quecūqꝫ igiṫ partes cute sunt duriores: veluti ossa: chartilagines: cornua: pili: vngues: ligamēta: vngule calcaria: in his oībus siccū preualet. Quecūque vero molliores sunt: sicuti sanguis: pituita: seuū: adeps: cerebrū: medulla tū spinalis: tū altera: in his hūidi plus est: quā sicci: Qui ēt quāto siccissima oīʒ q̄ sunt ī hoīe pars cutem siccitate supat: tanto rursus a cute superatur: quod est humidissimū. Porro videtur disceptatio nostra: ea que vtilissima sunt attingere: ac docere simul quod tū animaliū: tū vero omniū corporū temperatissimus sit homo. Simul qđ omniū: que in eo sunt particularū cutis que intra manū habetur oīs excessus plane sit expers. Insistentes igitur hoc loco estimemus quisnā sit optime tēperatus homo quem scilicet totius substātie: vel potius tū hominū: tū reliquorū animaliū mediū: veluti regulā ⁊ normā statuentes: reliquos oēs huic collatos calidos: frigidos: humidos: siccosve dicere oportet. Concurrant ergo oportet in hoc homine multe note: quippe ⁊ cū vniuersa substātia collatus medius apparere in ea debet: ⁊ magis etiā cū hominibus ⁊ bestijs. Ac medij q̄dē in vniuersa substantia: cōmunes note dicte iā sunt Que vere in animaliū speciebus notantur: actionis perfectiōe que cuiqꝫ sit cōueniens: iudicantur. Cōuenit autē homini: vt sit sapiētissimus: cani: vt mitissimus pariter sit ⁊ fortissimus: leoni: vt tantū sit fortissimus. Sicuti oui: vt sit tantū mitissima: Jā vero qđ corporis actiōes consentientes esse animi moribus oporteat: tū Aristoteli in his: que de partibus animaliū scripsit. tū vero nobis alibi nihilomin⁹ est mōstratū. Ac methodus quidē hec est. Exercitari vero: vt non singulis modo animaliū generib⁹: sed etiā in vniuersis mediū in prōptu quis noscat: id cuiuslibet hominis non est: sed diligentis in primis: ⁊ que per lōgā experientiā: ⁊ multā oīm particulariū peritiaʒ: inuenire medium queat. Quippe ad eum modum plaste. pictores: statuarij: alij denique fictores: que pulcherrima in omni specie sunt: tum pingunt: tum fingunt: veluti hominem: equum: bouem: leonem: formosissimum ad id qđ medium est in illa specie collinentes: laudantqꝫ homines quandam Polycleti statuam canonem appellatam. Inde adeo id nomen sortitum: quod partium inter se omnium competentiam ad vnguem habeat: habet autem quem nunc querimus: plus aliud quam Canon ille. Quum non solum humoris ac siccitatis in medio consistat: is qui ita eusarcos: siue quadratus est homo: sed etiam optimaʒ formationem sit adeptus. Que fortasse bonam quatuor elementorum temperiem est comitata: fortasse diuiniorem aliquam superne originem habet. Ceterum prorsus eucraton saltem esse eiusmodi hominem: id vero est necessarium. Quippe mediocritas in carne ex mediocritate temperamenti prouenit protinus autem adsequitur tale corpus: vt optime ad actiones sit comparatum. tum in mollitie: ⁊ duritia: preterea calore ac frigore mediocriter se habeat: atqꝫ hec omnia insint cuti: huiusqꝫ maxime illi parti: que est intra manum: scilicet que callum eiusmodi non contraxit: qualis in remigibus ⁊ fossoribus cernitur. Cum enim gemini vsus caussa manus sunt facte: tactu discernendi et rem quampiam comprehendendi: vtiqꝫ que molles sunt ad exquisitius tangendum: dure ad aliquid maiore vi capiendum magis sunt idonee. Quin etiam cutis: que non solum omnium hominis partium sed etiam vniuerse: que

generationi:corruptioniq; subijcitur substantie me dia est:ea nec callosa:nec dura lapidea ve est:sed se/ cundum naturam se habens:quo scilicet cutis gene re maxime perfectum esse tactum censemus. Ac quod in duritia & mollitie medium omniũ particularũ lo/ cũ sit sortita abunde liquet. Quod autẽ & in calore: ac frigore similiter se habeat:ex eius substãtia maxi me intelligas licet. Est enim veluti sanguine predit⁹ neruus:qui sit inter neruũ:& carnem quiddã planẽ medium ac si ex mixtis vtrisq; constitueretur. Cete/ rũ neruus omnis exanguis est & frigidus. Caro mul ti sanguinis & calida. Media inter vtrũq; est cutis: nec plane exanguis vt neruus:nec sanguine abun/ dans:vt caro. Si igitur hanc omniũ animalis par/ tiũ:veluti normã:indiceq; proponens:reliqua illi cõ feras:atq; ad eã examines:octo diuersas intẽperies in eis inuenies. Jamq; mẽbratim tibi de oĩbus dein/ ceps differam. Humidissimũ:frigidissimumq; in cor pore pituita est. Calidissimu3 sanguis:non tamẽ est is perinde humidus:vt pituita. Siccissimum ac fri/ gidissimũ est pilus. Minus eo & frigidũ & siccum est os:hoc ṽo minus siccũ est chartilago. Proxime hãc sequitur:quem Greci ex chartilagine & ligamento cõ posito nomine:chondrosyndesmõ vocãt. Post hunc tendo:deinceps mẽbrana:& arteria:& vena: ipa scilt cet corpora vasorum. Succedunt deinde nerui duri molles autẽ nerui in humiditate & siccitate:mediam naturam:sicuti cutis:obtinent. Nam in altera oppo sitione:que est calidi & frigidi neruus mollis in me/ dio non est. Sed tantum ei deficit de calore:quantu3 de sanguine. Ita vero & reliqua omnia prius dicta: tanto sunt cute frigidiora:quãto minus habent san guinis. Etiam tunice ipse:maxime sanguineorũ va/ sorũ:arteriarũ dico & venarũ:nõ solũ exãgues sunt: sed etiã frigide natura.cõtactu tamẽ sãguinis calefa ciũt:atq; ad mediũ tẽperamẽti statũ veniũt. Sãguis ṽo ipse:a corde suu3 accipit calorẽ. Quippe id visc⁹ natura.tũ oĩm aĩalis pticularum maxime sanguinẽ tũ vero calidissimũ est:proximũ illi iecur est: verum cor paulo q̃cutis minus est durũ:iecur multo. Itaq; etiã humidius q̃ cutis cor est:quanto scilicet est mol lius. Jã vero caro humidior cute est:eadem tamẽ ca lidior. Spinalis aũt medulla cute est humidior atq; etiã frigidior. Sicuti hac rursus hũidius est cerebrũ cerebro autẽ ipso adeps:cui cõcretio cõtigit:propter ea q̃ mẽbranis adiacet:crasso. namq; oleo est simi/ lis:eoq; congelat̃:vbicũ frigidis:& exanguibus par ticulis coniungitur. At neq; circa iecur coire adeps põt:neque circa arterias venas ve:aut cor sed nec cir ca aliam vllam precalidam particulam. Quoniam autẽ cogitur per id:quod valde est frigidum:idcirco calfacta liquacerebrum calfactum minime liquatur: eoq; adipe minus est humidũ. Porro minus humi da quã adeps:est & pulmonum caro:vt que nec ipsa calfacta liquescat. Jã longe etiã q̃ hec adipe minus humida est:tum lienis:tum renũ caro. Omnia tamẽ cute sunt humidiora. Harum reru3 demonstratiões proximo libro tradam sicuti omnia que ad vniuer/ sam de temperamentis disputatione3 pertinent:duo bus deinceps commentarijs exponam.

¶ Galeni de temperamentis Thoma Linacro An/ glo interprete:libri primi finis.

¶ Galeni De temperamentis:liber secundus thoma linacro interprete.

A Cq̃ multifariam quidem dicatur:humidum:siccum: calidum:& frigidũ corpus in proxi mo:definitum est libro. Demonstra/ tum preterea est nouem esse tempera mentorũ differẽtias:vnam quidem que mediocris sit et eucratos:quam etiam tempera tam vocemus:reliquas omnes intemperatas:qua/ tuor simplices:vnica scilicet quaq; pollente qualita te:calore:frigore:siccitate: vel humiditate:quatuor ab his diuersas:in quibus vtriusq; oppositionis al tera qualitas exuperat:dico autem duas oppositio/ nes:alteram que est calidi et frigidi alteram que est humidi et sicci. Ab his ad notas earum digressi: de temperatas natura disceptauimus: quoniam hec omnium prima virtute:potentia: cognitioniq; ordi ne sit. At cum temperatum aliud absolute dictum inueniatur in vniuersa rerum natura:aliud in sin/ gulis generibus principio visum est de eo conside/ randum esse:quod cõmuniter in vniuersa natura esti matur:huius norma:indiciũq; erat elementorũ por tionis equalitas. Cuius rei gratia extremorũ oĩum medium ad vnguem redditum: eucraton & symme/ tron:siue temperatũ & mediocre maius:dicitur. Re/ liqua que in singulis generibus tẽperata dicũtur p̃ prijs corporũ functionibus vsibusq; iudicant̃. Eo que fit:vt idẽ aĩalis cuiuspiã stirpis ve corpus: oĩm que in eodem sunt genere:mediũ esse possit .i. in illo genere:eucraton & mediocre. Alteri cuipiã cõparatũ vel stirpiũ vel animaliũ:vel inimorũ generi: discra ton siue intemperatũ. Quippe viuentis corpus cu3 demortuo collatum:humidius eo calidius que est: verbi gratia:leo viuẽs:leone mortuo:tum ipse seipso tum alter altero calidior humidior que est. Atq; in/ de adeo dictum veteribus est:animal calidum & hũi dũ esse:non absoluto sermone:q̃ humiditas in eo: calor ve exuperet:(sic eñ inuenire est aĩalia sicca:fri gida que complura:veluti culices:muscas:apes:for micas)sed vt ad mortua collata:viua eñ apes cali dior hũidiorq; quã mortua est:& formica viua:quã mortua. Cũ hoĩe ṽn:equo:boue ve collata:tum alijs sanguine preditis aĩalibus oĩa id genus frigida:sic caq; temperie sunt. Quin si ad vniuersam naturam spectans ea expendas:ne sic quidẽ quo minus frigi da:siccaq; sint elabantur. Tanq̃ eñ in vnoquoq; ge nere:vbi quid a mediocritate recessit ab eo quod vin cit nomen accipit. Itidem in vniuersa substãtia:cu3 aliquid medium transferit:non amplius eucraton: sed vel calidum vel frigidum:vel humidũ vel siccum nominabitur. Monstratũ eñ supra est hominẽ nõ solũ animaliũ:stirpiũ ve:sed etiam reliquor; omniũ maxime esse temperatum. Cũ autẽ ex multis & dissi dentibus is cõditus est partibus:manifesũ est que pars medio omnium sit temperamento: eam maxi/ me eucraton siue temperatã. Que nãq; animalis ei⁹ quod medij sit temperamenti: media particula est: hec oĩm simpliciter est temperatissima. Monstratu3 vero est id esse in hoĩe cutem. Atq; huius eam maxi/ me partem:que in manu est interna:si tamen quales cã natura est molita talis perstiterit. Jam vero quod nec cuiusq;

nec cuiusq; hominis cutis medium absolute loquen do sit vniuerse substantie: sed eius qui maxime est temperatus dictum prius est. Plurimam enim esse ipsis quoq; hominibus inter se differentiam. Veruꝫ maxime temperatus is est: qui corporis habitu me dius horum extremorum apparet: gracilitatis: crassi-tudinis: duritiei: mollitiei item que caloris et frigo-ris. Inuenias enim cuiuslibet hominis tangen-do corp⁹: vel mitem ⁊ halituosum calorem vel igneū ⁊ acrem: vel horum neutrum. Immo frigiditatem quandam pollentem: frigiditatem autem pollere vt in hominis corpore intelligere oportet: eo que tum sanguineo tum humido. Ac corpore quidem talis ē temperatissimus homo. Idē animo quoq; medius omnino est audacie et timoris: cunctationis ⁊ preci pitationis: misericordie et inuidie fuerit vero talis alacer: amicorum amans: humanus et prudens. Et temperatissimus quidem homo ex his primum: po tissimū q; agnoscitur. Accedunt non pauca eorū que ex necessitate hec sequuntur. Quippe edit: bibitq; in modo: et nutrimenta non solum in ventre: sed etiam in venis: et tota corpis mole: probe pcoquit. Dēq; (vt semel dicam) tum naturales tum animales virtu tes inculpatas habet. Cum ⁊ sensuum facultatib⁹ ⁊ membrorum moribus optimis sit preditus: tum viuido colore semper sit: tum ad perspiratum excre-mentorum bene comparatus. Item medius inter somnolentum ⁊ peruigilem: inter glabrum ⁊ hirtum inter nigrum colorem ⁊ album: pilosq; habeat cum puer est magis rufos q̄ nigros: tum in flore est con tra. At quoniam differentiarum que ex etate eius spectantur: mentionem feci non alienum sit: aliquid iam de his quoq; apponere. Porro volebam vniuſ-cuiusq; predictarum notarum causas persequi: ve-rum cum ad ea que nunc sunt proposita magis vr-geat etatum consideratio: que etiam maximam no-bis ad causarum inuentionem facultatem suggerit: huic nunc insistamus. Intelligimus igitur recens formatum animal in vtero matris: quo sciam⁹ qua ratione humidissimum: calidissimūq; sit: prima eni eius constitutio ex semine ⁊ sanguine est: que humi-de ⁊ calide res sunt. His autem magis semper sicce scentibus: primum quidem formantur membrane: tunice: item viscera ⁊ sanguinis vasa: vltima vero p-ficiuntur ossa: ⁊ vngues: et cartilagines: concreta sci licet substantia. Ante enim quam vel eorum tendi possit substantia: vel concrescere: nihil fieri memora torum potest. Et tunice quidem: ac membrane arte-rieq; ⁊ nerui: ⁊ vene tensa ea: ossa: cartilagines: vn-gues: vngule: ⁊ viscera coagulata ea perficiuntur. His vero in vtero perfectis ita deinde paritur in-fans. Est vero adhuc in summo humidus: veluti maris alga. Idq; non in sanguinis vasis modo ⁊ vi sceribus ac carne: sed etiam ipsis ossibus: que scili-cet siccissima sunt omnium que in nobis sunt par-tium. Verum tum hec: tum reliqua tota vna cum his membra quasi cerea sint: infantium nutrices fin gunt formantq;. Tanta est in toto puellorum corpo re humiditas. Quin si recens editum porcellum: vel esse: vel dissectum inspicere velis carnem quidē eius muccosam: prehumidamque inuenies. Osseum ve-ro genus vniuersum: caseo qui modo fit coagulat⁹ adsimile adeo vt nuper nati animalis corpus pro-pter redundantem in eo humorem libens non come das. Quod maxime tum suillis: tum ouillis fetus cor-porib⁹ accidit: propterea quod ea maxime sunt hu mida. Caprinum quod siccius sit: ⁊ melius esui est ⁊ iucundius. Cōtra id vero quaꝫ in nouellis porcel lis: quecunq; iam senuerunt: hec ossa quidem omnia: ⁊ ligamenta vniuersa presicca: sine succo: ⁊ insipida possident. Carnem vero neruosam ⁊ duram. Arte-rias quoq; ⁊ venas: et neruos: etatis culpa lori vi-ce: insuaues ⁊ sine succo. Que medio statu horum: ac nuper natorum sunt: que vtiq; iam etate proces serunt quantum a senio absunt: tantum ⁊ ab extre-ma siccitate sunt remota. Que minora sunt: atq; ad-huc augescunt: tantum ea quoq; ab gestati etiamnū fetus humore absunt: quantum processerunt etate. Florescens vero etas omnium animalium maxime in medio extremorum est: neq; sicut senium ad sum-mam perducta siccitatem neq; veluti infantium etas in humore ⁊ multo vuido mersa. Cur igitur aliqui celebrium medicorum humidū esse seniū: prodide-runt? An videlicet quod excrementorum abundan-tia sunt decepti? Quippe tum oculis hislachrymis suffunduntur: tum nares destillatione manant: tum in ore eorum saliue copia exuberat. Ad hec tum tussiunt: tū excreāt pituitā: sc; pulmones quoq; hac esse refertos iudicantes: venter quoq; illis pituita est plenus. Tum singuli articuli quodammodo muccosi. Ceterū nihil horū obstat: quo minus senuꝫ corpora sicca cēseantur: vt quorū neruos ⁊ arterias: ⁊ venas: ⁊ mēbranas: ⁊ omniū instrumentorū tunicas: multo q̄ prius erant: sicciores inuenias: circūfundi aūt illis extrinsecus: intrinsecusq;: aut pituitosum quēdā hu morē: aut muccosum. Verū tantū abest: vt eiusmodi signa vniuersa senilem etatē humidā confirment: vt etiā siccā esse prope testentur. Idcirco nāq; particula queuis siccior: q̄ ante videtur: quod per caloris imbe cillitatem: similiter nō nutritur: foris enim copia illi-us humidi excrementi superfluitat. Corpus autem cu-iusq; intrinsecus siccū est: quod nec trahere intro nu trimentū valeat: nec eo sufficienter frui. Est ergo hu midus senex: nō proprijs suis particulis: sed excre-mentis. Rursum siccus: nō excrementis: sed particu-lis ipsis. Ita nimirum alio genere siccus: alio humi-dus. Verum non est ad presens de excrementis eius: sed de proprijs ptibus disceptatio: quarum proprie actiones vitam eius complent. His igitur siccus se-nex est: quibus scilicet puer est humidus: ipsis nimi-ruꝫ solidis corporis particulis: ossibus, membranis ligamentis: arterijs: venis: neruis: tunicis: carnibus-q;. Meritoq; Aristoteles seniū marcēti stirpi adsimi lat. Quippe stirpes nouelle dum sunt: molles: humi-deq; cernuntur: senescentes: assidue magis siccescere videntur. Ad postremum aride prorsus reddūtur. Idque ipsis mors est. Ac quod siccissima etatum se-nilis sit: ex iam dictis liquet. Quod autem et frigi-dissima sit: id vel magis est euidens: ita vt de eo ne-mo dubitauerit. Nam ⁊ tangenti senes frigidi appa rent. ⁊ facile in frigidum statum mutantur. Et nigri: ⁊ liuidi fiunt: ⁊ frigidis morbis facile capiūtur: apo plexia neruorum resolutiōe: stupore: tremore conuul sione: destillatione: raucedine. Porro perijt eorum omnis paulo minus sanguis: eo que vna perijt ⁊ co loris rubor. Iaꝫ vero concoctio his: ⁊ digestio: ⁊ san-guificatio: ⁊ appositio: ⁊ nutritio: ⁊ appetentia: ⁊ sen sus: ⁊ motus: oblesa omnia sunt: vitiose que admini

strata. Et quid queso aliud est senium: q̃ via ad interitum? ita si mors naturalis caloris est extinctio vtiq; seniũ veluti tabes q̃dã eius fuerit. Verũ nõ pinde de puerorũ: ⁊ florẽtiũ etate iter medicos cõuenit. Sed nec dirimere inter eos litẽ est promptum. probabiles eñ sunt vtrorũq; rationes: tum eorum qui pueros calidiores esse quam florentes etate censent: tum eorum qui contra florentes calidiores pueris esse contendunt. Alteri nãq; ex eo eo q̃ sanguinis humor omniũ: que in animalis habẽtur corpore calidissimum natura sit: tum q̃ fetus in vtero propemodũ sanguis tantũ sit: post eñ fingendis vtiq; iã particulis aliud os efficitur: aliud arteria: aliud vena: aliud diuersum ab his aliquid: oĩa tamen rubra tũ quod sanguinẽ sincerissimum calidissimũq; obtineat: colligunt calidissim esse gestatũ in vtero fetum. Quod si est etiã pueros quanto gestatis in vtero ꝓpiores sunt: tanto esse florentibus etate calidiores. Alteri quod etiã plurimus sit in florẽtib⁹ sanguis ac copiosior q̃ in pueris: ita vt eius occasione crebro hic sanguis profluat. Quin etiam quod flaue bilis succus: qui sanguine multo est calidior: plurim⁹ his sit: propterea calidiores esse florentes q̃ pueros confirmant. Rursus illi ab ipsis functionibus. quod tũ augeantur: tum plura q̃ pro corporis sui portione: alimenta tum appetant: tũ conficiant: validum esse in pueris calorẽ asserunt. Hi contra humiditatis occasione potius q̃ caloris vi: augeri illos contendũt. At concoctione non modo florentes non vincere: sed etiã longe ab his pueros vinci. Nam ⁊ vomitiones ijs ex incoctis cibis accidere: ⁊ deiectiones hũidas asperasq; ac a succo alienas. Quod si appetunt plura nihil id facere ad caloris robur. Primũ enim id non accidere caloris copia: vt animal appetat plura: immo contra: refrigeratis scilicet his partibus: quibus appetentia debetur. Deinde quoniam non tantũ ad nutritionẽ: sed etiã incrementum alimenta molliuntur. Idcirco etiã pluribus nutrimentis ijs esse opus. Iã vero reliquis functionibus vniuersis etiã non obscure: inferiores esse pueros his: qui florenti sunt etate: vt qui nec ingredi: nec currere: portare: nec quicq; in summa agendorũ operũ similiter obire queant. Cũ florentibus: tũ sensum omnẽ: tuʒ intellectũ ad summã perfectionẽʒ: bonitatẽq; peruenisse dicant. In summa puerũ adhuc imperfectũ esse florentẽ animal perfectũ. In perfectis rationabile esse: maxime actiuũ maximeq; princeps elementorũ pollere. Qui somno quoq; plurimo deditos pueros videre licet: contra minimo florentes esse contentos. Quanq̃ hunc quoq; aliter accidere: ne vel insanum quidẽ hominẽ censere aiunt: q̃ calido victo quodam modo grauatoq; humoris copia: veluti tuʒ ex temulentis intelligere licet: tũ ijs qui balneo liberalius sint vsi. Ita vero ⁊ papauer somnificũ esse: ⁊ mandragorã: ⁊ lactucã: ⁊ omnia que humidiore frigidioreq; temperie sunt. Ac tales quidẽ de propositarũ etatũ temperie rationes vtrinq; afferuntur. Oẽs eñ recẽsere: superuacuũ videtur. Cũ formula ipsa epicherematũ: vel ex ijs que retulimus satis clare perspici possit. Eminus eñ vtriq; fermeq; a secundis priora colligunt. Ac tanq̃ iã sciat auditor queadmoduʒ auctio: queadmodũ concoctio: ⁊ queadmodum nutritio fiat verba faciũt. Simili modo de sensu: de motu: de functionibus tũ naturalibus: tũ que agi sunt idonee disputant. De somni quoq; generatione ⁊ ciborũ natura: que mentionẽ faciunt: quorũ nullum simplex promotũq; cognitu est: sed ⁊ multã disquisitionẽ requirit: nec potest fortasse vlli cõpertum esse: nisi qui prius humidã: siccã: calidã: frigidãq; temperiẽ sciat agnoscere. Quicquid eñ eorũ veluti scictes dicunt: id si docere eos cogas: prorsus disputationẽ de tẽperamentis: hanc scilicet cui nunc insistim⁹: desiderabunt. Quare per mutua ⁊ ex mutuis: fiunt ijs demonstrationes. Ex ijs quidẽ que nunc querimus ceu iã sint cognita: cũ de actionibus disputant: et ciborũ ac medicamentorũ facultates inuestigant: ac de somno ⁊ alijs id genus disserunt. Rursus autem que nunc sunt proposita per illa: veluti prius iã nota demonstrant. Ego vero eiusmodi demonstrationes non probo: quin si fateri verũ oportet: nec demõstrationes eas censeo: veluti diffusius in alijs ostendi: satiusq; esse in oĩ docendi gñe existimo: ordinẽ cõceptionũ definire. Si igitur principiũ oĩs que de tẽperamẽtis suscipitur disputationis: tractatio de elementis est: sint ne ea impatibilia prorsus que mutationis expertia: an alterari mutariq; potentia: ab illorũ vero cognitione: secunda deinceps est: proposita nunc disputatio non vtiq; sumenda est istorum fides ex ijs: que nondũ sciuntur: sed sicuti tũ rectũ est: tũ vero iustũ: q̃ sumendũ ad demonstrationem est: vel euidens aliquid sit oportet: vel quod prius fuit demonstratũ. Non est igitur neq; de somni generatione mentio facienda: neq; de concoctione: neq; auctione: neq; de alio id gen⁹ vllo sed ab ipsa sola: nudaq; subiecta rerũ substantia: disquisitio ineunda: sicuti in primo libro fecim⁹. Quippe statuẽtes aliũ esse: q̃ energia: siue actu sit: aliud q̃ potestate: de eo quod actu iã calidũ frigidũ humidũ siccũ ve sit: pri⁹ differendũ esse dixim⁹: subinde ad ea que potestate sint veniendũ. Porro eorũ que actu calida: frigida: hũida: sicca ve sunt: obuia promptaq; oĩbus cognitio est: vtpote que tactu discerni queant: qui scilicet ⁊ ignẽ ipm calidũ esse docuit: ⁊ glaciẽ frigidã. Q̃d si alia quapiã rõne notionẽ: agnitionẽq; calidi: frigidive habent: dicant hãc nobis. Inauditã eñ ac nullius effectus sapientiã promittũt. Immo si verũ fateri licebit stuporẽ poti⁹: si rerũ sensibiliũ aliũ quempiã habere se iudicẽ meliorẽ putant: q̃ ipse sit sensus. Atqui si eorũ: que actu calida sunt: alius esse iudex q̃ tact⁹: nullus põt: tangant iã deinceps multos viros: tũ senes: tũ adolescẽtes: tum pueros tũ infantes. Ita eñ inuenient: qui magis minusve calidi sint Sin de rebus sensibilibus rõnales demõstrationes querunt: iã de niue ipsa inquirendũ est: censenda ne sit: sicut oĩbus hoib⁹ apparet candida: an sicut Anaxagoras asseuerauerit: nõ cãdida. Iã vero ⁊ de pice sic mõ coruoq; ac reliquis oĩbus estimãdum. Neq; eñ si non habenda est oculis fides de albo quod vident: de nigro sine demonstratione fides est habenda. Q̃a igitur que sensui apparent: si iã fide carere dicunt: nec colorẽ albũ esse dicant: nisi prius id viderint ratione. Immo nec calcẽ nec diẽ nec solẽ. Ad eũdẽ modũ ⁊ de voce: aurib⁹ fidẽ abrogẽt: ⁊ de odore: narib⁹: ⁊ de oĩ tãgibili ipsi tact⁹ sensui. Et nõne hec sunt Pyronis hesitatio. ⁊ nuge immẽse? Sane equũ fuerat eos qui optimã sectã i phia elegissent: que. s. calidũ: frigidũ: humidũ: ⁊ siccũ principia ⁊ elementa statuit: nõ intm̃ desciuisse a viris q̃ hec posuerũt:

vt qđ oīs demonstrationis pricipia sunt.queq; sen
sui:queq; intellectui sunt manifesta:nō cognosceret
Et profecto quisquis de bis addubitar: frustra de
alijs inquirit. Utpote ne vnde quidē sit inccepturus
quicq̄ sibi reliquēs. Unde igitur in tā diuersam viā
diuerterūt:ac sensibiliū rerū cognitionē rōne cōseq
tentarunt? Ego sane ne cogitare quidē possuz. Eo
q̄ quodactu calidū est:tactu iudico. Siquid autez
adbuc calidū nō est:sed vt tale fiat est idoneū: quod
vtiq; potestate calidū appellam⁹:id rōne inuestiga/
re conor:ij vero oīa nescio quo pacto subuertūt: ⁊ in
argumētis prolixe rbetoricant. Sed bos mittamus
Illi⁹ tū nūc minime obliti qđ vnū prauorū dogma
tū principiū sit:nibil de demonstratione prius me/
ditatū simul res ipsas inquirere:simul veluti scien/
tē quidnā demonstratio sit:demonstrare tentare. De
nuo igitur ad propositū reuersi:calidū qđ in etati/
bus cognoscere cupimus.primū ⁊ maxime tactu iu
dicemus. Erit aūt optimum iudiciū in vno: eodēq;
vnius infantis corpe: pōt eñ ⁊ qualis calor illi an/
te bienniū fuerit:in memoria reponi. Et qualis nūc
sit post duos forte vel tres interpositos annos. Si
nāq; mutatio oīno vlla ad calidū frigidū ve infanti
facta videbitur:nullum preterea negociū erit:q̄ vsq;
ad florentē etatē futur⁹ excessus sit colligere. Quod
si plures puellos plurib⁹ conferre florentibus etate
velis:graciles gracilibus:quadratos quadratis: et
crassa crassis conferes:eque vero ⁊ qui colore:⁊ reli/
quis oībus (quoad fieri pōt) silr se babeant. Quip/
pe si differentiā in etatibus inuenire studeas:in silī
bus q̄maxime licet naturis:eā inquisitionē tuti⁹ fa
cies. Porro in contrarijs naturis bāc disquirere nō
parui erroris est occasio:cum interim non tā explo/
ratorū corporum etatis: q̄ naturalis temperamen/
ti gratia:differentia existat. Ad eundem modum: tū
victu vniuerso:tū temporum quibus explorant sta/
tu:pari modo se babentia corpora eliges:non exer/
citatū:requieto comparans:non balneo vsum:ei qui
eo non sit vsus:non ieiunū saturo:non sitientē ebrio
non eū qui sole incaluit:ei qui ex frigore riget:nō eū
qui vigilauit:ei qui dormiuit:nec deniq; eos quib⁹
contraria est vel natura:vel victus ratio: vel queli/
bet rerū circunstantia. Sed reliqua oīa sint quā fie/
ri licet paria:vna etate excepta. Pari modo si vnum
eundēq; puellum cum seipso conferes: omnes eius
externas circunstantias similes ad vnguē seruabis
quo:scilicet:si qua barum alicui⁹ causa in calore ⁊ fri
gore differentia contigit: etatis mutationi non im/
putetur. Longum tibi experiendi rationem fortas/
se tradere videor:sed plane verissimam:atq; ex ipsa
rei quesite essentia desumptam: sicut in bis que de
demonstratione scripsimus: a nobis est proditum.
Tu vero fortasse compendiariam voles:minime cu/
rans si falsa sit. Scito ergo non solum falsam te:sed
etiam longam ingressurum viam:neq; tribus: qua/
tuorve annis:quod requiris inuenturum:sed tota vi
ta in ignorantia versandum. Quantum enim acci/
pi ex memoratorum virorum controuersia licet: non
est:quod putemus clare aliquid demonstrari posse.
Sed nec rationabile omnino est:ex ijs que posterio
ra sint:ea probari que sunt priora. Ergo calidum:
frigidūq; corpus quod saltem actu:nec adbuc pote
state tale sit:sensu iudicemus:misso nunc tum prio/
rū iudicio:tū reliquis omnibus notis. Et te iā recte
iudicaturum ad ipsam experientiam remitto. Meū
autem iudiciuz ipse interpretabor. Complura enim
deinceps corpora: non puerorū modo verum etiam
infantium:adolescentium ⁊ etate florentium curiose
tangens:neutros vera locutos inueni:nec eos q̄ ab
soluto sermone calidiorē nec eos qui frigidiorē:esse
florentem etatem quam puerilem dixerunt. Si enim
reliquis omnibus que extrinsecus adueniunt alte/
rationibus circūcisis eas que ex sola etate proueni/
unt differētias estimaueris:neuter absolute loquen/
ti videbitur tibi calidior. Quippe dissident eorum
calores qualitate que ex imparitate difflatus creant.
Cuius rei occasione nōnulli vel eos qui secū versent:
vel seipsos fallētes alij puerorū alij iuuenū valen/
tiorem esse calorē autumāt. Est eñ puerorum calor
magis balituosus ⁊ copiosus ⁊ tangēti blandior flo
rentium calor subacte quiddam babet ac nō suaue.
Hec igitur tagenti occursus differētia plures indu/
cit vt florētium corpus calidius esse pronuncient.
Res vero aliter se babet. Quippe qui in varia mate
ria tactum suum ad calorem tum valentiorem tum
imbecilliorē tum parem discernēdū exercuerit:buic
nō dubito puerorum calorem florentium calori vel
parem vel ampliorem visum iri. Est porro exercen/
di ratio bec. Incipiendum enim ab eo quod euidēs
maxime est. Balinearum aer ita est aliquando ca/
lens vt nemo eum ferat:sed vri in eo versatus videa
tur. Aliquando ita est frigidus vt sudare in eo non
sit. Iam tertium quoq; ⁊ ab bis diuersum quē vtiq;
maxīe requirimus temperatū aeris statum quid re/
fert dicere? Idē tres caloris status in solij quoq; ap
perent aqua. Quippe q̄ ⁊ calida adeo vt vrat:⁊ frigi
da adeo:vt ne calefaciat quidē:⁊ tēperata adeo vt ca
lefaciat modice:sepe cernitur. Ergo si te vter sit cali/
dior percōter:aqua ne tēperata:nā aer tēperat⁹:neu
trum dicere possis. Cum eñ ambo similiter corpori
blāda sint:⁊ mediocri tēperie:alterū eorū dicere cali
dius esse:alterū frigidi⁹:nulla dici ratione videtur.
Jam si intelligas aquā labri:ea esse caliditate vt fer/
ueat:aut aerem balnei prorsus inflāmatū ab vtroq;
te pari modo deurendum constat. Rursus si aquam
ita intelliges frigidā:vt pcul a glaciēdo non absit:
aut aerem prorsus refrigeratū:sicut cum ningit:cō
spicitur:patet qđ vtriusvis occursu pari modo refri
geraberis:rigebisq;. Ergo summū tum calorez:tum
frigus similiter in aqua:similiterq; in aere finge:pre
terea medium amborū extremorū statum simili mo
do in vtroq; constitue: boc casu quod in medio in/
teruallo extremorū:⁊ medij status tum in aere est:tū
aqua:easdem excessus distātieq; rationes babebit.
Tātoq; dices alterū mediocri esse calidius quāto al
terum. Ad eūdē modū ⁊ frigidius quā mediocre:tā
to esse aquā aliquādo dices:quāto ⁊ aerē:tāetsi suus
vtriusq; occursus tangenti idem nō sit vtriq;. Neq;
eñ simili modo aqua temperata sicut aer tempera/
tus tactuz afficit. Et qđ opus est in tam dissimilib⁹
exemplum proponā? Cum ipse aer qui simili sit ca/
lori:varie tāgēti occurrat:prout alias veluti caligi/
nosus ⁊ balituosus:alias veluti fuliginosus ⁊ fumo
sus:interim purus omnino est. Igitur in pluribus
ijsdemq; differentibus equalitas caloris consistit.
Que consideratis quasi inequalis sit: imponit:
propter ea scilicet quod non vndequaque similis
apparet. Ceterum bomo qui rationes: quas pro/

posui expēderit: ⁊ sensum i multa particulariū expe
rientia exercuerit is numirū equalitatē caloris i pue
ris florētibusqꝫ inueniet: nec eo falletur qđ alter in
humida alter in sicca substantia repꝛesentet. Quip-
pe lapis aliqñ pari cum aqua calore esse potest nul-
lū eo faciēte discrimē qđ lapis siccus sit aqua humi-
da. Ita igit mihi cum pueros iuuenes adolescentes
millies ꝯsyderassem: preterea eūdē infantē puerū ado
lescentēqꝫ factū nihilo calidioꝛ visus ē. Nec puer qꝫ
etate floreēs: nec etate florens quā puer. Sed tantum
(queadmodū dixi) i puer. magis halituosus ⁊ mul
tus: ⁊ suauis: in florentibus exiguus: siccus: nec sic
suauis esse caloris occursus. Siquidē puerorū sub-
stantie: vtpote humide multū foras effluit florentiū
substantie parū: vtpote sicce. Itaqꝫ neuter eorū sim-
pliciter videt calidioꝛ. Sed alter multitudine ei? qđ
difflat alter acrimonia. Quippe insiti caloris puer
plus habet eiusqꝫ blandioris: si modo ex sanguine
⁊ semine ortum habet. In florentibus etate exiguus
⁊ siccus: nec similiter suauis caloꝛ tangenti occurrit.
Ergo calidi frigidiqꝫ corporis solus tactus est iu-
dex: humidi autē ⁊ sicci vna cū tactu ratio. Quippe
qđ siccum' est durū prorsus est: at hoc tactu omnino
dignoscitur. Non tamē si quid durum est: idē statim
⁊ siccū est. Etenim inseparabilis a sicco corpore du-
ritia est. Non tamē eius vnius ꝓpria. Nam ⁊ qđ a
frigore concretum est: durum cernitur sicut glacies.
Quo vtiqꝫ min? sicci: humidiqꝫ adeunda statim di
scretio est: ante scilicet qꝫ estimatū sit: queadmodū se
in calore habeant ⁊ frigore. Neqꝫ eñ siquid cū sum
mo frigore repꝛesentatur durū: id etiā siccū est. Nec
siquid cū vehemēti calore est molle: idē stati est hu-
midum. Verū cū mediocriter est calidū: tum estima-
re durū ne an molle sit opoꝛtet. Si eñ molle sit: hu-
midum est: si durū siccū. Verū si hec ita se habēt: par
tiū: q in humano corpore sunt dure: nulla est humi-
da. Neque eñ tanta esse in eo frigiditas pōt: vt ali-
quid in ipso concrescere i duritiē queat. Potest eñ
qđ prius fuit fluxile: aliquādo cōcrescere: veluti ade
ps. Qđ eñ oleosum in sanguine: fluxileqꝫ ⁊ pingue
est: vbi in frigidū venit locū: cogitur: durū tamen ne
sic quidē efficitur. Cōmode igitur dictū veteribus ē
humidissimam esse adipē. Secundo post eā loco car
nosum genus. Eius plures sunt species. prima qui
dem que pꝛopꝛie caro appellatur: quā scilicet nusqꝫ
in corpore per se inuenies: sed est perpetuo musculi
pars. Ab hac cuiusqꝫ viscerum pꝛopꝛia substātia est
est. Eā Erasistratus perenchyma vocat. Quasiqꝫ ꝑ
re parua leuiqꝫ habet parum intelligēs cuiusqꝫ vi-
sceris actionē huic carni acceptam referri: sed horuꝫ
nō est nūc tempus. Qđ aūt ipsum cerebri pulmonis
qꝫ pꝛopꝛiū corpus proximū adipi humiditatis ra-
tione sit ex mollitie eius coniectare licet nō eñ a fri-
gido cōgelatur cū nec calore fundatur. Propinquā
ijs naturā habet ossiū medulla. Nō est tamē eiusdē
generis cū cerebro ⁊ spinali medulla ea q in quoli-
bet habetur osse. Sed cerebrū ⁊ spine medulla eius-
dem sunt generis. Relique oēs medulle alterius na
ture sunt. Est tamē humidius ac calidius cerebruꝫ:
qꝫ spinalis medulla: eoqꝫ etiā molli?. Preterea ipsi?
cerebri priores partes tanto sunt humidiores quā-
to molliores: oia tñ hec cute non humidiora modo
sunt sed etiā frigidiora vnoqꝫ verbo omne exangue
frigidius sanguine predito est. Proxima cuti ē mol-
lium neruorum natura. Duriores aūt in humido ⁊
sicco secundū cutis naturā se habēt. Calore ab ei?
natura tantū absunt quātū cōsentiens est exangue
corpus a sanguine predito abesse. Lienis aūt renū:
⁊ iecinoris caro tāto cute est humidioꝛ quāto ē mol-
lioꝛ. Calidioꝛ aūt quāto magis abundat sanguine
iā cordis caro oibus ijs tāto est siccioꝛ quāto est du
rioꝛ. Calidioꝛ vero nō modo his sed etiā oibus pla
ne corporis particulis. Qđ etiā sensu clare depre-
hendas licet: in pectoris animalis dissectione si di-
gitum in sinistrum eius sinum immiseris. Inuenies
enim locum hunc omnium que in animali sunt non
paulo calidissimū. At iecinoris: lienis: renū et pul-
monis caro: simplicis cuiusdem nature est: circa cu-
iusqꝫ visceris venas: arterias: ⁊ neruos crescēs. Cor
dis: simplex carnis natura nō est: sed sunt in eo fibre
quales in musculis cernimus quibus caro circūhe-
ret. Ceterū nō est idē fibrarū gen?: sed que in muscu
lis habētur neruorum: ⁊ ligamētorū sunt particule.
Cordis pꝛopꝛia quedam fibrarum est species: eque
scilicet vt venarum: tunice: atqꝫ arteriarū. Itēqꝫ inte
stinorū ventriculi: vteri: ⁊ vesice vtriusqꝫ: licet eñ in
ijs quoqꝫ instrumētis pꝛopꝛiā quādā videre carnē:
suis ipsorū fibris circūnascentē. Atqꝫ he quidē car-
nes: cute sunt calidiores: fibre vero qꝫ cutis partim
paulo magis partim paulominus: tum frigide tum
sicce sunt: partim similes omnino cutis substantie.
Porro oēs mēbrane cute sunt sicciores: veluti cere-
bri: ⁊ spinalis medulle inuolucra: que menynges dicū
tur. Sunt eñ he quoqꝫ mēbrane. Iam ligamēta oia
quāto cute sunt duriora: tāto sunt ⁊ sicciora. Tēdo-
nes quoqꝫ tam ⁊ si ligamētis sunt molliores: attamē
cute luculenter sunt duriores. Chartilago vero post
ligamētum deinceps est: preterea mediū quoddā in
ter ea corpus Appellāt id anatomici quidā νευροχον
δρώδη συνδεσμον quasi vero chartilagicū ligamē
tum dicas. Est autem id durum: chartilaginosumqꝫ
ligamētum. Os vero omniū que cuti operit: durissi-
mum est. At eorum que ex cute extant siccissimus est
pilus: deinde cornu. mox vngues: et vngule: et calca-
ria: et rostra: queqꝫ his in singulis animalium ratio
ne carentiū similes sunt partes. Succorū optim?: et
maxime pꝛopꝛius ac domesticus sanguis est huius
veluti sedimētum: ac fex: atrabilis est. Que idcirco tū
frigidioꝛ: tum crassioꝛ sanguine est. Sicut flauabilis
longe calidioꝛ frigidissimū vero ac humidissimū oiꝫ
que i aiali habet pituita est. Instrumētū aūt quo id
cognoscit: ipse est tactus: veluti Hippo. in libello de
hominis natura monstrauit. Ceteruꝫ quod frigida
sit vnus tactus discernit. Quod vero humida quoqꝫ
pariter tactus visus ⁊ ratio indicant. Et tactus q̄-
dem ac visus: quod talis ijs cernitur. Ratio vero:
vbi non caloris copia sed naturali humore talē esse
definiuit. Ac particule q̄dē ⁊ succi corporis ad hūc
modum se habent. De ijs que temperamēta comitā
tur deinceps agendū. Comitātur enim ea ⁊ que di-
cta iam sunt: immo potius inseparabilia omnino
sunt. A sicco quidē corpore duritia: ab humido mol
lities: si tamen cum tepido calore est: sed ⁊ crassitudo
habitus et gracilitas temperamenta sequumtur:
non ea modo que naturalia sunt: sed etiam si qua ex
longa cōsuetudine sunt ꝯtracta. Multos si quidē
q naturagraciles fuerāt: pingues redditos vidi ⁊ cꝫ
q pingues fuerāt graciles. Illis q̄dē ex ociosa ⁊ deli

cata vita toto tēperamēto ad humidius mutato. His vero multa tolerantia ⁊ curis ⁊ tenui victu per siccatis. Dicemus vero ⁊ horum discernendorū notas. Satius enim est talis: ne quispiam natura sit an ex consuetudine redditus nosmet per aliquot signa discernere posse ꝙ ab alio id querere. Sane eiusmodi signorū author eque vt reliquorum oīū mirus est Hyppocrates. Siquidem quibuscunqꝫ latiores vene sunt hi calidiores natura sunt. Quibus angustiores contra magis frigidi. Caloris namqꝫ opus est has dilatare flatumqꝫ extendere. Ita rationabiliter in idem fere recidit venarum angustia cū habitu pingui ⁊ crassiore: habitus gracilis cum venarum laxitate. Quod si quis simul pinguis crassusqꝫ est ac venas laxas habet: is consuetudinis alicuius occasione nō natura pinguis est redditus. Sicut ediuerso si quis angustas habet venas: ⁊ gracilis ē: ne nūc quidem tale esse natura necesse est. Quin cū fames vrget: mediocritatem ex laxitate venarū: ⁊ angustia: non a cetero totius corporis habitu spectandā esse ait. Quippe qui angustas habēt venas: exigui sunt sanguinis: nec longam mediam ferunt. Quib⁹ late: his copia sanguinis est: ⁊ citra noxam cibo abstinēt Causse horum euidentes iam sunt: iis qui animū aduerterint: tametsi a me non referantur. Sed quoniam non omnes aduertunt: necessum fortasse erit aliquid eorum caussa dixisse. Quicquid in sanguine pingue: leue: ⁊ tenue est: id in calidioribus corporibus alimentum quoddam calido fit: in frigidiorib⁹ seruatur. Cumqꝫ id vene extra se transmiserint vbi in frigidas particulas incidit: quod genus membrane sunt: in iis concrescit. In partibus vero natura calidioribus: cuiusmodi carnose sunt: a calore ipso absumitur: ac digeritur: nisi sicubi frigiditati temperamenti etiam vita indulgentior accedens: ipsis carnosis particulis adipis aliquid alinat. Qua ratione etiam que hieme delitescunt animalia: non raro inueniuntur adipe obesa. Et femine viris sunt pinguiores: qd scilicet femina mari est frigidior: ⁊ plurimum domi versatur. Ac quicunque corporum habitus ⁊ temperati natura sunt: ⁊ mediocri exercitatione vtuntur: hos necesse est eusarcos esse. id vero est mediocri omnino corporis habitu. Quibus vero humidum abundat: ⁊ calor a mediocritate summa nō longe abest: hi corpulenti: siue carnosi fiunt. Corpulenti rursus fiunt: qui natura sunt temperati. Ceterum desides ⁊ ociosi viuunt. Quippe dictum a veteribus commodissime est: consuetudinem acquisititiam esse naturam. Nec fortasse oportebit cum id iam semel dixerimus: in quo vis etiam capite definire natura ne frigidior: an ex consuetudine quispiā sit redditus: sed illud legentibus remittere: me autē compendii caussa: proprios cuique temperamento corporis habitus persequi. Sunt igitur nonnulli qui ⁊ graciles sint: ⁊ venas paruas habeant: sed si ex iis quempiam incidas: adeps excidet. Quam cōstat cuti: ad internam eius membranam subnasci. Et raro id quidem in viris conspicitur: in feminis sepissime inuenitur. Est namqꝫ tum frigidioris nature tum vite magis desidiose eiusmodi nota. Siquidem adeps ex habitus frigiditate gignitur. Corpulentia: siue carnis abundantia ex sanguinis copia nascit. mediocritas tēperate nature est nota. Et corpulenti qdē: omnino plus adipis habēt ꝙ tēperati. Nec tamē ꝓ carnis semper portione adeps simul auget: sꝫ alios habere plus carnis: alios plus adipis videas: aliis ambo pari modo sunt adaucta. Et q̄bus quidē ambo parimodo sunt aucta: his tātū supra tēperatam naturā humoris est: q̄tum ⁊ frigoris. Quib⁹ aūt plus est adipis: in his frigidi plus est: ꝙ humidi. Eque vt quibus caro est plenior: his humoris plus iusto est: nō tamen etiā frigoris. Cū eni calori intra debitos fines manenti: boni sanguinis accedit copia: necesse est corpulentia sequatur. Quantū aūt supra mediocritatē esse sanguis debeat: id quidē mensura ⁊ pondere: ostendere nō est: ratione tradere licet. Quippe vbi nullū adhuc morbosum symptoma: crassato corpori incidit: humoris abundātia intra sanitatis interim est fines. Monstratum eni nobis ⁊ in aliis est: nō paruam in eo statu: q̄ sanitas dicitur: necessario statuendā esse latitudinē: quin nunc quoque in omni fere sermone nostro apparet: q̄ tēperatā: mediamqꝫ naturam reliquarum veluti canonem semper statuamus: que vero ex hui⁹ vtraqꝫ sunt parte: intēperatas censeamus. Nō vtiqꝫ nō faceremus: nisi in sanitatis statu maioris: minorisqꝫ ratio inueniretur. Est eni alia sanitatis alia morbi intēperies. Morbi q̄dē ea que a media tēperie longissime abest. Sanitatis que paulum: definire aūt modū ne hic q̄dē mēsura: et pondere licet. Ceterū intēperamēti qd intra sanitatē habet sufficiens nota est: qd nulla functio animalis manifeste sit adhuc lesa. Quātū igit̄ interuallū est inter id qd perfectissime functionē obiit: ⁊ id qd manifeste actionem aliquam habet oblesam: tanta est profecto ⁊ sanitatis ⁊ distemperantie que intra sanitatem consistit latitudo. Ab hac proxima est intemperies morbosa cū scilicet animal intēperamēti vitio egrotat. Non eni hui⁹ tantū noxa laborat: sed etiā aliis affectionib⁹ nō paucis de q̄b⁹ in iis que de morboꝝ differētiis scribem⁹: diffusius agēt. Nūc redeūdum ad diuerticulū est. Sicuti ei naturali calore optimā seruāte tēperiē: humidū qd intra sanitatis terminos est auctū: nō adipē modo in hoīe: sed etiā corpulentiam gignit. et adipem quidē parcius adiicit: carnē vero multo liberali⁹ auget: ita rursus: si humidū et siccū mediocritatē ad vnguē inter se seruēt: calor autem in hoīe sit minor: necesse est hui⁹ corpus adipe ꝙ carnis copia magis abūdet. At vero si calor augeatur: seruetqꝫ mediocritatem altera ꝯtrarietas: minus erit ei animali adipis ꝙ carnis. Sicut ediuerso si qn̄ pollet siccū: altera cōtrarietate mediū modū seruante: ⁊ gracilius ⁊ duri⁹ corpus euadet. Hec a me dicta sunt: patetqꝫ nō solum rōne monstratum esse quod simplices in animaliū corporibus intēperies habeantur sed etiam quod singularum ꝯ manifeste sint note. Nec ee modo ī calore: frigore: mollitie: ⁊ duritie: sed etiam in reliquis omnibus habituum corporis differētiis. Quaꝝ de iis q̄ ex gracilitate ⁊ crassitudine spectātur. mox diximus. de reliquis nunc dicam⁹. Calida igit̄ ⁊ sicca intēperies hirsuta ē verū ea in summo. Mediocriter aūt q̄ calida q̄dē ē: sꝫ in altera cōtrarietate mediocritatē hꝫ. Similiter ⁊ q̄ sicca q̄dē est: sed ī calido ⁊ frigido media est tēperie: est eni ea ꝙ modice habita. Nuda pilis sunt frigida oīa tēperamēta: siue ea mediocriter se hñt in hūiditate: siue in modice. Ceterū ad summū est glabra frigida tēperies ⁊ hūida. Min⁹ hac q̄ frigida est: sꝫ in

altera ꝯtrarietate tēperata. Adbuc min⁹ q̄ frigida ē
⁊ sicca. Quanꝙ putet aliquis: sicut fieri non potest
vt in terra sicca herbe nascātur: nutriantur ⁊ incre-
mentū capiant: sic nec pili in sicca cute. Est autē se-
cus. Quippe terra vt terra sicca dicitur: cutis vt cu
tis. Itaqꝫ siccitas: que in terra est: maxime sine hūo-
re est. Que vero in hoīs est corpore: ⁊ eius similium
animaliū: nec humoris est expers: ⁊ maxime oīm ad
pilorū gnationē est idonea. Siquidē nec ex ijs q̄ sili
cea testa ītecta sunt: nec crustatis: veluti ostreis locu
stis: cācris: sz nec ex ijs que in cauernis delitescūt: q̄
les sūt serpētes: nec q̄ squamata sunt: cuiusmodi sūt
pisces oriri pili possunt: sūt eñi horū cutes vere atqꝫ
in totū sicce ritu teste: vel petre. Ceterū ex ijs q̄ mol-
li sunt cute: vt homo quanto vtiqꝫ siccior calidiorqꝫ
cutis fuerit: tantomagis potest pilos gignere. Nam
vt ab exēplo terre: quod illi proponunt non receda-
mus: herbe nec in sicca ⁊ squallente admodum terra
nasci possunt: nec in humida ⁊ lacustri: verū cū absu
mi ceperit redundantia humoris tū enascunt̄ e ter-
ra. Augentur aūt largius: vbi hec quoqꝫ siccescit: mo
dice quidē in vere: celerrime vero ⁊ plurimū ineunte
estate. Siccantur aūt oīno arefacta terra: estate iam
media: licetqꝫ tibi (si placet) nūc quoqꝫ sicuti in prio
re libro demonstratū est: ver ipsum: propterea quod
ex tēporibus anni temperatū est: temperati corporꝫ
id assimilare cuti: potissimūqꝫ eius tēporis medium
tū eñi terra quoqꝫ ipsa medio quodā statu hūoris:
siccitatisqꝫ est. Quod aūt veris estati est proximuz: id
iā sicciorē iusto reddidit terrā: hoc etiam amplius:
estas incboata. Quā igitur dico calidam ⁊ siccam cu
tem hanc maxime terre statui adsimilem: que abeun
te sit vere: vel ineunte estate. Nam media estate in
summo est sicca perinde vt testa intectorū animaliū
tegmen non vt hominū: suū: asinorū: equoꝝ: aut alte
rius cuiusqꝫ eoꝝ que pilis vestiuntur. Quare si cutē
terre comparare volunt: hactenus quoqꝫ rem cōsen-
tire cū ijs que prius diximus inuenient. Ipsi vero
sese ex homonymia non animaduersa fallunt. In sic
ca eñi ⁊ calida cute multos magnosqꝫ nasci pilos di
ximus: nimirū vt de homine vel animali pilis predi
to non de ostreis aut cancris verba facientes. Quip
pe per omnē cutem digeritur semper aliquid a cali-
do: quod secum etiam interni humoris nonnihil au
fert. Verū in quibus humida cutis est: ⁊ plane mol
lis: qualis modo concrescens caseus: in his eoꝝ que
exciderunt: vie per cutem non manent partibus sci-
licet eius que prius dissidebant: rursus inter se vni-
tis. At in quibus dura est: non absimilis caseo iam
coacto: perforatur quidem eorū que exeunt transflu
xu. Cū autem rursus vniri per siccitatem nequeat:
meatus ipsos immutatos seruat: qui etiā perpetuo
transfluentiū ictu assidue magis fistulantur. Si igit̄
quod transfluit halitui vel humor purus sit: hali-
tui certe celer: minimeqꝫ impeditus transitus est hu
mor in exilioribus spiramentis nonnunꝙ heret.
Aliquid etiā intro recurrere ad profundum cogit̄.
Sin veluti fuliginosus crassusqꝫ ⁊ terreus vapor sit
subinde contingit vt in angustis spiramentis impa
ctus nec facile rursum intro redeat: nec vacuari pos-
sit. Hūc igit̄ alius rursum est profundo subiēs ferit
prorsum que impellit: tū hūc rursus alter atqꝫ illum
alius. Ac multos mihi eiusmodi vapores fuligino-
sos aliū super aliū impactos: tꝫc ꝯplicari ꝯiungiqꝫ
intellige: ac vnū eiusmodi efficere corp⁹: quale est ea
que foris cernit̄ fuligo: nisi qđ hic inquantū spissa-
tū est: intantū etiā per transitus angustiā stipatum:
in angustā prorsus redactū est formā. Ubi aūt tale
corpus totū obstruxerit meatū: deinceps iā violēter
ictū a similibus sui: quibus exitus non est excremen
tis: totum interim propellitur: adeo vt cute exire co-
gatur: iā lori formā adeptū. Adsimiles autem quod
in meatu est impactū: herbe stirpisve veluti radici:
qđ vero ex cute extat ipsi veluti stirpi. Fit aūt niger
pilus cū de vsto vi caloris vapore excrementū i exa
ctā fuliginē mutat̄: flauus vero cū vapor min⁹ tor-
retur: quippe qđ tū est impactū flaue bilis: nō nigre
feculentū excrementū est. Albus vero pilus ex pitui
ta nascit̄. Rufus sicuti coloris flauiq̄ ē medi⁹: sic ei⁹
gnatio ex pituitose biliosequꝫ fecis media q̄dā natu
ra prouenit. Crispi pili fiunt vel propter siccitatem
temperamenti: vel propter meatū in quo radicant̄
Et propter siccitatē quidē ad eū modū quo corri-
gie: que igni plus iusto siccantur. Et quid corrigia
rū meminisse est opus: cū ipsos pilos vbi igni pro
pius sunt admoti: protin⁹ intorqueri videas? At-
qꝫ ita quidem omnes Ethiopes sunt crispi. At pro
pter meatuum in quibus radicantur naturam: ad
hunc modum. Cum exhalatio sepe imbecillior est:
ꝙ vt rectam viam sibi moliri possit: pro modo quo
inflectitur: etiam meatum suum figurat: interim ve
ro exhalatio satis valens est. Sed duriore cutis na-
tura: ferri regione prohibita in latus flectitur: ita
vt extrinsecus videre licet: non halitū modo aut fu-
mū: sed etiā flammā ipsaz cū sursum agi vetatur: di
uisam vtroqꝫ versus in obliquū agi. Sic igit̄ corpo
ris exhalatio: vbi prorsum agi prohibetur: obliquū
sibi transitū sub cute molitur: donec longiore spatio
collectā aliquid eā vrgeat: ⁊ foras flatu agat. Est qñ
ambobus coeuntibus: ⁊ prima exhalationis: q̄ mea
tū finxit imbecillitati ⁊ cutis siccitate: obliquitas pi
lorū radicibus contingit. Quales aūt in radice fin
guntur: tales rationabile est perpetuo fore. Neqꝫ ei
durorū ⁊ siccorū corporū quippiā nisi prius mollia
tur: fingi in rectū potest. Atqꝫ hec quidē est pilorum
generatio. Sequens est vt causas oīm: que tempera-
mentis in pilorū pro etate: regione: ⁊ corporis natu
ra differentijs contingunt dicamus. Ergo Egyptij:
Arabes: ⁊ Indi: oēs deniqꝫ qui calidā ⁊ siccā regio-
nē incolunt: nigros exiguiqꝫ icremēti: siccos: crispos
⁊ fragiles pilos habent. Contra qui humidā frigi-
dāqꝫ regionē habitant. Illyrij: Germani: Sarmate ⁊
oīs Scytica plaga modice auctiles: ⁊ graciles: ⁊ re-
ctos: ⁊ rufos obtinent. Qui vero inter hos tempera-
tū colunt tractū: hi pilos plurimi incrementi: ⁊ robu
stissimos: ⁊ modice nigros: ⁊ mediocriter crassos: tū
nec prorsus crispos: nec omnino rectos edunt. Et in
etatibus ad eūdem modū: infantiū quidē pili Ger
manis: florentiū etate Ethiopibus. Ephebōrum ⁊
puerorū: ijs qui temperatū locū incolunt: in robore:
crassitudine: magnitudine: ⁊ colore ad portionem se
habent. In corporū quoqꝫ naturis ad etatū ⁊ regio-
nū portionē pili se habent. Pueri eñi admodū par-
ui nudi sunt pilis: qđ vtiqꝫ nec meatus adhuc vllus
illis in cute est: nec fuliginosum excrementoꝝ. Inci-
pientes aūt pubescere: paruos ⁊ imbecilles exigūt.
Atqui iā florent: valētiores: ⁊ multos: ⁊ magnos: et
nigros habent: qđ ⁊ frequētes iā meat⁹ ijs sint facti:

⁊ fuliginosis excremētis: pre siccitate ⁊ calore abun
dent. Ceterū pili qui in capite: superciliis: ⁊ ciliis ha
bentur: etiā pueri nobis innascūtur. Siquidē gnatio
iis est: non est qualis herbis sed qualis stirpib⁹: pri
ma ratione a natura conditis: non temperamentum
ex necessitate sequentibus: sicuti in libris de vsu par
ticularū est monstratū. Verū hi quoq̃ quod quidem
sint: id nature arti acceptū ferunt. Quod nigri: rufi-
ve vel alio quouis sint colore: id etatis temperamen
to omnino debent. Subrufi em̄ fere sunt: quoniam
qđ in meatibus est impactū: nondū totū est nigrum
quippe cū humiditas multa sit: ⁊ transitus facilis ⁊
deustio imbecilla. Boni vero incrementi: ⁊ modica
crassi sunt: propter excrementorū quibus alūtur co
piā. Quippe ipsa pars corporis in qua fiūt sicca est.
Tota nāq̃ calua ossea est. Cutis vero que illi est cir-
cundata: tanto reliqua totius corporis cute est sic-
cior: quanto etiam est durior. Ascendit tamen tum ab
iis que circa cerebrū sunt: tū vero ex toto corpore: fu
liginosi excrementi non parua vis. Quo fit: vt quale
etate florentibus totū est corpus: eiusmodi iam īfan
tibus sit capitis cutis. Eoq̃ rationabili⁹ nonnulli
procedente tempore calui reddūtur: quibus scilicet
a primo durior cutis erat. Quippe monstratum est
prius senescentiū partes omnes siccescere. Fit autem
cutis non paucis veluti testacea: vbi supra iustum
fuerit siccata. In ea vero sicut ex prioribus constat:
nihil nasci potest. Itaq̃ etiā interna manuū: ⁊ infer-
na pedū semper glabra ⁊ pilorum expertia sunt: qđ
siccissimus densissimusq̃ sit tendo his qui sub cute
habetur. Quib⁹ autem ad summam siccitatem: cutis
capitis non peruenit: imbecilli his omnino albiq̃ pi
li fiūt: quos vulgo canos appellant. Imbecilli qdem
conuenientis alimenti penuria: albi vero propterea
qđ alimentū quo alunt̃: veluti sit⁹ est pituite: q̄ spa
tio cōputruit. Ubi em̄ meat⁹ etiānū manet: excremē
tū vero exiguū est: ⁊ lentū: ac languide a calore ꝓpel
litur. non dissimiliter putredini afficitur. Iam calui
fiūt homines cū senescūt: a sincipite magis: canescūt
magis a temporibus: qm̄ illud oīm capitis partium
est siccissimū: heret em̄ cutis illic ossi nudo. Tempo-
ra vero humidiora sunt: quod in his musculi magni
sub cute habeantur: oīs aūt musculus carnosus sit.
Caro tū osse: tū cute humidior. Est autē et quod di
cimus diligenter attendendū: ne imprudentes nos-
metipsos fallamus: sicuti se fallūt multi ex iis q̄ opti
mi visi sunt medici. Qui si quē caluū viderint: statim
huic siccū esse totius corporis temperamentum pu-
tant. Neq̃ em̄ simpliciter ita coniectari oportebat:
sed prius illud definire prestiterat: humanū corpus
in aliis equabili per totū temperamento esse: in aliis
nec iis paucis: inequabiliter esse affectū. Cū eorum
alie particule mediocri ⁊ iusto sint humidiores: alie
frigidiores: alie sicciores: alie calidiores: alie pror-
sus tēperate ac mediocres. Porro huic maxime esse
attentes conuenit: vbi corporis temperiem estimam⁹
Quippe si totum corpus equabiliter conditum sit:
omneq̃ partium inter se competentiam in latitudi-
ne: longitudine: ⁊ altitudine seruet: potest vtiq̃ equa
biliter attemperatum esse id corpus. At si cui corpo-
ri thorax: collū: ⁊ humeri maximi sunt: lūbi parui an
gustiq̃: ⁊ crura gracilia atq̃ sicca. quō id dixeris oī
bus ꝑticulis sit̃ affectū? Qui si crura ei crassa sint: ⁊
lūbi lati: thorax ꝟo angust⁹: ne id qdē oīb⁹ ꝑtib⁹ eq̄
biliter est tēperatū. Sūt alia corpora: quibus maxi-
mum est caput: alia quibus paruū: quale passerib⁹.
iam crura aliis blesa: aliis vara. Artuū quoq̃ extre
ma aliis gracilia sunt: aliis crassa. Et thorax aliis:
vt dictū est: latus aliis tabule ritu angustus: quos
Greci απανιωλδσ vocāt. Ubi vero operte scoptule
illis: sine carne nude que plane sunt ⁊ alarū more ꝓ
ne: noiatur a medicis eiusmodi natureq̃. Grece πτε
ρυγωδεις. Quātopere hee sint vitiate deperdito his
paulo minus omni interno spatio quo pulmo et cor
sunt sita: neminē latet. Innumere vero alie particula
rū corporis plane affectiones sunt: vbi id a naturali
analogia: ꝓtinus in vtero matris ad inequalē intē-
periē est mutatū. Minime igit̃ in corporib⁹ id gen⁹
ex vnica particula coniectādū de toto est. Neq̃ enim
hi q̄ mores ex ingenio corpis docere ꝓfitent̃: simpli-
citer de oīb⁹ ꝓnūciant. Verū ipsi quoq̃ experientia
docti si quis impēse hirto est pectore: hūc audacem
iudicāt: sin crurib⁹ est hirtis: fallacē. Nō tn̄ caussam
etiā adiiciūt. Neq̃ em̄ cū pectus hr̄e leoni simile di-
cūt crura vero hirco iā primā caussam inuenerūt. Si
quidē cur leo quidē audax: hircus vero salax sit: ra-
tio etiā inuestigādū exigit: hacten⁹ em̄ qđ in re fieri
cernit̃ dicere: caussam tn̄ eius omisere. Ceterū is qui
naturali speculatione est exercitat⁹: sicuti aliorū oīm
ita horꝫ quoq̃ caussas inuenire tētat. Propterea em̄
qđ inequali partiū tēperamēto sunt nō leo modo et
hircus: sed etiā ceterorū pleraq̃ aīalium idcirco ad
alias actiones aliud est pronū. Ac de his qdē Aristo
teles cōmode tractauit. Sed qđ ad rē ꝓpositā est vti
le. id iā apparet: hoīm. s. tēperamēta cōsyderantibus
singulas partiū ꝑ se examinādā esse. Nec si cui tho-
rax hirsutus est: huic totū corpus calidius sicciusq̃
ex necessitate putādū: sed plurimū in corde caloris
esse eoq̃ audacē: posse vero aliqn̄ etiā hui⁹ ipsius rei
occasione accidere: quo minus totū his corp⁹ simili
ter calidū siccūq̃ sit: qđ scꝫ plurimū caloris sursum
huc spirauerit: atq̃ in ambiētē abierit. Nam si tota
corporis tēperies est equalis: erit his statim thorax
ipse vniuersus latissim⁹: vene ample: arterie magne:
eedem maxime: vehemētissimeq̃ pulsantes: tum plu
rimi ꝑ totū corp⁹ pili. Atq̃ hi qdē in capite pluri-
mi incremēti: nigri: ⁊ crispi. Quinetiā eiusmodi hoī
bus cū equaliter sunt attēperati: ⁊ robustū: ⁊ exacte
deliniatū: ⁊ musculosum totū corp⁹ erit. Tum cutis
nigrior: durior: atq̃ hirsutior. Ad eūdē modū: si con-
traria omnia in thorace sint: ac equalis in toto cor-
pore tēperies vigeat. i. si humidiores ⁊ frigidiores
vniuerse corporis partes sint: thorax quidem angu
stus: ⁊ glaber erit. Sicuti etiam totum corpus pilis
nudum. Cutis vero mollis et alba: capili subrufi
potissimū in iuuētute: hi in senectute nō caluescunt:
timidiq̃ statim ⁊ ignaui: ⁊ segnes: adde etiam par-
uis venis: ac minime conspicuis: ⁊ adiposi fiunt.
Iidem neruis: musculisq̃ imbecillis: et artubus:
parum exacte deliniatis: et blesis. At vbi varia par-
tium temperies est: ex vna earum pronunciare de
toto corpore non licet: sed adeunde singule sunt:
estimādumq̃: quo temperamento ventriculus: quo
pulmo: quo cerebrum: ac reliquarum per se vnaque
q̃ seorsum sit. Atq̃ hec quidem ex functionibus no-
scenda: cum nec manuum contractione: nec oculorū
inspectione inuenisse temperiem eorū sit. Simul au-
tem pensitandus: et continentium ea partium

affect⁹ est quarũ oĩm extrema est cutis. Nec in nostra
regione: que vtiq̄ tẽperata est subiectarũ partiũ na
turã prodit. Quanq̄ nec in ea simpliciter loquenti
omniũ: sed duntaxat earũ que similẽ habent cuti tẽ-
periẽ. At in his que sub vrsa ⁊ sub meridie sunt lo-
cis: quoniã corporũ que in altero sunt: calor in altũ
a circundante extrinsecus ⁊ vincente frigore est fu-
gatus: alterorũ in cutẽ: ab extremo calore attractus
prodijt: non potest ex eo affectu qui in cute cernitur
internarũ particularũ tẽperies clare discerni. Quip
pe corporis tẽperies: in regionibus ijs que a tem-
perie recesserunt inequalis visitur: externis scilicet:
internisq̄ partibus ad eundẽ se modũ non haben-
tibus. Gallis enĩ ⁊ Germanis ⁊ omni Thracio: ac
Scithico generi frigida humidaq̄ cutis est: ideoq̄
etiã mollis: alba: ⁊ pilis nuda. Diis vero naturalis
his calor in viscera vna cũ sanguine confugit: vbi dũ
agitatur: ⁊ premitur ⁊ feruet: iracundi audaces: et
precipites cõsilij reddãtur. Ethiopibus vero ⁊ Ara-
bibus: oĩbus deniq̄ ijs: qui ad meridiez incolunt:
natura cutis ex ambientis estu ⁊ naturali calore fo-
ras acto: vsta: dura: sicca: ⁊ nigra redditur toto corpo
re naturalis quidẽ caloris exiguã obtinente portio
nẽ: sed alieno atq̄ discititio incalescente. Quippe id
quoq̄ ab Aristotele in multis est traditũ. Estq̄ illi:
si alteri vlli attendendũ: ac in singulis corporibus
estimandum suo ne ⁊ proprio: ascititio calore inca-
leant. Que enĩ putrescũt: oĩa ascititio calore sunt ca
lida: proprio frigent. Qui meridianam plagã inco-
lunt: adscititio calore sunt calidi: proprio frigidi. Iã
apud nos quoq̄ naturalis calor hyeme est vberior:
adscititius minor. Estate contra adscititius maior
naturalis minor. Oĩa nãq̄ hec definiat oportet qui
recte temperamentũ est cogniturus. Neq̄ enĩ omni
no si cutis nigrior apparet: iã totus homo calidior
est: sed si ita est ceteris oĩbus simili mõ se habẽtib⁹.
Siq̄dẽ si alter ĩ sole versat⁹ diuti⁹ est: alter ĩ vmbra
illi nigrior: huic albidior cutis erit. Verũ hoc ad to-
ti⁹ tẽperamẽti alterationẽ nihil facit. Ipsa nãq̄ cutis
sub sole diutius habita siccior: in vmbra humidior
euadet. Non tamen naturalis tẽperies: vel iecinoris
vel cordis: vel alterius cuiusq̄ visceris: statim muta
bitur. Optimũ igitur fuerit: sicuti prius est dictum:
cuiusq̄ seorsum particule tẽperamenti notas cõpa-
rasse. Verbi gratia ventriculi: si is bene concoquit
quod tẽperatus sit: sin non bene concoquit: intẽpera
tus. si nidorosos vel fumosos edit ruct⁹: quod igne⁹
in eo calor sit: sin acidos: imbecillis ⁊ infirmus. Si
mili modo si qui bubulã: ⁊ oĩa que concoctu diffici-
lia sunt concoquunt: quod eorum calor immodicus
sit. Siqui hec concoquere nõ valent: sed saxatiles pi
sces: ⁊ talia concoquunt infirmis. Videndũ autem
his rursum: nũ succi alicuius: qui aliunde confluat:
culpa eiusmodi symptoma ventriculo accidat. Alijs
enĩ ex capite pituita: alijs flaua ex iecinore bilis: in
ventriculũ confluit: rarũ tamen hoc cernitur ⁊ pau-
cissimis contingere. At cõpluribus a capite defluit
pituita. Atq̄ id maxime Rome: ac locis perinde hu
midis. Ceterũ ⁊ quod raro accidit considerandũ: ni
hilq̄ pro superfluo habendũ aut negligendũ. Siq̄
dẽ ipse vidi: quibusdã perq̄ pituitosis hoĩb⁹ mul-
tã tamen in ventriculo colligi flauã bilẽ: quã cũ an-
te cibũ aqua vinove epoto euomere debuissent: si q̄d
ciborũ priusq̄ vomerent: gustassent: ⁊ hos corrũpe-
rent: ⁊ capite dolerent: cũ hos quidẽ natura biliosos
esse crederent. Quanq̄ essent toto corpore molles: et
candidi: ⁊ glabri: ⁊ adiposi ⁊ venis ac musculis pa
rũ conspicuis: preterea exangues: nec tangentibus
admodũ calidi. Vidi ⁊ qui bilẽ nunq̄ vomuerũt: q̄
tñ ⁊ graciles: ⁊ hirsuti ⁊ musculosi: ⁊ nigri: ⁊ venosi
fuerunt affatimq̄ calidi: siquis tangeret videbãtur.
Cuiusmodi habitu Eudemus phs erat. Sed inci-
dit hoc loco speculatio quedã anatomica idest q̄ ad
corporũ dissectionẽ pertinet: quã aliqui medicorum
ignorantes ex symptomatũ dissonantia magnope-
re angunt̃: dũ parũ intelligunt meatũ illũ: per quez
iecur bilẽ in ventriculũ euomit alijs geminum esse:
alijs vnicũ: id qd̃ in quadrupedũ dissectionib⁹ vide
re licet. Ac plurimũ quidẽ vnicus is est: in id intesti
nũ qd̃ pylori idest exitus fundi ventris: ⁊ ieiuni me
diũ ẽ insert⁹. Greci mediũ id γασος εκφυσιν quasi
quidã e ventre enatũ vocant. Vel si geminus meat⁹
sit in ecphysin illã maior inseritur: minor in fundũ
ventriculi paulo supra pyloron inuenitur: sed tamẽ
in paucissimis: superior pars maior: inferior minor
Ceterũ quibus est maior: his in ventrẽ quotidie nõ
exiguũ bilis effunditur: quã ⁊ euomant ante cibos
oportet: ⁊ nisi id faciant leduntur. Quibus autẽ vni
cus est oĩno meatus: his tota bilis cõfluit in ieiunũ
Quanaz igitur ratione dignoscere hos licebit? neq̄
enĩ dissecandos esse viuos censeo. Primũ certe toti⁹
corpis tẽperamẽto: veluti paulo supra est ꝓpositũ.
Deinde ijs que infra excernuntur. Eudemus enim
biliosa mera: perpetuo per sedẽ excernebat: vtpote q̄
multam collegit bilem: cuius nihil in superiorẽ ven
trem peruenit. Reliquis qui scilicet ⁊ pituitoso erãt
corporis habitu: ⁊ bilem vomebant: his haudquaq̄
erat aluus biliosa. Quippe cum ⁊ minimũ flaue bi
lis gignerent: ⁊ eius plurima portio in superiorẽ vẽ
trem perueniret. Tertiũ note genus in ipsis est va-
cuatis. Nam quibus in ventre biliosum excremẽtũ
gignitur: id porri virorem prefert. At quibus ex ie-
cinore descendit his vel plane flauũ est: vel omnino
saltẽ pallidũ. Preterea quibus in ventriculo bilis il
la gignitur: que porri colorem imitatur: debet omni
no his cibus fuisse: non panis: non suilla caro: simi-
le ve aliquid: sed necessario aliquid: quod his calidi⁹
fuit: neq̄ id boni succi. Quibus autem ex iecinore in
ventrem defluxit his flaua ea pallida ve euomitur:
etiam si boni imprimis succi fuit: qd̃ sumpserũt: etiã
si ad summũ fuit concoctũ. Immo vero magis ipsis
qui ad vnguem concoxerunt flaua vomuntur. Atq̄
etiã magis his qui diutius cibo abstinuerunt. Que
vero bilis porrum refert: ijs solis gignitur in ventre
qui vtiq̄ concoxerunt male. Quin etiam sollicitudo
ira: dolor: labor: exercitatio: vigilia: abstinentia: ⁊ in
edia: succi flaue bilis plus aceruãt: propterea quod
plus eius succi in iecinore gignunt. Sunt igitur tũ
hec certa inditia: tum ad hec quid vbi siccũ ⁊ igneũ
ventriculi calorem: conuersio ad biliosum sequitur:
panis: ⁊ suilla: ⁊ bubulla caro: commodius q̄ saxa-
tiles pisces concoquentur. Cum si ex iecinore bilis
affluat: ex comestorum mutatione nulla secutura sit
concoctionis diuersitas: Atq̄ his quidem discerni-
tur: quod non tẽperamenti sed alterius cuiusq̄ gra
tia prouenit. Ad eundem modũ si defluens a capite
in vẽtrẽ pituita acidi ruct⁹ cã est: ꝯueniet sibi rõne, h
q̄ a vẽtris ꝓprio affectu hãc discernere. Eq̄ ho ⁊ ca

pitis dolores ex ꝓpria ne ei⁹ intēperie an ꝓpter vē
tris aliqua excremēta incidāt discernēdi. Iā cerebrū
ipsum cuius sit tēperamēti per se estimare est satius
ꝗ ex corporis totius affectu. Ipsius aūt per se cōsy
deratio est canitie catarris tussi distillatione ⁊ saliue
copia innititur. Quippe ꝗ oīa id frigidius: humi/
diusqꝫ esse doceāt. Atqꝫ his amplius si ex leui quali
bet occasione in hos deuenit affectus. At caluities
ex siccitate prouenit. Nigrorū aūt ⁊ frequētiū pilo/
rum prouentus equalis in cerebro tēperamēti nota
est. Ergo ad hūc modū de temperamētis ineūda no
bis cōsyderatio est. quāqꝫ scilicet particulā seorsum
perpēdentibus nec ausis ex vna ꝓnunciare de om/
nibus. Quod vtiqꝫ nōnulli fecerunt: ꝗ resimos: hu/
midos: adūcos siccos esse dixerūt. Et quibus parui
sunt oculi: siccos. Quib⁹ magni humidos. Atqꝫ de
hoc ꝗdem parū inter eos cōuenit. Alij nanqꝫ eorꝫ ꝗ
scilicet humidis particulis oculos adnumerāt: vbi
eos maiores vident in ijs humiditatē tēperamenti
pollere existimant. Alij caloris vehemētia qui in pri
ma formatione sursum cōfertim magis copiosiorqꝫ fe
rebatur: non oculos modo verū etiā os ipsum ⁊ re/
liquos oēs meatus ampliores factos aiunt: ita nō
humiditatis id: sed caloris indicium esse. Verū am
bo a veritate aberrāt: vno modo: eoqꝫ cōmuni quod
vnius ꝑticule occasione de toto corꝑe pronunciare
sunt ausi. Altero qꝺ formatricis in natura virtutis:
que artifex facultas est: ⁊ particulas secundū animi
mores effingit: parū meminerūt. De hac nāqꝫ Ari/
stoteles dubitauit: nunꝗd diuinioris originis sit: at
qꝫ a calido: frigido humido: ⁊ sicco res diuersa: quo
minus recte facere videntur: qui tā temere de rebus
maximis pronuntiant ⁊ solis qualitatibus formā/
darum partiū caussam assignant. Rationabile eñ
est: hec organa esse: formatorē aliū. Sed ⁊ citra tā ar
duas questiones: inuenire licet: sicut ostēdimus: hu/
midā: siccam: frigidā: calidāqꝫ temperiē. Errāt igit̃
qui proprijs indicijs neglectis ad ea ꝗ longe posita
sunt ⁊ magne questioni fuerūt: atqꝫ ad hūc vsqꝫ diē
optimis philosophorū dubitata sunt: cōuertuntur.
Neqꝫ eñ propterea qꝺ pueri nasis magis sunt resi/
mis: florentes etate magis aduncis idcirco rationa
bile est resimos omnes humidos cēsere aduncos sic/
cos. Sed fieri potest: vt formatricis virtutis eiusmo
di opus sit. potius ꝗ tēperamenti. Qꝺ si tēperamē/
est nota: at certe eius qꝺ in naso tātū habet̃: nō eius
qꝺ in toto corꝑe nota fuerit. Quare frustra illud ꝑ/
dicant in siccis natura tēperamētis nasum acutum:
oculos canos: tꝑa collapsa: qꝺ scilicet in affectibus
ijs: que corpora liquant atqꝫ supra quā par est ina
niunt: hec contingant. Sepe nāqꝫ sic accidit: sepe nō
ita. Sed videre licet totius corporis habitū: ⁊ mollē
⁊ pinguē: ⁊ albū: ⁊ carnosum cū tamē oculi sunt pa/
rui: ⁊ nasus acutus. Rursus siccū: macilentum⁹: ni/
grum ⁊ hirsutum vbi magni sunt oculi. ⁊ nasus resi
mus. Prestat igitur: siquidē ꝺ illo agit̃ naso: vt ex eo
resimo: humiditatē: ex eo adunco: siccitatē cōiectes:
nec de totius animantis tēperie ex his particulis ꝓ
nūcies. Pari modo oculorꝫ: ⁊ alterius cuiuslibet par
tis ꝓpriū tēperamentū ex ꝓprijs indicijs estimare
est satius. Ergo de totius corporis tēperie nō recte
ab vna quapiam particula iudiciū sumitur. Cum
siue humoris vincentis: siue caloris: siue etiā ambo/
rum cesios oculos indiciū statuere opꝫ vtiqꝫ ꝓprij

ipsorū sic: nō omniū totius corporis partiū: tempe/
ramēti documētū erūt. Neqꝫ eñ si dura ⁊ macra cru
ra sunt: omnino siccū est totius corporis temperamē
tum. Alij nāqꝫ affatim carnosi: ⁊ pingues: ⁊ crassi: et
prominēti vētre: ⁊ molles ⁊ candidi etiam cū eiusmo
di cruribus cernuntur. Verum si totius corporis tē
perie: pari ratione se habeat: sicci omnino sunt: qui/
bus macra sunt crura. Humidi: quibus crassa. Pre/
terea quibus acutus est nasus: aut adiunctus: hi sic
ci. Quibus resimus: humidi. Ad eūdem modum de
oculis temporibus: ceteris deniqꝫ omnib⁹ particu/
lis iudicādum. Quibus impar tēperamētum est: nec
omnium particularū idē: alienū a ratione est: ex vni
ce particule natura: de omnibus sententiam ferre.
Porro tale quippiam plurimis eorum imposuit cū
nō de hominū modo: sed etiā aliorū animaliū toti⁹
corporis temperamēto ex indicijs que in cute tan/
tum spectantur: iudicium ferre sunt ausi. Neqꝫ eñ
si dura cutis est necessario siccū est animans: sed fieri
potest: vt tātū cuti sic sit affecta. Sed nec si nigra hec
hirtave est: simili modo. Nec si mollis hec de pilis ve
est: humidū ex necessitate totū est animal. Verum si
per totum equabiliter est attēperatum: ratio est: vt
qualis sit cutis: talis sit ⁊ reliquarum partium vna
queqꝫ. Sin inequaliter: nō item. Quippe ostrearum
totum corpus humidissimum est: cutis ipsa siccissi/
ma. Est enim ijs qua tegūtur testa: cuiusmodi est no
bis cutis. Atqꝫ hic illis Grece nomē. ὀσρακοδερμά:
enim nominant̃ omnia eiusmodi animantia: pro/
pterea qꝺ cutis ijs ostraco: id est teste :: adsimilis. Iā
malacostraca: idē que molli testa itegunt̃: veluti ma
rine locuste: ⁊ gāmari: ⁊ cācri cutē quidē habēt siccā:
reliquam vniuersam temperiem humidā. Immo ve
ro illud ipsum humiditatis in carne nōnūꝗ anima
libus causa est: qꝺ siccā: terrenāqꝫ portionē: natura
his vniuersam circa cutē reponit. Non est igit̃ putā
dum: nec qꝺ cutis ostreis sicca est: illico carnē quoqꝫ
esse siccā. Nec qꝺ hec prehumida: mucosaqꝫ est: iam
cutem quoqꝫ eiusmodi esse. Quippe equū est quāqꝫ
particulā ex seipa dignosci. Ergo tum in his peccāt
ij qui cōmētarios de teperamētis nobis reliquerūt
tum qꝺ id omittūt: qꝺ Hyppocrates rectissime ad/
monuit: spectādum esse ex quib⁹: in que mutationes
sunt facte. Fit eñ non raro: vt presens nota prioris
tēperamēti sit: nō eius quod in corpore nūc habeat̃:
veluti si quis annos natus sexaginta denso pilo sit:
non quod calidus ⁊ siccus nūc sit: sed qꝺ ante talis
fuerit: cōsistūt aūt ei prius geniti pili. Ad eū modū
quo herbe: que vere sunt enate nōnūꝗ perseuerant
estate. Alijs eñ spatio ⁊ paulatim: contigit a pluri/
ma illa hirtitate mutari: labētibus scilicet pre nimia
siccitate pilis. Alijs diutissime pili permanēt: vtiqꝫ
qui nec in ꝓcessu tꝑis admodū siccant̃: ⁊ a primo va
lentē habuerūt originē: arborū ritu: quarū radices
in terra valēter ꝯprehēderūt. Caue igit̃ si quēadmo
dū pilosum videas: hūc statim melancholicū putes:
sed si quidē floret adhuc etas: nōdū esse talē. Sin iā
declinat melācholicū existima. At si senex est: nō item.
Fiunt nāqꝫ melācholica temperamēta: ex sanguinis
adustione. Ceterū cū id pati incipit: non statim est
percoctus: verum hirtus abūde: qui calidus ⁊ sicc⁹
est: celeriter erit: si modo eorum: que proposita sunt
meminimus. Non illico melancholicus. Quippe cu
tis densitas: crassiorum excremētorum transitum re

moꝛás in: tẽperamentis q̄ calida in sũmo sunt con/
buri ea cogit. Ita fit: vt tale ijs nunc sit excrementũ
qḋ pilos creat: quale olim ꝓcedẽte tp̄e in vasis san/
guinis est futurũ. Tũ hec igiṫ omissa prioꝛibꝰ sunt:
tũ p̄ter hec qḋ ex natura ex crementoꝛũ indefinite de
tẽperamentis ꝓnunciant. Putant eñ particularuꝫ
tẽperiẽ similẽ esse cũ excremẽtoꝛũ natura. Id ꝟo vi/
quequaꝗ verũ nõ est. Sed fieri interim potest vt pi/
tuitosa excremẽta colligantur: nec tñ humida sit p̄ti/
cula: imo frigida oĩno: humida ꝟo nõ oĩno: quippe
cũ siccã quoqꝫ esse liceat. Quod aũt eis ĩposuit facile
animaduertitur. Nõ eñ moꝛunt qḋ ex cibis nequa/
ꝙ̄ ex ipso coꝛpoꝛe nostro pituita fit: Quare nihil mi
ri est si vbi nigestos cibos (q̄ humidi foꝛtasse natu/
ra sint) nõ vincit similẽ ijs: ipsũ qꝫ excremẽtũ creet.
Nõ est igitur qḋ opinentur: tanꝙ̄ coꝛpus siccũ est:
itidem excremẽtum quoqꝫ esse siccũ. Etenim siquis
ab initio sicciore frigidioꝛeqꝫ tẽperamẽto statiꝫ fuit
is nõ melancholicus est sꝫ vtiqꝫ ab excremẽtis pitui
tosus. Qḋ si ex habitus mutatone: frigidus siccusqꝫ
est redditus: necessario hic talis iã etiã melãcholicꝰ
est. Verbi gratia Si q̇s ante calidus ⁊ siccus: ex san
guine vrẽdo plurimã generauit atrã bilẽ. Est eñ is
p̄terquã qḋ siccus est ⁊ frigidus: ꝓtinus etiã melan
cholicus. Sin a p̄ĩcipio frigidus ⁊ siccus fuit: habi
tus quidẽ coꝛpoꝛis eiꝰ albus mollis debilis venis
articulisqꝫ parũ expressis gracilis ⁊ tangenti frigi/
dus animus ꝟo minime audax ⁊ timẽs ⁊ tristis nõ
tamẽta excremẽta huic melãcholia sunt. In his igi/
tur oĩbꝰ peccãt pleriqꝫ medicoꝛũ ex eoꝗ ꝓp̄ias no/
tas respuũt atqꝫ ad ea q̄ nõ ꝑpetuo sed frequẽter ac/
cidunt cõuertuntur. Eiusdẽ erroꝛis occasione ⁊ qḋ
excalfacit: id etiã siccare omnino putant. Hoc eñ ve
luti coꝛonide summaqꝫ vniuersi sermonis addito se
cũdum iã librũ finire statui. Quippe phlegmone ob
sessas p̄tes calida perfundẽtes aqua atqꝫ ita vacua
ri ab ijs humoꝛẽ cernẽtes clare indicatũ arbitrãtur
siccitatẽ omnio caloꝛi succedere: neqꝫ id modo vbi cũ
siccitate is verũ etiã vbi cũ hũoꝛe est cõiunctus. Ce
terũ nõ ẽ idẽ vel vacuasse ab aliquo humoꝛẽ q̄ locis
q̇busdã sit dispersus: vel ꝓp̄iã particule alicuius
tẽperiẽ sicciorẽ reddidisse. Siquidẽ inequalis que/
dã in his q̄ phlegmone laboꝛant partibus intempe
ries est: simlaribus: scilicet coꝛpoꝛibus a ꝓp̄io tem
peramẽto nõdum amotis: sꝫ assidue adhuc in mu/
tatione atqꝫ alteratione versatis oĩbus nimirũ inter
positis inter ea spaciolis fluxione refertis. Quecũqꝫ
igiṫ calida humidaqꝫ natura sunt cũ sic affectis ad
mouentur ipsa quidẽ suꝑuacanea q̄ media similari
um spacia occuparũt euocant. Coꝛpoꝛa tamẽ ipsa
tantũ abest vt siccẽt vt etiã illis hũoꝛẽ adiciãt. Ac ip
sa q̇dẽ veritas ita se habet Demõstratio tñ euidens
dictis requiritur. Verũ eã cũ ⁊ longioꝛẽ existimẽ ꝙ̄
vt huic libro inseratur ⁊ auditoꝛẽ desyderet qui me
dicamẽtoꝛũ facultatis sit nõ ignarus in p̄sens dif
fero. Ceterũ vbi in tertio libro de oĩ tẽperamentoꝝ
genere tractauero ac de is q̄ potestate calida frigida
humida: siccaqꝫ sũt omnẽ methodũ indicauero mox
integrũ libellũ scribere de inequali intẽperie de cre/
ui. Quippe si absoluetur a nobis vniuersa de tẽpe/
ramentis disceptatio tũ ad libros de medicamẽtis
tũ ad medẽdi methodũ nõ parũ adferet cõmodi.

¶ Galeni de temperamentis: Thoma Linacro An/
glo interp̄ete: Libri secundi finis.

¶ Galeni de temperamentis liber tertius. Thoma
linachro interp̄ete.

E quod energia si

ue actu calidoꝛũ frigidoꝛu humido
rũ ⁊ siccoꝛũ vnũquodqꝫ tale esse di
catur: vel qḋ summã habet eiusmo/
di qualitatẽ vel qḋ vincit in eo id ge
nus qualitatũ aliqua vel qḋ ad co/
gnati generis mediocre aliq̇d vel ad vnũ quolibet
a nobis sit collatũ p̄ius est traditũ. Monstratũ p̄/
terea est quẽadmodũ ea q̇s agnoscere exacte possit.
Reliquũ ẽ vt de ijs q̄ talia potestate sunt disseramꝰ:
si tamẽ p̄ius explicuerimꝰ q̇d ĩpo potestatis noĩe si
gnificeṫ. Est aũt breuis eiꝰ ⁊ facillima ⁊ clara expli
catio. Quippe qḋ quale diciṫ tale nondũ est sed põt
tale esse id hoc esse potestate dicimus: homnie verbi
gratia qui modo natus fuit: rationalem ⁊ auẽ vola
tilẽ ⁊ canẽ venaticũ ⁊ equũ celerẽ scilicet qḋ eoꝝ vnũ
quodqꝫ futurũ oĩno est: si nihiṫ id extrĩsecꝰ impedi/
at hoc ceu iã id sit appellãtes. Unde (arbitroꝛ) hec
esse potestate nõ actu dicimꝰ: perfectũ nãqꝫ est: ac iã
p̄sens: ipsa energia siue qḋ actu est. Qḋ ꝟo potesta/
te est imperfectũ ⁊ adhuc futurũ: atqꝫ vt fiat quidẽ
id qḋ diciṫ: veluti habile nõ tñ adhuc subsistẽs. Si
quidẽ nec infans rationalis iã est sed talis futurus
Nec q̇ modo editus est canis venatoꝛ q̄ scilicet ad/
huc nõ videat: sed qḋ venari queat si ad iustũ ꝑue/
niat incremẽtũ sic noĩaṫ. Ac maxĩe quidẽ ꝓp̄ie so/
la ea potestate esse dicimꝰ: ĩ q̇bꝰ natura ĩpa suopte
impetu ad absolutionẽ venit: vtiqꝫ si nihil ei extrin
secus ĩpedimẽto fit. P̄terea q̇cũqꝫ fientiũ (vt sic dicã)
cõtinẽtes materie sunt: nec refert cõtinẽtes an cõue/
niẽtes: an ꝓp̄ias dicas. Q̇ppe cũ ex oĩbus indiceṫ:
qḋ ꝓpinquũ est q̇dqꝫ nec alia intercedẽte mutatio/
ne sic dicitur: verbi gratia cũ sanguinẽ potestate car
nẽ qñ nimiã mutationẽ ad carnis gñ ationẽ req̇rat.
At nõ q̄ in ventriculo habetur cõcoctus cibus: cõti/
nẽs carnis materia: sed p̄ius fit sanguis opꝫ. Lõ/
gius etiã absunt: maza ⁊ panis. Quippe q̄ vt caro
fiãt: certas sui mutatiões req̇rãt. Ceterũ hec quoqꝫ
oĩa potestate caro dicunṫ. Etiã ante hec ignis: aer:
aq̄: ⁊ terra. Etiã hoꝛũ ipsoꝛũ ꝯmunis materia Atqꝫ
hec quidem oĩa magis minus ve abusiue loquenti/
bus nobis dicuntur. Primus autem modus eoꝛum
que p̄tãte esse aliq̇d dicũtur: maxĩe est ꝓp̄ius. Pro
ximꝰ huic est eoꝝ: q̄ sunt ꝓpinqua materia: veluti si
fumidã exhalationẽ flãmã eẽ aut halitũ aerem dixe/
ris. Diciṫ potestate esse: ⁊ qḋ ei qḋ ex accidẽti diciṫ:
est ex aduerso positũ: vt si carnosi q̇s iuuenis in fri/
gida lauationẽ coꝛpus eiꝰ ex accidẽti nõ ex ꝓp̄ia
potestate calfacere dicat. Ergo tot modi etiã pote/
state calida frigida humida: ⁊ sicca dicenṫ. Dubita/
biṫ quoqꝫ nõ absurde cur Castoꝛeũ vl' Euphoꝛbiũ
vl' Pyꝛetrũ: vl' Struthion vl' Nitrũ vl' Mysi calida
esse dicamꝰ. Rursus lactucã vl' cicutã vl' mãdragoꝛẽ
vl' salamãdrã vl' papauer frigida. Utrũ ne sub p̄di/
ctis iã modis ꝯp̄rehẽdanṫ an alia q̄piã ratione di/
canṫ q̄ dicta nõdũ sit. Bitumẽ nãqꝫ resina ⁊ seuũ: ⁊
oleũ ⁊ pix calida potestate sunt: qḋ vtiqꝫ energie ca
lida celerrime fiãt. Et eñ celerrime ĩflammãṫ. Preter
ea cum coꝛpoꝛibus nostris admouentur: ea mani/
feste calefaciunt. At Chalcitis: Mysi: Synapi: Ni/

trum: Acorum: Meon: Costus: ⁊ Pyrethrum cum no-
bis sunt admota: calida videntur. Alia magis alia
minus. Non tamen sunt idonea: q̄ in flammam ver-
tantur. An igitur seipsos fallūt: qui id solū estimāt?
Nunquid aliqua non facile in flāmā transmutantur
quos vtiqꝫ non sic? Sed an non vertantur in prunā
estimare oportebat: cū sit pruna ignis non minus:
ꝙ flamma. Hoc tamen discrimine: quod aerē: vel ae
reo quopiā in igne mutato flāma: terra: vel terrea re
aliqua accensa: fit pruna. Atqꝫ hactenus quidē con-
sentire secū sermo omnino videtur. Siquidem viden
tur medicamenta ea que vbi ignem attigerint facile
accenduntur: nos quoqꝫ excalfacere: nisi quod pro-
pter crassitiē intra corpus non facile assumitur. Dis
seretur enī de ijs latius in libris de medicamentorū
viribus. Quecunqꝫ tamen medicamenta nostrū cor
pus excalfacere videntur: ea prōte vertuntur in ignē
Ac quomodo igitur inquiunt tangentibus non sen-
tiuntur calida? Hoc haud scio cur dicant. Nā si ener
gia ac iā nunc calidū esse predictorū quidqꝫ dicere-
mus: profecto mirari liceret: quomodo tangentibus
non appareant calida. Nunc quod possint facile ca
lida esse: idcirco ea potestate talia vocamus. Itaqꝫ ni
hil miri: si eos: qui se tangunt nondū calfaciant. Ve
luti enī nec ignis ipse augetur: priusꝙ victa ab eo li-
gna sint mutata: quod aliquo tēporis spacio omni-
no fit: ita nec aiantiū calor a medicamentis: nisi illa
prius ab ipso sint mutata. Quippe alio genere cale-
fit is qui ab igne vel sole intēpescit: alio is qui a pre
dictorū quouis medicamentorū. Illa nāqꝫ actu sunt
calida: medicamēta nequaꝙ. Itaqꝫ nec calfacere nos
valent priusꝙ actu talia fiant. Ac quod actu talia
fint: id a nobis accipiūt: veluti sicci calami ab igne.
Ita vero ⁊ ligna ex sua quidem natura frigida sunt
vniuersa: sꝫ que sicciora sunt: ⁊ gracilia: ea facile mu-
tantur in ignē. Que humidiora sunt ⁊ crassa: spacio
egēt maiore: Nihil igitur miri est si medicamenta ꝙ
primū quidē in parua ⁊ tenuia frangi postulāt: secū-
do loco: vt tēpore aliquo: tametsi minimo: corpori no
stro quo calida fiāt: sint adiūcta. Tu vero si ea nec cō
minuta: nec prius calfacta: calida tamē iā fieri cen-
ses: quid significet: quod potestate calidū dicim⁹: pa
rū mihi meminisse videris. Sic enī ea exploras: tan-
quā energia sint calida. Sed nec illud mirū: si quo re
calfaciant: calefieri ipsa prius postulent: cū idē fieri
cernat: ⁊ in lignorū exēplo. Quippe hec vanescente
iam as: morientēque flāmā: tū seruāt: tū vero augēt
dū ab hac ipsa pri⁹ calefiūt. Nō est igitur alienū: ca-
lorē: qui in animantib⁹ habet: eiusmodi medicamē-
tis quasi alimento quodā vti queadmoduꝫ ignis li-
gno. Quippe id ita quoqꝫ fieri cernim⁹. Si vero per-
frigerato corpori eorū q̄uis quātūuis diligēter cō
minutū inspergas: prorsus nō calefit. Proinde q̄ re-
frigerate ptes sunt: eas eiusmodi medicamētis plu-
rimū perfricam⁹: vna calorē perfricando excitātes:
vna rarū. qd prius frigore fuit dēsuꝫ: reddētes: quo
scilicet tum introrsus pharmacū penetret: tū natura
li animātis calori cōiunctū mutet: ac calefiat. Quip
pe cui⁹ si particula quepiā vel minima: calorē ener-
giā ꝯcipiat: hūc deinde in totū propter continuitatē
porrigat: perinde ac si ex parua scintilla tedā summo
tenus accēdat. Siquidē hāc vniuersam facile depa-
scit ignis: nihilo ampli⁹ scintillā requirēs. Ac quic-
quid quidem potestate calidum est: huic nondum in
natura sua calidum frigido prepollet: sed propin
quo est: vt prepolleat adeo vt breuem opem quo
vincat extrinsecus: requirat. Hanc illi modo fricti
abūde prestare potest: mō vel ignis vel corporis ali
cuius natura calidi ꝯtactus. Nō est igitur tā arduū
rationē reddere: quid causse sit: cur alia protinus vt
corp⁹ nostrū cōtigere: recalfacere id possint: alia post
lōgi⁹ id efficere spaciū. Quippe ex ijs: que igne apꝓ
pinquant: alia statim accenduntur: veluti elych-
niuꝫ: ⁊ tenuis teda: ⁊ pix: ⁊ sicc⁹ calam⁹: alia nisi diu
tius sunt admota: nō vincunt: sicut viride lignū. Il-
lud poti⁹ definiam⁹: cuius vtiqꝫ demonstratio cū de
naturalib⁹ potentijs agemus: tradet. Ex hypothesi
nūc quoqꝫ ꝓpositorū caussa: eo vtemur: quatuor ni-
mirū dicētes totius corporis proprias facultates es
se: vnā idoneorū tractricē: alterā eorū eim retētricē:
tertiā alteratricē: ⁊ quartā q̄ alieni sit segregatrix: eas
dēqꝫ facultates effectus esse toti⁹ in quouis corpore
substātie: quā etiaꝫ cōstare ex calido: frigido: humido
⁊ sicco inter se mixtis dicim⁹. Vbi igit corp⁹ vnaqua
libet earū: q̄s in se habet q̄litatū: corp⁹ qd sibi admo
uet: demutat: nec ipsum hoc casu totam substantiam
existimādū est agere: nec qd ab ipso mutat posse ei as
similari. Quare nec vnꝙ nutriet: qd ita mutatū est:
id qd se mutauit. At si illud mutet: id est: si tota sub-
stātia operet: vtiqꝫ tū sibi assimilabit id qd mutatur
tū ab eo nutriet. Neqꝫ enī aliud nutritio est: quā ad-
similatio perfecta. Qm̄ aūt hoc definitū est: inde rur-
sus incipiendū. Omne animal cōuenicte sibi nutri-
tur alimēto: ꝯueniēs aūt cuiqꝫ alimētū est: quicq̄d as
similari corpori qd nutritū: potest. Oportet igitur to
ti nutriētis substātie: cū tota nutriti natura ꝯmunio
aliqua: similitudoqꝫ sit: prorsus hic ꝙ nō paruo ex-
cessus: defectusqꝫ subsistente in ipsis discrimine cum
alia magis consentientia: similiaqꝫ sint: alia mi-
nus. Proinde etiam alia conficiendi opere valenti-
ore: ac diuturniore alia minore ac breuiore egent:
auium caro minore: suilla maiore: bubula etiam
hac maiore. Vinū vero vt assimilet: op⁹ desiderat mi
nimū. Quo fit: vt tū nutriat: tum roboret celerrime.
Porro id quoqꝫ in cōcoquēdi īstrumētis: vētriculo
iecinore: ⁊ venis: prorsus aliquandiu traxerit opor-
tet: quib⁹ scilicet preparatū: nutrire corpus iā queat
Ante vero quā in his sit demutatū: fieri nō potest vt
animalis corpori sit nutrimentū: ne si per totū diem
ac noctē extrinsec⁹ super corp⁹ sit impositū. Multo
ꝙ minus panis: vel beta: vel maza: foris īposita nu-
triat. Atque quidē adsimilantur: omnia nutrimenta
vocantur. Reliqua oīa medimēta. Est porro ⁊ horū
natura duplex. Quippe vel eiusmodi sunt adsūpta:
eiusmodi etiā permanentia: vincunt: corpusqꝫ mu-
tāt: ad eū modū: quo id cibos: atqꝫ hec prorsus tum
venenosa: tum nature animalis corruptricia medica
menta sunt. Vel mutationis initiū ab animalis cor-
pore consecuta: deinceps iam putrescūt: ac corrūpun-
tur: deinde corpus quoqꝫ vna corrūpunt ac putre
faciūt. Sūt aūt hec quoqꝫ noxia venena. Est his etiā
amplius tertia medicamētorū species: eorū nimiruꝫ
que corpus recalfaciūt quidē: mali tamen nihil adfe
rūt. Est ⁊ q̄rta eorū species: q̄ ⁊ agūt ⁊ patiūt aliq̄d
sꝫ spacio vincuntur: plane que adsimilantur. Accidit
porro his: vt tā medicamēta sint ꝙ nutrimēta. Nihil
autē miri est: si exiguū consecuta momentū: aliq̄ ma
ximam a priore natura mutationē habēt. Cernūtur

enim eiuſmodi multa in his:que extra nos ſunt. Si/
quidem in ea Myſia:que eſt Aſie pars: domus hac
aliquando ratione cōflagrauit. Erat pꝛoiectū colum
binum ſtercus:cui iam putri ⁊ excalfacto:ac vapoꝛeꝫ
edenti:⁊ tangētib⁹ admodū calido in pꝛopinquo fe/
neſtra fuerat:ita vt iam cōtingeret eius ligna:que lar
ge nuper illita reſina fuerāt. Media igitur eſtate: cū
ſol plurimus incidiſſet:accendit tum reſinam tum li/
gna. Hinc aūt ⁊ floꝛes quedā alie:que pꝛope fuerant:
⁊ feneſtre nuper etiam reſina illite facile ignem conce
perant atqꝫ ad tectum vſqꝫ ſummiſerant. Ubi autem
excepta ſemel a tecto eſt flamma:celeriter in totam do
mum eſt graſſata. Hoc arbitroꝛ modo aiunt ⁊ Archi/
medē hoſtiū triēnes vꝛētib⁹ ſpeculis icēdidiſſe. Poꝛ/
ro ſuccēdꝛꝫ hijs pꝛōpte: lana:ſtupa:elychniū:ferula.
Quicqd deniqꝫ ſiłr his ſiccū rarūqꝫ eſt. Flāmā edūt ⁊
lapides attriti:atqꝫ hoc magis ſi qs ſulphure illos il
leuerit. Eiuſmodi erat medicamentū Medee. Quip/
pe quod quibus eſt illitum:omnia vbi in id incidit:
caloꝛ accendit. Conſtat id ex ſulphure:⁊ humido bi/
tumine. Jam illud ceu rem mirandam quidam oſten
tauit. Extinxit lucernam ac rurſus muro admouens
accendit. Alter lapidi eam admouit. Fuerant autem
tum murus tum lapis ſulphure contacti. Quod vbi
depꝛehenſum eſt deſijt mirum videri: quod oſtenta/
batur. Ergo omnia id genus medicamina: perfecte:
atqꝫ conſummationem calida achuc non ſunt aptiſſi
ma tamen vt calida fiant. Atqꝫ idcirco poteſtate cali/
da dicuntur. Ac de ijs quidem nulla eſt dubitatio: ſꝫ
nec cur vinum bibitū valenter coꝛpus calfaciat. Mō
ſtratum enim ſupꝛa paulo eſt id non vtiqꝫ vt calidū
medicamentum:immo vt conueniens nutrimentum
calfacere animal. Tanquam enim ignis idoneum ali
mentum:ignem ipſum auget:ita quicquid coꝛpoꝛuꝫ
natura calidoꝛum pꝛopꝛium ⁊ naturale eſt nutrimē/
tum id ea ſemper non ſolum roboꝛabit:ſed etiam inſi
tum eoꝛum caloꝛem augebit. Atqꝫ id quidem omnis
nutrimenti communis effectus eſt. Uino pꝛeter cete/
ra pꝛopꝛiū:ac ſuum eſt mutationis celeritas:ita vti/
qꝫ:vt tede:elychnij ſtupe picis. Jā vero ab ignis exē/
plo non diſcreſſi:admoneamus rurſum de lignis hu
midis:que ipſa quoqꝫ ignis nutrimentuꝫ ſunt. Cete
terū non ſtatim: aut continuo eoqꝫ ſepenumero igni
iniecta:non ſoum flammam quaſi ſopiunt:ſed etiam
ſi imbecilla eſt ⁊ parua:corrumpende quoqꝫ eius pe/
riculum afferunt. Sic pꝛofecto ⁊ in animalibus cibi
qui vti pꝛoꝛſus adſimilentur:⁊ coꝛpus nutriant ſpa/
cio egent:hi frigus vniuerſi:potius ꝙ caloꝛem affer/
re in pꝛeſenti videntur. Ceterum calfaciunt hi quoqꝫ
ſpacio:non ſecus:ac reliqui cibi:ſi ſemel vt coꝛp⁹ nu/
triāt:ſint ꝯſecuti. Nē ei nutrimētū,qtenꝰ nutrimentū
eſt:aīalis caloꝛē auget. At ſi deuoꝛetur quidē vt nu/
trimentū:nec tamen ſuperetur id erit quod Hyppo/
crates dixit:nomine quidē nutrimentū:re autē mini/
me:quippe cū trifariā nutrimentū dicatur:ſicut ipſe
docuit his verbis. Nutrimētū eſt:⁊ qđ nutrit ⁊ qđ ve
luti nutrimētū eſt:⁊ qđ futuꝝ nutrimentū eſt. Quod
vtiqꝫ iam nutrit:⁊ coꝛpoꝛi adiungitur: nec amplius
futurum eſt:id pꝛopꝛie nutrimentū nominatur. Jdeꝫ
vero ⁊ coꝛpus quod nutrit:excalfacit:quod reliquoꝝ
neutruꝫ facit: quod ſcilicet pꝛopꝛie nutrimenta non
ſint:ſed alterū eoꝛuꝫ veluti nutrimentū:alterum tale
futuruꝫ. Pꝛoinde nec vinū ipſuꝫ ſemper animal cal/
facit:eque vt nec oleū flāmā accendit: tametſi aptiſſi/
mū eſt ignis nutrimentū. Jmmo ſi imbecille ⁊ exigue
flamme:confertim multū oleum infundas: ſuffoca/
bis eā:pꝛoꝛſuſqꝫ extingues: potius ꝙ augebis. Sic
igitur ⁊ vinū:vbi plus bibitur:ꝙ vt vinci poſſit:tan
tū abeſt:vt animal calfaciat:vt etiā frigidioꝛa vitia
gignat. Quippe apoplexie:⁊ paraplegie: et q̄ grece
caros:⁊ comata vocam⁹:⁊ neruoꝛū reſolutio:⁊ comi
tiales conuulſiones:⁊ tetani:immodicū vini potum
comitātur:quoꝛū vnū quodqꝫ frigidum eſt vitium.
Generatim enim quecunqꝫ aſſumpta in coꝛpus: vt
nutrimentum calfaciunt:hec interim frigefacere deꝑ
hēdas:eque ſcilicet:vt flammā ab eadē materia: non
augeri modo:verū etiā aliquando extingui. Atque
hec quidē omnia:tum ijs que de elemētis:tū ijs que
de tēperamētis ſunt pꝛodita conſentiunt. Jllud foꝛ
taſſe diſſonare videbiꝛ:quod ex ijs que vt nutrimētū
comedūtur:aliqua cuti impoſita:hanc erodūt: atqꝫ
exulcerāt:ſicut ſinapi:muria:allia:cepe Uerum hoc.
quoqꝫ cū poſitis a pꝛincipio hypotheſibus cōcoꝛdat
Etenim pꝛopterea quod tū in vētre cōcocta:tū in ve
nis in ſanguinē verſa ꝑmutātur:alterāturqꝫ: pꝛeter/
ea quod vno loco non permanent:ſed in multas par
tes diuiſa:vndequaqꝫ feruntur. Adde et quod non
ſolum multis ſuccis miſcentur:ſed etiam cibis: cum
quibus ſumuntur. Adhec quod celeriter eoꝛum et
concoctio: et partium ſeparatio perficitur: ita vt
quod conueniens in eis eſt adſimiletur: quod ſu/
peruacaneum et acre:per aluum vrinas:et ſudoꝛem
excernatur: pꝛopter hec inqꝫ omnia: quod foꝛis
impoſitum exulcerat: id comeſtum non exulcerat:
ꝙuis ſi vel vnū qđlibet hoꝛū accederet: ſatis eſſet ad
ea q̄ foꝛis ſūt itegra ſeruāda: vbi cauſſa mutatio ipa
Si nanqꝫ non maneat ſinapi:quale extrinſecus fuit:
cū eſt adſumptum:manifeſtum eſt:nec vim eius ma/
nere cenſendum. Quod ſi tum dirimuntur eius par/
tes:tum purgantur:multo vtiqꝫ magis ſic cenſendū:
iam ſatis erat quod nec eodem loci manet:cū nec cir/
ca cutem aliquid efficere poſſe videatur: niſi diutius
immoꝛetur:ſed nec mixtio ipſa cum multis cibis pa/
rum momenti habet. Si enim id citra alium cibū ſo/
lum aſſumas:facile intelliges quantum moleſtie:⁊ ro
ſionis ventriculo ſit allaturum. Quin etiam:ſi pluri/
mo dulci admixtum ſucco:cuti id imponas:quam ni
hil adferat incommodi. Cum igitur pꝛedictoꝛū vnū/
quodlibet per ſe:ſatis pꝛohibere poſſit:quominus ſi
napi:quod foꝛis facit:idem facere intus poſſit:mul/
to (arbitroꝛ) magis:vbi multa ſimul coierint. Nam
⁊ coquendo alteratur:⁊ expurgatur:⁊ cū multis alijs
miſcetur:⁊ varie diſtribuitur:⁊ in omnem partem fer
tur:nec in vlla moꝛatur. Quod autem ſi acrimoniam
ſuam ſeruaret:interna quoqꝫ omnino exulceraret:ex
ijs que ſponte accidunt vlceribus intelligas. Gigni
tur enim non raro alijs ex vitioſo cibo. alijs ex qua/
piam in ipſo coꝛpoꝛe coꝛruptela ⁊ putredine vitio/
ſus ſuccus:quam cacochymiam vocant:is aliquan/
do interioꝛum quoqꝫ aliquid exulceratur:magna ta
men ex parte cutis:quoniā in hanc excrementa que in
habitu coꝛpoꝛis colligūtur natura expellit:multis ⁊
aſſiduis vlcerib⁹ afficiꝛ. qppe cancri:phagedene:her
petes erodētes:carbūculi:⁊ que chyronia et telephia
vocātur. milleqꝫ alie vlcerū generatiōes:ab eiuſmodi
cacochymia naſcūtur. Neqꝫ igiꝛ taliū qcqꝫ eſt dubitā
dū. Sꝫ nec cur medicamētoꝝ nōnulla. cū nihil nos ex
trinſec⁹ offēdūt. itro aſſumpta magnū afferant maluꝫ

aliqua rursus intro assumpta:nōnūꝙ ledāt:nōnūꝙ
cōferāt:aliqua nō solū intro assumpta:sꝫ etiā extrin/
secus applicata offendāt:quippe vt semel dicā nihil
foꝛis:intꝰ que parē agēdi facultatē habet. Necꝫ eñ
aut vipere venenum:aut rabidi canis spuma:aut
aspidis virus:que tamē si extrinsecus coꝛpoꝛi occur
rant:offendere credūtur:parē vim habēt:vel soli cu
ti applica:vel intro assumpta. Sed nec illud est mi/
rādum: si certoꝝ medicamētoꝝ vis ad ꝓfundū nō
ꝑuenit. Necꝫ eñ necesse est:vt oīa parē habeāt vim.
Nā si ex ijs que intro sumūtur nō pauca:certo tpe:
⁊ certa quātitate:⁊ in mixtura cū ceteris accepta:cō
ferunt:intempestiue aūt ⁊ largius:neccum alijs ad
mixta ledūt:ne id quidem dubitationē vllā disputa
tioni pariat. Siquidem id tum cibis:tum igni:tum
vero oībus:vt sic dicā que coꝛpoꝛi occurrūt:accidere
solet. Nam ⁊ mediocri nobis flāma nōnunꝙ opꝰ est
ea que vsi:plurimū ex ea iuuamur:cū tamē immodi
ca flāma nos vrat. Ad eūdē modū ⁊ frigide potio q̄
mediocris est:cōfert q̄ immodica est:maximā affert
lesionē. Quid igiť miri est:esse medicamen aliquod
adeo calidū potestate:vt si multū eius sumať:ac in
vacuū coꝛpꝰ inferať:erodat pꝛorsus:vratꝫ? Sin exi
guum sit:⁊ cū ijs que vehemētiā eius remittāt:con
uinctum:nō modo nihil incōmodi afferat:verū etiā
calfaciendo iuuet. Lachꝛimā enim:vel Cirenaicam
vel medicā:vel partichā ipsam quidē per se:citra in
cōmodā sumere nō est. At si oīno exigua:vel cū alijs
in tempoꝛe cōgruēte sit sumpta:magnopere cōducit
Atꝫ ad hūc quidē modū quecūꝫ coꝛpus excalfa/
ciūt vbi mutationis pꝛincipiū in ipso sicut dictum
pꝛius est accipere:recalfacere illud sunt apta. Que
vero refrigerāt:veluti papauerꝫ succus:hec a nostro
coꝛpe:ne vel paulū q̄dē demutātur:sed ipsū statim
vincūt ac mutāt:etiā si calfacta pꝛiꝰ dederis. Est eñ
eoꝛū natura frigida:queadmodū aqua. Quare illud
recte Aristoteli, sicut alia multa dictum est:calidoꝛū:
frigidoꝝ:siccoꝛū:⁊ humidoꝝ coꝛpoꝛū:q̄dā esse talia
per se:q̄dā ex accidēti:sicut aqua ꝑ se q̄dē frigida est
ex accidēti vo aliq̄n calida verū acq̄sitꝰ eiꝰ caloꝛ bꝛe
ui perit:naturalis frigiditas manet. Tāꝙ igiť cali/
da aqua flāme iniecta:eā extinguit:sic meconiū si id
quātūuis calfactū dederis:⁊ caloꝛē aīalis ꝑfrigera
bis:⁊ necis periculū afferes. Oīa igiť id genꝰ medi
camēta:si exigue sint data:⁊ vna cū ijs:q̄ vehemētiā
frigoꝛis eoꝝ castigare valeāt:nōnūꝙ vsū aliquē coꝛ
poꝛibꝰ nr̄is p̄stāt:queadmodū ī ope de medicamētꝫ
diceť. Siq̄dē medicamen id qđ Cantaridas recipit:
hydericꝫ ꝓdest:tāetsi cātharꝫ ipsa:vesicā oīno exulce
rat. Verū vbi ꝑ ea:que admisceť castigata est:ac coꝛ
poꝛi qđ plurimo humoꝛe grauať:tum offerť:illū ꝑ
vꝛinas expellit. Maxime igiť est attēdēdū in oībus
que potestate calida:frigida ve dicūtur:sint ne ex na
tura eoꝝ que nutrire coꝛpꝰ possunt:an eiusmodi q̄
exiguū alterationis momētū nacta:deinde s̄m pꝛo/
pꝛiā naturā alterata:coꝛpus ipsum aliquo mō affi/
ciunt. Tertio loco an nullo pacto ab eo quicꝙ alterē
tur. Si nācꝫ ex nutriētiū sunt genere:siquidē vincā
tur:calefaciūt. si nō vincātur:refrigerant. Sin ex ijs
sunt que exiguū quippiā alterātur oīno calefaciunt.
Si vero ex ijs que oīno nō alterantur maxime refri/
gerāt. Attēdere autē vt dictū est ꝙ maxime opoꝛtet:
ac discernere que per se sunt:ab ijs que per accidēs
nō in calidis ⁊ frigidis modo:sed nihilo etiā secius
in siccis ⁊ humidis:quippe aliqua talium cum sic/
cam substantiā sint soꝛtita: vbi largo caloꝛe sunt li/
quata:humiditatis phantasiam pꝛebent:veluti es:
⁊ ferrum. Quedam per se humida:vbi in syncero fri
goꝛe sunt moꝛata:apparent sicca sicut glacies. Mi/
nime igitur de ijs omnibus faciendum absoluto:et
sine vlla exceptione iudiciū est:sicut in superioꝛibus
monuimus:sed cum eo vt queadmodum sese in ca/
loꝛe frigoꝛecꝫ habeant consyderentur. Siquidē si exi
guo pꝛedita caloꝛe:nihilominus humida cernuntur
talia esse ex pꝛopꝛia natura sunt censenda:tāetsi cū
copioso caloꝛe sint sicca. Que vo vel sub feruēti calo
re fluūt:vel sub puro rigoꝛe sunt cōcreta:ne hoꝝ qui
dē altera ꝑ se hūida:altera ꝑ se sicca sūt existimāda.
Ergo tum ad hūc modū distinguere conueniet:que
per se sunt ab hijs que per accidēs:tum ad hec ipsa
spectantibus: eoꝛum que potestate calida: frigida:
humida:sicca ve sunt iudiciū faciēdū. Nō eñ ad id
qđ s̄m accidēs est:respicientibus:sed ad id qđ secun
dū se est:id quod potestate est:iudicari debebit. Poꝛ
ro cōmunis in omnibus:vna que iudicādi ratio est:
alterationis celeritas. At cū calidū:frigidū:humidū
⁊ siccū dicantur:ομογυμως quod scilicet alia per id:
quod exuperat:alia qđ eā qualitatē a qua sunt deno/
minata:summam habeant:in vtrumcūꝫ hoꝝ pꝛom
pte vertitur:de quo agitur iudiciū:tale potestate fue
rit. Oleum namꝫ calidū potestate est:nimirū quod
flamma facile fiat. Eodem modo resina:bitumen: et
pix. Vinū autem:quod facile fiat sanguis. Pari mo/
do mel:⁊ caro:⁊ lac. Atque hec quidē totis ipsoꝛum
alteratis substātijs:nutrimenta se alterantium sunt.
Que vero vnaqualibet qualitate alterātur ac mutan
tur:ea medicamenta tantū sunt. Medicamēta itidē
sunt:⁊ que nulla substantie sue mutata parte:sed to/
ta seruata integra:coꝛpus ipsum afficiunt:ceterū gra
uia ⁊ nature animalis coꝛrumpentia:vnde ⁊ totū eo/
rum genus deleterion ⁊ pestilens dici reoꝛ. Quippe
hec nō eo minus genere deleteria sunt dicenda:quod
vbi plane minima exhibentur nullam inferunt sensi/
bilem noxam:sic nācꝫ neque ignis ipse calidus sit:ne
que nix frigida. Nam hoꝛum quocꝫ si quid pꝛoꝛsus
exiguum est:nullum euidens in coꝛpoꝛibus nostris
excitat affectū:quippe centesima vnius scintille pars
est quidem omnino genere ignis:ceterū adeo nos nō
vrat excalefaciat ve:vt coꝛpoꝛi incidens: ne sensum
quidem vllum sui excitet. Ad eundem modum frigi/
de asperginis centesima poꝛtio nō modo nihil offen/
dat:aut refrigeret:sed nec sensum sui vllum pꝛebeat.
Nequaꝙ igitur sic iudicanda deleteria sunt:immo to
tius nature sue contrarietate. Poꝛro iudicabitur con
trarietas:ex ea que media intercedit mutatione. In
elementis verbi gratia:neque aqua mutari potest in
ignem:necꝫ ignis in aquam:sed ambo in aerem:is ve
ro in vtracꝫ. At illa in alterutrum nullo modo. Ergo
continens: ⁊ sine medio est aque mutatio in aerem.
item que ignis. Non continens:ignis ⁊ aque in alte/
rutrum: hec igitur inter se contraria pugnantiaque
sunt. Non dissimili ratione papaueris succus: homi/
nis coꝛpoꝛi pꝛoꝛsus est contrarius: vt quod in eum
quicꝙ agere ne vna quidem qualitate possit:multo/
minus tota sua substantia possit:atꝫ vnum quidem
deleterioꝛum genus eiusmodi est. Alterū est eoꝛum:
que ex nostro caloꝛe momentum aliquid mutatio/
nis accipiūt:ac deide ī multifarias alteratiōes ver/

tuntur: quibusq; corrumpi naturam nostram accidit. Eiusmodi enim omnia deleteria genere sunt etiam si propter exiguitatem nonnunquam nihil quod sentiatur efficiant. Ac que corporis naturam rodunt: putrefaciunt: ⁊ liquant: merito potestate calida nominantur. Contra que refrigerant: et sensum auferunt: torporemq; notabilem afferunt: frigida. Et priora quidem nihil non rationi consonum: nec ipsa pati: nec in corporibus nostris efficere videntur. Si quidem calido corpori applicata: et mutationis momentum aliquod hinc adepta: partim eorũ ad summam caliditatem: partim proueniunt ad putredinem. Iure igitur pro affectu quem ipsa consecuta sunt: etiam corpus animalis afficiunt. Atq; corpus tametsi ipsa calida sunt: applica tamen refrigerant non paruam dubitationem afferunt: vtrius potius nature sint. Nam si energia semel calida sunt reddita: cur animal non calefaciunt? Si nondum sunt calefacta: quomdo apparent calida? Soluetur dubitatio si distinguatur: quod per se frigidum est: ab eo quod est ex accidenti ita vti Aristoteles docuit. Perit namq; celeriter eorum: que ex accidenti sunt calida: acquisititius affectus: ita vt in priorem nature sue statum facile reuertantur. Porro in applicandis ijs nobis: que natura quidem sunt frigida, sed per accidens calida duo hec contingere est necesse ⁊ vt acquisititius eorum calor pereat: ⁊ propria eorum temperies a nr̃a nihil immutata: frigida perstet. Et quid miri si papaueris succus: mandragora: vel cicuta: vel similium aliquid: ꝙuis exhibeãtur calfacta: paulo post euadunt frigida? Cum idem patiãtur: ptisana: ⁊ lac: ⁊ far: ⁊ panis: vbi in imbecillum ventrem demissa ab eo non superantur. Euomũtur enim non raro abunde frigida. Et quod ijs maius est: quodq; Hyppocrates notauit: pituita ipsa quamuis iam succus sit: atq; ex cibis in ventre iam concoctis nata: nihilominus frigida tangentibus sẽtitur: neq; id modo dum in ventre consistit: sed postꝙ a venis ipsis: purgantis cuiuspiam medicamenti vi: est detracta. Tametsi enim ꝙ tenacissima est: ac ꝑ vim ducitur: attamen ne ipsa quidem tractus violentia calfieri potest. Quid igitur miri: si etiam papaueris succus: quod nature nostre tam contrarium medicamentum est: ꝙ celerrime refrigeretur: etiam si calfactus sit exhibitus: refrigeret autem vna secum et corpus? Quippe acquisitium calorem non seruat ꝓpterea quod natura frigidus est. At quia eius substantia a nobis non alteratur: immo potius nos alterat: ⁊ nutriat: idcirco nec a nobis quicꝙ recipit caloris: et pro sua natura nos afficit itaq; cum frigidus natura sit: ⁊ nos vtiq; refrigerat. Nihil igitur in dictione nostra est dubitationis reliquum. Enim uero quod⁹ horum omnium: que frigida per naturam sunt: quicquid plus iusto calfeceris: ex propria id natura recedat: preterꝙ quod nullam dubitationem habet etiam predictis a nobis: affert testimonium. Sicut enim salamandra ad certum vsq; terminum ab igni nihil patitur: vtitur autem: si longiore spacio igni sit admota: sic ⁊ mandragora: ⁊ cicuta: ⁊ psillium breui spacio igni admota proprium adhuc temperamentum seruant: largius autem excalfacta: illico corrũpuntur: nec quicquam efficere: que prius poterant: valent. Ac talium quidem omnium natura: hominibus maxime est contraria (Sane naturaʒ cum dico: vniuersam substantiam: ac temperiem: que ex primis elementis conflatur: significo: calido: frigido: humido: sicco) eorum vero: que celerrime nutriũt conuenientissima. Reliqua omnia media inter hec sunt: quorum alia magis: alia minus agere: ac pati a corpore nostro possunt. Siquidẽ castoreũ: et piper agere magis in corpus nostrum ꝙ pati ab eo valẽt: vinum: ⁊ mel: ⁊ ptisana pati magis: ꝙ agere. Ergo hec omnia tũ agunt circa corpus aliquid: tũ vero patiuntur. Omnino enim vbi duo corpora inter se commissa aliqua multo tempore pugnant: certant q; de alterando: vtrumq; eorum tum agere: tum pati est necesse. Fortasse, autẽ ⁊ si non multo tempore id fiat: at tamen agit etiam id quod vincitur: in id quod vincit: verum ita exiguum: vt sensum effugiat. Neq; enĩ si acutissimo ferro mollissimam ceram toto die ac nocte incidas: fieri potest: vt non fiat: manifeste obtusius. Ita nimirum illud commode dici videtur. Assiduo illisu durũ cauat vndula saxum: quippe ita quoq; factum cernitur. Ceteruʒ vno: aut altero ictu nihil adhuc euidens videre in talibus licet: ex quo factum arbitror: vt quedã ab admotis sibi nihil prorsus pati: opinati nonnulli sint. Et cedendum quidem est ita loquentibus. Sepe vero nobis quoq; ipsis ita plerũq; loquendum est: nisi sicubi ad vltimum examen: disputationem perducimus: quẽadmodum in presentia facimus. Sic igitur αεπαθεια: id est nunꝙ deficientis affectionis dogma: ijs vtiq; qui solum id estimant: valente demonstratione non caret. Non est tamen eius ad priuatas singulatim obeundas actiones vllus vsus. Si namq; adeo exigui affect⁹ sint: quibus assidue afficimur: vt nulli actioni sensibile: et manifestum incommodum afferant: facile ꝑfecto contẽnendi sunt: atq; ei qui affectus id genus nulloʒ esse dicit non repugnandum. Perinde igitur habet: et in ijs que nutriunt: prope dixerim omnib⁹: quippe que ipsa quoq; in corpore hoĩs aliquid faciunt: sed nec sensibile aliq̃d prorsus: nec euidẽs: diuturna tamẽ eorum exhibitio: magnoopere alterat: mutatq; iam corpora. Sunt enĩ ⁊ que primo statim vsu: manifestam alterationem suam indicent: veluti lactuca que eos: quibus venter estuat: manifeste refrigerat: atq; a siti vindicant: quibus refrigeratum est: manifeste ledit. Conducit vero ⁊ ad somnum nõ parũ: neq; id alia rõne vlla quã qđ frigido temperamento et humido est. Verũ sic est humida: ⁊ frigida ad hominem: ⁊ alia que nutriri sunt apta: sicut viridia ligna ad ignẽ. Quare rationabiliter cibi id genus vtrũq; prestãt: ⁊ qđ veluti medicamẽta Corp⁹ nostrũ afficiũt ⁊ qđ nutriũt: toto quidem cõcoquẽdi sui tẽpore: vt medicamenta: vbi iã nutriunt ac prorsus sunt adsimilata: vt que nihil in nos agãt sed naturalem calorem augeat: ceu prius est dictũ: quippe id omnium que nutriãt: cõe est. Nec est qđ miremur si modo exẽpli viridiũ lignoꝝ nõ sumus immemores esse aliqua que priusꝙ adsimilenť ⁊ nutriãt: dũ adhuc cõcoquũtur refrigerentq;: cũ adsimilata sunt: ac iã nutriũt: calfaciãt. Itaq; vsus quoq; taliũ oĩm duplex medicis suppetit: tum vt ciboꝝ: tum vt medicamẽtorũ. Fac nãq; mutata sit alicui optima vẽtriculi tẽperies: ad calidiorẽ: is proffecto quãdiu lactucã cõcoquit: refrigerabiť: ⁊ mediocritatẽq; tẽperamẽti assequetur: vbi vero ex ea iam nutritus est: insiti caloris substantiã augebit. In eo igitur vel maxime sese

fallere videtur iunioꝝ medicoꝝ vulgꝰ qđ ignorat in nobis aliq̄n qualitatē caloris intēdi: aliq̄n substātiā eius augeri: tuꝫ qđ vtroque genere veteres calidius factū animal dicant: q̄n etiā calidius fit: siue calorem eius intendas siue substātiā: in qua prima consistit: inaugeas. Finge nāqꝫ ex ijs que in animalis corpore cōtinent̄ sanguinē esse per se calidūꝫ aut si magis placet flauābilē reliqua oīa ex accidēti esse calida: vtiqꝫ qđ huiꝰ aliquā habeāt partē: nunquid necesse erit animal bifariā calidius esse vel qđ plus calidorū succoꝝ sit sortitū: vel quid calidiores[eos habeat q̄ante: ? Mihi plane ita videtur. Ad eūdē modū arbitror ⁊ frigidius erit bifariā: vel qđ plures illi succreuerit frigidi succi ceu pituita: ⁊ nigra bilis: vel qđ eorū omniū mō nō mutato sola qualitas sit intenta. An igit̄ nili quicq̄ est: sit corpꝰ quoad cōcoquit̄: qui frigidꝰ natura cibꝰ est sicut portulaca: ⁊ lactuca frigide qualitatis nō parū percipiat: ꝑcocto aūt ac iaꝫ in bonū sanguineꝫ verso calidi succi accessiōe: calidiꝰ q̄prius euadat: At quisq̄ nihil hoꝝ: aut eiusmodi est quid fieri queat: aut etiam achuc mirū desināt iam obstrepere: qui] vnum eundemqꝫ cibum tum nutrimenti : [tum medicamēti vsuꝫ corpi prestare negāt. Tāquā eīn si oīno nō ꝑcoqueret̄: ꝑpetuo maneret medicamētū: sic quū iā est percoctū ambo efficit̄. Pōe eīn prorsus nō cōcoquat̄ lactuca: vel si mauis succꝰ ipsiꝰ: q̄n is si liberaliꝰ sumat̄: similē in hoīe cuꝫ papaueris succo effectū hꝫ: nūquid hoc casu medicamētū tātuꝫ erit: nec aliud quicquā: ? Nemo (arbitror) de ea re dubitet. Ergo habet oīno lactuca ⁊ medicamēti facultatē: at vero habebat ⁊ nutrimēti: q̄ppe q̄ persepe nutrijt. Ambas igitur facultates simul in se cōtinet: nō tamē similiter ambas ostēdit. Verū vbi plus egit in homine q̄ sit passa: medicamēti potiꝰ indicat facultatē. Ubi passa plus est quā egit: nutrimēti. Nec mirū vllū est: si lactuce tū agere: tū pati cōtingit: q̄n ensi q̄ꝫ ceu paulo añ diximꝰ: nō solū i cerā agere sed etiaꝫ ab ea pati accidit. Ceterū eo quod multo ampliꝰ est quod agit: q̄ qđ patitur: alterū latet. At si durissimū illi ferrū admoueas: cōtra magis pati: q̄ agere tibi videt̄: tametsi agit aliquid tū quoqꝫ: sed negligitur pre exiguitate eius vis. Itaqꝫ de oībus prorsus cibis: illud pronūciare nō dubitamꝰ: qđ nō solū a nostris corporibus pati: sed etiā agere aliquid in ea possunt: iā vero ⁊ de quibusdā: que plane scilicet ⁊ luculēter videmꝰ agere: qđ nō tātū cibi sint: sed etiā medicamēta. Et lactuca quidē tā cibꝰ: q̄ medicamētū frigidū est. Eruca tā cibꝰ: quā medicamentū calidū. Qđ si castoreū quoqꝫ spacio cōcoquitur: erit id quoqꝫ simul nutrimētū: simul medicamentū: calidū. Ad eundem modū sinapi ⁊ piper. Ex herbis quoqꝫ anethū: ⁊ ruta: ⁊ origanū: ⁊ pulegiū: ⁊ calamynthe: ⁊ thymbra: [⁊ thymū: quippe hec oīa: tū cibi: tū medicamēta calida sunt: priꝰ ei q̄ in sanguinē sunt mutata: dū scilicet adhuc concoquūtur: medicamēta: mutata vero in sanguinē: nō vtiqꝫ iaꝫ medicamēta: sed nutrimēta: secūda nimirū nutrimēti significatiōe: q̄ id fit qđ nōdū est alimētū ꝫ veluti alimētū. Ergo sic̄ de lactuca paulo sup̄ fecimꝰ: cū duos vētres alterū iusto fridiorē: alterū iusto calidiorē finximꝰ: ita nūc q̄ꝫ pro cōtēplādis ijs: que potestate calida sunt proponamꝰ eosdē vētres. Ergo eū qui frigidior iusto est quoad in eo cōtinētur: ac cōcoquūtur oēs id genꝰ herbe calfaciūt: atqꝫ ad tēperamēti equalitatē reuocāt: prosunt q̄ꝫ vt medimēta: alterū vero qui calidus est: inflāmabunt: ac magnopere ledēt: atque has quidē alterationes qualitate sua inducēt. Nam omnino percocta: ⁊ mutata: ac in sanguinē bonū iam versa: naturalis in animali caloris substantiam augebunt: nō qualitatem intēdēt. In totum enim siue frigidus: siue calidus potestate cibus sit: posteaquā in sanguinē ꝯuersus est naturalē calorē similiter augebit: quoad aūt ad sanguinis formā tendit nec dū plane sanguis est redditus refrigerat: excalfacitve animal medicamenti ritu. Sane oīs hec disceptatio ab vno principio pēdet. Quo magis seruandū id: memoriaqꝫ tenendū perpetuo est: cuilibet corpori proprietatē quandā temperamenti esse: que huic quidē nature sit consentiēs: ab hac vero sit dissentiēs. Tū si quod conueniēs sibi est: in suā naturaꝫ trāsmutet: eo pacto caloris sui substantiā augere: sin ipsuꝫ sit mutatū: duorū alterū illi contingere: vel vt calorē quēdā cōquirat vtiqꝫ si id a quo mutatur: calfacit: vel propriū calorē amittat: si id nō calfacit. Liquet igitur ex ijs: quod eiusmodi oīa: ex eoꝝ sunt numero: que relata ad aliquid dicatur: quū ad proprietatē mutantis nature: quicquid assumitur: vel nutrimenti: vel medicamēti: vel vtriusqꝫ rationē sortiatur. Verbi gratia: Cicuta sturno nutrimentū est: homini medicamētū. Rursus conturnici veratrū nutrimētū est: hominibus medicamen. Siquidē coturnicum tēperies assimilare sibi veratrū potest: qđ hominū tēperie nō potest. Ergo manifestū iam arbitror factuꝫ quod iudiciū eius quod respectu nostri calidū frigidū: humidū: ⁊ siccū dicitur: nō ex ijs: que extrinsecus sunt posita: sed ex ijs: quibꝰ ipsi afficimur: certū exactuꝫ q̄ꝫ fieri possit: atqꝫ id tanquā primū ac maxime sit spectandū: deinde si res exigit: etiā quod ab externis petitur. Nā si euidēs ad sentiēdū: ⁊ clarus sit adhibiti medicamēti affectus: huic reliquis notis omnibus posthabitis credendū sin cō fusus: ⁊ obscurꝰ: aut etiam mixtus: aut vllam omnino dubitationem sit exhibens: tuꝫ vtiqꝫ ad extrema omnia conferentes de eo iudicandum: ac neqꝫ horum quidem ad ea: que longius absunt: sed que ab ipsa quesite rei substantia sunt desumpta. Verbi gratia. Si oleum calidum est: non id inde spectabitur: quod glutinosuꝫ aut pallidū: aut leue est: sed quod facile inflammatur. Ad eūdem modum ⁊ in corporibus nostris: non vtiqꝫ id expendendum: an crassarum partiuꝫ aut tenuium: aut humidum aut: leue: aut glutinosum: aut palliduꝫ: sed an calfaciat admotū. Eo ꝟo nec an dulce sit: an aluū deijciat: an sanguinem: si instilletur: faciat in missione fruxilē: q̄ppe hec q̄ꝫ superuacua sunt: cū estimare liceat: an calfaciat cū admouet̄. Ergo si notabiliter id valēterqꝫ faceret: quēadmodū piper: vtiqꝫ clarū id ꝓculqꝫ dubio eēt. Nūc cū minime valēter id p̄stet: merito ī q̄stionē vēit. Multo ꝟo magis de rosaceo: ⁊ aceto dubitat̄ a medicis atqꝫ āhigit̄ calida ne hec: an frīda ꝑtāte sint. Agēdū igit̄: idest: vt in omnibꝰ: q̄ potestate calida: frīda: hūida: siccave dn̄r exactas aliq̄s clarasqꝫ discretiōes īueniamꝰ: sicut ante de energia sic dictis fecimꝰ. Porro īcipiēdū arbitror ab ijs q̄ cuidētissima sūt: q̄n ī ijs exercitatꝰ: facile ꝯsequet̄ ea: q̄ minꝰ sūt euidētia. Ergo stati vt corpi h̄ vł illō medicamētū cibꝰ ve admouet̄: expers esto oīs acquisititij caloris: ⁊ frigoris. Quam enim in superioribus de

terminationez inuimus cuz sicca ⁊ humida corpora
dignoscenda proposuimus:eadem nobis nunc quo-
q; in ijs: que potestate calida frigidaq; sunt:non mi
nus erit vtilis. Nam siue potestate frigidum: cum id
applicas:manifeste calfacias:siue calidũ refrigeres:
corpus primo occursu qualitatis acquisite:non eius:
que propria est rei admote:sensu afficietur. Ut ergo
admote rei vera synceraq; natura exploretur tepidũ
quoad fieri maxime potest esto: nec vllaz extrinsecus
notabilẽ alterationẽ valẽtis caloris:frigoris ve cepe
rit. Ac prima quidez admoti medicamenti prepara-
tio talis esto. Applicatur autem cum eius vim explo
ras:non cuilibet corporis affectui: sed simplicissimo:
⁊ quoad fieri maxie potest summo. At si summi qui-
dem caloris affectioni ad motum frigoris sensum ex-
citet erit profecto sic frigidum. Pari modo si frigido
affectui applicatum calidũ statiz appareat:id quoq;
erit calidũ:sin vel calide affectioni calidũ:vel frigide
frigidum sentiatur:non est quod hoc calidũ illud fri-
gidũ omnino pronuncies. Est enim aliquando sum-
mi caloris affectus:quem mediocriter frigidũ medi-
camen adeo nõ alterat:vt refrigerãdo: densando que
summũ extrinsecus corpus : calorẽ intro cõcludat:ac
difflari vetet:inde que affectũ magis accendat. Itave
ro etsi quid frigido affectui admouetur : nullũ affe-
rat calorẽ: videndũ est num id:cum sit aliquid medio
criter calidum:nihil egit in affectum qui summi indi
guit caloris. Ergo nec sic: admoti medicamis explo-
randa vis est:nec si ex accindenti aliquid efficiat: nõ
per se. Judicabis autẽ quod ex accidenti aliquid fa-
cit:tum ex affectu ipso:tum tempore : ex affectu : si is
simplex est:⁊ vnus: at a tempore determinabitur iu-
dicium ad hunc modũ. Quod protinus vt admotum
est:calfacere:vel refrigerare manifeste cernitur: id vti
q; ⁊ ex se:⁊ per se tale fuerit. Qđ tẽpore id facit : for-
tasse ex aliquo accidenti huc est actũ. Ueluti iuueni
quadrati corporis tetano estate media laborãti: fri-
gida liberaliter affusa caloris repercussum facit. Ce-
terum quod aqua frigida per se nõ calfaciat: ex pri-
mo eius ocursu patet: sensum nãq; inuehit frigoris.
Preterea cutim quoad ei affunditur:frigefacit:tũ ca
lorẽ:nec in omni corpore:nec dũ affunditur inuehit:
immo in tantum iuuene:quadrati corporis : ⁊ estate
media:⁊ postq; a perfundendo est cessatuz. Sicut igi-
tur frigida quibus incidit:hec ilico perfrigerat:siue
animata corpora sunt:siue nõ aninata:siue calida:si-
ue frigida:ita si quod esset tẽpus: vel corporis natu-
ra:vel affectus vllus:in quo frigida primo statim oc
cursu caloris sensum inueheret:iure q̃ri posset:calfa
cere ne an frigefacere per se nata esset. Nũc cũ oĩa tuz
animata:tum inanimata protinus:⁊ perpetuo frige
fieri ab ea cernamus:quibus aũt insitus calor: velu-
ti fons quidã ignis in visceribus est: his occurrens
repercussum aliquãdo caloris facit:rationabile arbi
tror ex accidẽti:non per se talia calfacere:sed nec latet
qua ratione illud accidat. Siquidez stipata: clusaq;
corporis summa facie:repercussus:refractusq; fit ca
loris eius:qui a profundo ascendit:quiq; simul pro
pter difflatus inopiã est aceruatus. Simul propter
frigidi circunstantis violentiam in altum recedit. Si
mul ex succis isthic habitis nutritur. Quippe vbi col
lectus: nutritusq; calor ad summma corporis violẽ
tius ruit:fit quidam caloris repercussus:indiciũ ve-
ro:ac documentum: quod frigida haudquaquã per
se calorẽ auxit. Nã per se quidẽ cutim perfrigerauit:
frigus vero ei⁹:dẽsitas:⁊ redditus caloris ad profun
dum sunt cõsecuti. Rursus horum:densitatẽ quidem
difflatus prohibitio:reditum vero ad interiora:con-
coctio:consummatioq; :qui isthic sunt succorũ:est ad
secuta. Horũ vero difflatus prohibitio:caloris colli-
gendi:succorum concoctio:eiusdem generãdi fuit oc-
casio. Porro horũ vtrũq; natiui:caloris sequitur au-
ctio. Ergo intercedentibus:⁊ medijs vtrisq;:frigida
in animalis corpore:caloris aliquando excitat incre-
mentũ:per se nunq;:sed non minus calor est quando
ex accidenti:perfrigerat vtiq; intercedente vacuatio-
ne:sicut perfusio phlegmonẽ. Cũ eñ ex calida fluxio
ne phlegmone cõsistat propria quidem eius curatio:
vacuatio superuacui est : vacuationi autẽ particule:
que per phlegmonẽ excalfacta est : omnino succedit
refrigeratio. Ergo cum duplex in ijs:que phlegmõe
laborãt:particulis:affectus sit:vnus quidẽ in quan
titate:ex superuacui nature modũ excuntis abundan
tia:alter in qualitate: qui ex caloris spectatur ratiõe
sequitur prioris eorũ curationẽ:etiam posterioris cu
ratio:fiunt que ex accidenti que vacuãt: calentis ma
terie remedia:⁊ inflammationis particularum refri-
geratoria. Ergo tum hec discernere oz: tum id agere:
vt pro modo simplicis affectus:etiã virium medica-
menti inueniatur modus : verbi gratia:si calidus in
sommo affectus sit:frigidum quoq; in summo medi-
camẽtum paretur:sin affectus a sommo paulum rece
dat:medicamentum quoq; a summo paulũ declinet.
Si plus a summo calore absit affectus:ad portionez
absit a summo frigore medicamen. Quippe si auspi-
catus a tali cõiectura examẽ eorũ sis:facili⁹ propriã
cuiusq; inuenias vim. Ad summã eñ in omni simpli
ci affectu calido:qđcũq; adhibitũ medicamen primo
statim occursu frigoris sensum intulit:id frigidũ po-
testate est. Ac multo profecto magis:si post primã ex
hibitionẽ tale perpetuo manet. Quod si calidũ affec-
ctum prorsus sanet:frigidum id ex necessitate fuerit.
Adhibendum vero est cũ exploratur omnino tepidũ
vt prius testati sumus. Ubi iam cognitũ est tale esse:
deinde curationis caussa petiur:rect⁹ frigidũ sumi-
tur:nisi si medicamen summi sit frigoris: morbus in
summo caloris non sit. Atq; hec quidez diffusius: tũ
ĩ opere de medicamẽtis:tũ curãdi methodo tradẽtur
ad p̃sens illđ saltẽ nouisse oz. Si qđ calido:⁊ simplici
affectui adhibitũ medicamentũ: tum protinus: tum
toto deinceps tempore frigoris:sensum ac faciliori
tolerantie:iuuamentiq; laboranti affert: id frigiduz
necessario est:tametsi in alijs nonnunq; videatur cali
dum. Deprehendetur enim in illis:si diligenter explo
retur:non vtiq; per se:sed ex accidenti excalfacere. Cũ
per se dicimus:vel primum:vel nullo intercedẽte me
dio:oĩbus eiusmodi verbis:idem potestate significa-
mus. In quibus omnibus lectorẽ:in opere de medi-
camentis proprijs exemplis exercitabimus. Nũc re-
censitis ijs:que ante iam dixi:proposito libro com-
modum imponere finem tentabo. Cum namq; cali-
dum corpus multifariam dicatur:nam ⁊ quod sum-
mã eiusmodi habet in se qualitatem:ipsuz scilicet ele-
mentum:⁊ quod propter eiusmodi qualitatem pollẽ
tem:nomen est sortitum:adhec quod collatũ ad aliđ
dicitur : vel ad id quod mediocre eiusdem sit gene-
ris:vel quicquid sors tulerit:sic ⁊ quod potestate ca-
lidum est energia vero uundum dici potest:intelligi:

probariq; multis modis oportet. Quo vtiq; min⁹ recte si quid non statim inflammatur: id aliqui ne vt ad nos quidē esse calidū potestate putant. Nam siue facile concoquitur: ⁊ cito nutrit: erit vt ad nos calidū: siue admotū veluti medicamentū calefacit: erit id quoq; vt ad hoiem potestate calidū. Sic ni-mirū ⁊ per singulas aialis species: ipsum potesta-te calidū siue est vt medicamentū: siue vt nutrimen-tū: ad illud tm̄ animal collatū dicit̄. Est em̄ ex ijs que ad aliquid referuntur: quicquid potestate ali-quid dicit̄. Quare ⁊ probatio: que propria est: me-lior vtiq; est q̄ que ab extremo petitur. Propria ve-ro est vna in singulis: vtiq; si celeriter tale fieri ap-pareat: quale id esse potestate diximus. Est em̄ po-testate ignis: quicquid celeriter in ignem vertitur: potestate vero calidum vt ad hominem est ex spe-ciebus eorum: que ex eo quod in ipsis prepollet: dicuntur: quicquid homini applicatū: naturalis eius caloris vel qualitatem auget vel substantiam. Eadē mihi ⁊ de alijs censeri dicta velim: quecunq; potestate scilicet frigida: vel sicca: vel humida dicū-tur: quū hec quoq; partim veluti ad ipsa elementa partim veluti ad ea: que ex prepollente sunt nomi-nata: tū intelligi: tū explorari: tū doceri ꝯueniat. Pa-tet vero eū quoq; qui iudicat: tactū: omnis acqui-tij caloris ⁊ frigoris expertē esse debere: sicuti de me-dicamentis ipsis prius est dictum.

¶ Tertij vltimi libri de temperamentis finis: Tho-ma Linacro Anglo interprete.

¶ Galeni Pergamensis de inequali intēperie: Tho-ma Linacro Anglo interprete.

Inequalis intēpe-ries alias in toto animalis corpo-re fit: veluti in ea hydropis spē quā Greci ἀνασάρκα vocant: ⁊ febri-bus ijs: quas ijdē hepialas appel-lant: fereq; reliquis oibus exceptis quas Hecticas nominant. Incidit autem ⁊ in vna qualibet parte: quū ea vel intumuit: vel Phlegmōe: Gangrena: Erysipelate Cācro ve est affecta. Huc ꝑ-tinet ⁊ qui Elephas dicitur: ⁊ Phagededa: ⁊ her-pes. Verū hec omnia cum fluxione consistunt. Abs-q; aūt materie affluxu: solis partium qualitatibus aliquatenus alterādis: inequalis intemperies fiūt: vtiq; refrigeratis ijs aut deustis: aut immodice ex-ercitatis aut feriatis: aut aliquid id genus passis. Iā ex medicamētis ijs que foris corpori occurrūt: inequalis intemperies gignitur: dum id vel frigesit vel calesit: vel siccatur: vel humectū redditur. Quip-pe he simplices intemperies sunt: velut in ijs: q̄ de temperamentis scripsimus est monstratū. Composi-te ex ijs alie quatuor sunt: quū corpus vel calesit si-mul ⁊ siccatur: vel calesit simul ⁊ humectatur: vel re-frigeratur simul ⁊ siccescit: vel refrigeratur pariter ⁊ madescit. Qđ aūt eiusmodi intēperies ab equalib⁹ eo distent: qđ in oibus intēperanter affecti corporis partibus equaliter non insint: id clare liquet. Ergo quis sit ois inequalis intēperature generande mo-dus: in proposito libello statutū est exequi. Admonē-di aūt sumus: quo clarior nobis ois disputatio sit de oibus corporis particulis: principio a maximis sumpto que scilicet ne vulgo quidē sunt ignote. Siq̄-dem: ⁊ manus: ⁊ pedes: ⁊ ventrem: ⁊ thoracem: ⁊ ca-put nemo est qui ignorat. Diuidamus autem earū rursus vnāquāq; in proximas sui: que πρόσεχα Gre-ce dicuntur particulas. Verbi gratia: crus in femur tibiam: ⁊ pedem. Item totū brachiū: in brachiū cubi-tū: ⁊ summā manū. Iā manus ipsi⁹ particule sunt: vola ⁊ eius pars aduersa μετακάρπιον Greci vo-cant ⁊ digiti. Digitorū vero particule sunt ossa: car-tilago: ligamētū arteria: vena: membrana. caro: ten-do: vnguis: cutis: adeps. Has aūt diuisisse in aliā speciem non est. Sed sunt similares: ac prime: exce-ptis tamen arterijs ⁊ venis. Hee nāq; ex fibris ⁊ mē-branis sunt condite: veluti in tractande dissectiōis ratione est traditū. Quinetiā complura esse spatia in-ter ipsas primas ⁊ similares particulas: atq; ijs ēt plura maioraq; inter ipsas instrumentales ⁊ cōposi-tas: aliqua vero ⁊ in vna qualibet similari particu-la: veluti osse cuteq;: hec quoq; omnia in ijs que de administrandis dissectionibus scripsimus sunt pro-dita. Ac que mollia quidem sunt corpora: ea qm̄ si-bi inuicē incumbunt: interposita spatia latere cōspe-ctū faciunt. Que dura siccaq; sunt: in ijs cernere spa-tia licet: sicuti ossiū cauernulas. Continent he natu-raliter multū in sese humoris: huiusq; albi: in id cō-parari vt ossa nutriat. Que in cute foramina sunt ea qua ratione fiant: in ijs que de temperamentis pre-cipimus est dictum. Atq; hec monuisse necessarium erat charitatis caussa eorum que a nobis deinceps sunt dicenda. De inequali vero intemperie nūc agē-dum: tū quenā eius natura sit: tū quot eius generā-de modi. Ergo quod in oibus particulis corporis: quod fluxione est affectum vnica temperies non sit: prius est dictū: verū id cōe ois intēperamenti ineq̄-lis est. Differentie eius ipsam corporum affectorum sequuntur naturam: quum aliter simplex caro: aliter vniuersus musculus impari temperamento sit affe-ctus. Quippe calida fluxio: vbi in musculum procu-buit: primū maiores arterie veneq; opplentur: ac distenduntur: ab ijs minores: atq; ita res procedit: donec ad minimas sit peruentū. In ijs vbi valenter impacta fluxio est: nec adhuc sistitur: partim ei⁹ per ipsarum hora: partim per tunicas: veluti colatū fo-ras transmittitur: tum vero spatia ipsa vacua: q̄ in-ter prima sunt corpora: fluxione implentur. Sic oia ab humore omniq; ex parte incalescunt ac perfun-duntur. Ea sunt: nerui: ligamenta: membrane: caro ipsa: anteq; hec arterie ⁊ vene: que scilicet ⁊ prime: ⁊ preter cetera vario dolore afficiuntur. Quippe inte-rius a fluxione tum excalefiunt: tum distenduntur: ac diuelluntur: exterius non modo excalefiunt: sed etiam premuntur ac degrauantur. Relique particu-le: alie comprimēdo solum vel incalescendo: alie vtro-q; genere laborant: appellaturq; morbus ipse Phle-mone. Est autē inequalis intemperies musculi: fer-uet em̄ tā qui in eo est sanguis. Is secum excalefacit primū quid eiñac maxime arteriarū ⁊ venarum tu-nicas: mox vero omnia que extra has sunt: quibus scilicet circūfunditur. Ita duorum alterum necesse est sequi: vt si fluxio vicerit: corruptio sequatur victo-rum corporum: sin fluxio sit victa: vt musculi ad na-turalem statum redeant. Esto igitur prius victa flu-xio (rectius em̄ a melioribus incipit̄) duplex hic inci

dit curationis genus:qđ vel digeretur quidqđ huo
ris in particulam procubuit:vel concoquetur. Ve-
rum digestio optãda maxime curatio est. Concoctio
nē hec duo necessario sequunẗ:puris generatio: et
eius in aliquod spatiū abscessio. Abscedit aliquan-
do in capacitatū que propinque sunt:tū maximam
tū minime momentaneam. Quod sane abscessionis
genus optimum est. Alias in non momentaneā qui
dem:non tamen maximā. Interim in maximam: nō
tamen non momentaneam. Ac que in ventricu-
lum incidunt abscessionum:optima est que in sinū
eius internū abit:in quē etiā plerūqꝫ se aperierunt
Mala vero que sub peritoneū. Pari modo in ijs q̄
circca cerebrū existunt:bona est que in priores eius
ventriculos abscedit mala que sub inuolucra eius.
Itē que in posticū eius ventrē se recipit. Qui vero
circa costas abscessus colliguntur. hi in capacitates
erumpunt pectoris:ac musculorum quidem absces
sus sub cutem:viscerum vero in arterias ⁊ venas:
quas in se continent:vel in membranā qua operiū-
tur:que ipsis pro cute est. At si victe a fluxione parti
cule fuerint:in tantaꝫ deuenient intemperiem:vnde
tū earū pereat actio:tum ipse spatio corrumpantur
Porro desinent tum primum dolore:quū mutatri-
ci qualitati fuerint adsimilate. Non eñ quum mu-
tata particularū temperies iam est:siue (vt sic loq̄r)
in ipso mutatum esse dolent:sed dum mutatur: siue
in ipsa mutatione. Quemadmodū mirus dixit Hip
pocrates. Dum alterascit ac corrumpitur natura:
dolores fiunt. Alteratur autem: ac corrumpi-
tur cuiusqꝫ natura:quum vel calefit:vel frigefit: vel
siccatur vel humefit:vel eius vnitas dissoluiẗ:in ijs
quidem intemperamentis que inequalia sunt:ex ca
lefaciendo:vel ex frigefaciendo potissimum quippe
quū efficacissime qualitates he sint: secūdo loco est
siccando vel humectando. Ex esuriendo vero vel si-
tiendo:deficiente hic humida illic sicca substantia.
Ex vulnerando:⁊ erodendo:⁊ tendendo: ⁊ premen-
do:⁊ conuellendo:vnitate ipsa soluenda. Ergo si ca
lor sanguinis in particula:que Phlegmone laborat
mitis est:tum qui in toto animalis est corpore me-
diocriter attemperatus:non facile vna cū afflicta p
ticula calefit:sin vel ille feruet vehementius:vel qui
per totū spargitur animal biliosus est:illico totꝰ ad
calorem vertitur:multo vero magis sicubi ambo cō
currunt:vt ⁊ qui in Phlegmone habetur admodū ca
lidus sit:⁊ qui in toto est animante biliosus. Porro
calefit primū qui in arterijs est sanguis:quod scili-
cet is tū natura calidior:tum vero magis spirituo-
sus sit:post hunc vero etiam qui in venis est. Quod
si in propinquo visceri:cui plurimus sit sanguis ob
sessa Phlegmone particula fuerit:iam celerius cum
hoc vniuersus qui in animali est sanguis calore af-
ficitur. Vnoqꝫ verbo quidquid ex facili alterabile ē
aut calidū natura:id a quouis calefaciente primuꝫ
excalfit. Non secus ⁊ ab eo quod frigefacit: quidqđ
facile alteratu est vel natura frigidū:id primū refri
geratur. Ac promptus quidem ad alterandum spi-
ritus est:vtpote ex tenuissimis constans partibus.
Calidissima nature merito est flaua bilis: at frigi-
dissima pituita est. Reliquorum humorū: sanguis
post flauā bilem maxime est calidus sicut nigra bi-
lis post pituitā est frigida. Quinetiam alteratur fla-
uabilis leui momento:ex quouis in eam agente. Ni
gra egre alterascit. In summa quidquid tenuium est
partium:id prompte alteratur:cõtra cui crasse sunt
partes egre. Ita necesse est multifarie Phlegmonis
alterationes incidant:propterea quod multifariam
affecta sunt corpora. Principio nãqꝫ succꝰ qui phle
gmonem excitat:magis minusve calidꝰ est: deinde
succi putrefactio pro ipsiꝰ natura respondet: nō mi
nimū certe prout is magis minusve est impactus.
Quippe q̄ perspiratu carent:celeriꝰ putrescūt: velu
ti ⁊ in externis accidit omnibꝰ. Ceterū quū calida
temperie sunt ⁊ hūida. tū vtiqꝫ potissimū. Iam ipsa
Phlegmone laborans particula:vel prope vel lon-
ge sita est a multi sanguinis visceribus:totusqꝫ san-
guis vel biliosus est:vel melancholicꝰ vel pituito-
sus:vel spirituosus:atqꝫ hec oĩa magis minusqꝫ.
Quare necesse est multiformes fieri alterationes:si-
ue alteri sit collatū:siue idem sibi. Fiūt he omnes in
equales corporis intemperies:maxime quidē inflā
mato eo qui in Phlegmone est sanguine: deinde eo
qui in viscerib. habetur ⁊ corde:atqꝫ huiꝰ maxime
eo qui in sinistro eiꝰ sinu est. In quē (sicut in opere d
vsurpandis manu dissectionibus est dictuꝫ) si viuo
etiā animante:nec adhuc febre tentato dimittere di
gitū velis: vehementissimuꝫ deprehendes calorem.
Quo magis verisimile est:vbi totum corpus preter
naturam incalescit:hunc maxime sinum ad summū
peruenire caloris: quippe quū tenuissimū maxime
que spirituosum sanguinē habeat:ac moueatur per
petuo. Ceterū in febribus id genus omnibus: cale
fit quidē sanguis aliquando vniuersus:quicūqꝫ nō
naturalē illū calorē qui ex humoris putrescentia est
obortus:ꝯcepit:non tamen aut arteriarū venarū ve
tunice:aut aliud vllum circum iacentium corporuꝫ
prorsus iam temperamentū suum mutauit:sed ad-
huc mutatur atqꝫ alteratur incalescens:siue (vt sic lo
quar) calefiens. Quod longiore tēpore hoc patitur:
etiā vincetur aliquãdo:prorsusqꝫ mutabiẗ:ita vt nō
amplius calefiat:sed iā sit preter naturā calefactum
Porro terminus mutationis est: cuiusqꝫ particule
functionis lesio. Ad quem vsqꝫ terminū omnis alte
rationis latitudo via est in id quod preter naturam
est:veluti mixtū cõeqꝫ ac mediū quiddā ex contra-
rijs vtrisqꝫ compositum ipso naturali prorsus affe
ctu:⁊ eo qui iam plane est preter naturam. Ergo to
to hoc tēpore corpus incalescens:pro modo altera-
tionis etiā ad portionē sentit dolorē. Quū vero oēs
corporis solide particule excalfacte ab absolutionē
iā sunt eiusmodi febrē Hecticā Greci vocant:ceu nō
amplius iā in humoribus ⁊ spiritu:sed in corpori-
bus ijs que habitus rationem habent comprehen-
sam. Hec doloris est expers:putantqꝫ qui ea febrici
tant:omnino se febre carere:neqꝫ eñ sentiunt eiꝰ ca
lorē:oĩbus scilicet eorū partibus eque ꝑcalfactis.
Sed ⁊ conuenit de ijs inter naturalis scientie profes
sores in ijs que de sensibus produ̅t. Neqꝫ eñ citra
alterationem est sensus:neqꝫ in ijs que iam ad per-
fectionem sunt alterata dolor. Itaqꝫ etiā hectice fe-
bres oēs:tū sine dolore sunt:tū nec sensu ab his qui
ipsis laborant percepte. Non eñ ex eoꝝ particulis
hec agit:hec patitur:quū oēs inter se iā siles sint red
dite:ac vnicā habeant consentientem temperiē. Nā
si alia earū calidior est:alia frigidior:at certe eatenꝰ
est frigidior:vt vicinam nihil offendat:alioqui sic sci
licet partes que pro nature modo se habēt:mutuo se

offenderent: vtpote que sic saltem temperamētis dis-
sideant caro nāq; calida particula est: os frigidum.
Ceterū tam harū partiū: ꝙ reliquarum omniū in-
doles inequalitas est modi excessus merito. Sic nā-
ꝙ nec aer qui nos ambit pri⁹ offendit: ꝙ ad immo-
dicum calorem frigus ve est immutatus. Cui⁹ alio-
qui que in medio sunt differentias: tametsi numero
sas: ac manifestū excessum inter se habētes citra no
xā sentimus. Ex ijs ergo fortasse nec illud duri⁹ di-
ci videatur: quid Hyppocrates alicubi ait: Omnez
morbum vlcus esse. Quippe vlcus vnitatis est diui
sio. Immodicus vero calor ac frigus proxime acce-
dunt vt vnitatē soluant: plurim⁹ quidē calor dū se
gregat ac diuidit substantie continuitatem: summū
vero frigus: tum stipando tum introrsus pariter tru
dendo: quedā exprimit: quedā quassat: atq; hunc q̄s
piā immodici caloris frigoris terminum statuens:
fortasse non incōmode sentiat. Seu vero is siue ali⁹
immodici excessus terminus est certe cōsistere omnē
immoderatū excessum in habitudine ad aliquid iā
liquet. Non em̄ pari ratione a calidis frigidisq; affi
citur omne corpus. Indeq; fit vt aliqua animaliuz
conuenientes inter se succos habeant: aliqua non so
lum nō conuenientes: sed etiam qui se mutuo corrū-
pant: veluti homo atq; vipera: quorum vtriusq; sa
liua alteri est pernities. Ita vtiq; ⁊ scorpium neca-
ueris si ieiunus illi inspueris. At non homo hoiem
morsu interemit: nec vipera viperaz: nec aspis aspi
dem. Siquidem quod simile est: id congruū amicūq;
est: quod contrarium est inimicum ac noxium.
Augetur em̄ quidq; ac nutritur a similib⁹: perimit̄
ac corrūpitur a dissimilibus. Itaq; etiā sanitatis tu
tela per similia perficitur: morborū sublatio per cō
traria. Verū de ijs alius est sermo. Hecticā vero fe-
brē queiam habitū corporis occupauit: minime sen
tit qui ea laborat. Reliquarū febriū nulla est q̄ non
a laborante sentiatur: sed alie magis alie minus
egrotanti sunt graues. Sunt ex ijs ⁊ que rigorē in-
gerant: fit em̄ id quoq; symptoma veluti alia multa
ab inequali intemperie. Rationem tamen generan
di eius in proposito libro tradere non est: priusq̄ de
naturalibus facultatibus demonstratū fuerit: quot
he qualesq; sint: tū quid agere queq; sit nata. Verū
in libris de symptomatū caussis de omnibus aget̄.
Sed reuertor ad inequalis intemperamenti differen
tias. Nam quemadmodum ex phlegmone febris na
scatur: tum quod febris omnis ac phlegmone oīs: p̄
ter hecticas ex morbis sint: quibus inequalis fit in-
temperies: dictum iam est. Porro accendi febrem et
citra phlegmonem ex solis humoribus putrescenti-
bus licet. Neq; em̄ ea solum que inculcata sunt: ⁊ p-
spiratu prohibita putrescunt: verum celeriter ea ma
ximeq;: ceterum putrescunt ⁊ alia multa: que putre-
dini sunt opportuna. Dicetur vero de horum opor-
tunitate alio loco. Jam alio quoq; genere inequa-
lis oriri intemperies in toto corpore potest: modo
fuliginoso vapore detento: modo exercitationibus
⁊ plusculis laboribus calore adaucto: modo ab ira:
quum sanguis immoderatius feruet: modo ex de-
ustione: quauis externa incalescit. Porro quod etiaz
his omnibus febribus non secus ꝙ in phlegmonis
supra est dictum: tum pro viribus effectricis causse:
tum pro corporis ipsius affectu: alij magis febri-
citent: alij minus: alij haud quaquam: apertum
esse arbitror. Eque vero ⁊ quod intemperies ipsa
nonnunquam spirituosam tantum inuadit sub-
stantiam: nonnunquam ipsos etiam succos: clarum
id quoq; reor. Sed nec minus illud quod omnibus
huiusmodi febribus si traxerint: hectica subueniet.
Jāq; sermo noster ꝓpemodū ostendit inequalē hāc
intemperiē aliqn̄ ex calida: frigida ve substātia q̄ in
particulā aliquā influat accidere: veluti in his fie-
bat quos phlegmone infestat. Sepe nō ita: sed ipsa
corpis temperie in qualitate mutatū qd̄ alterantiū
eā qdā ortū habeāt ab ipo corpore: quedā extrinse-
cus: vtiq; quū ex putredine tantū aliqua: vel phle-
gmone excitatur febris: ab ipso corpe: quū ab vstio
ne vel exercitatione: extrinsecus. Dicet̄ aūt ⁊ de his
fusius in morborū caussis. Tāquā aūt ex deustione
accēdit̄ febris alterato videlicet corporis tēperamē
to: itidē nōnulli sepe ex frigore refrigerati toto corpe
vehemēter sunt: aliq̄ ꝓo etiā perierūt. Jā qd̄ hi oēs
etiā doleant: ne id quidē latet. Porro dolēt ⁊ q̄ ex ri-
gore ingēti vehemēter ꝑfrigerati: celeriter sese excal
facere ꝓperarūt: multi q̄ eoꝝ quum subito ac simul
manus igni admouerūt: ingentē circa vnguiū radi-
cē sentiūt dolorē. Et quisq̄ quū tā luculēter videat
intēperiē inequalē doloris eē caussam: etiā de inter-
nis dolorib⁹ dubitet aut miret̄: quo pacto citra phle
gmonē subinde vel laxiore intestino qd̄ colon Gre-
ci vocāt: vel dētibus vel alia quauis particula hoies
doleāt. Nā neq; taliū vllū mirabile ē: nec quēadmo-
dū simul rigeāt ⁊ febricitēt egrotātiū aliqui. Quip-
pe si pituitosus succus q̄ frigidus est: quēq; Praxa
goras vitreū appellat ⁊ amarahilis q̄ calida ē simul
abundet ac persensibilia mēbra moueant̄: nihil mi-
ri est vtrūq; a cubante pari modo sentiri. Neq; em̄
si hominē sub sole feruido statuas ⁊ aquā illi frigi-
dā infundas: fieri pōt: vt nō simul ⁊ a sole calorē: et
ab aqua frigus sentiat. Verū hoc casu ambo extrin
secus sunt: nec paruis portionib⁹ incidūt. In febri
bus quas hepialas vocāt: tū ab interno: tū exiguis
portionibus: eoque vniuersum corpus ambo senti-
re videt̄. Quum em̄ tenuissimis portiunculis asper
sum per corpus tū calidū sit tū frigidū nullā sensilē
alterius portiunculā ita paruā desumas: in qua nō
alterum sit comprehensum. In ipsa tamen accessio-
nis inuasione aliqua febricitantiū tū rigēt: tū vero
febricitāt tū ambo sentiunt: frigus immodicū ⁊ ca-
lorē vna verū nō eodē loco: quippe quū possint q̄ ex
calfacte sunt partes: manifeste: a refrigeratis discer-
nere. Nā intus ⁊ in ipsis visceribus calorem sentiū-
unt: in externis partibus vniuersis frigus. Tales
perpetuo febres sunt ⁊ que Grece Lipyrie vocan-
tur: preterea quoddam ardentium febrium perni-
ciosum genus. Quod igitur in his maioribus por-
tionibus accidit: hoc in hepialis contingit minutis
Inequalis nanque est ⁊ harum febrium intemperi-
es: sed nec minus reliquarum omnium: exceptis ta-
men hecticis. Quin etiam ijs qui rigent: nec tamen
febricitant inequale temperamentum est rarum ta-
men est id symptoma. Ceterum incidit tum mulieri
bus tum quibusdam aliquando viris. Debet autez
omnino deses precessisse vita. aut certe ciborum co-
piam longiore spatio homo sumpsisse: ex quibus tar
dus frigidus: crudus: ⁊ pituitosus nascatur succus
qualem scilicet Praxagoras vitreum existimat.
Porro antiquitus nemo (vt videtur) ita est affe-

ctus:vt qui nec adeo ocio si:nec in victus saturitate viuerēt. Indeq3 factū est vt scripserit antiqui medici:rigori febrē necessario supuenire. Verūtamē tum nos ipsi:tum alij iuniorū medicorū nō pauci:sepe numero vidimus rigorē quē nulla secuta sit febris. Porro cōponitur ex hac intēperie:& ea que febricitātium est: Hepialus:appello ita febrē illā:cui ambo semper accidūt:at in qua rigor quidem precedit:febris sequit̃:veluti in tertianis & quartanis hanc hepialum nō voco. Ita ex duplici inequali intēperie hepialus componitur. Etiā alie febres preter becticas fere oēs. Simili genere qui particule alicui cū tumore morbi sunt hi quoq3 omnes perinde ac phlegmone:cū intēperamēto inequali cōsistūt:Cancer:Erisipelas:Carbūculus:Herpes:Tumor:Phagedena:Gāgrena:quippe cōmune his oībus est:vt ex fluxione humoꝝ fint orta. Dissidēt in eo qđ alij ex pituitoso:alij ex billioso:vel melācolico succo:alij ex sanguine vel calido:vel tenui:vel bulliēte:vel frigido:vel crasso:vel alio quopiā genere affecto fiant. Declarabit̃ eni alio loco de hoꝝ mēbratim differētia diligēter. Nō ad ꝓpositā disceptationē3 pertinet:hoc tātum dixisse abūde est:qđ qualiscūq3 est fluxio:eadē rōne quēq3 pdictoꝝ affectuū creat: qua prius ex calida & sanguinea phlegmonē gigni monstrauim⁹. Sed nō minus etiā similiarū:ac simpliciū:primorūq3 i ij s' corpoꝝ singula:sic a fluctione affecta ad inequalē intēperiē deueniēt. Ceterum extrinsecus ꝓ reumatis ratiōe calefacta refrigerata:siccata:vel humectata penit⁹ & in ꝓfundo nōdū similiter effecta. Nō si tota ꝑ tota mutata alterataq3 sint:fiunt quidē illico a dolore libera:in difficili tamen sic cōstituta sunt statu. Hec prenouissime his qui opus de medicamentis sunt percepturi:et post id medēdi methodum:abūde mihi satis videtur.

¶ Galeni pergamensis de inequali intēperie libri Thoma Linacro Anglo interprete. Finis.

¶ Lib. Galeni. De optima corporis nostri cōfirmatione: Georgio Valla Placētino interprete:fauste incipit.

Venaz optima nostri corporis cōfirmatio:an que tēperatissima sicut multi veteres medici ac philosophi existimauerunt: vel optimā quidā esse necesse est tem peratissimā:nec tamē tēperatissima necessario optima. Nā ex calido & frigido & humido & arido moderata cōplexio similiū partiū sanitas est corporis nostri mēbrorū. At que ex his oib⁹ animalis est facies in positione & magnitudine:& figura & numero cōpositis existit:necnō cōcedēdū videatur ex oibus aut explurimis particulis tēperatam partem aliquā cōsistere erga magnitudinē ipsarum vel numerū vel faciē:vel ad seinuicē cōstructionem hallucinari. ¶ Moliēdū igitur nobis deinceps de his oibus disputare ab ipsis incipiēdo noibus quibus in hoc libro vtamur necesse est:quādo quidē de his nōnulli cozrixantur. Alij cōfirmationē optimā: alij affectionē:alij habitū:aut habitudinē:aut corporis naturā:aut vtcūq3 vnicuiq3 visum est dicendū putauerūt. ¶ Ego quidē vt huic insistam rei locutionem nō reprehēderim:nec ꝓbauerim acclamātes secus noiare volētib⁹. Quippe ꝙ plurimā ac maximam curā rerū ipsaꝝ de quibus habetur oratio putem adhibēdā potius ꝙ nominū seu corporis optimā confirmationē siue affectionē siue habitū siue naturam siue vtcūq3 alter nominare quispiam voluerit:ita demum ponat:si a recepta notione sumat initium:ac procedendo in essentie inuentionem ,ordine aliquo ac disciplina indagarit:hunc equidē multo magis laudauerim ꝙ si circa nomina mihi quispiā subnixus insurgat occupatus. Et perinde nos ita faciemus a cōmuni notione extorsi:eamq3 definiēdo ad solitā cōiectationē disciplina progrediemur.

¶ Que cōmunis notio optime cōfirmationis.

Ue igitur corporis optime ꝯfirmationis est notio communis cunctis hominibus: audieris nāq3 non eisdem verbis loquentes omnes. At intelligētium omnium vna et eadem res est. Sanum itaq3 corpus cuncti prorsus probant quēadmodum etiam demum habitus electissimi:rem vnam nimirū vtriq3 spectantes:et comentis sententiam reuocātes:id nequaꝙ dearticulatim ꝙ intelligūt:neq3 perspicue eloqui cognouerūt. Nā omnium corporis mēbrorum actiones validas habere censuerunt:nec facile morbosis causis succumbere:eorū quod in actionibus quidem naturalibus sanitas:quod autem cum quapiam firmitudine habitus probus quē greci euhexiam vocant. Commune porro ambobus haud facile morbis alligari: & perinde omnium quidem habitus confirmatio saluberrima ad quā mortales oēs aspirant. Huic vo accidit qđ in actionibus artuatum difficulterq3 solubile. Preterea nō etiam iniuria bonus habitus vocitatur iam ipso quoq3 nomine boni habitus emicante:stabile:ac difficulter solubile:sed in magis adhuc eius qđ boni habitus est vtpote optimo aliquo habitu existente:& perinde optimam corporis cōfirmationem siue sanitate eminētissimam:siue boni habitus absolutissimā dicam⁹ nō aberrabimus ipsamq3 iudicabimus prestātib⁹ actionū officijs difficulter solubilem. At qm̄ id iam definitum est deinceps consectandū que sit huiusmodi habitus corporis essentia:hinc inuentionis perserutemur principium quo pacto affecto corpore optime exerceamus. Ad id igitur quo procliui⁹ perueniam⁹ expedit meminisse ꝙ iā in alijs demonstrauimus cōmentarijs. Primum quidē vt ex calido & frigido:& arido & humido corpora nostra permixta sint. Hec etiā demōstrata sunt in eo Hippocratis libro qui de elemētis inscriptus est secūdo loco definiende sunt membrorum complexiones. At de his etiam dictum est in de complexionibus commentarijs. Post hec vt singula instrumentalia corporis membra vnam in eadem particula actionis causam habent:cuncta alia omne absoluentia instrumentum illis gratia effecta sunt. Uerum de ijs quoq3 scriptum est vbi de membrorum vsu disseruimus.

¶ Que optima corporis confirmatio.

Optima igitur corporis fuerit confirmatio in qua cuncte similes partes (ita nempe que sensu simplicia vocitantur) suam nacte sunt complexionem:que autem ex vno quoq3 horum instrumentalium compositio in ipsos

rũ magnitudinibus ⁊ multitudinibus ac faciebus ⁊ ad se inuicẽ cõpactionibus moderatissime confirmata est. Quod enĩ cunctis actionibus optime digestũ est: eo etiã inter oĩa alia corpora maxime passionẽ fugit: nec simpliciter quisꝙ inuenerit. Qđ enim exercet membrũ optime id similiũ partiũ boni temperamenti ⁊ instrumentaliũ moderaminis cõfirmationis fomentũ ac seminũ existit: tale nimirũ est predictũ corpus. Non dubiũ igit̃ quin oĩm optime exerceat. Quod porro etiã difficulter passibile sit maxime hoc pacto didiceris.

¶ Qđ oẽ nostri corporis detrimentũ vel ab exterioribus causis vel ab alimenti superfluitatibꝰ.

Nostris corporibus inflicta detrimenta: alia quidẽ a causis extrinsecus aduenientibus: alia vero ab alimenti superfluitatibus. ¶ Que a causis extrinsecus adueniũt calefaciunt ⁊ refrigerant ⁊ humectant ⁊ arefaciunt preter modũ: in quo genere ponuntur labores ⁊ vigilie ⁊ merores ⁊ cure ⁊ id genus alia. ¶ Ab alimenti autẽ superfluitatibus genere duplicia sunt. Nam eorũ alia quantitate: qualitate alia infesta sunt: specie multiplicia. ¶ Quod igitur extrinsecus ex causis moderanter est affectũ corpus euitatu difficilimum est ac palã ex ipsa eius bona cõplexione difficulter ⁊ vix ad moderatã complexionẽ perueniente: quod omnifariã extrema plurimũ absint: preterea et recte exercendo optime poterint confirmari ad difficilem passionẽ nunꝙ captũ laboribus: statim tali corpori existit vt sit preter alia humoris electissimi sicuti ẽt est infestis merore ⁊ furore ⁊ vigilia ⁊ cura imbribusꝙ ⁊ squaloribus ⁊ fame: ⁊ vt paucis absoluã cunctis morbũ infligentibus causis: facilius alijs leuabitur corporibus quod tale maxime profecto q̃ malo humore constant ab eiusmodi causis facile coarguuntur: vtpote iam per sese proxime ad morbos accedunt: ita quidem nobis accidentibus extrinsecꝰ ac corpus tristantibus dicta a nobis affectio difficilime euitabilis. ¶ Quod autem neꝙ ab alimenti superfluitatibus facile morbos possit euitare id imp̃mis hoc pacto didiceris: si fueris ratiocinatus neꝙ exuberantiã in eiusmodi natura neꝙ humores malos aut aggregati facile aut aggregatos labefactare animalium: moderantia certe naturalium exercitiorum ad se inuicẽ ⁊ in singulis virtus superfluitates subire prohibet: ⁊ cum aduenerint facile excernit: etiam si quandoꝙ diu permaneant: non tamen ab ipsis superatur: a causis nanꝙ vinci morbosis debilibus ac distemperatis naturis existit. At plurimum obsistere temperatis ⁊ validis qualem optimã esse diximus: habes autem hanc in de complexione commentarijs: vt temperatum possis dinoscere: in sextodecimo autem de vsu membrorum vt instrumẽtalia membra mediocriter habent: nunc quoꝙ nihilominus ex eis que dicta sunt ipsoruʒ memineris quandoquidem non angustatam neꝙ insecabilem rem sanitatem ostendimus inde ipsa libris: sed que ad idoneam extendi possit latitudinem recte habere videtur si vtilis fore debeat oratio: artem exercentibus: non solum raro in ipsa corpus ⁊ velut exemplum aliquid Polycleti canonis in oratione versare. Ceterũ derelicta ab ipsa in aliquo non equidẽ iam eminentem ⁊ magnũ errorem nacta meminisse expedit. Cum nãꝙ expedite cognoueris optimã corporis confirmationem tam ⁊ si ortus ipsius est rarꝰ cunctasꝙ alias affectiones in quibus quotidie versamur facile deprehendes: ita demũ precipue nobis extiterit. In cunctis nãꝙ supreme emendatũ vt neꝙ similiũ partiũ: neꝙ instrumentaliũ membroruʒ quicꝙ immoderanter habeat digestũ: non ad modũ quicꝙ continue: sed in longioribus temporũ cõuersionibus fieri consuerit. Verũ deficiens breuiter ab hoc ⁊ si continue inspici potuerit.

¶ Quale sit corpus moderatum / examussimꝙ membris compositum.

qua vrine ꝑ renes ferant̃ in vesicā: ⁊ q̄ sanguis in oēs animalis partes: nec etiā qua flaua secernat̃ bilis. Quippe si mōstratū sit in vnoquoqꝫ organo tractricē haberi vim: nullū negociū ē: eā ad reliqua trāsferre. Neqꝫ em̄ renibus natura talē facultatē contulit: vasis ijs q̄ biliosū hūorē trahūt: eandē negauit. Nec rursus his quidē tribuit: reliquis autē oībus ademit. Quo magis mirandū videtur si id verū est: Erasistratū tā falsa de digerendo alimento ꝓtulisse: vt ne Asclepiadē quidē latuerit: q̄ꝙ illud verissimū putat: si q̄d ex venis ꝯ effluat: duorū alterū sequi: aut vacuū locū extēplo fore: aut quod cōtinuū est affluxurū esse: abeuntisqꝫ locū implere. Asclepiades ꝟo nō e duobus alterū: sed e tribus vnū sequi in vacuandis vasis asserit: vel vacuū locū simul vniuersum fore: vel quod continuū est secuturū: vel vas ipsum esse ꝯtrahendū. In calamis em̄: ⁊ tubulis ijs qui in aquā dimittuntur: recte vereqꝫ dici: quod aere: qui in horū cauis continetur abeunte: aut vacuus locus extēplo vniuersus sit futurꝰ: aut qd̄ cōtinens est secuturū. In venis: nō ita. Cū possit earū tunica in seipsam sidere: eoqꝫ in cauitatē suā internā se recipere. Atqꝫ ita quidē falsa est de successione ad id qd̄ vacuatur Erasistrati nō me hercule demonstratio: sed hypothesis: que alioqui si vera esset: etiā superuacua esset: cū ⁊ venter a se exprimere in venas possit: velut ipsemet proponit: ⁊ vene id quod continent: amplexu suo constringere ac ꝓpellere. Nā preter alia incōmoda: ne sanguinis quidē redundantia in corpore colligi vlla posset: si vna successione ad id qd̄ vacuatur: digestio perficeretur. Ac si ventris quidē expressio resoluta lāguensqꝫ in progressu redditur: nec pōt ad totū pertingere corpus: eoqꝫ aliā quāpiam ratio nē requirit: qua sanguis i omnē vsqꝫ partē feratur: necessario quidē adinuenta est: etiā ad id qd̄ vacuatur: successio: redundantia tn̄ in his q̄ pōt e par sunt partibꝰ: nulla erit: aut certe si qua erit: circa cor ⁊ pulmonē erit. Vnicū em̄ id ex his que post iecur habentur in dexterū sinū suum alimētū trahit: deinde per arterialē venā ad pulmonē transmittit. Reliquorū em̄ nullū: nec Erasistrato ipsi nutriri ex corde placet ꝓpter eas que super vasis crescunt mēbranas. Sin aūt quo redundantiā nū tollamus expressionis que a ventre fit tenorē vsqꝫ in omnē partē seruabimus: nusq̄ etiānū successionē ad id qd̄ vacuatur requiremus: potissimū si etiā venarū eius qd̄ continēt amplexum etiā approbamꝰ: qd̄ vtiqꝫ Erasistrato quoqꝫ ipsi placet. Ergo rursus q̄uis nolit: admonēdus de renibus est: dicendūqꝫ nulla re eos manifestius refelli: qui tractū partiū repudiāt. Nemo em̄ aut probabile aliquid dixit: aut sicut prius monstrauimus vllo pacto aliā secretionis vrine causā inuenire potuit: sed necesse est: vel insanos videri: si halitus vice vrinā ferri in vesicā dixerimus: vel impudētes: si successionis ad id qd̄ vacuatur: meminerimus: vt q̄ in sanguine plane sit ratio ridicula: in vrina: ⁊ talis q̄ esse nō possit: ⁊ ꝓrsus insulsa. Ac vnus quidē eorū qui tractū auersantur error hic est: alter qui in flaue bilis secretiōe ꝯmittit̃. Neqꝫ em̄ illic transeunte sanguine ꝑ flaue bilis vasorū ora exacta secretio biliosi excremēti erit. At nec secernat̃ inquiūt: sꝫ vna cū sanguine ꝑ totū corpꝰ ferat̃. At q̄ viri. s. prudētes Erasistratus ipse naturā animalibꝰ ꝓspicere: artificiosamqꝫ esse ꝓposuit. Idē etiā biliosū hūorē inutilē a nimalibꝰ oīno esse asserui: nō coherēt aūt ambo hec inter se. Nā qūo queso videatur animali ꝓspicere si tā noxium succū vna cū sanguine ascendere in corpus permittat? Verū hec parua sunt. in quo aūt maxime hic clarissimeqꝫ peccēt: id nūc dicā. Si em̄ propterea quod sanguis crassior est: bilis magis tenuis: ac venarū ora magis lata: bilis vasorū magis angusta sunt: nec aliā ob causam: bilis angustioribus vasis osculisqꝫ se iserit: sanguis latioribꝰ: manifestū est aquosum hoc serosumqꝫ excrementū tanto prius influat in bilis vasa: quā bilis: quanto id bili est tenuius. Quo pacto igit̃ nō influit? Nempe qd̄ scilicet crassior est vrina quā bilis. Quippe id affirmare ausus est q̄dā nostri tēporis: Erasistrati sectator: videlicet a sensuum ipsorū euidentia recedens. Quibus in bili ⁊ sanguine fidem adhibuit. Siue em̄ qd̄ bilis q̄ꝙ sanguis magis est fluxilis: idcirco magis tenuis ē censenda: siue qd̄ pannū: linteū ve: aut aliud qd̄ percolet ea facilius pertrāsit: sicut hac rursus excremētum seorsū: his vtiqꝫ indicijs bilis crassior q̄ꝙ serosum excrementū fuerit. Rursus em̄ ne hic quidē ratio apparet vlla: que bilem demōstret seroso excremento esse magis tenuem. Verū vbi quis impudēs est: deiectusqꝫ concertatorē cōplectitur: ac deiectū se negat: is lucte imperitis similis erit: q̄ cū a lucte peritis sunt prostrati: supiniqꝫ iacent: tantū absunt vt se deiectos fateantur: vt etiā a ceruicibus eorū pendeant a quibus sunt prostrati: nec eos absolui sināt vincere se interim autumantes. Ergo nuge maxime sunt omnis exiguorū meatuū ad naturales functiones hypothesis. Nisi em̄ a natura facultas quedam naturalis vnicuiqꝫ instrumento statim ab initio sit tributa: durare animalia nō poterunt: nō modo tantum annorū: sed nec paucissimorū dierū numerum. Quippe si nulliꝰ ea cure mandemus: arteqꝫ ⁊ ꝓuidentia destituamus: ac solius materie momētis gubernari velimus: nulla vsquā potētia: vel trahente: qd̄ sibi ē cōmodū: vel amoliente qd̄ est alienū: vel alterante agglutinānteqꝫ qd̄ se est nutriturū: nescio quo pacto nō ridiculi futuri simus si de naturalibꝰ actionibꝰ disputemꝰ: multoqꝫ magis si de actionibꝰ animalibꝰ: totaqꝫ vita. Siquidē neqꝫ viuere: neqꝫ durare vlli animaliū vel breuissimo tp̄e fas erit: si tot in se particulas: tāqꝫ dissidentes habeat: nulla facultate v tet̃: nec q̄ cōueniēs trahat: nec q̄ alienū secernat: nec q̄ id qd̄ nutriat alterabit. Atqui si ꝑditi his sumus: vtiqꝫ exiguis magnisve q̄ ex hypothesi minime demōstrata sint accepti meatibꝰ: ꝑterea idoneo quodā situ: ad bilis: ⁊ vrine separationē haud quaquā indigemꝰ. In quo vno sapere Erasistratus videtur: qd̄ oēs corporis particulas bene dispositas formatasqꝫ a natura putat. Verū si sibi ipsi cōstare artificiosā appellāti naturā volet: et q̄ ab initio statim oēs animalis particulas probe disposuerit: ac finxerit: post id ꝟo opus quo nihil deesset: etiā in lucem cū facultatibꝰ q̄busdā ꝓtulerit: sine q̄bus viuere nō possit: tū ꝟo paulatī etiā ad iustā vsqꝫ magnitudinē auxerit: haud scio quo pacto naturales actiones meatuū magnitudini aut paruitati: vllisue tā ridiculis hypothesibꝰ possit ꝑmittere. Quippe natura illa q̄ particulas effingit ⁊ sensim adauget: oīno ꝑ eas totas est extensa: vt q̄ totas eas ꝑ totas nō tātū extrinsecus fingat: nutriat: atqꝫ augeat. Praxiteles nāqꝫ: aut Phidias aut alius quispiā statuariꝰ

Opinio erasistrati de digerendo alimēto.

Opinio asclepiadis.

Successio Asclepiadis ⁊ erasistrati dānāda.

Cordis ⁊ pulmonis alimētum.

Sāguis bili crassior.

Bilis vrina crassior

Naturales facultates sūt ponēde.

Differētia operū nature ⁊ artis

foris:tm̄ mām ornabant:qua.s.parte licebat eã at
tingere:internã eius partē illaboratã:otiosam:artis
ꝙ immanē ac neglectã reliq̃rūt:vt quibus in eã de
scēdere ingrediq;:ac oēs materie partes tangere mi
nime licuerit. Natura non ita:sed ossis partē quãli/
bet os efficit:⁊ carnis carnē:⁊ adipis adipē:⁊in alio
rum singulis ad portionē facit. Nulla em̄ pars est:
que ab illa non tangatur:aut operã ei⁹ cultū ve effu
giat. Imo Phidias ex cera efficere ebur: aurū ve nō
potuit:sed nec ex auro cerã. Siquidē horū quod/
(aduerte)
ꝙ manens id quod a primo erat:foris tantū speciē
figurãq; artis adeptū:pfecta fit statua. Natura nul
lius materie veterē formam seruat. Quippe ita san
guis essent cuncte animalis;particule: is sc3 q̇ a ma
tre confluit ad maris semen : ac vna vniusq; forme
materia cere vice artifici est subiecta. Nulla vero aia
lis partiū pro ea rōne ex hac rubra humida ve effi/
citur. Siquidem os:cartilago:arteria:vena:neruus:
adeps glãdula:mēbrana: medulla exãguia q̇dē sūt:
ex sanguie tm̄ fctã. Quo aūt alterãte quove cōglatiã
te cogenteq;:aut quo formante rogarem:mihi respō
(qūo nã ex viri & se mine si at i gñatione.)
deret ipse Erasistrat⁹. Prorsus em̄ vel nãm diceret
vel maris semē. Utroq; nimirū idē dicēs:sed diuer
sis notionib⁹ interpretãs. Qð nãq; semē prius erat:
id cū primū ⁊ gignit:⁊ format aial nã quedã fit. Tã
ꝙ em̄ Phidias ante habuit facultatē artis: ꝙ mãm
(Ab exēplo)
attigit:vsus aūt ipsis est in mã (ois ei facultas si cō/
petens desit materia otiosa est) ita maris semen fa/
cultates quidē in seipso possedit:actionē vero nō di
dicit a materia:sed circa hanc obiuit. Iam si copioso
semē obruat̃ sanguine corrūpetur. Sin sanguinem
oīno desideret:cū otiosum sit:natura esse non pote/
rit. Itaq; quo nec corrūpatur.⁊ natura pro semine
fiat:exiguū illi sanguinis effluat necesse est. Imo ve
ro id exiguū dicendū non est:sed qð seminis modo
sit iustum. Quis igitur est qui affluentis sanguinis
quantitatē moderat̃? Quis vetat quo minus iusto
plus cōfluat. Quis facit ne min⁹ ꝙ satis sic affluat?
Quē hic tertiū qui aialis generationi presit quere/
mus:quiq; conuenientē semini sanguinē summini/
strabit? Quid dixisset Erasistratus:si viuēs talia ro
gatus fuisset? Nēpe semē ip3. Id em̄ est artifex: Phi
(Semen opificis offō fungitur.)
die ad portionē respōdēs:sanguis vero cere rōnem
h3. Nō igit̃ cōuenit vt cera sibiipsi mēsurã inueniat:
sed Phidias. Trahet porro artifex tm̄ ad se sangui
(Sãguis ad oia sagax.)
nis quãti indiget. Uerū hic aduertere debem⁹:ac vi
dere ne semini imprudentes rōnē quãdã intellectū/
ꝙ tribuamus. Quippe qua rōne nec semen id : nec
etiam naturã fecerimus sed iam animal Atq̇ si tue/
ri vtrūq; debebimus:⁊ quod mediocre trahit:⁊citra
intellectū:vtiq; quēadmodū magneti lapidi trahen
di ferri:sic semini trahendi sanguinis facultatē ies/
se dicemus. Atq; hic rursus quēadmodū sepe ante
coacti sumus in semine trahendi vi3 quandã inesse
fateri. At quid erat semen? principiū animalis effi
ciēs. Mãle nãq; mēstru⁹ est sanguis. An igit̃ cū ip3
pricipiū quo.s.faciat aliq̇d eorū q̇ molit̃:prima hac
vtat̃ functione:exps esse ꝯueniētis ad eã facultatis
pōt? Qui igit̃ factū est:qð eã Erasistrat⁹ nō norit?
si.s.ea prima est semis actio:vt ꝯpetētē sibi sangui/
(Uis tractrix seminis.)
nē trahat. Cōpetēs ṽo fuerit:q̇ tenuis adeo halituo
susq; est vt cū in oēm semis partē veluti ros sit attra
ctus:nusꝙ̄ sui spēm representet. Sic nãq; fiet:vt⁊ fa
cile eū vincat semē:⁊ celeriter assimilet:⁊ sibi nutri/
mentu3 faciat. Mox arbitror scðo attrahet: ⁊ tertio:
quo.s.molē sibi magnitudineq; iusta3 ex nutritione
adiiciat. Atq̇ iã alteratrix inuēta vis est:q̇ nec ipa p
(vis alteratrix.)
dita Erasistrato est. Tertia vero formatrix appare/
(Formatrix.)
bit:cui⁹ ope semē primū veluti cōcretū quiddã te/
nue:mēbranã,illã sibi induit:quã Hippo. sexta die
(mēbrana primi fetus.)
cū fetu Musurgo mulieri ouorū tunice silem exci/
disse ait. Post hoc vero reliqua etiã quecūq;.s. in li/
bello de infantis nã ab eo sunt scripta fingit. Uerū
si q̇ format̃ oīa:ea paruitudine manerēt qua sunt
a principio ꝯdita:q̇ esset eorū vtilitas? Augeri igit̃
(Auctio ⁊ nutritio.)
illa ꝯueniet. At qūo augebunt̃? certe tū in oēm extē
ta partē:tū ṽo nutrita. Qð si eorū q̇ superiore libro
de vesica dixi:quã pueri inflãtes ꝯfricabãt memine
ris:facili⁹ que nūc dicent̃ intelliges. Cor igitur ab
(Cor)
initio ita mihi paruū esse vt nihil a milii semine di
stet:aut si mauis faba intellige. Tū illud inuestiga:
nū aliter id effici possit magnū:ꝙ si ⁊ in oēm partē
extēdat̃:⁊ per totū se nutriat̃:sicuti semē supra pau
lo nutriri indicauim⁹. At neq̇d nouit Erasistratus
(opinio Erasi. ð auctiōe)
is.s.qui nãe artē predicat:imo ad eū modū augeri
aialia putat:quo aut crisērã:aut catenã:aut saccu3:
aut calathū:quorū cuiq; applicatis ad finē ei⁹ aliis
q̇ silia sunt:iis ex quib⁹ ab initio est ꝯditū sit appo
sitio. At hoc vir insulse nō auctio est s3 gñatio. Fiūt
em̄ tãdiu capsa:⁊ sacc⁹:⁊ vestis:⁊ dom⁹: ⁊ nauigiū
⁊ reliqua id gen⁹ oīa:dū cōgruã spēm:cui⁹ cã ab ar
tifice sunt incepta ꝯsummatã habeãt. Qñ igit̃ augē
tur? Nēpe cū calath⁹ iã perfect⁹: ⁊ fundū ⁊ os ⁊ ve
luti ventrē:⁊ que in medio horū sunt habens:oibus
his reddit̃ amplior. At qua rōne id fiet inq̇et aliq̇s
Qua queso alia ꝙ si calath⁹ subito nobis aial plã/
ta ve sit effecta? Augent̃ em̄ ea tm̄ que viuūt. Tu ṽo
fortasse putas domū que exedificat̃: ⁊ calathū:⁊ ve
(Quid augeat̃)
stē que texunt̃ augeri sed minime ita est. Auget̃ em̄
id cui⁹ perfecta iã forma est. Eius aūt qð fit: proces
(Quid gignat̃.)
sus ille qui est ad formã:nō vtiq; auctio sed gñatio
noiatur. Quippe auget̃ id,qð est:gignit̃ id qð nō ē.
Iã hec parū nouit Erasistrat⁹:is quē.s.nihil latet:si
vero oino sunt:q̇ sectatores ei⁹ affirmant:inter Pe/
ripateticos phos versatū eū dicētes. At qð nãm q̇/
dē vt artificē predicat:hacten⁹ ego ꝙ Peripatetico
rū agnosco dogma:reliquorū nihil oino esse Peripa
(opinio Hip. et Aristo.)
teticū. Si quis em̄ in Arist. ⁊ Theophrasti scriptis
sit versatus:ceu ꝯmētarios ea physiologias Hipp.
conscripta putabit. Agere.s.inter se patiq; calidum:
frigidū:humidū ⁊ siccū. Tū horū maxime actiuū ca/
lidū esse. Scðo ab hoc loco pollere viribus frigidū
primo Hippo. dicente:post eū vero Aristotele. Iam
que nutriuntur oia quod per tota se nutriantur:⁊q̇
miscent̃ oia qð per tota se misceantur:pari modo q̇
alterantur oia:qð per tota se alterentur: Hippocra/
tica simul Aristotelicaq; sunt. Nec minus illa:conco
(Concoctio q̇d. Sãguificatio. Alteratio vñ pficiat̃.)
ctionē alterationē quandã esse:ac nutrientis in pro
priã qualitatē eius quod nutritur mutationē. San
guificationē ṽo alterationē esse:his amplius nutri
tionē:⁊ auctionē ex eo quod corpus in omnē partē
extendatur nutriaturq; fieri. Alterationē ṽo ipsam
a calido potissimū perfici:atq; idcirco tū nutritionē
tū concoctionē:tū omnem succi generationē:iam ṽo
⁊ in excrementis ipsis qualitates a calore innato ꝓ/
uenire. Hec omnia atq; etiam alia quãplurima: tu3
de predictis facultatibus:tū de morborū generatio
ne:tum remediorum inuentione: Hippocrates cum

post hoim memoriã primus recte dixit: Aristoteles
post eũ recte est interpretatus. Atqui si hec omnia
Peripateticis placent: sicuti plane placẽt: nihil ho
eorũ placeat Erasistrato: quid sibi vult Erasistrati
sectatoribus: authoris sui cũ phis illis conuersa/
tio? Suspiciunt nãq3 eũ tanq̃ deũ: omniaq3 ab eo
dicta vera esse putant. At si hec ita sint: longe profe
cto a veritate aberrare putandi Peripatetici philo
sophi sunt: quib9 nihil omnino eorũ que Erasistra
tus est opinatus placet. Atqui ei consuetudinẽ cum
viris illis veluti generositatem quandã physiologie
tribuunt. Rursum igitur sermonẽ aliter q̃ modo fe/
cimus in eũ conuertemus. Si eñ peripatetici recte
sint philosophati: nemo erit Erasistrato magis ridi
culis: ipsisq3 eius sectatoribus optionẽ do. Quippe
aut priorẽ sniam propugnauerint aut hanc. Asserit
prior snia: nihil recte de natura sensisse Peripateti/
cos: posterior Erasistratũ. Ac mee quidẽ partes erũt
pugnantiã duarũ sniarũ apponere. Illorũ vtra pla
ceat eligere. Verũ illud nunq̃ cõmittent: vt ab Era
sistrato laudando se retrahant. Ergo de Peripate/
ticis philosophis sileant. Cũ eñ de animaliũ ortu:
interituq3 permulta placita naturalia sint: itẽq3 de
sanitate & morbis horũq3 curatione: vnũ modo in/
uenietur: in quo viris illis cũ Erasistrato conueniat
naturã alicui9 gratia moliri oia: nihilq3 sine causa.
Quanq̃ etiã hoc ipsum verbis duntaxat tenus. Re
eñ Erasistratus millies id destruit. Quippe frustra
splen: frustra omentũ: frustra arterie que inseruntur
i renes: quanq̃ he omniũ que a magna arteria oriũ
tur sint prope maxime: frustra mille alia Erasistrati
saltẽ snia sunt condita. Que quidẽ si prorsus igno/
rat: coquo paulo est in dissectionibus peritior. Sin
sciens non dicit eorũ vsu3: putat plane frustra ea lie
nis exemplo esse facta. Quanq̃ quid hec persequor:
que operis de particularũ vsu: quod opus seorsum
scripturi sumus magis sint propria. Ergo rursus
eundẽ resumamus sermonẽ: paucisq3 in Erasistrati
emulos appositis: ea que reliqua sunt psequamur.

Cõtra emulos Erasi.

Videntur hi mihi nullũ ex Aristotelis scriptis legisse
sed ab alijs audientes eũ in nature cõtemplatione
magnũ virũ fuisse: tũ Stoicos vestigijs physiologie
eius insistere: deinde vnũ ex vulgaris placitis inue/
nientes illi cũ Erasistrato cõe: fingere fuisse quandã
Erasistrato cũ illis viris consuetudinẽ. Ceterũ qd
Erasistratus expers omnino sit Aristotelice physio/
gie: declarat predictorũ iã dogmatu3 catalog9. Que
scilicet primum Hippocratis fuere: scdo Aristotelis:
tertio Stoicorũ: vno tm̃ mutato: quod qualitates
sint corpora. Fortasse autẽ logice speculationis gra
tia versatum esse cum Peripateticis Erasistratũ di/
cent: parũ intelligentes sermones falsos: & parũ cludẽ
tes ab ijs minime esse conscriptos: cũ Erasistrati vo
lumina eiusmodi sermonibus scateant. Ergo miretur
fortasse aliquis: ac dubitet quamobrem Erasistra/
tus tantopere ab Hippoc. dogmate abhorruerit: ac
cur meatus in iocinore qui bilẽ excipiunt (de renib9
eñ abũde hacten9) tractatoria vi priuãs: appositã
positurã: & osculorũ causatur angustiam: ac locũ quẽ/
dam communem: in quem deducant vene que a por
ta veniunt: sanguinem impurũ. Accipiant autẽ prio
res quidẽ ipsi meat9 bilem: postea vene que ad cauã
pertinent purũ iam sanguinem. Quippe cum si tra/
ctũ dixisset: preter q̃ qd nihil accidisset incommodi:

ab alijs sexcentis dubitationib9 fuisset liber. Cum
nũc pugna sit Erasistrati sectatorib9 nõ parua: neq3
id cũ alijs modo: verũ etiã ipsis inter ipsos: nequeũ
tibus. s. interpretari verba illa in primo vniuersaliũ
sermonum: quib9 ait. Adapertis aũt in idem alijs
duobus vasis: tũ ijs que ad bilis receptaculũ: tum
ijs que ad cauã venã tendunt: accidit subeuntis ex
ventriculo alimenti partes eas que vtrisq3 osculis
sint accõmode: in vtrãq3 transferri vasa: atq3 alias ea
rũ ad bilis receptaculũ ferri: alias ad venã cauã trãs
mitti. Illud eñ (adapertis in idẽ) qd in principio di
ctionis est positũ: quo pacto sit intelligendũ difficile
dictu est. Aut eñ ita (in idẽ) vt vene ei9 que in cauo
iocinoris est fini: copulentur alij duo fines: tum eius
que est in gybbo: tũ bilis ipsius meat9: aut si nõ ita
locũ quẽpiã cõem intelligere op3: qui a tribus vasis
sit diuersus: & velut receptaculũ qddã: qd impleatur
quidẽ ab inferiore vena: vacuetur aũt in bilis meat9:
& que a caua desisse sunt venulas. In vtraq3 vero ex
positione multa sunt incõmoda: que si omnia dica3
videbor propositi mihi ab initio oblitus: in Erasist.
scribere enarrationẽ. Ceterũ cõe ambabus interpta
tionibus incõmodũ est: qd totus sanguis nõ purga
tur. Oporteret eñ i ip3 bilis vas: vbi vc3 pcolaretur:
eũ incidere: nõ trãsire ac preterfluere celeriter in os
maius digestionis. s. impetu latũ. An igitur his so/
lis difficultatibus implicat9 heret Erasistrati sermo
dũ tractoria facultatate ad quiduis vti recusat? An
vehementissime quidẽ in his liquidoq3 adeo: vt nec
puerũ lateat? Verũ siquis attẽte cõsideret: nec ei9 de
nutrimẽto sermo: quẽ in scdo vniuersaliũ sermonu3
scribit: easdẽ difficultates effugiat. Siquidẽ vno il/
lo lẽmate successionis ad id qd vacuatur cõcesso: ceu
prius ostendimus: cõclusit quiddã de venis: & q̃ in
ijs habetur sanguine. Effluente eñ per pora corũ ac di
gesto sanguine: cũ nec simul vniuersus esse vacu9 lo/
cus possit: nec venarũ quicq̃ cõcidere: (id nãq3 erat
omissum) necesse erat: vt qd cõtinẽs fuit sequeretur:
ac vacuati locũ impleret. Atq3 vene quidẽ nobis ita
nutriuntur: sanguine. s. quẽ in se habẽt fruẽtes. At ner/
ui quõ nutriuntur? Neq3 eñ in his sanguis habetur.
Nobis nãq3 in prõptu est rñdere: qd trahendo a ve/
nis s3 hoc illi nõ placet. Quidnã igitur h9 cõminiscitur
nẽpe neruũ venas in se arteriasq3 habere: veluti ca/
tenã ex tribus diuersis nãe loris contextã. Ex hac et/
eñ ad disputationem sumpta hypothesi: putauit se
tractũ posse declinare. Neq3 eñ ampli9 neruum cũ
sanguinis in se vas habeat: sanguinis alteri9 q̃ ex/
trinsecus ex vicina vero vena cõfluat indigere: s3 sa
tis illi ad nutrimẽtũ esse: vas illud confictũ: qd ra/
tio comprehendat. At hic rursus alia difficultas ho
minẽ excipit. Hoc nãq3 ipsum exiguũ vasculũ: seipm
quidẽ nutriet: simplicẽ vero illũ qui ipsi adiunctus
est neruũ: vel arteriã fieri nequit vt nutriat: nisi ipsi in
sita quedã trahendi nutrimenti vis subesse conceda
tur. Nam successione id quod vacuatur: quo pacto
attrahere alimentũ queat simplex ille neruus: ad eũ
modum quo composite vene? Nempe qr cauitas q̃/
dã in illo est ipso authore. At ea cauitas spiritu aia
li plena est: non sanguine. Est aũt nobis nõ in hanc
cauitatẽ rõne inducendũ alimentũ: sed in vas quod
eã contineat: siue id tm̃modo nutriri: siue etiã auge/
ri est opus. Ergo qua ratione inducemus? Est eni3
adeo exiguũ simplex illud vas: preterea reliquorum

De nutrimẽto neruorũ i Erasi.

vtrūqꝫ: vt si minima acu partem eius aliquā pupugeris tria simul diuiseris. Itaqꝫ sensibilis in eo locus vacuus fieri simul vniuersus non potest. Qui vero ratione spectatur: non cogit cum vacuatur: vt quod continuū est: necessario sequatur. Velim porro rursus hoc loco respondeat mihi Erasistratꝰ ipse de elementari illo exiguo neruo: sit ne vnus et prorsus continuus: an ex multis: ⁊ exiguis corpusculis illis: que Epicurus: Leucippus: ⁊ Democritꝰ ꝓpo fuerūt compositus? Nam de hoc quoqꝫ Erasistrati emulos discidere aīaduerto. Alij nāqꝫ vnū cū esse continuūqꝫ putant: alioqui nec simplicē cū nominādum ab eo fuisse dicūt. Alij hunc quoqꝫ audent in alia elementaria diuidere. Verū si vnum quiddam cōtinuūqꝫ est: qd̄ eo per insensibilē a medicis dictum perspiratū vacuatur: nullū relinquet in eo locū vacuum: cum ita vnum non fuerit sed plura: vacuis scilicet locis inter se diuisa. Sin ex multis est conditū: per horti posticū (vt in prouerbio est) ad Asclepiadem discessimus: que cohererere inter sese non possunt elementa statuentes. Ergo rursus artis expertā esse naturā dicamus: cū eiusmodi elementa necessario hꝫ sequatur. Quare parū erudite mihi videntur Erasistrati emulorū quidā: ad eiusmodi elementa simpliciū vasorū solutionē redigere. Mea enī nihil refert secundū vtrosqꝫ enī absurda erit nutritionis ratio. Cum in simplicibꝰ illis exiguis vasis que magnos ac sensibiles neruos conficiunt: nō possit sententia eorum qui continua ea defendunt: fieri ad id quod vacuatur successio. Qd̄ ⁊ in continuo nihil sit vacuū ac si quid effluat partes que relinquuntur: veluti in aqua cernitur inter se coeant: rursumqꝫ vnum oēs fiant: ipse scilicet digesti locū occupantes. Alterius vero secte sn̄ia: etiam absurda erit nutritionis ratio: propterea quod successione ad id quod vacuatur: illorum elementorum nullum eget. Habet enim ea successio in sensibilibus tantum: non etiam in ijs que ratione spectantur vim. Sicut ipse Erasistratus manifeste fatetur: vbiqꝫ non de vacuo id genus: quod minutim corporibus aspergitur: se agere testificās: sed de manifesto ⁊ sensibili: ⁊ multo simul collecto: et magno ⁊ euidēti: vel quomodocunqꝫ aliter nominare libuerit. Quippe Erasistratus ipse vacuū sensibile quod simul notum sit ait esse non posse. Ego vero cū nominibus abundarē: que idem in proposito sermone valerent: etiā reliqua adieci. Non alienū vero videtur: si ipe quoqꝫ aliquid (quando huc veni) Erasistrati sectatoribus conferā: horterqꝫ vt cū primum illud ⁊ simplex ab Erasistrato vocatū vas: i alia soluūt elemētaria corpora. ab ea opinione desistāt. Cū preter id qd̄ nihil ꝓmouēt: etiā ab Erasi. dissideāt. Ac qd̄ nihil quidem promouēt: liquido est monstratū. Neqꝫ enī effugere dubitationē: que de nutritione est proposita: opinio ea potuit. Qd̄ aūt nec cū Erasistrato sit consentiens: cū id quod ille primū: et simplex noīat: cōpositū faciat ac nature artē destruat: manifestum id quoqꝫ mihi videtur. Si enī in simplicibus his vnitionem quandā substantie non relinquemus: sed ad elemēta: que nec coalescere possunt nec in partes diuidi descendemus: oīno nature artē perimemus. Qd̄ vtiqꝫ oēs faciūt qui hanc hypothesin pro pricipio hn̄t: tū medici: tū philosophi. Quippe secunda: ⁊ posterior aīalis partibus secundum hanc hypotesin natura est: non prior. At formare ⁊ cōdere nō eiꝰ ē qd̄ secūdo fit: sꝫ eiꝰ qd̄ fuit priꝰ. Quare necesse est statim ex ipso maris semine: nature facultates: qbꝰ format: auget: nutritqꝫ: animal eē ꝓsumere. At corpoꝝ: q̄ nec vna ꝯmitti: nec diuidi pn̄t nullā i se formatricē: auctricē nutricē: aut i summa artificē facultatē hꝫ. Quippe qd̄ ipatibile eē imutabileqꝫ ꝓsumit. Predictoꝝ vo sine mutatiōe: ⁊ alteratiōe: ⁊ ea q̄ ꝑ tota fit: mixtiōe: veluti sup̄ idicauimꝰ nullū cōsistit. Atqꝫ ob hāc necessitatē oēs eiusmodi opinionū sectatores: quo ꝯsentanea elemētis ijs q̄ ꝓposuerūt: dicerēt: naturam coacti sunt artificē esse negare. Verū hec nō a nobis Erasistrati seq̄ces: sꝫ a ꝑhis discere par erat. Quibꝰ .s. illud maxime placet: oīm rerū elemēta primū esse cōsyderāda. Nō recte igitur putādus est Erasistatꝰ eo ignorātie ꝓgressus: vt ne hāc quidē dignoscere possit cōsequētiā: sed vt simul naturā artificiosam esse ꝓponeret: simul in impatibilia: ⁊ q̄ nec vna cōiūgi: nec mutari possint elementa substātiā cōcerperet. Atqui si in elemētis alterationē aliquā ⁊ mutationē: ⁊ vnionē: ⁊ ꝯtinuitatē ꝯderit vnū ei minime cōpositū: vas illud qd̄ simplex vocat erit. Verū simplex vena a seipsa nutrit̄. Neruꝰ vo ⁊ arteria a vena. Sꝫ q̄liter q̄ro: ⁊ quēadmodū? Hoc enī disceptatiōis nr̄e loco discordie Erasistratiorū superiꝰ meminimꝰ mōstrauimusqꝫ neutrorum sn̄ia quēadmodū simpliciū illoꝝ vasoꝝ nutritio fiat: constare. Sed nec indicare pugnātiā eoꝝ sumꝰ grauati. Preterea Erasistato honoris aliq̄d deferre: trāslato sꝫ i meliorē sectā. Rursum igit̄ ad iā q̄ elemētarē illū neruū: vnū simplicē: ⁊ sibi vndiqꝫ vnitū ꝓponit: disputatio cōuersa: quēadmodū nutriēdus sit cōsyderet. Qd̄ nāqꝫ hic inuētū erit: cōe id E. p. quoqꝫ secte fuerit. Aptiꝰ aūt mihi qd̄ querit̄ disquirēdū eē videtur: in ijs qui egrotauerūt: ⁊ vehemēter sūt extenuati. Oēs enī his corpis particule: ⁊ nutrimēto defecte: ⁊ graciles esse tū plurima additione refectioneqꝫ indigere vidētur. Ergo etiā neruus hic sensibilis cuius causa inceptꝰ sermo est: in ijs gracilis admodū est redditus: ac nutritione eget. Habet vo in se ꝑtes plurimas: tū primos illos: ⁊ inuisibiles neruos: tū paucas quasdā simplices arterias: itēqꝫ venas. Omnes igit̄ eiꝰ quoqꝫ elemētares nerui extenuati sunt. Aut si nō illi: vtiqꝫ nec totus. Itaqꝫ etiam sicut totꝰ: ipsi quoqꝫ nutriri postulāt. At qui si nutriri postulant: nec potest illis quicq̄ conducere ad id quod vacuatur successio: non propter iam dictas modo dubitationes: sed etiam propter recens cōtractum (vt indicabo) gracilitatem: querēda nobis alia nutritionis est causa. At quid igitur cause est: cur fieri nequeat vt successio ad id quod vacuatur: cum qui sic sit affectus nutriat? Nempe quod ea ratio tantum succedere continui necessarium facit: quātum effluit. Hoc vero ijs qui cōmodo sunt corporis habitu: satis ad nutritionē est: vtpote quibus ea que apponūtur: ijs que effluunt paria esse oportet. At in ijs qui ad vltimū sunt graciles: ac liberaliter refici postulāt nisi multo plus sit quod apponitur: quam id quod vacuatur: pristinum restitue habitum nunq̄ poterit. Liquet igitur quod tanto plus sunt attracturi: quāto etiam pluribus egēt. Porro Erasistratus hic quoqꝫ se priꝰ facere id quod scd̄m est: nescio quo pacto non aduertit. Propterea enim inquit: qd̄ multa additio ijs qui egrotarūt: quo reficiant̄ fit: idcirco multū etiam ad hāc succedit. At qūo multa fiat ad-

Varias opiniones de elementari exiguo neruo tractat.

Corpa ἀναρμα facultatum expertia sūt.

Vn vena neruus ⁊ arteria nutriātur.

ditio: vbi copiosa nō p̄cessit digestio? Qđ si nutrimē-
ti ꝑ venas transitū: grece αναδοσιν id est digestio-
nē siue distributionē appellat: trāslationē: aūt que in
singula simpliciū illoꝝ: ⁊ inuisibiliū neruoꝝ arte-
riarūq; fit: nō αναδοσιν sed διαδοσιν: quasi tradi-
tionē: vel porrectionē dicas: veluti nōnulli nominā-
dā censuerūt. Postea em̄ q̄ per venas agitur transi-
tū sola fieri successione ad id qđ vacuat̄: dicūt. Age
translationē q̄ in illa ratione spectabili fit: nobis in
terpretent̄: q̄nquidē q successionē ad id qđ vacua-
tur asserere esse in ijs nō possunt: ac potissimū in cor-
poribus q̄ ad vltimū sunt extenuata: demōstratū iā
est. Que vero de ijs verba in secundo vniuersaliū ser-
monū Erasistratus dicat: operepreciū est audisse.
Vltimis ⁊ simplicibus q̄ tenuia angustaq; sunt: ap
positio ex vicinis cōtingit vasis. In vacuitates scili
cet eoꝝ q̄ abierunt: nutrimēto a lateribus vasorum
attracto ac translato. Ex hac dictione primū illud
a lateribus admitto plane ac recipio. Neq; em̄ pos-
sit simplex neruus: si ꝑ os nutrimētū acciperet: id in
se totū distribuere: vt q̄ dicatus animali spiritui sit.
At a latere licet a simplice q̄ iuxta sita est vena alimē
tū recipiat. Secundo loco recipio ex Erasistrati ver-
bis: qđ deinceps subijcitur illi a lateribus. Quid igit̄
ait a lateribus vasorum nutrimēto attracto. Ergo
qđ trahit̄ q̄dē nos quoq; fatemur. Qđ aūt successio
ne ad id qđ vacuat̄ nō trahitur: prius est mōstratū.
Ergo ad quē modū trahatur: in cōmune inuestige-
mus. Quo porro alio: quam sicut a magnete lapide
ferrū: q̄ scilicet talis qualitatis trahēde vim habet?
At vero si distributionis principiū expressio vētriculi
prestat: reliquum vero eius progressum omnem: tum
vene ipse cōtracte ac ꝓpellentes: tū singula q̄ nutriū
tur: ad se trahētia: si successionē ad id qđ vacuat̄ re-
pudiemus: ceuq; hominē: q̄ artificiosam naturā sta-
tuit parū dicentē: iā Asclepiadis obiectionē declina
uerimus: quā scilicet soluere nō possumus. Lemma
em̄: qđ ad demōstrationē disiunctū sumit̄: nō vtiq;
ex duobus sed ex tribus reuera est disiunctū. At si q̄
dē veluti ex duobus eo vtemur: falsum erit aliquid
eoꝝ q̄ ad demōstrationē sumūtur. Sin veluti ex tri-
bus: minime cludēs ratio erit. Atq; hec minime igno

λῆμμα

rasset Erasistratus: si vel per somniū aliq̄n cū Peri-
pateticis fuisset versatus. Eque vt ea nec q̄ ad gene
rationē succoꝝ pertinēt. De q̄bus cū qđ diceret ni-
hil haberet: ne qđ mediocriter quidē ꝓbabile esset:
fallere se putat: dū inutilē prorsus esse id genus con
tēplationē ꝓtendit. Sed nūquid queso quēadmodū
cibi cōcoquātur in ventre scisse est vtile: quēadmodū
aūt in venis bilis fiat est superuacuū: ac solius va-
cuationis eius habēda est ratio: generatonis eius nul
la cura? Ceu nō longe satius sit ꝓhibere ab initio
ne multa gignat̄: q̄ solicitos ⁊ occupatos esse de va-
cuāda. Mirū vero est ⁊ illud: dubitare hominē in cor-
pore ne statuēda generatio eius sit: an ꝓtinus in ip
sis cibis extrinsecus cōtineri dicēda. Nā si id cōmo-
de dubitat̄ cur etiā de sanguine nō q̄rem⁹: habeat-
ne is in corpe generationē: an in cibis sit aspersus:
veluti aiunt q̄ opinionis de partib⁹ similarib⁹ sunt
authores? Atqui multo magis ad rē ꝑtinebat illud
queri: quinā cibi sanguini faciēdo maxie cōsentiāt:
q̄ dissentiāt: quā q̄ vētris operi facile cedant: q̄ aduer
sentur ⁊ pugnēt. Quippe horū delectus ad solā con
coctionē: illoꝝ ad sanguinis boni generationē inter

Prouerbiū per somniū

est. Nō em̄ paris momēti est: vel sanguinē bonū gig
gni: vel nutrimētū in vētre ꝓbe in chylū verti. Quo
pacto aūt nō erubescit: cū cōcoctiōis frustrationes
diuidat: ceu multe sint: multisq; ex occasionibus in-
cidant: de sanguinis vitijs nec verbotenus: imo ne
syllaba quidē tenus mētionē facere. At q̄ in venis re
peritur ⁊ crassus ⁊ tenuis sanguis. Itē alijs corpo
rum magis ruber: alijs biliosior: alijs magis ater:
alijs pituitosior. Qđ si q̄s graue olētē eum idq; non
vno tātū gn̄e: sed multis plane differētijs q̄ vt ser-
mone explicari nō p̄nt: ita sensu liq̄do apparēt itel-
ligat: nō mediocriter vt arbitror Erasistratū negli-
gētie dānabit: q̄ tā necessariā artis cōtēplationē pre
termiserit. Manifestū em̄ est eoꝝ q̄ de hydrope praue sentit: hāc negligētiā fuisse merito cāꝫ. Nā q via
rū angustia ꝓhiberi sanguinē vltra ꝑ iecur ꝓcede-
re putat: nec alia ratione vlla hydropem posse fieri:
qūo nō extremā ꝓdit eius ignauiā? Iā qđ nec vitio
lienis: nec alterius cuiusquā particule: sed ꝑpetuo
ex iocinoris scirro gigni hydropē existimat: prorsus
secordis est hominis: nec quicquā eoꝝ que quotidie
fiūt intelligētis. Siquidē ex diuturnis hemorroidi
bus vel suppressis: vel immodica ꝓfusione hominē
ad extremā frigiditatē ducētibus: nō semel aut bis:
sed sepe iā aquā inter cutē collectā vidi: sicut mulie-
ribus quoq; tū mēstrue purgationis oīmoda cessa-
tio: tū īmodica vacuatio: cū .s. vteri nimio sanguinis
ꝓfluuio laborarūt: sepe hydropē accersiuerūt. Non
nullis vero earū: ⁊ q̄ muliebris vocat̄ fluxus: in hunc
terminatus est morbū: vt q̄ ab ilijs incipiūt: alio ve
quopiā oportunorū ad id mēbrorū: hydropas ꝓte-
ream. Qui ipsi quoq; Erasistrati opinionē clare re-
fellūt. Verū nō adeo luculēter: vt q̄ ex toto corpis ha
bitu im modice refrigerato oriuntur. Est em̄ ea pri
ma generādi hydropis causa: ex sanguificatonis de
fectu ꝓueniens: simili genere atq; ex ciborū cōcoctio
nis defectu diarrhea. Atqui in tali hydropis gene-
re: nec aliud viscus vllū: nec iecur scirro est affectum.
Ceterū vir sapiens Erasistratus negligēs contem-
nensq; q̄ nec Hippocrates: nec Diocles: nec Praxa-
goras: nec Philistion: sed nec q̄ optimorū philoso-
phorū vllus cōtēpsit: nō Plato: nō Aristoteles: non
Theophrastus: totas actiones p̄terit: veluti exigua
quādā ⁊ momētanea artis omissa parte: ne vel cōtra
dicendū censens: siue recte: siue nō recte: oēs hi: cali-
do: frido: sicco: hūido: alijs veluti agētib⁹: alijs veluti
patiētibus: q̄ in corpe animalis sunt oia gubernari
dicāt. Qđq; calidū in ijs tū ad alias actiones: tū ve
ro p̄cipue ad succorū generationē plurimū valeat.
Verū tot tantisq; nō assentiri viris: sꝫ plus se sapere
q̄ illos putare: sine inuidia esto. At nec refutatione
nec mētione: tā celebre dogma dignari: id vero immē-
sam quādā eius ꝓdit superbiam. Tametsi maxime
pusillo abiectoq; animo est: vbicūq; aliq̄d refutat:
vtiq; in disceptatione de ꝯcoquēdo: eos q̄ putrefieri
cibos autumāt: refutādi occasionē ambitiose captās
In ea vero q̄ de digerēdo agit: eos q̄ ꝓpter applicatio
nē arteriarū distribui venaꝝ sanguinē existimāt. In
ea rursus q̄ de respiratione instituit̄: eos q̄ circūtru
di aerē dicunt. Sed nec grauatus est cōtra eos q̄ ha-
litus ritu vrinas meare in vesicā cōtēdūt: disputare
nec etiā cōtra eos q̄ in pulmonē ferri potionē aiunt.
Ita cū pessimas quasq; opiniōes delegerit: delectat̄
ꝓlixe in refutationib⁹ īmorari. De sanguis vero gn̄a

χυλοσ

ἀχρὶ ῥήματος ἑνός, ἀχυρισυλλαβης μιας

σκὶρρος

Unde ὑδερος

Διαφορια

tione: q̄ tū̄ ciboꝝ in chylū cōuersione nihilo est infe/rior: nec cōtra veterū quecꝙ disputare censuit: ne ipe aliā inducere opinionē est ausus. Is. s. qui in princi pio vniuersaliū sermonū de oī naturali functione: et queadmodū: ⁊ qđ aīalis particulis quecꝙ fiat pol/licitus est differere. An queso cōcoquēdi cibi facultate imbecillia cruditate laborabit animās: ei⁹ vo que iā cōcocta in sanguinē vertit: nullus oīno erit affe/ctus: sed hec sola nobis adamātina est ⁊ īpatibilis? An alia quepiā imbecillitatis ei⁹ soboles erit quā hydrops? Patet igit liquido Erasistratū cū i alijs ne in leuissimas quidē opiniones inuehi sit graua/tus: hac vero in re nec refellere priores: nec ipse no/uum aliqđ in mediū afferre sit ausus: dogmatis sui errorē agnouisse. Nam qđ queso dicere de sanguine potuit: hō q̄ de naturali calore ad nullū effectum sit vsus? Quid vero de bili flaua: nigra ve aut pituita? Nēpe qđ fieri pōt: vt bilis mixta statim cibis forin/secus aduenıat. Ait nāꝙ ad hūc modū ipsis verbis. Utrū vo inter cōcoquēdū in vētre alimētū talis gig natur humor an mixtus in exhibitis extrinsecus ac cedat id cōsyderasse: ad nullū ptinet medicine vsuꝫ. At qui vir egregie: tum vacuari humorē hūc ex ani malis corpore: tum magnopere nocere nisi vacuet ipse fateris. Quo pacto igit cū nihil boni ex ea fieri existimes: inutilē esse ad medicinaꝫ ais de gňatione ei⁹ cōsyderationē? Fac nāꝙ in cibis cōtineatur: nec in iocinore exacta ei⁹ fit secretio. Ambo em̄ hec fieri posse existimas. At q̄ pmultū hoc loco interest: mini mam plurimā ve in se bilē cōtineant: qui exhibentur cibi. Illi nāꝙ omni periculo vacāt. Hi vo q̄ plurimā in se cōtinēt: qm̄ nō pōt tota ea cōmode in iocinore expurgari: occasio erit tum alioꝝ affectuū quos ipe ex bilis redūdantia nasci, ais tum non in postremis morbi regij quē greci ἴκτερον vocant. Quo pacto igitur medico nosse maxime necessariū nō sit primū illud qđ extrinsecus in cibis ipsis bilis contineat? Secūdo qđ beta (verbi grā) multā: panis minimam: rursus oleū plurimā: vinū minimā reliquaꝙ impa/ri modo inter se bilis portionem singula contineāt? Quomodo em̄ nō maxime sit ridiculus q̄ spōte sua ea que plus in se bilis cōtineāt: potius eligit quā cō traria? Quid vo si nō cōtinet bilis in cibis? Sed in corpe aīalium gignit. Nōne illud quoꝙ nosse ad rē ptinet: in quo statu corpis amplior ei⁹ gňatio pro/ueniat in quo minor? Quippe alterādi mutandiꝙ semp in meli⁹ vitiosos corpoꝝ stat⁹ facultatē habe/mus. Uerū si ignoram⁹ quaten⁹ vitiosus sit ⁊ quali ter a legitimo excesserit: quo tandē pacto licebit no/bis eū in meliorē vindicare? nō est igit vt Erasistra tus affirmat ad medēdū inutilis ipsa de bili generā da veritas: sed ⁊ illud nec difficile inuētu est: nec ob/scurū qđ mel nō eo qđ plurimā in se bilē cōtinet: sed qđ intra corp⁹ est mutatū in hāc alterat ac vertitur. Quippe amarū gustātib⁹ esset si bilē in se extra cor pus cōtineret. Preterea oībus silr hoīb⁹ equalis ex eo gigneret bilis copia. Uerū id secus hꝫ. Siquidē q̄ iā in flore sunt potissimuꝫ si calidiore natura sint: ac vitā degūt laboriosam: in ijs totum mel vertit in flauam bilem. Senibus vero admodum est accom/modū: vtpote quib⁹ nō in bilē sed in sanguinē con/uertat. Erasistratus vo preterꝙ qđ nihil horū no/uit: nec diuisionē sermonis sui satis aptā facit illud stimasse inquiēs: nihil ad medēdum cōferre: in ci/bis ne bilis statim ab initio cōtineat: an per cōco/ctionem in vētre sit genita. Cum additū scꝫ aliquid oportuisset de ei⁹ ⁊ in iocinore ⁊ venis generatione: quādo in ijs instrumētis gigni eā vna cū sanguine: veteres tum medici tum philosophi pdiderūt. Sed qui ab initio statim errarūt: atꝙ a recta via declina rūt his nō talia mō nugari est necesse: sed etiā eorū que ad artē sunt vtilissima inquisitionē omittere. Ci bens igitur quādo huc sum pgressus: eos rogē qui plurimū cū Peripateticis phis versati hoīem di/cunt. an oīa que ab Aristotele dicta demonstrataꝙ sunt de corporis nostri ex calido: frigido: humido: et sicco mixtura norit? tū qđ calidū in ijs sit efficacissi/mū: ⁊ aīalia q̄ calidiore sunt natura ea esse omnino sanguine prędita. Cōtra que natura admodū sunt frigida: ea prorsus esse exanguia: eoꝙ per hyemem delitescentia: otiosa ⁊ immota mortuoꝝ ritu iacere. Porro disceptatū ⁊ de colore sanguinis est nō Ari/stoteli modo: sed etiam Platoni. Nos aūt sicut pri⁹ etiā testati sumus: haud quaꝙ que ab antiquis cō/mode sunt demonstrata ea dicere in presentia para/mus: vt qui illos nec sentiēdo nec dicendo superare queamus: sed que ab illis vel absꝙ demonstratione tāꝙ euidētia sunt pdita. Nō scꝫ aliquos fore adeo peruersos sophistas: q̄ veritatē in ijs q̄ ipsi tradidis sent contēnerent: suspicati non sunt: vel etiam ab illis oino sunt ptermissa: hec tū inuestigare: tū demō strare censemus. De succorū vo generatione haud scio an aliqs exactius quicꝙ afferre in mediū possit ijs: q̄ Hippocrates: Aristoteles: Praxagoras: Phi/lotimus: alijꝙ veterū nō pauci reliquerūt. Demon/stratū em̄ ijs est: alimētū dū in venis ab innato calo re alterat: sanguinē qđē ex mediocri calore fieri: reli quos vo succos ex eodē imodico. Atꝙ huic sentētie: q̄ euidēter sensibus apparēt: oia cōsentiūt. Nā ⁊ ei⁹ horū q̄ natura calidiore sunt: magis sunt biliosi: q̄ frigidiore: magis pituitosi. Simili modo ex etatib⁹ q̄ calidiore natura sunt: has biliosiores esse cōstat: q̄ frigidiore: pituite magis obnoxias. Iā vite rationū ⁊ regionū: ⁊ anni tēporū: multeꝙ priores his ipsa/rū quoꝙ naturarū q̄ frigidiores sunt: ee magis cer/nūtur pituitose q̄ calidiores magis biliose. Preterea ex morbis quoꝙ: q̄ frigidi sunt: ij a pituita oriunt q̄ calidi a bili ortū habēt. Deniꝙ nihil vsꝙ inuenias qđ nō huic sentētie astipulet. ⁊ quo queso non asti/puletur? Cū em̄ ppter certā ex quatuor illis tēperi em: particula quecꝙ certā habeat functionē: necesse oīno est: ppter eius tēperiei vitiū: aut prsus corrū/pi functionē: aut īpedirī: itaꝙ vel totū: vel in parte egrotare animal. Ac primi quidē maximeꝙ genera/les morbi sunt quatuor: q̄ calore: frigore: siccitate: et humore inter se dissident. Id vero Erasistrat⁹ quoꝙ ipse qꝙ nolēs fatet. Nā cū in febrib⁹ deteriorē esse ciborū cōcoctionem dicat: nec tū sicut priores cēsue rūt: ppterea qđ naturalis caloris mediocritas cor/rumpitur. Sed q: vētriculus hos amplecti: ⁊ terere silr nō valet: qđ eius lesa sit actio: rogari iure pōt: a quo sit lesa ventris actio. Quippe si ceciderit quis: ⁊ ex eo bubo excitet priusꝙ homo febricitet. venter deterius nō cōcoquet. Nō em̄ satis est: aut bubo: aut vlcus: qđ vētriculi cōcoctionē labefacteт. At si febri/citet: protinus cōcoctio redditur deterior: ptin⁹ etiā ventriculi actionē deteriorē redditā dicim⁹. atꝙ id recte. Ceterū a quo sit lesa: adijciēdū esse fuoni vide

Refutatio Erasistrati dicentis hūoris gňationis cōsyderationē nihil ad medicinā pertinere.

Nō facultas mutādi stat⁹ vitiosos i nobis sit.

De melle disputatio.

Cibi calidi biliosi

Frigidi pituitosi

Etas calida.

Frigida

Uite ratio regio āni tps varios piūt humores.

Morbi frigidi a pituita.

Calidi a bili.

Morbi genera quot.

Contra Erasistratum de mali in febribus concoctione

tur. Ulcus nāqꝫ eam ledere nō valebat: sed nec bubo. Lesisset enim ꝓfecto ⁊ ante febrē. Qd̄ si hec nō leserūt: liquet quod immodica vis caloris. Quippe duo hec buboni accessere: motꝰ eius qui in arterijs: ⁊ corpore habetur alteratio: ⁊ naturalis calloris immodica quantitas. Uerum motus alteratio non modo ventris actionem non ledet: sed etiam illi conferet in ijs animalibus: in quibus pro certo presumitur: plurimum ad concoctionē valere spiritum illum qui ꝑ arterias in vētrē incidit. Ergo a reliqua atqꝫ hac sola nēpe calefactiōe immodica leditur vētris actio. Etenī spiritꝰ nō solū vehemētior: sꝫ etiā magis assiduus: ⁊ abundātior nūc incidit ꝙ̄ prius. Quare qd̄ ad hūc attinet magis ꝯcoquēt: ea q̄ spiritus gratia bene cōcoquūt animalia: ob reliquā vero q̄ etiā preter naturā est calefactionē: male cōcoquēt. Dicere nāqꝫ proprietatem quandam in spiritu esse qua concoquunt: deinde cum febricitant: hanc destrui: quid aliud est ꝙ̄ alio modo incōmodū ipsuꝫ fateri? Quippe denuo interrogati: a quo sit alteratus spiritus: solā habent quā respōdeant: eā q̄ ꝑter naturā est calefactionē: maxīe de eo q̇ in vētre est spiritu. Neqꝫ enī appropinquat oīno is buboni. Et q̇d q̄so animalia ea in q̇bꝰ spiritus ꝓprietas plurimā vim habeat cōmemoro? Cū liceat de hominibꝰ in q̇bꝰ vel nihil vł oīno leue aliq̇d: ⁊ exiguū cōfert: verba facere. At qd̄ in febribus male cōcoquūt hi quoqꝫ: fatetur etiā ipse. Tū cām rei adijciēs: lesam esse ait vētris actionē. Nō tn̄ aliā habet quā affert lesionis occasionē: quā eā q̄ ꝑter naturā est calefactionē. At si nocet actioni calor: q̇ ꝑter naturā est: nec id facit ex accidēti: sꝫ ipsa sua substātia: ac vi: vtiqꝫ ex ꝑmoꝝ morboꝝ sit nūero. Atqui de numero primorū morborū esse nequit immodicus calor: nisi actio ex cōmoda nascat̄ tēperie. Neqꝫ enī alia de cā pōt intēperies primorū morborū esse causa: nisi qd̄ cōmoda tēperies est corrupta. Cum enim ab hac manent actiones necesse est prima earuꝫ vitia ex hac manare corrupta. Ac qd̄ ipso quoqꝫ Erasistrato authore: cōmoda caloris tēperies actionis sit causa: ijs q̇ asseq̄ qd̄ cōsequēs est valent: satis esse demōstratū puto. Hoc vero nobis cōcesso: nō durū arbitror dictu est: in oī actione in qd̄ melius est: cōmodo tēperamēto referēdū esse acceptum Que deteriora sunt vitioso. Atq̇ si hec ita se habent:

Sāguis a calore mediocri. Bilis. ab immodico.

sanguinē a mediocri: bilē ad immodico calore nasci: quidni putādū? Ita nāqꝫ tum in calida etate: tū calida regione: tū anni tp̄e calido: ⁊ tēpestate calida: ꝑterea naturis hominū calidis: ⁊ vite sortibus: ⁊ victus rationibꝰ: ⁊ morbis calidis: merito nobis plurima fieri flaua bilis apparet Dubitare vero: an ī animātium corporibꝰ is succus gignat̄: an in cibis cōtineat̄: vtiqꝫ hominis est q̇ nec illud aduertat quēadmodū etiā ijs q̇ sani citra vitiū sunt: vbi aliq̄ coacti occasione cōtra cōsuetudinē cibo abstinuerūt: os quidē amarū: lotiū vero biliosum reddatur: ac vēter mordeatur: sꝫ quasi nūc subito ī hūc mūdū sit ingressus nec q̄ in eo sunt nouerit. Quis nāqꝫ ignorat: coꝝ que immodice coquunt̄: singula fieri primū quidē salsiora: postea vero amariora? Cum si mel ipsum: quod omnium est dulcissimū: plurimū percoquere velis: id quoqꝫ reddideris amarissimū. Quippe qd̄ ceteris que vtiqꝫ ex natura sua calida nō sunt per coctionē acquirit̄: id melli ex sua natura presto est. Atqꝫ id cause est: cur coctū efficiat̄ dulcius. Qd̄ nāqꝫ ad dulcedinē generādā caloris ei accidere debebat: id totū prorsus intra se obtinet. Itaqꝫ qd̄ extrinsecus ijs q̄ intra iustū calida sunt: est ex vsu: id illi vitiū fit: ⁊ mediocritatis corruptela. Atqꝫ ob rē coquēdo citiꝰ quā alia fit amarū. Eadē vero de causa in ijs q̇ calida natura sunt: ⁊ etate florētibꝰ: prompte in bilē vertitur.

Mel q̄bus cōueniat.

Quippe calidū cū sit: vbi calido adiūgit̄: mediocritatē tēperamēti facile amittit: statimqꝫ fit bilis: non sanguis. Postulat igit̄ quo in sanguinis naturā mutet̄ naturā hoīs frigidā: etatem frigidam. Nō ab re igit̄ censuit Hippo. mel biliosis naturis non esse ex vsu: vtpote qui calidiore sint tēperie. Ad eūdē modū morbis quoqꝫ quos amara excitauit bilis inimicū esse. Senū vero etati amicū id esse: nō solū Hippo. sed etiā oēs medici affirmāt: partim id ex natura ipsius q̄ scꝫ vim eiꝰ docet inueniētes: partim ex sola experiētia. Neqꝫ enī emperici alia ꝙ̄ hec fieri obseruarūt qd̄ seni sit salubre: iuueni minime salubre. Et biliose nature noxium pituitose vtile. Similiter ⁊ morbis ijs qui ex amara bili oriantur contrarium: ijs qui ex pituita nascantur amicum. Uneqꝫ verbo calidis quidem corporibus siue ea nature ratione: siue morbi: siue etatis: siue temporis anni: siue regionis:

Cibi versio.

siue conditionis vite: talia sint: bili generande causam prebere: que contrarij sunt habitus sanguini. At qui non potest idem cibus alijs verti in bilem: alijs in sanguinem: nisi intra corpus eorum generatio peragatur. Etenim si cibus quisqꝫ a se: et in se

Quid generet bilem.

hanc habent: nec in animalis corpore mutatus: bilem gigneret: vtiqꝫ in omnibus eam corporibus pari modo generaret. Ac quod foris amarum gustantibus esset: id arbitror bilem generaret. Quod auteꝫ dulce gratumqꝫ gustu esset: eius ne vel exigua quidem portio bilis fieret. At qui non mel modo: sed etiam cetera dulcia vniuersa: in supradictis corporibus: que ex qualibet iam memoratatum causarum sunt calida: facile in bilem mutantur. Uerum hec dixisse: cum tamen minime id mihi fuisset propositum nescio, quo pacto ex ipsa sermonis sequela sum adductus. Dictū aūt latissime de his est: tū Aristoteli: tū Praxagore: qui Hippocratis: ⁊ Platonis sniām recte sūt interpretati. Quo minꝰ q̇sꝙ̄ hec a nobis ꝓ euidēti demenstratione dicta putet: potius quā quo indocilitatem eorum qui aliter sentiunt indicarem. qui nec ea de quibus inter omnes conuenit: ⁊ que quotidie fieri cernuntur intelligunt. Porro demonstrationes eorum que vtiqꝫ scientifice sunt: ex ijs que supra iam retulimus principijs sumpsisse conuenit: veluti quod actio passioqꝫ corporum inter se ex calido: frigido: humido: siccoqꝫ illis insint: tuꝫ quod siue quis venas: siue iecur: siue arterias: siue cor: siue ventriculum: siue aliam particulā vllam fungi quacumqꝫ actione dicat: ineuitabili necessitate cogetur: propter certam ex quatuor corporibus temperiem edi actionem ab illa fateri. Etenim cur ventriculus circa cibuꝫ vndiqꝫ contrahatur: cur vene sanguinē gignant: rogarem ab Erasistratijs doceri. Nosse nāqꝫ id modo nec amplius quod circa eum contrahit̄: nondum vtiqꝫ operepretium vllum est: nisi etiā intellecta sit causa. Sic nāqꝫ arbitror ⁊ errores corrigamꝰ Nō curamꝰ inquiūt: nec curiosi sumꝰ de istiusmodi causis: vt q̄ supra medicū sint: atqꝫ ad phm̄ naturalē spectēt. Utrū igitur ei cōtradicetis: qui cōmodam et que scd̄m naturā est temperiē: actionis causam in sin

gulis instrumētis dicit:cōtraq intemperie iam mor/bum vocari:atq ab hac actionē omnino ledi? An ve/terū demōstrationibus assentiemini? An tertiū quid dā mediūq inter hec vtraq facietis:vt nec eorū ra/tionibus necessario assentiamini vt veris:nec ijsdem repugnetis vt falsis:sed hesitatores ac quidā subito pyroni in mediū prosilietis? Atqui si id facietis:ex/perientiā necesse est ꝓpugnetis. Quo eñ modo etiā medicamentorū cōpotes eritis:si corpis cuiusq sub stantiā ignoretis? Cur igitur nō a principio emperi/corū nomē vobis vindicastis? Quid nobis negotiū facessitis:naturales actiones medēdi causa pollicen tes inquirere. Si nāq venter per imbecillitatē circa ci bū cōtrahi eūq terere nō valet:qua ratione eū in na/turalē statū reponemus:ignorātes scilicet imbecillita tis causam? Ego nāq eū qui supra modū calefactus est ventrē:refrigerandū esse aio:sicut eū qui ꝑfrigera tus est:calefaciēdū. Ad eundē modū ⁊ qui exiccatus est:humectandū:qui prehumidus est:siccandū: sed ⁊ cōiunctim si calidior vna sicciorq iusto sit redditus: caput esse saluationis vt refrigeret: simul ⁊ humectet. Sin frigidior simul ⁊ humidior sit affectus:vt siccet ⁊ excalfiat:sicq modo in alijs. At Erasistrati sectato res quid tandē facient:cū actionis causas oīno non esse inquirēdas cōtendant? Quippe inquirendarum causarū fructus hic est:vt qui intēperamentorū cau/sas norit:is ad naturā suā ea reducat. Siquidē vnū id nouisse quenā sit cuiusq instrumēti functio:id nul lā adhuc prestat ad medēdū vsum. Porro Erasistra tū id quoq latere mihi vr:qō affect⁹ in corpe qui nō ex accidēti:s; primū:⁊ p se actionē labefacrat:is ipse sit morbus. Erga qua demū ratione vel agnoscere: vel sanare morbos poterit:cū hos:qui:quotq sunt prorsus ignoret? Hic in vētriculo quidē hactenus sal tem Erasistratus inquirendū cēsuit:vt queadmodū sc; cibi cōcoquant inuestigaret. Que tñ sit eiusmodi rōnis pma:⁊ pnceps causa:nō qsiuit. In venis autē: ⁊ sanguine etiā ipsā rationē modūq inquirere omi sit. At non Hippocrates aliusve ex his quos supra paulo memoraui philosophorū:vel medicorū:qsq id omittēdū cēsuit:s; eū q in aialibus est tēperatum ca/lorē:⁊ q modice est hūid⁹:sanguinis gñandi causam affirmāt. Eadē de causa:sanguinē ipsū calidū:⁊ hu midū potestate faciūt dicūt:eque vt flauā bilē:calidā siccāq:quātūuis sit ab aspectu hūida. Quippe dissi/det illis viris id quoad scōm apparētiā hūidū est:ab eo qō virib⁹ tale est. Alioq qō muria:⁊ aq marina car nes ⁊ siccāt:⁊ icorruptas seruāt:reliq oēs potabiles ꝓpter corrūpūt:ac putres faciūt qs ignorat? Quis porro nō intelligit qō vbi plurima in vētriculo flaua bilis cōtinetur:ꝑpetua siti vrgemur? Cōtraq qō ea euomita:ꝓtinus a siti magis vindicamur:quā si plu rimā hausissem⁹ potionē. Itaq succ⁹ hic:calid⁹ pote state siccusq merito est dict⁹. Aeque vt pituita frida humidaq. Quippe de hoc quoq euidētes ab Hip/pocrate ceterisq veterib⁹ ꝓbatiōes sunt tradite. Sa/ne Prodicus in ope de hoīs natura:id qō vstū:⁊ ve/luti supra modū in succis coctum est: φλέγμα grece noiat:a vbo πεφλέχθαι qō vstū esse significat. Ce/terū dictione aliter vtitur:ꝙ ceteri:de re tamen idem sētit cū ceteris.s; de hoīs hui⁹ nominū nouatiōe Pla to abūde indicat. Ceterū hoc albi coloris:qō oēs ho/mines grece φλέγμα vocāt. Prodic⁹ grece βλένναν id est muccū appellat. Frigidus ille succ⁹: ⁊ humid⁹ est:qui tū in senib⁹:tū ijs qui ratione q̄uis sunt per/frigerati:plurim⁹ aceruatur:quē nemo mētis cōpos aliud esse quippiā:quā frigidū ⁊ humidū dicat. Nū quid igitur succus aliquis calid⁹ humidusq est: ali/quis calidus:⁊ siccus:aliquis frigid⁹ hūidusq: nul lus aūt est qui potestate frigidus sit ⁊ sicc⁹? Sed qr/ta tēperamentorū cōiugatio:cū in reliquis omnibus habeat:in solis deficit succis? Atqui nigra bilis eius modi succ⁹ est:quā sapientes medici ac phī abūdare censuerunt:ex anni quidē tēporibus:in autumno po tissimū:ex etatib⁹ in ea que vigori succedit. Ad eūdē modū ⁊ victus rationes:⁊ regiones:⁊ tempestates:⁊ morbos quosdā:frigidos siccosq esse memorāt. Ne/q eñ in hac vna cōiugatione claudicare naturā pu/tant. Sed tanquā alias tres:itidē hāc quoq per om nia que memorauim⁹ extēdi. Utinā etiā ⁊ hoc loco in terrogare liceret Erasistratū:nū artifex natura instru mentū quo eiusmodi succus expurgetur: nullū cōdi derit: sed quo lotium expurgetur instrumenta duo: quo flaua bilis vnū:neq id exiguū:qui vero ijs ma lignior succus est sanguini permixtus: in venis per totū vagetur. Quāquā dysenteria:siue itestinorū di/ficultas: si a nigra incipit bili: mortifera est: inquit Hippocrates. Non tamen que a flaua incipit bili:oī no mortifera est:sed plerisq ex ea seruantur. Tanto.s. nimirū malignior acriorq virib⁹ est nigra bilis quā flaua. An igitur nec reliquorū Hippocratis operum vllū legit Erasistratus: nec id quod de hominis na/tura est inscriptū? quo sic citra negocium inquisitio/nē de succi preterat? An nouit quidē:sed sua sponte pulcherrimam artis speculationem preterit. Opor/tuerat igitur eum nec de liene aliquid dixisse:nec im/pudenter tam magnum instrumentum existimasse a natura impune conditū. Atqui nō solū Hip. vel Pla to nullo in speculatione nature inferiores ꝙ Erasi/strat⁹ viri. vnū esse id visc⁹ ex ijs que sanguinē pur/gent affirmāt:sed etiā cū ijs veterū tū medicorū:tum philosophorū:innumeri. Ques oēs generosos Era/sistratus:quasi illis plus sapiat:supergredi se putās adeo ne minimū quidē cōtra eos dixit:vt eitā opinio nis eorū omnino nō meminerit. At vero quib⁹ corp⁹ floret:his inquit Hip. lien minuitur. Idē oēs qui ex/perientiā sequūtur medici:fatētur. Preterea qbus vi sc⁹ id magnū ⁊ tumēs augescit:ijs corp⁹ minuit:⁊ ca cochymū reddit. Qō ipsum quoq nō Hip. modo sed etiā Plato:multiq alij:preterea epirici cōcedūt. Iā regij morbi q a liene egrotāte ortū habet: nigriores sunt. Itēq vlcerū cicatrices nigre. Perpetuo eñ vbi minus ꝙ iustū sit:atrū ad se succū trahit: vt sanguis impurior:sic totū corp⁹ redditur magis decolor. At qñ min⁹ ꝙ iustū et trahit? Nimirū cū male est affe/ctus. Tāq igitur in renib⁹ facultas ea qua vrinā tra hūt:vbi laborāt:male trahit:itidē ē lienis:si insita vis illa q melācholicā qlitatē attrahere pōt:aliqñ sit hebe/cilla:male hāc trahat est necesse: atq interim crassior ⁊ nigrior reddat sanguis. Hec igitur oīa cū nō modo ad cognoscendos:sed etiā ad sanādos morbos maxi/mū prestēt vsum. Erasistrat⁹ omnino preterijt ac tan tos viros pro nullis se habere simulauit: is scilicet qui nec leuissima omittit sed vbiq insulsissimas opi niones ambitiose oppugnat. Quo manifestū est eū cum nihil haberet: quod contra veteres diceret in ijs que de splenis vsus actioneq pronunciarunt nec ipse nouū aliquid inueniret:huc cōfugisse vt omnino

Marginal notes: πυρρω νδοι — Cā morbi cognoscenda. — vtilitas cārū in q̄stiōis quis affectus morbus sit. — Muria ⁊ aq̄ marina carnes a corruptela ꝓseruant — Flaua bilis sitim parit. — Dysenteria q̄ mortifera q̄ nō. — Lien.

de ĳs taceret. At nos primū quidē ex ĳs causis qui
bus omnia in naturalibus administrātur. calido (di
co) ⁊ frido: ⁊ hūido: ⁊ siccodeīde ex ĳs q̄ euidē ter in
corpore apparent: frigidū quendā siccūq; succuz: de/
bere esse mōstrauim⁹. Ubi vero: ⁊ ꝙ breuissime fieri
licuit: que veteribus demonstrata. sunt: tum qd̄ is suc
cus melācholicus sit: tū lienis id viscus qd̄ cū a san/
guine expurget recensuerim⁹: deinceps ad ea que ꝓ
posite disputationis sunt reliqua veniamus reliquz
autē quidnā sit aliud: ꝙ clare exponere quid tādē ve/
lint: demōstrentq; veteres de succorū generatione ac
cidere: Porro id luculēti⁹ intelligetur exēplo. Ergo
vinū mihi dulce quod nō dudū ab vuis sit expressuz
feruens: ⁊ alterascens ex eo quē in se habet calore in
tellige: postea ex eius mutatione duo prouenire ex/
crementa: alterū leuius magisque aereū: alterū gra/
ui⁹ ac magis terreū. Quorꝫ illō florē: hᵒ fecē arbitror
vocāt. Horū si alteri flauā bilē: alterĳ nigrā assimiles
minime pecces. Qn̄ nō eādē habēt hi succi speciē cuz
animans nature opera regitur: qualē cū preter natu
rā se habet sepe exhibent. Quippe que flaua est: effici
tur vitellina. Ita em̄ nominant qm̄ ouorū vitellis tū
colore: tū crassitudine sit adsimilis. Rursus nigro lō
ge malignior ea quoq;: quā que naturalis est reddit
Nomē tamē tali succo nullū est inditū: nisi quod aliq̄
vel radentē eū: vel aciduz appellarunt: qm̄. s. acris in
morē aceti sit: ⁊ corp⁹ animalis radit: etiā terrā si su/
pra eā sit effusus: quandāq; cū bullis veluti fermēta
tionē ebullitionēq; excitat. Ubi scilicet adscititia pu/
tredo nigro illi sicco naturaliter se habēti accessit: mi/
hiq; videtur veterū medicorū pleriq; id qd̄ e tali suc/
co naturaliter se habet: qd̄ ⁊ infra deĳcitur: ⁊ sepe su
pra fluitat: atrū vocare succū: nō atrā bilē. Qd̄ vero
ex vstione quapiā ac putrescentia: in acidā migrauit
qualitatē id atrā nuncupare bilē. Ceterū de nomini/
bus habenda cōtrouersia nō est: sed veritatē sic se ha
bere intelligendū. In sanguine generando quicquid
abunde crassuz ac terreū ex ciborū natura in nutrimē
to fertur: nec commode a naturali calore alteratur: id
lien ad se trahit. Quod vero assum (vt sic dicā) vstūq;
nutrimenti est (fuerit sane hoc calidissimum in eo ac
dulcissimū: qualia sunt: tū mel: tū adeps) id cū flaua
bilis facta est: per fellis vocata vasa expurgatur. Est
autē hoc tenue humidūq; ⁊ fluidū: nū quale cū ad vl
timū est excoctū: flauū: igneū ⁊ crassum: vitellis ouorꝫ
simile. Hoc nāq; iā preter naturā est. Alterū vero qd̄
prius memorauimus: pari modo ⁊ nigri succi qd̄ ne
dū illā veluti ebullitionē fermētationēq; terre efficit
naturale est. Qd̄ autē in talē mutatū est vim ac speciē
id iam preter naturā est: ceu qd̄ ex vstione nō natura/
lis caloris acrimoniā adsciuerit: ac veluti cinis qui/
dā sit redditū. Sic quodāmō ⁊ fex vsta: a nō vsta diffi
det illa nāq; admodū calida est: adeo vt carnē vrat: li/
quet ac corrūpat. Altera que nōdū est vsta: ad oia me
dicos vti deprehēdas: ad que terra figulari: alĳsq; q̄
simul siccandi ac refrigerandi facultatē habēt. Sane
ī atre bilis sic vste speciē: etiā vitellina illa subīde ver
titur: quoties ipsa quoq; igneo ꝓcocta est calore. Re/
liqua bilis genera partim ex iam dictorū mixtura cō
stant vniuersa: partim tanꝙ vie quedā sunt ad harū
tū generationē: tū inter se mutationē. Distāt inter se:
qd̄ alie merace sunt ac sole: alie veluti sero quodā im
bute. Uerū seri genera que in succis habētur: omnia
sunt excrementa: purūq; ab ĳs esse postulat anima/
lis corpus. Ea vero que predicta sunt: vsum aliquem
nature cāferūt: ⁊ qd̄ crassum est: ⁊ qd̄ tenue: purgatur
que ab ĳs sanguis: tū per lienē: tū per eā que iocino/
ri subest visicā. Ac reponitur vtriusq; partis tāta ta/
lisq; portio: quāta qualisq; si in totū ferretur anima/
lis corpus: noxā aliquā inferret. Quod em̄ admoduz
est crassum et terreū: ac prorsus eā que in iocinore fit
mutationē subterfugit: lienis ad se trahit. Reliquum
quod mediocri est crassitudine: id ⁊ absolutū iam est:
⁊ in omnē partē fertur. Requirit em̄ sanguis in non
paucis animalis particulis crassitudinē quādā: eque
arbitror vt que in ipso feruntur fibras. Ac dictū quidem
de vsu earū etiā a Platone est. Dicetur autē de
ĳs ⁊ a nobis: in illis voluminib⁹ quib⁹ vsum parti/
cularū persequimur. Postulat non in postremis san/
guis: ⁊ flauū succū: qui tamē adhuc igne⁹ ad vltimū
effectus nō est. Ac quis illi accedat ad hoc vsus: in il/
lis voluminib⁹ docebitur. Sane quod pituitā expur
get natura nullū instrumentū cōdidit: propterea qd̄
frigida humidaq; est: ac veluti ex dimidio coctū nu/
trimentū. Desyderat igitur talis succus nō vtiq; va/
cuari: sed in corpore manens alterari. Excrementū ve
ro quod a cerebro destillat: fortasse nec pituitā quis
recte appellet: sed sicut ⁊ nominari solet: muccū: ⁊ de/
stillationē grece κορυσαν. Sin aliter quod saltē huic
vacuando natura recte prospexit: id quoq; in libris
de vsu partiū tradetur. Quin etiā quemadmodū que
in ventriculo: ⁊ intestinis creatur pituita: cōmodissi/
me ac celerrime vacuetur: nature cōmentū in ĳsdem
voluminibus monstrabitur. Quod igitur in venis
pituite fertur: cū sit animalib⁹ ex vsu: nulla vacuatio
ne eget. Sane aduertere hoc loco: ac scire oportet. Tā
ꝙ ex bilis generib⁹ aliud vtile naturaleq; in anima/
libus est: aliud inutile ac preter naturā: sic pituite: qd̄
dulce est: id salutare esse animanti: ⁊ naturale. Quod
acidū salsumq; est: acidū quidem omnino crudū esse:
salsum: ꝓputruisse. Porro omnimoda cruditas pitui
te intelligēda est que in ea cōcoctione incidit: que in
venis agitur: nō autē in ea que prima est: queque in
ventriculo perficitur. Cū si hac deficeretur: ne succus
quidē omnino esset. His mihi satis admonuisse vi/
deor: q̄ de generatiōe corruptioneq; succorū ab Hip.
Aristotele: Praxagora: Diocle: alĳsq; veteruz multis
sunt dicta. Neq; em̄ oīa in hūc librū trāsferēda cen/
sui: que ab illis ad absolutionē sunt perscripta. Tan/
tū vero de singulis solū dixi: quātū legentes ad anti/
quorꝫ euoluēda scripta: nisi sint oīno auersi: excitet: ac
quo facili⁹ cū ĳs versent̄ auxiliū prestet. Porro scri/
psim⁹ ⁊ alio libro: de succis sub authore Praxagora
Nicarchi filio. Etsi em̄ is decē maxie ꝑter sanguinez
faciat: (q̄ppe sanguis ipse vndecim⁹ fit) tamē ab Hi.
doctrina nō recedit sꝫ q̄ ab illo simul oēs cū proprĳs
demōstratiōib⁹ primi dicti succi sunt: hos in species
q̄sdā dr̄iasq; diducit. Ac laudare quidē par ē: tū eos
q̄ explanarūt q̄ recte sunt dicta: tū ꝟo q̄ si q̄d omissuz
ē id supplerūt: nō ei fieri pōt vt idē īcipiat ac ꝑficiat:
ꝯ culpare ⁊ eos: q̄ adeo sunt delicati: vt nihil discere
eorū q̄ cōmode dicta sunt: sustineāt: ⁊ q̄ adeo sunt am
bitiosi: vt studio nouorꝫ dogmatū: semꝑ aliq̄d astute
terāt ⁊ cauillent̄: partīz spōte aliq̄d ꝑtereūtes: q̄liter
Erasistrat⁹ in succis fecit: partim callide oppugnan/
tes: veluti tum hic ipse: tum alĳ iuniorum non pauci.
Ceterum hic liber hoc loco receptui canat: quicquid
superest: id totum in tertio adĳcietur.

Marginalia: Quod vinū dulce. — Flos vini. — Fex. — Radēs seu acidum. — Assum nutrimētum. — Fex vsta — Nō vsta — Serū in succis excremētū — Excrementuz cerebri. — Que pituita cōducat: q̄ non.

¶ Galenꝰ de naturalibus facultatibus Liber tertius: Thoma Linacro Anglo interprete.

AC quod nutritio quidē fit: cū id qđ nutrit alteratur: ⁊ ei qđ nutritur simile fit: tum qđ in quaqꝫ aīalis particula facultas q̄dā insit: quā ab actione ipsa ḡnaliter alteratricē: mēbratim assimilatricē nutritoriāqꝫ noīamꝰ: in ꝑmo indicatū est libro. Materie ṽo copiā: ex qua sibi nutrimētū faciat: qđ nutrit: ex altera suppeditari virtute: q̄ cōueniētē attrahere sibi succū natura sit habilis: est monstratū. Sed nō minꝰ eū esse cōueniētē cuiqꝫ particule succū qui maxime vt assimilet sit accōmodus: tū q̄ hūc ad se trahat: attractricē appellari. Indicatū ꝑterea est ⁊ qđ ante assimilationē agglutinatio fit: hāc ṽo ꝓcedere que grece πρόσθεσις, latine appositio: vel adiunctio dicatur. Hec (vt sic dixerim) finis est actionis: q̄ ab attrahēti vi perficit. Siquidē ipsa nutrimenti ex venis in singulas ꝑticulas adductio agētis adhuc attrahētisqꝫ virtutis est opus. Adductū vero iā esse ac particule apponi: ipse est finis: cuiꝰ scilicet causa eiusmodi actio est desyderata. Quippe idcirco est attractio: vt fit appositio. Tēpus tñ hic ad aīalis nutritionē: adhuc maius requirit. Attrahi nāqꝫ breui tpe aliq̄d pōt: adherere ⁊ alterari: ⁊ prorsus ei quod nutrit adsimilari: ac pars eius effici: ꝑtinꝰ non pōt tpe ampliore cōmode pōt. At si appositꝰ is succus in particula nō quiescat: sed in alterā aliquā transferatur: cōfluatqꝫ assidue aliū atqꝫ aliū mutās locū: vtiqꝫ in nullo eoꝝ: nec agglutinatio: nec assimilatio erit. Est igit hic nature alia quadā facultate opus: que faciat: vt q̄ appositꝰ particule succus est: aliquā diu maneat: atqꝫ hac nō extrinsecus accersita: sed in nutriēdo ipso collocata. Quā rursus ab ipsa functione: maiores retētricē vocare sunt coacti. Ac eiusmodi quidē facultatis gignēde ratio: iā clare necessitatem monstrauit. Creditqꝫ vel inuitꝰ ex ijs q̄ diximꝰ quisquis percipiēdi intelligētiā hꝫ: qđ cū ꝓpositū sit: ac prius demonstratū: naturā artificiosaꝫ esse: ⁊ animātis curā hr̄e: necesse sit eiusmodi facultatē illi inesse. Ceterū nos qui nō hoc tātū demōstrationis genere soliti simꝰ vti: sed illi ex ijs q̄ manifeste apparēt necessarias ac cogētes ꝓbatiōes adijcere: ad istiusmodi nūc cōuertemur. Mōstrabimusqꝫ in q̄busdā corporis particulis: adeo euidētē esse retentricē facultatē: vt ipsis sensibꝰ agnosci eiꝰ actio possit. In aliquibus ṽo sensui quidē minꝰ esse euidētē: ratione tñ in ijs quoqꝫ facile posse deprehēdi. Ergo inde qđ docere ꝓmisimꝰ: auspicemur. Nēpe a sumēdis primū methodo aliqua certis particulis: in q̄bꝰ ad vnguem examinare disquirereqꝫ licebit: qualis nā demū retentrix vis sit. An igit aliunde q̄s melius: q̄ a maximis maxieqꝫ cauis instr̄is inquisitionē īcipiāt? Mihi sane nō videt. Siquidē euidētes in ijs: credibile est ꝓpter amplitudinē eoꝝ apparere actiōes. Cū fortassis in paruis: etiā si eā vim habēt vehemētē: sensu tñ agnouisse actionē eius: in ꝓmptu nō fit. Porro inter animalis partes maxime caue amplissime q̄ sunt: vētriculus: ⁊ vterus: ⁊ q̄ secūde vocantur Quid igit ꝓhibet quo minꝰ has ꝓponētes: actiones eaꝝ estimemꝰ: ac eaꝝ q̄ ante dissectionē cōspicue sunt in nobismetipsis examē ineamus: q̄ ṽo obscuriores sunt: similia homini dissecātes animalia: Nō quo nō abunde: generalē saltē quesite facultatis notitiam etiā dissimilia ostēdant: sed quo simul cū generali ꝓpriam quoqꝫ in nobisipsis habētibꝰ ratio ad morbos tū agnoscēdos: tū sanādos facilior suppetat. Ac qm̄ de ambobꝰ instrumētis simul dixisse nō est: seorsum de vtroqꝫ sermonē instituemꝰ: ab eo auspicati: qđ retentricē facultatē illustrius mōstrare possit. Retinet nāqꝫ ⁊ vēter cibū quo ad eū concoxit. Retinet porro nō minꝰ: ⁊ vterus fetū: quoad hūc cōsummauit. Ceterū longe amplius est ꝑficiendi fetus tēpus: q̄ cibi cōcoquēdi. Quare verisimile est tāto clarius a nobis in vtero retentricē facultatē ꝯspici posse: quāto diutius q̄ vētriculꝰ retinēdi functionē exercet. Quippe nouē mēsibus plerisqꝫ mulieribus ꝑficit in vtero fetus. Qui tota q̄dē ceruice cōniuet: ꝯplectitur aūt fetū vndiqꝫ vna cū secūdis. Estqꝫ tū oris cōniuentie: tū more fetus in vtero finis: ipa actiōis vtilitas. Neqꝫ (eñ temere: aut sine rōne ꝯdidit vterū nā: ad cōplectēdū retinēdūqꝫ fetū sufficiētē: sꝫ idcirco vt qđ gestat ad debitā ꝑueniret magnitudinē. Ergo vbi id cōpletū est: cuiꝰ grā retētiua potestate vterus est vsus: vtiqꝫ hanc inhibet ac cessare facit: ꝓpultrice q̄ hactenꝰ quieuerat: loco eiꝰ assumpta. Sane erat sicut ⁊ quietis huius facultatis finis ipse vsus: ita etiam actionis eiusdem finis: sit ipse vsꝰ. Utpote quo excitāte agat: nō excitāte q̄escat Licetqꝫ rursus hoc loco nature artē ītelligere: q̄ singulis instrumētis nō solū vtiliū actionū facultates inseruit: verūetiā quietis ⁊ motionis oportunitatē preuidit. Siq̄dē succedētibus rite oībus q̄ in vtero fiunt. expulsoria vis veluti nulla sit: ita oīno quiescit Improspere aūt cedētibꝰ: vel circa secūdas: vel ceterarū quāpiā mēbranarū: vel circa ipsum q̄ gestat fetum: ac desperata ꝓrsus eiꝰ ꝑfectiōe: nō ampliꝰ expectat vterꝰ nouē mēsiū tꝑis morā: imo retētrix facultas statim ab opere desistit: ⁊ ei q̄ prius quieuerat moueri ꝯcedit. Porro agit iā ac molit salubre aliq̄d expulsoria: ꝓpulsoriaqꝫ vis: ita eñ ⁊ hāc appellant ab ope. s. sicut ⁊ alijs illi quoqꝫ noībus impositis. Videturqꝫ disceptatio nostra ꝺ ambabꝰ simul demōstrationē allatura. Quippe cū sibi mutuo succedāt: ⁊ altera relique cū vsus postulat: semꝑ cedat: etiam cōem eas doctrinā sortiri nō est incredibile. At retētricis virtutis opus est: pregnātiū vteros vndiqꝫ cōtrahere: vt nō immerito cōtrectātibꝰ obstetricibꝰ os eoꝝ cōniuere videat. Iā ṽo pregnātes ipse primis diebꝰ: potissimūqꝫ eo ipso quo semē est ꝯceptū: moueri ac in seipsum cōcurrere vterū sentiūt. Qđ si ambo hec īcidūt: vt ⁊ os vteri citra phlegmonē aliūve affectū cōniueat: ⁊ senseat deinde succedere vteri in seipsum motꝰ: iā semen a mari: ⁊ cepisse se mulieres existimāt: ⁊ retinere cēsent. Neqꝫ nos ista modo illis ꝯfingimꝰ: sꝫ lōgo vsu cōprobata: ab oībus fere q̄ de ijs disseruere: sunt ꝓdita. Herophilus certe nec illa scribere est grauatꝰ: ne specilli quidē mucronem admittere vteros anteq̄ mulier pariat: preterea ne vel minimū q̄dē hiscere: vbi cōceperint: laxius aūt recludi: cū mēses ꝓfluūt. Huic astipulāt ⁊ reliqui oēs: q̄ de his tractauerūt. Primusqꝫ oīm nō medicoꝝ modo: sꝫ etiā ꝑhoꝝ Hippo. cōniuere os vteri tū ꝯceptibus: tū phlegmonis ꝓnūciauit: cetero in ꝯceptibus seruato naturali habitu: in phlegmonis ṽo: in durū

Retentrix facultas.

Quomodo vterꝰ dū fetuꝫ gerit facultates suas ostēdat.

mutato. At sub expultrice: q̄ ꝯtraria iā dicte facultas est: os q̄dē ei⁹ aperit̄: fundus aūt vniuersus ꝙ pōt ꝓxime ad os descēdit: fetū ꝓpellēs foras. Una ṽo cū fundo: etiā q̄ ꝑtinētes ꝑtes sunt: q. s. veluti latera toti⁹ istrumēti sunt: suppetias i toto ope ferētes: trudūt ꝓpellūtq; fetū foras vniuersum. Nō paucis ꝙ mulierū: q̄ vtiq; immodice huiꝰ facultate sunt vse: violenti dolores totū vterū excidere subigerunt. Simile quodā in his accidente: ei qd̄ in lucta: ⁊ cōtētione sepe visitur: qn̄ q̄ alteros euertere deijcereq; nitūtur: ipsi vna concidunt. Jta nāq; vterus: dū fetū extrudit: ipse aliqn̄ simul excidit: potissimū cū eius ad spinā ligamēta naturaliter sunt laxa. Est porro ⁊ illud miro nature cōsilio ꝓuisum: qd̄ viuēte fetu vteri os ad vnguē cōniuet: mortuo ṽo tm̄ statim aperitur: quātū ad exitū sit ex vsu. Quin etiaꝫ obstetrices ipē nō illico parturiētes surgere iubēt: nec i sella collocant: imo prius os vteri qd̄ paulatim se aperit: tāgunt. Ac primū q̄dē sic: vt paruū digitū in id dimittas: hiscere dicūt. Postea ṽo etiā magis. Parua aūt interposita mora: pcōtantib⁹ nobis respondēt: dehiscentis ei⁹ modū auctū. Postea ṽo quā ad fetus trāsitū satis patet: surgere mulierē iubēt: ⁊ in subsellio collocāt: ac ad expellēdū strenue fetū se paret: adhortantur. Est porro id opus: qd̄ a seipsis ꝓstāt parientes: nō vteri: sꝫ musculoꝝ q̄ sunt in abdomine: q̄ scilicet tū ad deiectionē: tū ad reddēdā vrinā nobis sūt auxilio. Atq; ita q̄dē i vtero: due iā memorate facultates apparēt. Jn vētre ṽo: ad hūc modū. Primū q̄dē exfluctuāti hūoris sonitu: q̄ medicis imbecilli vētris symptoma credit̄. Et certe rationabiliter creditur. Interim eñ cū minimū ciboꝝ assumpsim⁹: nō sūt cōplectēte ꝓrsus eos vētre ac vndiq; constringēte interim plen⁹ cibo vēter est: sonitus tñ fluctuātis in eo humoris: veluti ex vacuo exaudiunt̄. Cum eñ ꝓ sua natura se hꝫ: ac cōstrictoria virite vtitur: quālibet exiguū sit qd̄ in se cōtinet: totū id vndiq; cōplexus: nullū vacuū relinquit locū. Cū imbecillus ē quacūq; parte cōplecti exacte: assumpta nō vꝫ: hic laxū quoddā spaciū efficiēs: ꝑmittit ea q̄ in se cōtinet humida: ꝓ figurarū varietate ex alio loco in aliū trāsire: ac fluctuationū sonit⁹ edere. Rationabile itaq; est: q̄ hoc symptomate laborāt: nec cōcoctionē q̄dē sufficientē sperare. Neq; eñ pōt q̄ imbecillus vēter est: ꝓbe cōcoquere. Porro talibus etiā diutius in vētre manere grauitas videt̄: vt q̄ etiā tardius cōcoquāt. Jā mirari licet in his ipsis maxīe diuturnā in vētriculo morā: nō ciboꝝ modo: verū etiā potionis. Nō eñ sicut existimauerit quispiā: cū vētris os inferius angustū ꝓrsus sit: nihil id sinere abire: quoad exacte leuiget̄: hec vera causa est. Nō pauci eñ ossa fructuum valde magna: sepe plurima deuorāt. Jā annulū quidā aureū quē ore tenebat: imprudēs deglutiuit alter ṽo nummū. Alius aliud durū quoddā: ⁊ qd̄ cōfici nō posset. Attamē hi oēs facile excreuerūt ea que deuorassent: nullo illis supueniēte symptomate. Qd̄ si meatus vētriculi angustia causa esset diutine in eo parū cōminuti cibi more: nihil sane hoꝝ pertransisset. Quin etiā qd̄ potio ipsa longo spacio illis in vētriculo moratur: satis fuerit: qd̄ eos a suspitione de meatus angustia abducat. Omnino eniꝫ si causa celeris egressus esset ipsa trāsmutatio in succū peracta vtiq; ⁊ sorbitiones: ⁊ lac: ⁊ ptisane cremor in oībus illico trāsiret. Verū secus est. Nā q̄ imbecilli sunt ijs diutissime hec innatant: ⁊ fluctuatiōes cū sonitu dū morantur: excitant: ventriculuꝫ que pariter premūt ⁊ grauant. Qui validi sunt: his adeo nihil hoꝝ incidit: vt etiaꝫ panis ⁊ carnis magna copia facile descendat. San e non solum ex eo quod vndiq; tensus sit: ⁊ grauatus vētriculus: ac que in eo sunt: alias in aliam partem cum sonitu fluctuent: morari diutius in eo que assumpta sunt: his qui ita se habēt: possis conijcere: sed etiam ex vomitionibus Siquidē sunt: qui nō dico post tres quatuor ve horas: sꝫ iā media nocte cū multū intercessisset a cibo tp̄s: omnia prorsus que sumpsissent vomuerunt. Quin etiam si animans quod vis humido expleueris cibo: veluti ipsi in suibus subinde sum⁹ experti: ex farina atq; aqua quandam veluti miscellam illis obijcientes: deinde post tres quatuor ve horas dissecantes: si tu quoq; ita feceris: inuenies adhuc in ventre ea que assumpserunt. Quippe conuersio ciborum in cremorem nō est more isthic manendi terminus: quam vtiq; etiam dum foris sunt efficere licet: sed concoctio que a conuersione in cremorem res est diuersa: sicut nutritio a sanguificatione. Tanquam enim he functiones monstrate sunt qualitatum mutatione fieri: itidem concoctio ciborum in ventriculo: mutatio eorum est in propriam eius quod nutritur qualitatē. Ubi autem ad perfectionem cibos cōcoxit: tum aperit inferius os: exciduntq; per ipsum facile cibi: etiā si lapides: ossa: acinos: alia ve que verti in cremorem nō possint plurima: secum habeāt. Licetq; hoc in animali cōtempleris cōiecto descensus ciborum tēpore. Quin si quādo te tempus fallat: nec quicq; deorsuꝫ feratur: vētriculo adhuc cibos coquēte: ne sic quidē infrugifera tibi dissectio erit. Cernes nāq; in illis ea que paulo supra diximus: exitū ventriculi quo loco cū intestino cōmittitur: πυλωρόν greci vocant: ad vnguē clausuꝫ: vētriculū aūt totū cibos suo cōplexu premētē: perinde omnino sicut vterus fetum. Neq; enim est inuenire: nec in vtero: nec ventre: nec vesica vtrauis: nec ea q̄ bileꝫ excipit: nec altera locū vacuū. Sed siue parū sit qd̄ in his cōtinet̄: siue multū: pleni eoꝝ simus apparēt: tunicis ipsis semp ea que continent arte complectentibus: modo scilicet naturaliter animal se habet. Erasistrato autem nescio quo pacto complexum hunc vētriculi: omnium esse causam placet: tum ciborum leuigationis: tum excremētorum subductionis: tum distributionis eorum que in cremorem sunt cōuersa. Ego tamē in viuenti adhuc animali: diuiso eius peritoneo sexcenties deprehendi semper intestina complexu suo ijs que cōtinerent applicita. Uentriculum vero non perpetuo: sed post assumptos cibos superne eos inferneq; ⁊ vndiq; arcte complexum: ac immotum: adeo vt cibis vniri: ⁊ ijs vndiq; adherere videretur. Quo tēpore etiā pylorum cōniuentem clusumq; ad vnguem inueni: non secus ac pregnantibus os vteri. At post concoctionem consummatam: reclusus quidem erat pylorus. Uentriculus autem complexus motu: intestinorum ritu mouebatur. Omnia igitur hec inter se: in idem consentiunt: qd̄ alique sint in ventriculo in vtero in vesicis ingenite facultates: que ⁊ retinere possint ea que qualitate conueniant: ⁊ que aliena sunt: expellere. Siquidem qd̄ bilē ad se trahat: ea q̄ iocinori subest vesica: supra est mōstratū. Qd̄ aūt ⁊ i vētre quotidie eijciat: id ꝙ euidēter cernitur. At q̄ si tractri

Imbecillus venter difficulter cōcoquit.

cīs operā stati separatricis actio exciperet nec media semper inter eas intercederet vis retētrix: oportebat dissectis aialib⁹ parē in vesica bilis inueniri modū. At nō sic inuenit. Quippe alias plenissima: alias ꝓfus vacua: alias sub medio statu varijs se habēs modis cernit. qliter et altera q̄ lotio est addicta. Hāc nāq̄ ante omnē dissectionē colligere vrinā sentim⁹: pri⁹ etiā q̄ eā vel multitudinis pōdere: vel mordētis acrimonia offendi. Tāq̄ hic quoq̄ nō deficiēte retentrice vi. Ita nimirū ⁊ vētricul⁹ mordēte subide acrimonia irritat⁹: ante legitimū tēpus: crudū adhuc cibū abijcit: Rursus multitudine aliqn̄ grauat⁹: aut etiā ambab⁹ coeuntib⁹ male affect⁹: diarrheis infestat. Qui etiā superioris vētris vel multitudine grauati: vel ciboꝝ: excremētorūve qualitatē nō ferētis: similis diarrheis quidā affect⁹ vomitio est. Ubi eī in imis eius partib⁹ talis affect⁹ incidit: ac firme partes sunt: que circa stomachū habent: diarrhee citant. Cū vero ei⁹ os sic afficitur: si cetere partes sunt valētes: vomitiones cient. Licet porro idē: ⁊ in ijs qui cibū fastidiūt intueri. Quippe qui comesse coacti: nec deglutire qd̄ comederūt: v alēt: nec si id per vim faciant: qd̄ deglutitū est retinēt: sed protin⁹ euomūt. Etiā q̄ alias quoq̄ cibū quēlibet auersant: si vrgeātur aliqn̄ vt eū sumāt: celeriter euomūt. Uel si violēter cōtineāt: ⁊ nausea infestātur: ⁊ resupinari sibi vētriculū sentiūt: ⁊ qd̄ offendit amoliri properantē. Ita nimirū ex oib⁹ que euidēter apparēt: qd̄ inter principia diximꝰ cōfirmatur. Omnib⁹ propemodū aīalis partib⁹ inesse desyderiū quoddā: ac veluti appetētiā cōuenientis sibi qualitatis: auersionē quandā: veluticq̄ odiū alienę. At dū expetūt: attrahere eas rationabiliter existimatur: dū auersant: a seipsis repellere. Atq̄ ex his rursus: tū attractoria vis in toto inesse mōstratur: tū expulsoria. At vero si ⁊ appetētia quedā est: ⁊ attractio: fuerit profecto ⁊ fruitio aliqua. Cū nihil in rerū sit natura: qd̄ propter ipsum: vt sic dicā: trahere siue trahēdi functionē: trahat: imo vt eo cui⁹ pertractū fit cōpos: fruat. Atqui frui eo nō licet: nisi retineat. Iam hinc rursus: retētrix vis necessario genita esse probat.

Quippe ventricul⁹ manifeste cōuenictes qualitates expetit: alienas respuit. Sed si ⁊ expetit: ⁊ trahit: ⁊ retinēdo ac vndiq̄ cōplectēdo fruit: erit vtiq̄ ⁊ finis illi quispiā fruitionis. Post quē iā expultricis facultatis agēdi tēp⁹ succedit. Uerū si ⁊ retinet: ⁊ fruit: etiā ad eū finē ad quē sic retinet ⁊ fruit: abutit. Porro is finis est: vt ei⁹ qd̄ in qualitate conueniens cōsentiēsq̄ est: partē aliquā capiat. Itaq̄ qd̄ in cibis optimū est: id halitus specie ⁊ paulatim sibi attrahit: atq̄ in tunicis suis reponit: ijsdēq̄ adiungit. Ubi abunde saturatur⁹ est: quicquid reliquū nutrimēti est: veluti onerosum aliquid reijcit. Quāq̄ ex eo qd̄ cū vētriculo habuit: cōmercio: ipsum quoq̄ cōsecutū est salutare aliquid. Neq̄ eī fieri potest: vt duo corpora que ad agendū ac patiēdū sunt nata: vbi cōuenerunt: nō vel simul patiant agantq̄: vel alterū agat: alterū patiat. Quippe si pares ijs vires sunt: ex equo tū agēt: tū patiētur. Sin lōge superet vincatq̄ alterū: magnū quidē ⁊ qd̄ sensu percipi possit, in id qd̄ patit efficiet. Ipsum vero vel exiguū aliquid ⁊ qd̄ sensu deprehendi nō possit: vel omnino nihil patiet. Porro in hoc potissimum dissidet nutrimentum a medicamento venenoso. Hoc namq̄ vim corporis vincit: illud ab hac vincitur. Minime igitur potest conueniens animali nutrimētū esse: quod ab ijs que in animali sunt qualitatibus: nō vincitur. Porro vinci aliud nō est: quā alterari. At qm̄ particularū alie viribus sunt firmioribus: alie magis imbecillis: vincent quidē omnes nutrimentū id qd̄ animali est cōueniēs: nō tamē equali omnes modo. Ergo vincet etiā venter: ac nutrimentū alterabit: non tamen sic vt iecur: ⁊ vene ⁊ arterie: ⁊ cor. Quanta igitur sit ventris alteratio age iam videamus. Sane ea maior est: q̄ que in ore perficitur minor vero ea que in iecinore: ⁊ venis. Horū nāq̄ alteratio: nutrimētū i sanguinis substātiā mutat. Que in ore agitur: mutat quidē id in alterā speciē manifeste: non tamē ad perfectionē trāsformat. Discas id ex ijs que ex cibo in dētiū interuallis relicta: per totā noctē heserūt: Neq̄ eī pāis inibi relict⁹ ꝓrsus ē pāis neq̄ caro ꝓrsus caro. Sed olet qdē eiusmodi quiddā cuiusmodi olet animalis os. Ceterū ⁊ dissolutū est ⁊ liquatū: ⁊ carniū animalis admiscuit sibi qualitates. Licet aūt contēpleris q̄ magna fit in ore ciborū alteratio: si mansum triticū crudis furūculis applicaueris. Cernes nāq̄ id ocyssime hos mutare: ⁊ concoquere: cū tamē si aque admisceatur: neq̄at tale quicq̄ efficere. Nec est quod id mirere. Nā pituita hec que ī ore habetur: ⁊ lichenū remediū est: ⁊ scorpios statim necat: preterea multas ex ijs que venenū mittunt bestias: partim protin⁹ perimit: partim spacio: omnes certe insigniter ledit. Sed qui mansi sunt cibi: primū quidē hac pituita inbuūtur: ⁊ cū ea miscentur: deinde carnē quoq̄ oris omnes contrectarunt. Itaq̄ maiorē mutationē sunt cōsecuti: q̄ ij qui in vacuis dētiū interuallis fuere impacti. Uerū quantū ij qui mansi sunt: ijs q̄ inheserūt: magis sunt alterati: tāto etiā his magis: ij qui deuorati sunt. Siquidē incōparabilis erit horū alterationis excessus: si ⁊ que in ventre est pituita: ⁊ bilis: ⁊ spiritus: ⁊ calor: ⁊ tota ventris substātia estiment. Qd̄ si viscera quoq̄ que illi adiacēt: tanq̄ magno lebeti plures ignis foci: pariter estimata sint: a dextris quidē iecur: a sinistris lien: superne cor: ⁊ transuersū septū ⁊ eleuatū: ⁊ assidue motū: his etiā amplius omentū quod predicta tegit: ingentem quandam ciborum: qui in ventriculum sunt deuorati: alterationem fieri credas. Quo autem pacto mutari facile in sanguinem possent: nisi tali essent mutatione preparati? Monstratum namq̄ supra est. nihil in contrariam qualitatem totum simul migrare Ergo quomodo fiet sanguis ex pane? quomodo ex beta faba ve: aut reliquis id genus: nisi hec alteram prius mutationem sint adepta? Iam quomodo in tenuibus intestinis: confestim creabitur stercus? Quid enim queso in his efficatius ad alterationem dicas: ijs que sunt circa ventrem? Num tunicarum: numerum: an circumpositorum viscerum vicinitatem: an more spacium: an innatum quendam in instrumentis calorem? Atqui nullo horum superant intestina ventrem. Cur igitur vbi panis tota sepe nocte moratus est in ventre: etiam seruati, eum volunt: ac pristinas suas qualitates tueri: vbi semel intestinis incidit: statim effici stercus? Quippe si tantum tempus ad alterandum satis non est: certe breue satis non est. Sin breue ad alterandum est satis quō non magis sufficiat tempus longum? An igitur alteratur quidē alimentum in ventre: ceterum diuersa alteratione: ⁊ non tali qualem ex mutantis instrumēti habet natura? An hac quidē est alteratū: nō

Quid nutrimē tū a medicamē to venenoso differat.

Pituita ī ore qd̄ possit.

tamē ea q̄ est corpori aīalis ꝓpria? Hoc lōge ꝑfecto
min⁹ fieri quouis pacto potest: qn̄ nō aliud erat con
coctio: quā alteratio in propriā eius qđ nutritur qua
litatē. Si igiť cōcoctio, hoc est: etiā nutrimētū in vētre
suscipē q̄litatē q̄ sit aīali qđ ex ipso nutriēdū est: cōue

Aduersus Asclepiadē de cibozū cōcoctozū q̄litate.

niēs: ex eo iā demōstratū ē. s. qđ i vētre ꝯcoqť. Estq̄
ridicul⁹ sāe Ascle. cū dicit: nec i ructib⁹ nec ivomitiōi
b⁹ nec dissectiōib⁹: cōcoctoꝝ ciboꝝ q̄litatē vnquā ap
parere. Siq̄dē hoc ipsum: qđ corpis vētriculi odo
rē referūt: ex ipsa prouenit cōcoctione. Hic ℣o adeo ē
rudis: vt cū veteres dicere audiat: cibos in ventre ad
salubritatē cōuerti: nō eā q̄ virib⁹ specteť: sed eā q̄ gu
stui ꝑbeť: q̄rendā putet. Tanq̄ vel pomo: magis po
mo (ita em̄ disputandū cū hoc est) in ventre reddito
vł melle magis melle. Porro multo magis rudis: ma
gisq̄ ridicul⁹ est Erasistrat⁹: aut nō intelligēs quēad

Concoctio elixationi similis.

modū a veterib⁹ dictū sit cōcoctionē esse elixationi si
milē: aut sponte seipsum fallens. Atq̄ elixationi qui
dē q̄ tā leuē habeat colorē: cōcoctionē assimilari pos
se negat verisimile esse: tanq̄ aut etna subijciēda vē
tri sit: aut alias alterari ab eo cibi nō possint: aut pos
sint quidē alterari nō tamē per insitū illi calorē: qui
hūid⁹ sit eoq̄ elixare nō torrere dicatur. Debebat au
tem si quidē cōtra dereb⁹ disceptare voluit: maxime
quidē ac primū illud docere: nec mutare prorsus nec
alterare in qualitate ventrē cibos. Scđo loco: si id cō
firmare nō potuisse: alterationē eorū in ventre: aīali
esse inutilē si nec id calūniari licuisset: opinionē que
de actiuis habeť principijs refellere: mōstrareq̄ nō
prouenire in particulis actionē ex certa calidi: frigi
di: humidi: sicciq̄ tēperatura: sed alio quopiā. Qđ si
nec id calūniari esset ausus: saltē illud docere non esse
calidū in ijs que nature administratione regūtur: ce
teris efficaci⁹. Vel si nec id: nec ceterozū q̄ dicta sunt
quicq̄ demōstrare potuisset: mime nugari: frustra de
nomine cōtendēdo: tanq̄ Aristoteles tū in alijs non
paucis: tū in quarto meteorogicō: quēadmodū cōco
ctio elixationi sit similis: quodq̄ nec primū: nec pro
prie sic nominetur: nō clare prodiderit. Verū sicuti iā
dictū est: vnū oim horū principium est: de calido: fri
gido humido: ⁊ sicco consyderationē iniuisse: sicut in
secundo de generatione ⁊ interitione Aristoteles fe
cit: omnes que in corpore sunt mutationes: alteratio
nesq̄ ab ijs proficisci demonstrans. Ceterum Erasi
stratus neq̄ ijs: neq̄ alio vllo ex iā dictis refutato ad
nomen elixationis tātummodo se conuertit. Atq̄ de
concoquendo quidem tametsi cetera omnia pretermi
sit: illud saltē demonstrare conatus est: differre ab ex
trema elixatione: eā que in animalib⁹ est cōcoctionez
De deglutiēdo vero: ne tantum quidem egit. Quid.
enim ait? Tractio quidez ventris: nulla esse videtur.

Vētris due tunice.

Atqui verter duas habet tunicas: que omnino alicu
ius gratia sunt condite: pertinentq̄ he etiam vsq̄ ad
ipsum os. Que interior est: qualis in ipso est vētre: ta
lis persistens. Altera ad carnosiorē speciē in gula con
uersa. Ac quod contrarias inter se fibrarum disposi
tiones he tunice habeant: ipsa rei euidentia testatur.
Cuius autem causa tales sunt condite: Erasistratus
certe ne vel conatus est dicere. Nos vero nunc dice
mus Que interna est: in directum porrectas habet fi

Interna tunica. Externa.

bras: vt que trahendi causa sit instituta: externa trāsuersas: quo circulo contrahant. Quippe singulorum
que mouentur instrumentorū corpora: pro fibrarum
positura mot⁹ habēt. Primū aūt si placet: i musculis
ipsis sermonē examina. In quibus tū fibre ipse: tum
motus: propter notabilitatē euidentissime cernūtur.
A musculis ad naturalia instrumēta te cōferas licet.
omnino videbis ea per fibras moueri. Itaq̄ etiā sin
gulis intestinis circulares in vtraq̄ tunica fibre sūt.

Vētris fibre varie.

Cōtrahuntur em̄ dūtaxat: nec quicq̄ trahunt. At vē
ter alias fibrarū rectas habet: quib⁹ scilicet trahat:
alias trāsuersas quibus cōstringat. Tanq̄ em̄ in mu
sculis dum fibra queq̄ intēditur: atq̄ ad principiuz
retrahitur: motus eorum obitur: itidē in ventre: dum
trāsuerse fibre tenduntur: latitudinem contente inter
ipsas cauitatis: minorē fieri est necesse. Recte vero dū
trahūtur: ac in seipsas coguntur: fieri nequit: vt non
minuatur longitudo. At vero deglutiētibus nobis: li

Larinx quid.

quido cernitur larinx (ea est arterie que aspera dicit
pars summa) simul sublata: sursumq̄ intātū recurrēs:
quantū gula deorsum trahitur. Cumq̄ cōpleta iam
deglutiendi functione retēderit se gula: luculenter de
scendere cernitur summa arteria. Siquidem interna
arterie tunica: que rectas habet fibras: queq̄ tū gulā
intrinsecus vestit: tum os ipsum: ea sup internis sum
me arterie partib⁹ extenditur. Itaq̄ fieri nequit cuz
ipsa a vētriculo deorsum trahitur: vt nō simul ⁊ sum
ma arteria attrahatur. Quod aūt circulares fibre qui
bus circundantur: tum alie particule: tum vero vētri
culus: de longitudine nihil minuant: sed latitudinem
cōtrahant: atq̄ angustent: id quidē Erasistratū fate
ri inuenias. Quippe cibos toto cōcoctionis tempore
vndiq̄ constringere ventrē ait. At si vndiq̄ constrin
git: nec tamē quicq̄ de ventris lōgitudine aufert: non
est cōstrictiui motus propriū: vt gulā deorsuz trahat.
Quippe quod Erasistratus ipse dixit: id illi tantum
modo continget: vt dū superiores partes contrahun
tur: inferiores dilatentur. Id vero: q̄ si in demortui
quoq̄ gulam aquam infundas: fieri cernetur: nemo
ignorat. Transitū nāq̄ materie per angustū corpus
id accidens cōsequitur. Mirū em̄ sit: si trāseunte per
eā mole aliqua: nō cōtrahatur. Illud ergo qđ super
nis partibus cōtractis inferne dilatantur: commune
est tū mortuis corporibus: per que quoquomodo ali
quid transit: tū viuis: idq̄ siue cōstringantur ab ijs
ea que transeunt: siue trahantur. At breuiare longitu

Instrumētorū fibras oblōgas habentiū munus.

dinē instrumentorū: quibus recte sunt fibre: quo scili
cet aliquid attrahāt: propriū est mun⁹. Atqui demō
stratū est gulā attrahere: cū alias summā arteriā non
traheret. Patet igitur ventriculū per gulā cibos tra
here. Quinetiā in vomitione: eorū que vomūtur im
petus ille qui vsq̄ ad os fertur: omnino partes eas
gule que a subeuntibus dilatantur: hiātes hz partiū
vero que a fronte occurrunt: quācunq̄ apprehendit:
hāc hiare incipientē: que vero a tergo pars est: hanc
vtiq̄ cōtractā relinquit. Ita vt gule affectus: hacten⁹
omnino deglutiendū affectui similis sit. Ceteruz vbi
tractus nullus adest: lōgitudo tota in talib⁹ symptο
matis equa seruatur. Atq̄ idcirco deglutire facilius
est: q̄ vomere: quod scilicet deglutiatur ambabus vē
tris tunicis operantibus: interna quidē trahente: ex
terna se cōtrahēte: vnaq̄ trudēte. Vomatur aūt: alte
ra tm̄: que foris est agēte: nec vllo in os trahēte. Non
em̄ sicuti vētris appetētia deglutiēdos cibos prece

Vētris affectus inter se cōtrarij.

dit: sic in vomitionib⁹ appetit oris pars vlla excita
ti affectus quippiā. Sed sunt ambo ventris affectus
inter se cōtrarij. Alter appetētis ⁊ suspiciētis q̄ vtilia
sunt ac ꝓpria: alter abhorrētis ⁊ rejcientis: q̄ sunt
aliena.

aliena. Eoque deglutitio ipsa in ijs que couenictes ventri cibos immodice appetut: ocyssime fit: vetre scilicet eos trahete: ac deorsum vellente: priusq̃ sint mã si. In ijs vero qui vel medicamentũ aliqd coacti bibũt: vel cibũ aliquẽ medicameti loco sumũt: molesta diglutitio est: egreq̃ perficitur. Ergo ex iam dictis patet: internã gule tunicã: cui recte sunt fibre: quo ab ore in se attrahat: esse institutã: eoq̃ in deglutiẽdo tã tũ agere. Externam vero: cui trãsuerse sunt fibre: quo constringat ea que cõtinet: ac protrudat: talem esse factã. Eandẽ tamen nõ minus in vomẽdo q̃ deglutiẽdo operã suã nauãtẽ: clarissime subscribit ijs q̃ dicim⁹ 7 qd i biatulis: 7 q̃ grece vocant ϭυνοδου εγ accidit: vt quorũ venter interi in ore inueniatur. Veluti Aristoteles in libris de aialiũ historia pdidit, reddita et causa: pre gulositate id inquiens illis cõtingere. Ita em̃ scribit. In vehementiore appetentia: vẽter omnibus animalibus: sursum pcurrit: adeo vt nonulli: cũ primũ incipere eũ affectũ sentiũt: foras repere sibi vẽtrẽ dicãt. Alijs vo cibos quos adhuc mandunt: nec dũ satis eos ore cõfecerũt: eripit plane inuitis. Ergo in ijs animalib⁹ q̃ nã sũt gulosa: qbusq̃ oris laxitas est ampla: ac vẽtris situs ppinqu⁹: veluti in synodõte ac channa cernit: nihil miri est cũ in admodũ vehemẽti esurie: minorũ pisciũ aliquẽ psequunt: ac iã in co ppe sunt vt cõprehẽdãt: si auiditate perurgẽte vẽtes eoꝝ in os sursũ rapit. Fieri aũt id aliter prorsus neqt: nisi vẽter cibos p gulã veluti p manum ad se trahat. Sicuti ei 7 nos: p studio aliqñ nos totos vna cũ manu extẽdimus: quo promptius corp⁹ qd petimus apprehẽdamus: ita 7 vẽter: cũ gula veluti cũ manu: vna extẽdit. Proinde in qbus animalibus hec tria simul incidũt: vehemẽs nutrimẽti auiditas: gula parua: 7 oris laxitas ampla: in his paulũ extẽsionis momẽtũ: totũ vẽtrẽ sursum in os agit. Ac naturali qdem homini fortasse sufficeret: ex vna ipsa instrumentoꝝ cõpositione argumentũ actionis sumpsisse. Nã frustra pfecto nã: ex duabus tunicis: q̃ cõtrario modo inter se habẽt: gulã fecissent: nisi varia earũ vsa esset actione. Uerũ qm̃ oĩa citius quam nature opera dignoscere Erasistrati sectatores possunt: agedũ ex animalium dissectione doceamus eos vtrãq̃ tunicã predictis fungi actionibus. Ergo si accepto animali quopiã: corpora q̃ circa gulã eius sũt auferẽs: nullo eorũ q̃ istic habent: nec neruo: nec arteria: nec vena pcisa: velis a mẽto ad thoracẽ vsq̃: externã gule tunicã: cui trãsuerse sũt fibre: recta sectione diuidere: mox cibũ animali obijcere: videbis id cibũ deglutire: tametsi cõstringẽdi vis illi sit ad empta Rursus si in altero animali vtrãq̃ tunicã trãsuersa incisione secueris id quoq̃ deglutiri videbis: nullã etiã opẽ ferẽte tunica interna. Ex quo manifeste patet: qd altera earũ deglutire l3. ceterũ deterius q̃ ambabus. Etem̃ preter alia: illud quoq̃ pspicere in, tam dicta dissectione l3: qd inter deglutiendũ: spiritu: qui vna cũ cibis deglutit: gula implet. Is autẽ: cõstringẽte se externa tunica: facile in vẽtrẽ cũ cibis cõpellitur. Tempore aũt quo in gula est: descẽdẽtibus cibis impedimẽto fit: tũ eã distẽdẽs: tũ eius actionẽ impediẽs. Sed nec horũ cuiusquã Erasistratius meminit: nec qd obliquus gule situs: eorũ dogma clare refellit: q̃ putant eaq̃ diglutiũtur a momẽto illo quo superne sunt impulsa: vsq̃ in vẽtrẽ pmoueri. Unũ mõ recte dixit: multa eorũ animaliũ qbus longũ collũ est

inclinato corpore deglutire. Quo scil3 sensibili effectu planũ est: demonstrare, eũ nõ vtiq̃ quemadmodũ deglutiam⁹: s3 queadmodũ nõ deglutiamus. Nã qd nõ ex solo eo qd superne incipit momento: plane ex hoc patet. an tñ vẽtre trahẽte: an gula ea ducẽte: id certe adhuc nõ patet. Uerũ nos oibus pcẽsitis rationibus: 7 q̃ ex instrumẽtorũ cõpositione suppeditãtur: 7 q̃ ex alijs symptomatis: queq̃ ante nudatam gulã: queq̃ post apparere pauloãte diximus: abũde indicauimus: trahẽdi gratia tunicã internã: trudẽdi externã esse cõditã. Ac ppositũ nobis erat: demõstrare in singulis instrumẽtis retẽtricẽ inesse vim: sicuti in superiore libro tractricẽ: atq̃ etiã alteratricẽ: Ipsa vero sermonis sequela ducti qtuor esse in vẽtre virtutes indicauimus. In deglutiendo tractricẽ: in concoquẽdo retẽtricẽ: in vomitione: 7 cõcoctorũ ciborum intenue intestinũ descẽsu: expultricẽ. Ipsam vero cõctionẽ: alterationẽ esse. Non est ergo qd splene etiã dubitemus: an is qd sibi cõuenit trahat: quod alienũ est secernat: quod attrahere per naturam potest: id alteret ac retineat. Sed nec de iocinore: vel vena: vel arterea: vel corde: vel ceterorũ vllo. Cũ quatuor has facultates omni particule: que nutriri debeat: demõstratũ sit necessarias, eẽ. Ideoq̃: eas ministras esse nutritionis diximus. Tanq̃ em̃ stercus hominũ est canibus suauissimũ: ita ioci noris excrementorũ: aliud lieni: aliud bilis vesice: aliud renibus est iucundũ. Dicereq̃ de eorũ generatione: post Hippocratẽ: Platonẽ: Aristotelem: Dioclem: Pragagorã: 7 Philotimũ etiã nolim. Neq̃ enim de potẽtijs ipsis dicerẽ: si quis priorum exacte de his disseruisset. S3 quoniã veteres quidẽ cũ de ijs multa cõmode disseruissent: disputationis robur minime ijs adhibuerunt: ne suspicati scilicet vllos fore adeo impudẽtes sophistas: qui rebus euidentibus cõtradicere conarent. Juniores vero: partim sophismatis: qbus victi erãt: fidem adhibuerunt: partim etiã sophismata refellere conati: lõge mihi abesse a veterũ viribus sunt visi: idcirco tñq̃ si quis illoꝝ superesset: is mihi cõtra eos q̃ artis pulcherrima subuertunt: disputaturus videtur: ipse quoq̃ sic libros cõscribere sum conatus. Qd aute m aut nihil: aut si quid effecero: omnino exiguũ id erit: haud ignoro. Multa nãq̃ inuenio antiquis ad vnguem demonstrata: que tñ hodie plerisq̃: nec pter ignorantiam intellecta sunt: nec propter secordiã intelligi tẽtata. Adde: qd nec si cui sunt cognita: huic ẽt iuste sunt examinata. Quisquis em̃ nosse quid supra vulgũ debebit: statim non natura modo: verũ etiam primis doctrinarum rudimentis: multũ ceteris prestet oportet. Idẽ vbi iã adoleuerit: veritatis insano quodã teneat amore: veluti afflatus. Tũ sine vlla di ei noctisq̃ ve intermissione properare ac cõtẽdere: eaq̃ a clarissimis veterũ tradita sunt discere: eademq̃ vbi didicerit iudicare: multoq̃ tẽpore explorare: ac cõsyderare: q̃ ijs que rebus sensui patentibus cõsentiant q̃ rursus ijsdem dissentiant: ac sic illa quidem suscipere: hec respuere. Atq̃ huic quidem: admodum vtiles fore libellos nostros spero. Erunt aũt huius generis omnino pauci. Reliquis: opus hoc perinde fore supfluũ: ac si quis asino fabulam narret. Absoluẽda igitur nobis: eorũ causa: qui veritatis sunt cupidi disputatio est: adijcientibus scilicet que in ea desyderãtur. Trahit nanq̃ vellitq̃ ad se venter cibos manifeste: his qui vehementer esuriunt: antequã sint in ore ad

Quatuor virtutes invẽtre.

Omnis particula quatuor predita ẽ facultatibus.

Curbos libros scripse rit.

Quid studioso faciẽdũ q̃ supra cõmunẽ sorte velit excellere.

Asino fabulam narrare

vnguī leuigati. Recusat aūt ac reijcit: ijs q̄ cibos fa
stidiūt: ac q̄ comesse sunt coacti. Ad eūdē modū cetero-
rū quoqȝ instrumētorū singula: q̄bas obtinēt facul-
tates: ⁊ q̄ cōuenies trahūt: ⁊ q̄ alienū repellūt. Proin
de: si qd̄ vel ex vna tūica instrumētū cōstat: veluti q̄be
vesice: vterꝰ ⁊ vena: vtrūqȝ fibrarū genꝰ obtinet: re-
ctarū ac trāsuersarū. Quin tertiū quoqȝ fibrarū ge-
nꝰ obliq̄rū est: minus; oīno q̄ duo p̄dicta genera nūe
rosum. Inuenit̄ id in his instrumētis: q̄ ex duabꝰ tu
nicis cōstāt: in altera sola: rectis scilicet ipsis fibris
immixtū. In his autem: que ex singulari cōstāt tuna
ca: vna cum alijs duobus generibus. Sane he maxi-
me auxilium prestant: retentricis facultatis actioni.
Postulat em̄ in hoc opere particula: super ea que cō
tinet stringi: ac circū ea tendi. Venter q̄dē toto cōco-
quēdi cibi: vterus toto gestādi foetus tempore. Ve-
ne quoqȝ tunica cū vnica sit: ex multifarijs fibris est
condita. Iā ex arterie tunicis ea que externa est: ex cir
cularibus: que interna est: ex rectis plurimis: paucis
autem cum his obliquis est conflata. Ita vene: quod
ad fibrarū sitū pertinet: vteris ac vesicis: quanquam
crassitudine deficiuntur: sunt similes: arterie vero: vē
tri. Sola instrumentorū omniū ex duabus tunicis:
atqȝ harū vtraqȝ ex transuersis cōstante fibris: facta
sunt intestina. Porro causam reddere: cur melius sit
reliquorū cuiqȝ: qualiter nunc cernitur: ita cōparatū
natura esse: intestinis autē ex duabus hisqȝ similibꝰ
tunicis cōfici: id vtiqȝ ad speculationē de vsu partiuȝ
spectat. Quo minus expectandū aliquid de talibus
hic est. Veluti nec propter quid: de tunicarum nume
ro cuiusqȝ instrumēti inter anatomicos parum cōue-
niat. De his em̄ abunde in ijs que de anatomicorū
dissonantia prodidimus: est dictū. Cur aūt instru-
mentum quodqȝ tale sit factum: in libris de vsu par
tiū dicetur. Hic neutrū horum statutū est exequi: sed
tantū naturales facultates quatuor esse in singulis
fuisse eñ sibi totã presentem febrẽ ex itinere. An nõ
recordaris: conuersus ad puerũ dicebat: qð fortiter
heri iter fecimus a Megaris Athenas? Talia dicẽs
⁊ silia faciẽs flux⁹ sanguinis per nares repente co/
pioso sibi facto: ⁊ post ipsum sudore: statim quidem
conualuit. Sz eorꝝ que añ sibi acciderũt nulli⁹ am/
pli⁹ recordabat̃. Utrũ igit̃ (hoc. n. est qð a principio
ꝓposuim⁹ ondere) surrexisse: ⁊ locutum fuisse: et al/
uũ exonerasse: ⁊ minxisse (hec eñ oĩa in oĩbus illis
dieb⁹ hõ faciebat) nõ sint de operib⁹: q̃ ex electione
fiũt: an id quidẽ absurdũ? Nã si hec non sunt ꝑz ele
ctionẽ: ne aliud quidẽ vllũ erit. Non aũt eorꝝ recor/
dabatur quemadmodũ ne hi quidẽ: qui sobrij facti
sunt: eorũ que in ebrietatibus acta sunt ampli⁹ me/
minerunt. Quid igitur mirũ ita se habere ⁊ in respi
ratione: vt fiat quidẽ ex electione? Sed quũ aliquan
do quidẽ diligenti⁹ adhibeant mentẽ: aliq̃n vero ne
gligentius segniusq̃. idcirco recordamur quidem
operationũ: quib⁹ mentẽ adhibuim⁹: obliuiscimur
aũt q̃ secus se habeant. Quã vero cui⁹ rei penit⁹ ob
liti fuerim⁹: hanc ne actã q̃dẽ aliq̃n esse putãs: cõse/
quẽs est: vt nec si cũ electione acta sit recordemur: qð
aũt totũ opus respirationis voluntate ⁊ sponte ab
aĩa fiat: declarauit seruus barbarus: q̃ cũ vehemẽti
ira ꝯcitat⁹ esset: maluit mori ꝓstrat⁹ sup terrã: respi

Totũ re spiratio nis op⁹ ab aĩa eẽ ꝑuuz barbarꝝ declarasse.

ratione retẽta longo quidẽ tp̃e immobilis erat: post
ea vero breui reuolut⁹: hoc pacto mortuus est. Qð si
possibile nõ esset vsq̃quaq̃ respirationẽ retinere: ne
idcirco q̃dẽ aliq̃s negaret: quin ipsa ꝑm electionem
fieret. Apparẽt eñ eorꝝ operũ q̃ motu volũtario fiũt
alia q̃dẽ absolute libera esse: alia vero affectib⁹ cor/
poris seruire. Priora itaq̃ ꝑpetuo absq̃ impedimẽ
to a nobis fiũt. Posteriora vͦ nõ perpetuo: sed in tẽ
pore quodã: ⁊ cũ certa mẽsura: nã ambulare ad ali/
quẽ ⁊ alloqui: ⁊ capere aliq̃d: ⁊ recipe: absolute libe/
ra sunt. egerere vͦ ⁊ mingere: corp̃is affectuũ sunt
remedia. Atq̃ nõnulli tacuerũt q̃dẽ ꝑ annũ ĩtegrum
⁊ plus tp̃is: quãdoquidẽ sic ꝯstituerũt? egestionem
vͦ vel vrinã retinere: nõ mõ annis: sz ne mẽsib⁹ q̃dẽ
q̃nĩmo nec dieb⁹ paucis nemo potuit. Adeo ei vrgẽt
ac sepi⁹ molestãt: vl̃ multitudĩe aggrauãtia: vl̃ acui
tate mordẽtia vt q̃dã ne ĩ locũ q̃dẽ ꝯsuetũ abire suffi
ciẽter valuerĩt sic̃ igit̃ ⁊ his est ⁊ respiratiõis opus:
multoq̃ magis vrget ac celeri⁹ necessitatẽ hz. Eteñ
piculũ ẽ ne moriat̃: nisi respirauerit: atq̃ extreme mo
lestũ suffocari. nihil igit̃ mirũ si penit⁹ retinere ipsaz
arduũ sit. neq̃ eñ oẽs ad moriendũ prõpti sunt: ⁊ si
infinitis malis opprimãt̃: neq̃ si ad id impetũ fece
rint pre nimio dolore egredi volũt. Ne igit̃ quispiã
eo ꝙ tacere q̃dẽ nos eligẽtes vsq̃quaq̃ possum⁹: re/
spirationẽ vͦ impossibile est retinere: idcirco electio/
nis quidẽ op⁹ esse vocẽ: absq̃ vͦ electiõe: ⁊ naturale
quid respirationẽ existimet. Id igit̃ mihi videor cla
re demõstratũ fuisse. Qð aũt reliquũ est: toti sermoni
de medijs figuris: deinceps addere equũ est: vt eñ in
manib⁹ qð appellat̃ angulare: cũ mediũ exacte sum
me extẽsionis: ⁊ flectionis sit: nullo penitus dolore
afficitur: sic videri posset ⁊ in cruribus se habere: nõ
tamẽ ita est: sed q̃ in his dolore caret: cõsistit iter me
diã figurã: ⁊ extẽsionẽ extremã. Causa aũt cõsuetudo
est plurimũ eñ extẽsis crurib⁹ vtimur: hui⁹ eñ gra
tia facta sunt: vt totũ corp⁹ ab his sustineret̃: stanti
bus ⁊ ambulãtib⁹ nobis: ⁊ pri⁹ etiã quã operemur
per ea in fascijs extẽsa formata sunt. Ideoq̃ ⁊ ĩ som
nis: ⁊ alioqui discũbẽtib⁹ extẽsa magis quam flexa
sunt: sed multo magis laboramus in extremis flexio
nibus: quam extẽsionib⁹: Maiori aũt ex parte ne de
ducere oĩno ad extremã flexionẽ crus possum⁹: nisi
manib⁹ cooperati fuerim⁹: sed veluti claudũ pre in
suetudine ad hanc operationẽ habem⁹: solisq̃ salta
toribus ⁊ luctatorib⁹ facile flectit̃: quibus vel solis
perfecte flecti solitũ est. tãtum igit̃ medie figure ad
extẽsionẽ ꝓgressum est qð perfecte caret dolore: quã
tum a diuturna cõsuetudine mẽbrorꝝ flexum est: hec
igit̃ duo cõsiderãs in oĩbus articulis: naturam vide
licet ⁊ cõsuetudinẽ: sic adinuenies mediũ ⁊ dolore ca
rens. Videt̃ aũt in idem cõuenire: vbiq̃ cõsuetudo
quidem cum natura. Unde pulchre dictum est: ꝙ cõ
suetudo est natura accessoria. Figura vero dolore ca
rens cum medio: etenim in cruribus idem est quod
est sine dolore ⁊ medium. Si quidem medium mo/
tuum: qui insunt membris: neq̃ perfecte extensionis
⁊ flectionis medium feceris: inuenies enim quan/
tum deficimus a flexione extrema: tantum discedere
figuram dolore carentem ad extensionem. In vni/
uersum igitur in omnibus articulis: extremos mo/
tus considerans: adinuenies mediam et figuram
absq̃ dolore: vt enim in articulo iuxta gibberũ: qui
vocatur angularis: in articulo vero iuxta genu: qð

Duplex operum mot⁹ voluntarij natura.

Crura magis extensa q̃ flexa nobis esse.

Consuetudinis nature q̃ cõuenientia.

propiꝰ est extēsioni:sic in spina qḋ ꝓpiꝰ est flectio/
ni. In articulo vero iuxta brachiale qḋ exquisite re
ctū est.spinā eñ plus curuā aut flexā facere possu/
mus.Brachiale aūt reflectimꝰ:⁊ flectimus eque ad

Grecū exēplar aldi:hāc sniaꝫ nō habet.

vtrāqꝫ partē recti.Kerta igiꝫ rōne ꝙ quidem exacte
rectū mediū exacte existēs extremorū motuū : absqꝫ
vllo dolore penitꝰ est.Sed spine haud mediū est re/
ctum:sed nōnihil curuū. Plus eñ habet motus ad
hoc:quapropter recti magis laboramus particulis
iuxta spinam quā sedētes aut iacētes:opus est enim
stantibus quidē tēsum esse:iacētibus vero atqꝫ sedē
tibus nihil ꝓhibet curuatā esse.Hec in oībus articu
lis diligēter cōsiderās:inuenies oēm rōnem sibiipsi
cōsentaneā.Etenī ꝗcūqꝫ musculi sine articulis sunt:
etiā in his media cōstitutio absqꝫ dolore est:sicuti in
sede se hꝫ:⁊ vesica:⁊ lingua.Nā ⁊ ad extremū stringe
re sedē:⁊ ad maximū dilatare:dolorē inducūt.Item
extēdere quā longissime linguā:vel flectere:vel quo/
modocūqꝫ aliter absqꝫ mensura circūducere : haud
absqꝫ dolore fiunt.Facillimū igiꝫ ⁊ his adinuenire
mediū excessuū:qḋ etiā sine dolore sit. Atqꝫ oēs ho/
mines quo tpe cessant ab operationibꝰ vite necessa
riis:mediā figurā ⁊ dolore carētē in oībus particu/
lis habēt.adeo a iusta ⁊ equa natura coacti:vt Hip

Hippo.

poc.ait:in lingua quidē ſm cōiugationē oēs muscu

Un̄ va/riꝫ motꝰ lingue.

li orti sunt superiꝰ:⁊ īferiꝰ:⁊ a dextris atqꝫ sinistris.
Quare nihil mirū si in cōtrarios motꝰ particula de
ducaꝫ a musculis cōtrapositis.in musculo ꝟo iuxta

De mu/sculo se/dis:vesi ce:⁊ pre cordioꝝ qui cir/culares. sunt.

sedem:⁊ eo ꝗ iuxta vesicā est : ⁊ qui in precordiis est
(vnus eñ est in singulis his circularis nullo cōtra
posito musculo)vn̄ in cōtrarios deduci motus has
particulas nō eque facile est:nec ꝟo in prōptu patet
sed sic cogita.musculi quidē ſm vesicā:⁊ sedē:officiū
est:nō excernere sup̄flua alimēti : sed retinere . Qua
in re multi in hocipso statim errauerūt : putātes ex/
cernendi causa superflua musculos hos factos esse:
quippe qui nō potuerūt aīaduertere : ꝙ dissolutis
ipsis excernunꝫ quidē:verū inuite.quinetiā ꝓpter
malā chirurgiā exciso sepius vltra moduꝫ musculo:
iuxta sedem inuolūtarie effluit hac stercus:vtpote:
meo quidē iudicio:iustrumētis ꝗ effluere prohibēt
nō manentibus:nō igiꝫ simpliciter:neqꝫ principa/
liter musculus hic excretionis instr̄m est:sed ne id ac
cidat aīali qḋ cū excisus fuerit:⁊ dissolutus sit cōti/
nue hūc musculū custodē importuni exitꝰ excremen
torū natura prefecit : quāobrē nō modo nō operaꝫ
ipse ad excretionē:sed ne permitti quidē operātibꝰ

Dupli/cia esse excretio nis in/strumen ta.

que igiꝫ sunt huiꝰ opationis instr̄a:plura ꝗdē pti
culariter:sꝫ duplicia gn̄c:coꝝ eñ partim aīe : ptim
nature sunt.atqꝫ aīe ꝗdē instr̄a motu volūtario sem
per operāꝫ. Instr̄a ꝟo nature sine motu volūtario.
Precordia igiꝫ ⁊ oēs musculi iuxta imū vētrē instr̄a
aīe sunt.Intestinoꝝ aūt oīm structura vna cum aluo
nature sunt.Uerū de opatione hoꝝ alibi dictuꝫ est.

Intesti/norū et alui ope ra eē na turalia.

De musculis aūt nūc dicemꝰ:qm̄ p̄ns sermo istoruꝫ
motꝰ enarratio est.Musculi itaqꝫ oēs iuxta inferio
rē vētrē cū opantes tēdunꝫ:ꝓmunt intus nature in
strumēta:ꝗ siquidē p̄cordia cedāt in illoꝝ locū rece/
dētia:musculoꝝ violētiā exoluūt.si aūt resistāt:tunc
ceu a duobꝰ manibꝰ oppressa extrinsecꝰ a musculis:
intrinsecꝰ a p̄cordiis exprimūt ea ꝗ ꝯtinenꝫ in caui
tatibꝰ ipsoꝝ.Ad hoc aūt adiuuat multū obliquitas
precordioꝝ:ꝗ alterū ꝗdē terminoꝝ hn̄t ante positū
iuxta cartilaginē ꝗ in pectoro est:alterū ꝟo post lum
bum iuxta spinā. Qḋ igiꝫ excremēta intestinoꝝ ex/
primanꝫ a musculis:vcꝫ extrinsecus ꝗdē ab his qui
in vētre sunt:intrinsecꝰ ꝟo a p̄cordiis : qḋ aūt infe/
rius descēdat qḋ ꝓmiꝫ:obliq̄tas septi trāsuersi cau/
sa est:tunc ꝟo musculus iuxta sedē ociosus est:cūqꝫ
plures sint musculi iuxta aluū:⁊ oēs tēdāꝫ in egerē
do:magis ꝗdē ꝗ in hypocūdriis sunt:minus ꝟo qui
inferiꝰ tendunꝫ.Cōtrario ꝗdē modo quā in minctio
nibus se habēt.magis eñ in illis ꝗ inferiꝰ:minꝰ ꝟo
in hypocūdriis operanꝫ.Simul aūt cū ambobꝰ ex/
tendunꝫ musculi ꝗ iuxta respirationes:nō ꝗdem vt
minctionis aut excretiōis instr̄a . Id eñ extreme ir/
rationabile est:sꝫ q2 p̄cordioꝝ tēsionē : equalem esse
oportebat tēsioni musculoꝝ in alueo:erat aūt impos
sibile cū ipa vnꝰ musculus sunt cū multis ⁊ magnis
certare:periculūqꝫ ī hoc ne victa in latū spaciū tho/
racis euerterēꝫ.Idcirco musculi ꝗ sunt iuxta costas
simul tēdūtur vndiqꝫ eū stringētes. Laxus eñ exi/
stens thorax prōpte cedit p̄cordiis cū impellunꝫ vt
licet cognoscere:tēdētes ꝗdē musculos iuxta aluum:
⁊ maxime ipsoꝝ inferiores exoluentes aūt a vigore
oēs eos ꝗ iuxta ip̄m sunt. Tota eñ aluus ferme in
hmōi ꝯstitutionibꝰ ad latū thoracis spaciū pelliꝫ
vna cū ipsis precordiis. Ne igiꝫ hoc fieret:⁊ opatio
egerendi destruereꝫ totꝰ thorax vndiqꝫ valide strin/
gitur. Atqꝫ ex oībꝰ iā dictis claꝝ fit qḋ musculi efflu
xibus excremētoꝝ assistētes ꝓhibere quidem ipsos
suapte natura existūt:⁊ id officiū ipsoꝝ ꝓpriū.excer
nere aūt nequeunt:preterꝗ̄ ſm accidēs:cū opari de
fierunt:vt igiꝫ in aliis oībus particulis cōtrariorū
motuū cōtrarii ꝗdē musculi precedūt : sic se habent
etiam hic.Retētio eñ superfluorum:ex operatione
istoꝝ musculorū fit:excretio aūt:operatione eorum
qui in imo vētre sunt ⁊ diaphragmatis . Isti ꝗdem
se habēt ſm ꝓportionē musculis ꝗ cōtrapositi sunt
in aliis particulis:sed in diaphragmate nō licet sim
pliciter dicere musculos cōtrapositos:vt eñ instru/
mentū excernēdi superflua ⁊ cohibētes ipa primos
⁊ maxime ⁊ ſm aliū quēdā modū oppositionis eis
qui in imo vētre sunt habet:vt aūt respiratiuū quo/
dāmodo habet:⁊ quodāmodo nequaꝗ̄ habet.expi/
rationis eñ nullus musculus oīno est opifex:sed vi

Respi/ratiōis nullum muscu/lum esse opificeꝫ Efflatio nē : mu/sculos ꝗ p costas expādū/tur effi/cere. Efflatio cui con/traria sit

detur hoc opus thoracis esse:quin potiꝰ hec passio
decidētia a nobis antea nominata efflatio est spiri/
tus vniuersa:que extra ferꝫ ſm operationē musculo
rum factā:ꝗ in mediis costis existūt . efflationis eñ
musculi oēs ꝗ intus p costas expādūtur : opifices
sunt:⁊ hoc rursus opꝰ thoracis simile est decubitui
ꝗdē in toto corpore:depositioni ꝟo in singulis par
ticulis:cūqꝫ expirationi cōtraria sit inspiratio:effla/
tioni ꝟo vehemēs inspirationi(noīe eñ ꝓprio ca/
ret)priorē ꝗdē oppositionē precordia sola efficiunt
alteram vero mesopleurii:hoc est inter costas.insiti:
cum musculis ad thoracem peruenientibus ex sca/
pulis ⁊ collo.Indigent autem ipsa maxime quidem
tibicines:⁊ tubicines : ⁊ precones cum dicturi sint
qḋ nūcupatur poda:precipue ꝟo ⁊ qui vtres inflāt
vel aliquid aliud tale opus operantur:⁊ vt simplici
ter dicam:quicūqꝫ plurimum thoracem dilatare:ꝑ/
mutare:⁊ contrahere velint.Quare iustiꝰ vtiqꝫ quis
piam musculos extra thoracē:his qui in mesopleu/
riis sunt intus contra positos esse diceret : non pre/
cordiis.Siquidem maxima quidem inspiratio pro
pter exteriores : maxima vero expiratio fit propter

mesopleurios q̇ int⁹. Demõstrant̃ aũt ⁊ hoꝝ: ⁊ que deinceps dicẽda sunt de musculis ſm thoracẽ: partim in his libris in quibus de respirationis causis agit̃: partim in his qui de voce ⁊ q̇ de vsu tractant. Veꝝ quãtũ ad p̃ns attinet: ꝯtinuatio sermonis claudẽda ẽ: peculiare. n. qd̃dã diaphragmati p̃ter alios musculos accidit: tũ ex situ tũ etiã ex figura adiũcta cũ desierit op̱ari ⁊ fiat: laxi⁹ q̃nq̃ q̇dẽ versus spinã vergit curuũ: q̃nq̃ ṽo versus aluũ: multo tñ promptius versus spinã: estq̃ p̱ oẽs figuras hoĩs vna excepta p̱rona superi⁹ quidẽ diaphragma: inferi⁹ ṽo operat̃ spinã. Quare rõnabiliter ad hec verget: ⁊ q꞉ grauat̃ quidẽ ab his q̇ in anteriori parte sup̱iacent ex posterioribus vero partib⁹ mollissimum ⁊ leuissimũ oĩm visceꝝ h̃nt pulmonẽ: verũtñ curuũ ipsi⁹ aliq̃n excidit in anteriores partes: tũ ſm figurã pronã tũ cũ operent̃ quidẽ musculi ſm costas: vacẽt autẽ op̱e q̇ iuxta aluũ existũt. Atq̃ manifestũ est qd̃ tunc eleuari vẽtrẽ contingit: cui rei studẽt crebro q̇ corp̱a exercent post labores: sed si vt musculi ſm costas: sic op̱ati fuerit: ⁊ q̇ iuxta aluũ existũt: tale noĩant spũs catalepsim. i. occupationẽ. Necesse aũt est ĩ hoc claudi sup̱iorẽ terminũ gutturꝭ: si. n. ap̱iret̃ dũ p̃fati musculi operant̃ efflatio est: si vero vna cum ipsis ⁊ musculi q̇ in fauce ⁊ gutture sunt tẽti fuerint: nõ ampli⁹ efflatio tale est: sed iã vox gignit̃. Duplici igit̃ tẽsione exñte oĩb⁹ musculis: vna q̇dẽ cum operãtes in se ipsos ꝯcurrãt: altera ṽo cũ a cõtrapositis extẽdant̃ priorẽ q̇dẽ p̃cordia: ĩspirationib⁹ nõ violẽtis habẽt alterã vero cũ dupliciter fiat: queãdmodũ ⁊ antea dictũ ẽ: aliq̃n q̇dẽ musculis iuxta aluũ op̱antib⁹: aliq̃n ṽo solis etiã q̇ iuxta costas sunt. In expirationib⁹ aũt nõ violẽtis quas precipue expiratiões vocam⁹ seiũgẽtes eas ab efflationib⁹ neutrã ipsoꝝ h̃nt: ſ꞉ q̃ lẽ ceteris oĩb⁹ dixim⁹ fieri ꝯstõnẽ: q̃ in medio extremorũ motuũ ꝯsistit: talẽ duplicem p̃cordia tñ accipiũt: que versus q̇dẽ spinã in aliȷ̇s vergunt̃ figuris in ꝓnis aũt solis ṽsus aluũ: veꝝ musculis iuxta costas ⁊ aluũ curuis q̇dẽ esse ꝯtinue insitũ est: assimilatis subiectoꝝ istoꝝ figuris: ſ꞉ cũ ab op̱atiõe cessent satis hmõi sũt. operãtes ṽo porrigunt̃: minusq̃ curui fiũt: cũ cetere fere oẽs musculi: q̇cũq̃ aliq̇s particulas mouẽt: ꝯ̃rio mõ se habeãt. Nã op̱e vacãtes recti: operãtes ṽo curui fiũt. Cã ipsaꝝ d̃rie nõ ẽ ĩmanifesta. Qm̃ em̃ q̇busdã ipsoꝝ dura ⁊ renitens ſba ossiũ subĳcit̃. q̇busdã vero latũ qd̃dã spaciũ cedit: recta rõne musculi q̇dẽ oẽs qui in ossib⁹ orti sũt dũ ꝯ̃hunt̃: tñ in ꝓfundũ ⁊ latitudinẽ augescũt: q̃ꝑtũ de lõgitudine adimũt: ideoq̃ ꝓpẽsiorẽ tumorem oẽm corp̱is h̃nt: q̇buscũq̃ dũ tendunt̃ ṽsus principiũ: mollities sedis cedit: his abscõdit̃ maior p̱scorporis eoꝝ. nõ igit̃ miꝝ ẽ si oĩb⁹ fere musculis q̇ ĩ mẽbris sunt curuatis cũ op̱ent̃: soli q̇ iuxta thoracẽ et ĩmũ vẽtrẽ existũt porrigunt̃. soli eĩ subiecta spatia latã cadẽtia h̃nt q̇ppe aluo eo vsq̃ repleta: vt cũ dolore distẽdat̃ nõ ampli⁹ porrigunt̃: qd̃. n. aliȷ̇s p̱petuo ĩest: renitẽtia vẓ subiecte sedis: id cũ repleta ẽ alu⁹ accedit his: q̇ iuxta ĩmũ vẽtrẽ existũt: replet̃ vẓ ⁊ his q̇ supra modũ repleti sunt. ⁊ aquã ĩtercutẽ patiẽtib⁹ ⁊ q̇cũq̃ vteꝝ gerũt. q̇b⁹ ṽo aluus vacua est: his añq̃ operent̃ musculi curui sũt: eq̃ ac subiectis istis: ad illoꝝ. n. curuitates flectunt̃. Quũ ṽo op̱ant̃ porrigũtur: ꝑmũt ei facile subiectas ꝯcauitates: q̃re ⁊ musculi q̇ iuxta thoracẽ sũt ĩ regionib⁹ ĩter ossa orti: prius q̇dẽ q̃ op̱ent̃ figurã silẽm totis costis h̃nt. Curui q̇dẽ extrĩsec⁹: caui ṽo ĩtrĩsec⁹ exñtes. Cũ aũt op̱ent̃: ꝑmẽtes ꝑmũ q̇dẽ ⁊ maxĩe mẽbranã id ipsi subiectam ὑπεζωκότα nũcupatã: p̱ ipsam ṽo ⁊ pulmonẽ: mollẽ ⁊ laxũ exñtẽ: tñ ĩtro ꝓcedũt: q̃ꝑtũ ſbam subiectorum istoꝝ cedẽtẽ h̃nt: h̃ cũ vniuersum aliq̇s cognouerit de musculoꝝ motu oĩa q̃ particularia sunt adinuenire poterit.

Galeni Pergamẽsis de musculorum motu: Nicolao Leoniceno interprete: scd̃i ⁊ vltimi libri finis.

¶ Ornatissimo viro. D. Roberto Thyrselino: ĩ supremo parisiensi Senatu Consiliario prudentissimo simul ⁊ humanissimo Antonius Fortolus. S. D.

Cum multa sunt clarissime Thyrseline: ob que merito etati nostre gratulari ꝯueniat: in qua artes pene omnes ab interitu propemodũ reuocatas excoli felici⁹: exerceriq̃ contigerit: tũ nulla ꝓfecto res maiori laude hui⁹ seculi hoĩes cumulauit: q̃ medicina. Cũ em̃ ea vniuerso hoĩm gñi salutaris: vl̃ poti⁹ necessaria sit: minimũq̃ referat: vtrũ rẽ prim⁹ aliquã ĩuenias: an ĩuẽtã q̇dẽ tãdiu ſ꞉ obsoletã: ac fere extictã ꝑ m⁹ lõgo ĩteruallo restituas: atq̃ excites: tãto sane q̃ ex ceterꝭ a trsb⁹: maior ex restituta medicina laus sit opꝫ: q̃to illa ⁊ vtilior est q̃ cetere artes: ad tuẽdã hũanã vitã: ⁊ maior restituende difficultas: desperatioq̃ fuit. Nec vero ĩ ꝯtẽtionẽ hic venit: cui orbis parti plurimũ ex pulcherrima hac re laudis debeat̃. Eã certe laudẽ vt cisalpine gẽtes cũ Italia cõem h̃rem⁹: Ruellĳ: copi. Linacriq̃ viroꝝ doctissimoꝝ opera factũ est. Hoc autem affirmare verissime posse mihi videor: ĩ nulla vsq̃ academia: ita verã vigere medicinã: atq̃ ĩ Parisiẽsi: a q̃ lõge nũc exulãt sophistice ac barbaries: q̃ due pestes: sicut in alias oẽs egregias disciplinas irruperãt: ita ĩ medicinã p̱dite seuierãt: apd̃ sup̱iorꝭ etatꝭ hoĩes. His ego aĩat⁹ cũ statuerim: q̇cq̇d hac arte possim ad publicã ꝯferre vtilitatẽ: initiũ audẽdi ab ĩterp̃tatiõe mihi faciẽdũ duxi. Delegi ãt ex Gal̃. li. ꝑmultis h̃ duo potissimũ ad anatomicẽ p̱tinẽtia opuscula: q̇b⁹ e greco ĩ Latinũ ṽtendis p̱iculũ facerẽ: q̇d p̃stare h̃ ĩ gñe possem. Quãtũ itaq̃ ꝯsecut⁹ sim: alioꝝ erit iudiciũ. Si qd̃ volebã minĩe effeci: gñosis conatib⁹ veniã dabãt: q̇ eq̇ore aĩo ad h̃ iudicãda estimãdaq̃ accesserit. Id q̇dẽ certe assecutum me eẽ ꝯfido: vt fidelis p̱spicuisq̃ ĩterp̃s essem. Elegãtiã libẽter iȷ̇s reliq̇: quos ei⁹ rei p̃cipue studiũ teneret. Quãq̃ ne id q̇dẽ q̃tũ ex ꝑma illa ĩstone puerili p̃stare potui: a me neglectũ eẽ calũniari q̇s possit. Hos igr̃ ꝑmos laboꝝ: ac studioꝝ meorũ fruct⁹ tibi Thyrseline dedicaui: quẽ scirẽ ⁊ ipꝫ eẽ doctissimũ: ⁊ studiosorum hoĩꝫ egregiũ p̃tonũ. Nec q̇cq̃ ṽit⁹ sũ: ne ieptũ me q̇s iudicaret: qd̃ Senatori p̃stãtissimo ⁊ grauissimis in reb⁹ maxĩe occupato ꝯmẽtariũ de venis arterĳs ⁊ neruis afferrẽ: rẽ. s. nec ꝓfessiõi tue ꝯueniẽtẽ: nec satꝭ dignã amplitudĩe tua. Cui. n. dare obsecro poti⁹ debui: q̃ ei q̇ ⁊ ĩ oĩ gñe doctrine excelleret. ⁊ ea p̃dit⁹ eẽt hũanitate: vt nihil qd̃ mõ ad literas p̱tineret: nõ sua dignũ authoritate iudicatur⁹ eẽt? Abs te itaq̃ clarissime Thyrseline peto: vt si paꝝ hac ĩ re habitã tui rõnẽ arbitraberꝭ: nõ tã temeritate ĩpudẽtiaq̃ fcm̃ putes: q̃ sũma erga nobilitatẽ tuã obſuãtia. q̃ me sane ꝯmouit: vt oẽ qd̃ mihi ĩdustria mea p̱eret tibi offerrẽ. Uale.

¶ Galeni Pergameni dissectionis venarū arteriarū
ꝗ cōmētariū Antonio Fortolo Ioseriēsi interprete.

Commentarium de
venarū ⁊ arteriarū dissectione charissi
me Antisthenes: quo a me donari vo/
luisti ad memoriā cōfirmādā eorū: que
ipse in simie corpe spectasses: hoc ope
cōfeci. Exacta aūt ⁊ cumulata nō horū mō: sꝫ oīum
reliquarū partiū narratio libris ꝯtinet: quos de ad
ministrāda corporū dissectione inscripsimꝰ. Nūc ita
ꝗ quo facilior euadat cōmētatio: cogitatione volo cō
plectaris arboris quēdā trūcū: parte quidē inferio
re in multas findi radices: superiore in numerosam
sobolē diffundi. Hanc eñ docēdi gratia similitudi
nē: nō vnus tm̄ secutꝰ est Hippo. sed quicūqꝫ tēpore
posteriores. Anatomici fama celebres extiterūt. Igi
tur que in ventrē intestinaqꝫ deferunt vene: ꝓportio
ne radicibꝰ respondēt. Ea vero quā tū iecorariā: tū
cauā appellant: quidā veluti truncꝰ est oīm que toto
corpore spargunt venarū. Eadē rōne arterie: quarꝫ
origo oīm est a corde que ex illis sparsa ramorū se/
rie pulmones petūt: radicū imaginē ostendūt. Quā
aūt Aristoteles aortā: alij arteriā magnā vocant: ea
etiā caudicis in arbore ꝓportionē subit. Principio
igit septē venarū te cōmonere volo: que ad ventrem
pertinētes: vno ex principio prodeūt: ea nimirū ieco
ris parte: quā portas vocāt. Hinc eñ orta magna ve
na: fert obliqua deorsum: alias obiter aīantis par/
tes perreptans fere circa mediū eius intestini: quod
Herophiꝰ τὴν δωδεκαδάκτυλον ἔκφυσιν appel
lat. quasi tu dicas productionē intestini lōgitur se
duodenū digitorū. Ita eñ illi appellatur principiū
intestini: priꝰ ꝙ in anfractus: orbesqꝫ cōuoluat. Sa
ne eo primū breuē quandā venā mittit. que in non/
nullis sola apparet: plurimū aūt alijs comitata ca/
pillorū mō pretenuibus: que tū ἔκφυσιν ad id qđ
a carne pancreon: vel calicreon vocant. Id autē caro
glandulosa est substrata arterijs: venisqꝫ que ea par
te in ramos findunt. Tū alia etiā ad pyloron assur/
gens parua vena: totiqꝫ ⁊ circa ipsum ⁊ ante est: ven
triculi parti distribuit. Rami aūt insigni amplitu/
dine ab ea que ad portas existit procurrūt: primus
quidē ad concauū ventris: alter ad lienē: q in aliqui
bus simijs promitur quidē initio tm̄ vnicus: sꝫ sta/
tim ab exortu bifariā scindit ⁊ parte quidē vna ven
trē altera lienē adit. Atqꝫ cū due sunt vene: ipse etiā
exoriētes mutuo se ꝯtingūt. Que igit ad concauū vē
triculi tendit: propius pyloron nascitur. Is aūt ꝑs
ima ventriculi est: que ad dextrā prope iecur sitū hꝫ
Nam in his animantibus oblique satis positus vē
ter est. Sed eñ ad ipsum ventriculi concauum: non
equaliter ramos mittit vena hec. Quandoquidem
id omne ventriculi: quod ad sinistraꝫ est: vsqꝫ ad gu
le exortum: alie amplectunt vene ex alia ducte: q̄ ad
lienē porrigit. Hec ei parua satis exñs: dū ad lienē
tendit: multas obiter pilorū modo graciles venas: i
pancreon edit: quūqꝫ iā prope lienē peruenerit: no/
tabili magnitudine ramum ad concauum ventris
mittit. Que porro ipsius pars lienem adit: circa eiꝰ
maxime medium sedem habet. Deinde inibi in ra/
mos scissa toto viscere: qua est concauum elatior ex/
panditur: multis in ipsum veluti radicibus insitis.

Nec vero hic tota in ramos exhauritur: sed medio
cri magnitudine ipsius extrema sunt vtraqꝫ. Eoruꝫ
itaqꝫ alterū a capite ad gibba vētriculi subit: alterū
ex imo ad omenti partem sinisteriorem. ⁊ hec quidē
fere ita habent. Nonnunqꝫ vero: quanqꝫ id rarius
prius ꝙ ad splenis caput pertingat: magna vena
ad ventris gibba attollitur: ramos ex se: tum ad re/
liquum splenem: tum vero ad concaua ventris: vsqꝫ
ad ipsius os emittens. Tertia ab eis quas memora
uimus ex magna vena nascitur: eodem quo illa mo/
do ad partem sinistram extremum magnorum inte/
stinorum mesenterium ad sedem vsqꝫ complexa.
Eodēqꝫ modo non ita multo postqꝫ hec orta est: alia
quedam a dextris partibus ex eadem magna vena
propter pyloron nata ad gibba ventriculi effertur.
A qua subeūte propagines ad omenti ipsius dexte
riorem partem existunt positum: ꝙ maxime fieri po/
test ei contrarium habentes: quam modo ad omētū
ipsum de lienis infima parte ferri diximus. Quin/
etiam post hanc: alia quoqꝫ ex vena magna oritur
ipsius latere dextro: que coli idest crassioris intestini
mesenterium inibi positum: numerosiore venularum
propagine adit. Iam totum quod reliquum est ex ve
na: quam a porta oriri diximus ad spatium perue/
nit: quod inter duo iaꝫ dicta mesenteria iacet. Id au
tem plurimas sane venas habet: ⁊ in ieiunuꝫ primū
deinde in omne deinceps tenue intestnū fissura mul
tiplici diuiditur. Postrema vero eius pars: tum ce/
cum intestinum complectitur.: tum quandā coli par
tem: qua ipsum ceco adnectitur. Ad hunc sane mo/
dum vene illius que a portis prodit: in itestina: sple
nē: ⁊ vētriculum digestio perficitur. Quinetiaꝫ oēs
omento intexte vene: ab eisdem ipsis venis propa/
gantur. Ille quidem que tum in dextris: tum in sini
stris sunt partibus: sicut paulo ante ostendimus.
Que autem anteriorem mediāqꝫ eius regionem ob/
tinent ex illis oriuntur: que gibbam ventriculi par/
tem perreptant. Postremo que in membrana omen/
to subdita sunt venule: que exigue omnino sunt: ab
ijs ortum habent: quas sub concaua parte ventricu
li porrigi diximus. Iam illud meminisse te volo: ve/
narum ventriculi gibbum complectentium: que vt
modo dixi due sunt: extreme sese mutuo contingere:
⁊ illarum vtrāqꝫ quibusdam subnixam ceu fulcris:
elatiorem per ventriculi gibbum circumire. Dissimi
li plane ab ijs modo se habent concaue partis vene
ee siquidem contra ventriculum exorte: corpori ipsiꝰ
adnectuntur atqꝫ insident. At vero lienis vena simi
liter vt gibbe ventriculi partis vene: membranis ful
ta: concauum omne peruadit. Sunt autem ⁊ alie ve
ne in tenuiorum intestinoruꝫ medio mesenterio: que
ad glandia quedam: ea regione posita pertinent.
Quinetiā ab eadem magna vena: que ad portas est
iecoris: cuius soboles sunt omnes modo memorate/
alie quoqꝫ quedam producuntur: iocinoris fibris
numero pares in singulas enim singule diuiduntur
Itaqꝫ per venas: que tum ad ventriculum: tum ad
intestina descendunt: ad has ipsas portas cibus
ascendit: eoqꝫ mihi locum ita videntur antiqui no/
minasse. Hinc vero per venas ad ipsius fibras per/
tinentes in totum iecur permanat. Inde que rursuꝫ
in alias assumitur venas: per gibbam quidē partem
dispersas: ceterum a maxima alia vena ortas: quam
ob idipsum cauam nominant. Ab ea etiā alie pro/

pagantur: que in omnes corporis partes sanguinem riuant. A iecore enim vtrinque prolapsa: sursum quidem per septum transuersum ad cor attollitur: deorsum vero in spinam dorsi contorquetur: atque inibi super magnam defertur arteriam: que a corde paulo altius quam est septum transuersum progignitur. Iam vero vene ab ea que sursum tendit oriuntur iste: primum ad ipsa precordia coniugatio ramorum: deinde capillorum modo tenues permulte tum in thoracem intercipientes membranas: mox in eam tunicam quam scite: quod sit cordis inuolucrum: pericardion Greci nominant. Post illas alia mediocri magnitudine in dextram cordis aurem fertur. ab aure mox in sinum eius dextrum: eundemque magnum. atque inde alia arterijs similem tunicam nacta in pulmones. Quinetiam alia quedam perquam exigua: per exteriorem cordis superficiem: in totum eius visceris corpus spargitur. Eodemque modo in plurimis animantium ad thoracis sinistras partes profecta vena: quintam dorsi vertebram ascendit. At in simijs paulo supra aurem cordis in dextris partibus sita est hec vena: per spinam quidem sic delata: ceterum in omnes thoracis partes diffusa: preter prima duo: nonnunquam vero etiam tria costarum interualla. Cum enim cor ipsum preterijt vena caua ad iugulum festinans: eam venam obiter promit: cuius proxime mentionem fecimus: deinde alias quasdam filorum aranee modo pretenuas venulas: ad membranas mittit thoracem intersepientes: et quum ad id glandium: quem thymum nominant: prope iugulum peruenit: in duas diducitur partes. Atque ita in latus oblique vtraque pars inclinata: a media regione paululum diuertit. De quibus dum ad sibi vicinam queque clauiculam ascendunt: tum de alijs per anteriores thoracis partes procedentibus venis radices sparguntur. Preter has magnarum venarum multiplici se fissura scindentium coniugatio intercostalia superioris thoracis alit spatia: et que circa scapulas sunt loca. tum nonnullos etiam ex interioribus colli musculis. Porro ab his ipsis venis ille etiam nascuntur: que vbi ad sextam colli vertebram peruenerint: in ipsa foramenta se insinuantes: ad caput vsque efferuntur. Quod autem de eis superest: quantum id cunque est: ad axillas porrigitur. De qua vana: que vtrinque scilicet vna est: vt de alijs etiam: in dissectionum libris plenius: et exactius dictum est. Enimuero compendij causa ijs: qui primum instituuntur perutilis: nunc etiam aliquid dicetur. Propago igitur vtrinque vna: eaque pretenuis: musculis qui a medio pectore ad humerum feruntur distribuitur. Secunda in ipsa axillarum glandulosa membranosaque corpora spargitur: perexigua ea quoque. Tertia autem crassitudine predita mediocri: deorsum iter habens: per easdem expanditur partes: vtraque autem per suum thoracis latus: deorsum versus cum tenui neruo porrecta: ad subcartilaginea vsque delabitur. Quarta denique post has vena iuxta eam que per axillam in manum fertur exoritur: in musculis dispensata: tum illos qui cauam scapularum partem substernunt: tum eum qui in ipsa axilla est maximus. Cuius vene reliqua pars: multiplici fissura: per manum excurrit totam adhunc sane modum. Per brachia quidem intimis magni musculi partibus: porrigitur: (assumit autem ab hac vena non hic musculus solum: sed qui in brachio sunt fere omnes) Ex eius autem vna propaginibus: per interna hec quoque procurrens: circa brachium in orbem complicatur: posterioremque ipsius regionem ita perreptat. Mox in exteriorem partem: eandemque anteriorem subit ad cutem. Atque illinc deorsum tendit: donec ad brachij comissuram perueniat. Postrema vero eius pars aliquando exteriorem brachij modum paululum excedit: nonnunquam multo vlterius progreditur sub cute secundum os cubiti deorsum tendens. At omne quod de magna vena reliquum est: ad medium peruenit cubiti flexum: vna cum viciniori neruo ramos expandens ad intimas musculorum eius loci partes: vsque ad interius brachij caput: nihiloque minus per profundum ad posteriores: anterioresque musculos. Sed enim priusquam in cubiti flexum ingrediatur: in venas scinditur complures: e quibus multe in superficie extant: omnium maxima profundius demergitur. Ac que in superficie sunt: neque magnitudine: neque numero: equales sunt. Non obscure enim: si laqueo brachium interceperis: etiam citra dissectionem videre eas licet: in alijs aliter positas esse. Idque in primis conuenit aspicere in ijs hominibus qui latiores venas habent: quamquam in simijs quoque quum dissecantur: eadem que in homine: omnia visuntur. Atque magna ex parte vna quidem vena a magna propagatur: ad inferiora magis oblique declinans: ac subinde altera ex inferioribus cubiti partibus multiplici sparsa sobole ad nodum eum peruenit: quo cubitus extreme manui committitur: carpon Greci Latini brachiale vocant: ac tertia deinceps: circa medium maxime cubitum. ceterum earum extrema prope brachiale commiscentur. Elatissimus autem simul: et maximus ramus: qui ab ea vena: de qua modo institutus est sermo: propagatur: in medium peruenit flexum: qua cubitus cum brachio coit. Quo etiam confluit alterius vene: que per brachij anteriora sub cute sita est: non exigua portio: quam in latas venas habentibus perspicue videmus: primum quidem a clauicula per ceruicis musculum sinuosius ferri: deinde vero recto tramite deorsum tendere. Huius vene quenam sit prima origo: posterius indicabimus. Nunc autem hoc tantum de hac scire conuenit: in superficie sub cute sitam: ijs quas percurrit partibus venas producere: ita tenues: vt videri omnino nequeant. Vbi vero iam prope cubiti articulum producta est: non paruam sui partem oblique ad flexum brachij: que in idem coeat cum modo memorata maioris vene parte: quam cum solam huc vsque persequeremur: commentando propter societatem quam cum alia init: in aliam transire coacti sumus. Due enim he totius sunt manus vene: tum ea que per axillam in ipsam manum fertur: tum ea que per clauiculam: quam humerariam appellant. Sed enim de vtraque nosse oportet. non paruam vtriusque portionem semper ad flexum: qua brachium cubito committitur: pertingere. Ceterum non semper eundem harum venarum positum esse: sicut nec equalis crassitudo semper est. Huius autem tres fere sunt differentie: quarum primam: quia in plurimis visatur: primum etiam explicabimus: alias subinde prosequemur. Secundum dum naturam maxime est: et in quamplurimis ita se res habet:

vt vtriusq; vene pars in interiorē cubiti flexū qua-
dātenus deferatur: q̄ partes postea quam coierint:
venam ꝓducunt: que omniū in cubito extantiū fer-
tur amplissima. Secūdū hanc precipua magnitudi-
ne humeraria est. Ea hinc ꝑfecta: qua cubitus cum
brachio coartatur: per q̄ radium porrecta: ad extre-
mi cub ititubercul ū: quod brachiali adheret perue-
nit: atq; inde mox infime: eidemq; extime brachialis
ipsius parti distribuitur. At illa: quam ex confluxu
coituq; duarū venarum omnium in superficie extā-
tium maximam fieri dixi: ab interioribus cubiti par
tibus incipiens: primum cōscendit radium. Deinde
in extimam euadit partem: vbi in ramos scissa duos
altero ad radij extremū quod brachiali annectitur
procedit: altero ad summū pertingit cubitum: qua ꝛ
ipse brachiali adheret. Atq; inibi venam contingit:
quam ab humeraria propagari retulimus. Ad hūc
igitur modum secundū naturam fere sese habēt due
he vene. quanquam in aliquibus non item: in quibꝰ
vel humerarie ꝓpago axillarie ramum auget: vel vi
ceuersa huius ramus humerariam. Quinetiā: qđ ad
situm pertinet: altera earū sub musculum se conden-
te: reliqua sola in superficie eminet. Ita fit: vt duz ad
venam secandā accedimus: vel tres equales videre
liceat: vel duas tātum: vel inequales omnes: nōnūq;
etiā nobis occultetur aliqua vna ex ijs: aut etiā due
Atqui ꝛ q̄ has ordine cōsequū tur: humiliores tres:
eas nō solum equales inequalesq; videre licet: sꝫ ne
extantes quidem prorsus earum aliquas. quod eo
fit: vel quia pretenues ipse sint omnino: vt sensū effu
giant: vel q: penitius ferantur: maxime cū obesius:
crassiusq; fuerit corpus. Jam vero quemadmodum
q̄ in interiori cubiti parte sunt vene: fere circa bra-
chiale i multas exiles ꝛ inter se cōmixtas venas scin
dūtur: sic etiā: multoq; his magis: quod liquido vel
in dissectione: vel etiam citra eam videas: exterioris
cubiti partis vene. Pluribus em̄ locis ꝛ sibi inter se
obuiam fiunt: ꝛ cū venis coeūt exterioris cubiti par-
tis. Atq; ad hūc modum sepiusq; commixte: sub cutez
extenduntur: que brachiali: palme: digitis deniq; ob
ducitur. Ac venarum in summa cute extantiū huius
modi est series. Que autem altius per cubitum: ma-
numq; extremā immergūtur a duabꝰ magnis (qua-
rum sobolem esse diximus omnes per totam manuz
diffusos venarum ramos) oriuntur: ad hūc sane mo
dum. Qua parte: vt ante meminimus: ab vtraq; ma
gna propagari quasdam astēdimus. que ad flexum
brachij tenderent: duo rami ab vtraq; singuli in ꝓ
fundum ꝑcurrunt ibiq; similiter mutuo complexu
coniunguntur. Ex quibꝰ rursum alie due vene fiunt
mediocri amplitudine: quarumque demissior est: ad
partes brachij internas traijcitur. elatior autez alte
ra: per mediam crassitudinē quadantenus progressa
ac fere ex interioribus partibus cōmune ossium vin
culum contingens: postea vero: cuz iam attigerit par
uum musculum obliquius propter brachiale posi-
tum: qui radio mouendi author est: in exteriorem il-
lius partem euadit. Atq; inibi per profundum por-
recta: exterioris manus quecumq; nacta fuerit ossa:
amplectitur. Ea porro: quam ad interiorem manum
pertendere diximꝰ: ad paruos vsq; digitos: aliquid
etiam de medio digito apprehēdens: pertingit. Reli
quam vo medij partem: ac duos deinceps maiores
digitos: vna cuz e regione positis palme: ac brachia
lis partibus: alia amplectitur vena ab ijs orta: que
in superficie extant: ac vene quidem per manus ita
digeruntur. Que autem ad anteriorem thoracis re-
gionem ferūtur: ad hūc cōstant modū. E medio dua
rum venaruz: in quas cauam findi dudum memora
uimus: vena oritur: q̄ ad dextram ossis pectoris tē-
dit: ab sinistro autem caue membro altera. He igitur
per totum feruntur thoracem: ossi pectoris subdite
vsq; ad radicem eius chartilaginis: que in mucronē
gladij modo exacuitur: ob idq; a Grecis ξιφοειδὴς
appellat̄: ꝛ ad singula obiter costarū interualla ra-
mulum ex se mittūt: quo coniūguntur extremis eius
vene: que spatia ipsa inter costalia perreptat. Harū
venarū pars quedam extra thoracē emergit ad sub
stratos illic musculos. Ipse autē: que ad mucronatā
chartilaginem pertinent: tum in mammas assurgen
tes: tum in reliquum pectus dispensate: deorsum ꝓ-
currūt: rectis subnixe musculis: in quos partez etiā-
num quandam mittunt. Unde non modica eaꝝ por
tio in idem coit: cum venaꝝ aliarum postremis: que
de imo sursum attolluntur. De quibꝰ posterius dice
tur: cum de venis in osse: quod latum vocāt: existen-
tibus: sermonem instituemus. At vo alie quoq; sub
cute: que sub chartilagineis pretenditur: eminentes
vene initium habent: ex commixtione facte ramuloꝝ
tum ab ijs venis: quas iuxta mucronatam chartila-
ginem extra thoracem existere: atq; emergere diximꝰ
tum etiam ex ijs que vicina inter costalia alunt. Cuz
quibus alie rursum committuntur que de inguini-
bus ad superiora tendunt. De quibus suo loco disse
retur. Ad hunc igitur modū vene distribuuntur que
cunq; a caua bipartito scissa propagātur: priusquā
ad clauiculas pertingant: maxime circa eum locum:
vbi magnum situm est glandiū: Anatomicis thymꝰ
appellatum. Ubi alie etiamnum vene parue: ꝛ in ijs
tele aranearū modo pretenues alique: tum in ipsum
glandium: tum in obsepientes membranas inserun
tur: que ꝛ ipse: caue sunt soboles. Alique autem his
etiam maiores: ꝛ ad membranaceum cordis inuolu
crum (pericardion Greci vocant) proficiscuntur: ꝛ
cum arteria: que a corde sursum effertur: se porrigūt
Qua porro clauicule adiacent caue vene membris
in que secari ipsam ostendimus: subiecta est vene ra
dix maxima: vtrinq; vna: que quidem confestim as-
surgēs: bipartito scindit̄: duas edēs magnas venas.
quarū altera per anteriorē: auersamq; colli partem
ad interiora magis recedens effertur: altera in par-
tem anteriorem deorsum quandantenus subsidens:
mox sursum sublata clauiculam amplectitur ad mo-
do memoratam venā extrinsecus cōtendens. Et con
fluentibus: seseq; cōmiscentibus: gignitur in summo
eminens iugularis vtrinq; vna. At enim nō eodem
semper modo miscentur: sed aliquando haud longe
vltra clauiculam progresse: nōnunquam tum demū:
cum tertiam totius colli longitudinis partem emen-
se fuerint. Uidere aūt aliquādo eas licet ad mediam
longitudinem: aut nō ita procul pertingētes: aliquā
do ne edita quidē vena vlla sursum rectiores efferri
videas: modico inter ipsas spatio interiecto: ꝛ parte
quidem interiore non procul ab aspera arteria alte-
ram: exteriore vero reliquam: eam nimirum: quam
circa clauiculam contorqueri ꝛ circumuolui diximꝰ
Ceterum cōmunis vene interuētu: que transuersum
ad vtrāq; obtinet situm: perpetuo inter se coniungū

tur:atqꝫ ita sursum versum cōtendunt. Jam ea vena
quam circa claviculā torque ri dixi: ꝓpagines mittit
aliquas filorū aranee modo pretenues:que ī nullis
omnino corporibus visu percipi queāt. id enim om
nium huius generis venarū cōmune est. Nōnullas
in speciem capillorꝫ graciles ; easqꝫ aspectabiles : si
mō cōfestim dissecetur animans: vt cōpressu digito
rum:expresso in ipsas sanguine:ita manifestas effi/
ciamus. Duo aūt hic huiusmodi venarū sunt cōiu/
gia:obliquum alterum coeuntium ipsarū:ac sese in
uicem cōtingentium in cavo iuguli:alterum autem:
minime coeūtium. declinant enim quasi in extimam
colli partem oblique. Porro ex ijs:que filorū aranee
modo gracilles sunt:quecūqꝫ in extimam regionem
convertuntur:earum extrema invicē coniunguntur.
He igitur:sicuti iam dixi:nō in oībus sunt aspecta/
biles. De ijs aūt que vsqꝫquaqꝫ videri possunt:tres
sunt originē ducētes ab ea:que circa claviculam cō
torquetur. vna quidem satis notabilis : que sepius
equali visiꝭ crassitudine : cū vena ad collū subeūte.
hāc aūt humerariā ideo appellāt:quod obliquior a
clavicula sensim recedens se porrigat ad humerum.
Relique due : radices vtrinqꝫ humeraria minores
habent . Earum igitur altera:elatiorem nacta radi
cem:vsqꝫ ad summum humerū conscendit:ac in ꝓxi
ma queqꝫ corpora transigens:ita occultatur. Humi
lior ac depressior altera : per profunda magis surre
ptans ꝟm magnum musculum ab osse pectoris por
recta:ac caput brachij pervenit. Cuius vene postre/
ma aperte nōnunqꝫ videnꝭ cōmitti cū vene alterius
extremis:que ab axillaria nascens ad humerū extol
litur:atqꝫ illic multifariam distribuitur. Quin alie
quoqꝫ modicis intervallis sperse:quarum non idez
perpetuo situs: neqꝫ vero magnitudo plane eadem:
in omnibus simijs visitur:a venis oriuntur:que ad
manus pertinent. Que autem ex ijs notatu digne
sunt:dudum memoravimus : cum de axillarie disse/
ctione cōmentaremur. Ea enim ⁊ multo humeraria
maior est:⁊ numerosam in brachio sobolem habet:
prodeuntium ex se ramorum : cum ab humeraria
perpauce:eeqꝫ vel pilorum in modum:vel etiam filo
rum aranee pretenues oriantur sub summa cute di
sperse. Sequitur vt de iugularijs : tam ijs que sub/
ter cutem extant:quam de illis etiam:que altius con
dite delitescunt:quo ee modo digerantur agendum
sit. Jugularias autem altius conditas. nōnulli eas
vocant:que protinus scissa cava producuntur . Alij
non totas illas:sed id demum:quod ex ijs supra iu
gulum collo intextum est. Nec desunt qui ne hoc qui
dem omnino sciant:illas in ramos spargi infra cla/
viculas. Nos vero semper observavimus cavā ve/
nam:prius quam ad claviculas pertingat : diduci:
⁊ de ramo ipsius vtroqꝫ venas produci:que ad pe/
ctus primasqꝫ costarum intercapedines:sex colli ver
tebras:scapulasqꝫ ferantur : tum quecūqꝫ post has
ad totas manus derivātur quas per axillas eo iter
habere diximus. Cuz aūt sub claviculas prodierint
magne vene quas ex distractione cave in duo veluti
mēbra oriri dictū est:radicē edūt notabilē : a qua vt
memoratū est:tū humerariam nasci contingit : tum
alias quoqꝫ quasdā:de quibus est pauloante pertra
ctatū . Quātū autē est reliquū de magnis venis in
quas cava ꝫ diduci diximus:recta per collū:gulam
habēs ante se positam:sursum effertur . De quibus

quo pacto distribuantur:orationis seriez postulat:
vt nunc agatur:vna cum summo extantibus iugulo
venis:quas in diversis corporibus varie concurre/
re eodem. ⁊ coniungi inter se diximus . Enim vero
quēadmodum huius rei:vt in vnum cocam:permul
te sunt differentie:sic alijs totidem differentijs ipse
in ramos scinduntur. Progressa enim superficiaria
ipsa iuguli vena: ꝓtinus aliquādo finditur : ⁊ pars
ipsius vtraqꝫ:vel equalis apparet:vel inequalis:nō
nunqꝫ vlterius multo procedit:aliquādo ita longe:
vt propter maxillā scindatur. Hec autem conspicue
in hominibus quotidie videntur : vel in curationi/
bus:que manu obeuntur:vel si etiam intensius cla/
maverint : spiritum intra continuerint compresso
thorace:quod athlete in spiritus comprensionibus
(ita enim vocant)faciunt. Quin ⁊ putrifica quedaz
vitia:ita aliquādo extenuata cute omnia q̄ suberāt
detexerunt:vt nude conspicerentur vene. Idqꝫ per
omnes continenter corporis partes videre tum ma
xime licuit:cum feda quedam lues carbūculorum in
Asiam ingruisset:que facile quicūqꝫ vidissent : per/
suasit:exactam simijs cum hominibus esse similitu/
dinem. Igitur medicum necesse est:quicūqꝫ curatio/
nem circa collum manu facturus sit:varietatē nosse
venarum:que collo sunt commisse: tum vero omnes
quatuor venarum propagines ad vnguem explora
tas ⁊ cognitas habere. Quum autem quatuor dico
intelligi volo primum eas que infra sunt priusqꝫ eo
dem coeuntes:extimam producāt iugulariā. Dein/
de eas : que postqꝫ scisse in ramos fuerint : sursum
versus contendunt. Nec vero necessarium arbitror:
nec medicis : neqꝫ ijs qui primum introducuntur:
nec multo etiam magis nobis:optime Antisthenes
philosophis : exactissimam habere huiusmodi re/
rum cognitionem . Quocirca initio statim testatus
summe commentarium ac compendium scribere va
sculorum dissectonis. In libris etenim:quibus ratio
nem perscripsimus administrandarum dissectionū:
quomodo in quenqꝫ musculum vena ⁊ arteria inse/
reretur:planum factum est. Nunc autem nec est : vt
dixi:necessarium : ⁊ multum haberet obscuritatis
oratio:si mihi musculorum facienda esset expositio.
Ideoqꝫ in dissectionum libris vasculorum tractatui
musculorum dissectionem premisimus. Quapropter
quod ad presentem commentationem pertinet:tan/
tum dixisse satis erit : quod vene ab extentibus in
superficie iugularijs propagate:plurime :⁊ tenues
sunt:⁊ in musculos subter cutem positos dividūtur.
E quibus musculis etiā duo ij sunt : q̄ buccas (Γνα
θους Greci appellant)movent:tenues illi quidē me
diocriter:ceterum subter totam colli cutem porrecti.
Postea autem:quam iteruz in ramos discesserint ad
superiora subeuntes harū venarum notabiles rami
sunt per quos tum in totam faciem spargūtur:tum
in circuniectam auribus regionem se expandunt:et
in caput deniqꝫ attolluntur. Cum enim bipartito se
sciderit vtraqꝫ:altera quidem pars in totam inferio
riorem maxillam magis vasis:⁊ alijs parvis in su/
periorem effunditur:altera vero circum aures : ca/
putqꝫ excurrit. Permiscentur autem harum omniuz
venarum extrema : non modo cum adiacentibus:
verumetiam nihilo his minus cuz e regione positis
Eodem enim confluunt venarum ad sinisteriorem
existentium partem capita:cum ijs que ad dextram

situm habent. Nam cum quatuor in summo extan-
tes iugulares prodierint: ipsarum quedam per exte-
riora magis in caput subit. Memineris autem eius
quod de ea dixi: nimirum circa clauiculam cõtorque
rit. Alia interius ad inferiorem maxillam: commixta
identidem ramulis quibusdam interioris iugularis
a quibus multe mittuntur propagines in guttur:
gulamque: eas denique musculorum partes: que per p
fundum iugulum porriguntur. Sicut que ab imo
ad cutem recedunt partes musculorum: iugularijs
aluntur ijs: que subter cutem magis eminent. Quin
et lingua magnas accipit ab intimis iugularijs ve-
nas: postea quam ee per ramos cum extimis se con-
iunxerint. Quecunque porro lingue circumiecta sunt
corpora: et musculis quicunque non penitus condi-
ti latent: a iugularijs aluntur extimis. Reliquum au
tem omne ex internis iugularijs ad cerebrum assur-
gens: in caluam excidit: per extremam suture partem:
que Λ Grece litere imaginem ostendit. Sed prius
quam excidat: ramulum in medium prime: secunde:
que vertebre commissuram inserit: ac deinceps aliam
pili modo tenuem inter primam vertebram: caput-
que ipsum. Coit autem cum venis que de summa par
te deorsum feruntur per cerebrum: ac nonnullis item
que extrinsecus: queque a lateribus veniunt. Omni-
um enim coniunguntur extrema venarum circa ca-
put: ipsi usque cum prima vertebra commissuram. At
enim venarum que calue intexuntur: alieque per inte-
riora procedunt: maxime qua maxilla iungitur. Quẽ
admodum autem postea: quam in caluam euaserint: in
ramos sparguntur: et societatem inter se ineunt: ac
rursum quomodo alique ipsarum partes cum ner-
uis quibusdam foras excedunt: in dissectionum li-
bris (cum de cerebri dissectione facienda dissereui-
mus) pertractatum est. Similiter cum de pulmoni-
bus corde: alijsque visceribus dissecandis orationem
instituissemus: vt queque in quodque ipsorum ab om-
nibus: tum venis: tum arterijs propago mitteretur
plenius atque exactius est dictum. Nunc autem (quod
iam monuimus) commentarium ac compendium
de vasorum dissectione scribimus. Cumulata igitur
expletaque venarum: que superiora alunt expositione
iam ad reliquas oratio conuertatur: que omnibus
infra precordia membris: partibusque corporis san-
guinem riuãt: quarum omnium origo caua est. Hec
enim vena: simul atque e iecore primum se exprompsit
prius quam in lumbos considat: elatior adhuc exi-
stens: parte quidem dextra in dextri renis tunicam:
ac circumiecta corpora modo in speciem filorum ara
nee pretenues: modo crassiusculos paulo et aspecta-
biliores ramulos spargit: sinistra autem: insigni ma
gnitudine venam: que et ipsa in ramos scissa corpo-
ribus inibi existentibus distribuitur: ac sepenume-
ro a caua ipsa ad renem proficiscente propagines
mittuntur: que in renis tunica intexuntur ac vicinis
in ambitum locis: eeque nunc filorum aranee similes
sunt: nunc parue. Paruas autem separatim: ac pro
prie appello: que aliquam et exiguam crassitudinem
obtinent. id quod inequaquã inest neque in ijs: quas
filorum aranee: neque in ijs quas capillorum similes
subinde vocam?. Uerũ ille quidẽ assimiles sunt sub
tilissimis lineis: que agre videntur: quas antiquo-
rum nonnulli απαυτισμους vocauere: quasi tu exo
lescentes lineolas diceres. He autem pleniusculis
paulo lineis: que habent ille quidẽ latitudinẽ omni
no aliquam: ceterũ quia sensum non moueant: ceu
quiddam latitudine vacans vulgo dicuntur: cum
nulla in ijs particula sit: que manifeste eam dimen-
sionem definire queat. he igitur vene ad hunc habẽt
modum. Que autem in renes inseruntur: omnium
facile sunt amplissime: queque a caua propagan-
tur. Deinceps post has: ad testes deferuntur vene:
que partim commune quiddam in omnibus nacte
sunt similes: partim in singulis proprium. Et com-
mune istuc quidem est: vt ab ea: que ad sinistrũ per-
fertur renem: ramus ad venam eam mittatur: que
ad sinistrum testem tendit: vtque hec a caua propa-
getur: aliquãdo ab illa sola: que ad renem perfertur.
At que in dextra parte vena est: ad dextrum conten-
dens testem: ea ab ipsa producitur caua: quãquam
hec quoque mihi semel obseruata est: initia duo habe-
re: sicut ea que ad dextram est: persepe. Hec igitur ve
ne ad testes deferuntur: siue mas siue femina ani-
mans fuerit. habet enim etiam femina ad vteri late-
ra testes multo minores: quam in maribus visantur
Secundum eas venas de singulis vertebris ad ilia
vene mittuntur: quarum postrema ad musculos: qui
abdomini pretenti sunt: attolluntur. musculi enim
quibus abdomen constratum est: ab ijs aluntur
venis: alijs que tum que inter minorum costarum
spatia versantur: tum que per pectus ad mãmas su
perne deferuntur: ijs denique: quarum de inferiori-
bus locis sursum versus tendentiũ extrema: cum p-
xime memoratis pectoris: mammarumque venis con
iunguntur. de quibus antea recepi me rursus dictu-
rum. Qui porro supra hos musculi extra thoracem
iacẽt: alimentũ accipiũt a vasculis gracilioribus: de
quibus ante est: dictũ tum etiã ab ijs: que p pectus
ad mammas tendunt: (siquidem eorum propagines
quedam ad musculos pectoris erumpunt.) atque etiã
ab ijs q in spatijs sunt intercostalib?. Etenim et ha-
rum pars quedam extra thoracẽ emergit. Ad dictum
quoque prius est: quod a vena caua: lumbos preptante
vene propagate in spinam dorsi: quatenus ea p lum
bos porrigit: inseruntur: p singula foramenta singu
le: plane vt nulla vena que a caua ortum habeat su-
persit commemoranda: Sed enim quo modo biparti-
to ea scindatur: iam addendum. In vltimis igit lum
borũ vertebris: non amplius videre est arteriam ve
ne subiectã: sed contra omnino se res habet. Elatior
enim arteria supra venam ceu prouehitur: vena autem
per ipsas vertebras. Hac igitur parte et sese ptingit
vtrumque vas: et in duo mẽbra diuaricatur: efficiturque
omnis filorum figura Uelamẽto persimilis. Utraque
porro coherentium vasorum pars. ad sibi subiectum
crus descendit obliquior. Atque obiter videre primũ
licet: ramũ vene vtriusque retrorsum ad carnes in lum
borũ longitudinẽ porrectas (ψοας Greci vocant)
distribui: atque alias pilorum similes obscure quãdoque
ad eã peritonei partem: que ad lumbos est ferri. Si
quidẽ peritoneũ: vt cuique corporis parti pretendi-
tur: a proximis quibusque vasis: tã frequentibus ali-
tur venis: quarũ plurimas easque longiores: a venis
accipit: que ad testiculos deferunt. Secundũ has: a
venis ad crura tendentib? propagines mittunt cum
adimas: tum ad anteriores partes. primũ quidẽ ad
eius ossis: quod latum vocatur musculos: quarũ nõ
exigua portio: ipsorum miscetur musculorum exor-

tui ad sedis musculos tendens. Utriusq; autē venarū cōiugationis extrema ad exteriores lati ossis partes se promunt. Inq; musculos eam regionem cōsternētes dispēsantur. Deinde ad vteri ptes inferiores: vene progrediuntur: paulo supra quam est colli primus exortus: que in cervicē ipsam disseminantur. et ad vterū coeuntes: quadam sui parte testiculos amplexantur. altera vsq; ad vteri fundū pertinent. At ex ijs que ad inferiora vteri feruntur: vene propagā tur vesicam subeuntes. Deinceps aliud venarū que gemino ex magna parte initio oriuntur: coniugium est: que procedentes mutuo se contingunt. venamq; progignunt: que vtrinq; per pubis os ad exteriora cū eius neruo porrigitur: atq; ita ad inferiores ossis quod ad pubem est musculos: vasculum hoc: vt neruus quoq; distribuitur. Est et alia subinde venarum coniugatio: de quibus antea dicere intermiserā: que per rectos musculos ascendunt: deinde extremis coniunguntur venarum: quas per thoracem descendere ad subchartilaginea prius dixi. Quinetiam ab eadē radice venule vtrinq; singule: in vterum perferuntur: per quas venas mammis cū vtero maxima est communicatio. Uene igitur he in interioribus rectorum musculorum partibus site sunt: ac ille quidem que ad subachartilaginea feruntur: his sunt cōnexe. Insuper aliud extra musculos est coniugium: earū q̄ ad pudenda pertinent: siue mas sit animal: siue femina. Descendunt autem propter commissuram duorum pubis ossiū: vtrinq;. Ab his autē statim alia est vena vtrinq; q̄ ad crura procedit ad interiores musculi partes. Sequitur alia post has venarum subter cutem in superficie extantium coniugatio: quas in macilētis hominibus conspicue videmus: de inguinibus primum orientes per ilium regionem ascendere. Quin etiam obscure alie: que superne deorsum feruntur: finibus has contingunt. he autem ab ijs que ad mammas sunt: maxime deriuantur. Sed enim vbi a venarum coniugatione: de qua modo erat sermo: dixi non paruam partem ab inferioribus sursum tendere: ac ad podicis musculos secedere. Hinc reliqua magna vena: in crus ipsum diuiditur: primam iuxta inguina emittens propaginem: que cum parua arteria in anteriores musculos spargitur: secundam vtrinq; vnam: que ex internis partibus ad genus vsq; subter cutem dissipatur: ac alias non paucas per profundiora femora. Ceterum paulo altius quam femur: cum tibia articulo iungitur: in tres partes diuiditur: quarum media: que maxima est) per ipsum deorsum ad poplitem fertur: atq; inde per profundum posterioris tibie (quam suram dicunt: procedens: non modicam in musculos eius ramorum sobolem spargit. Altera autem parte: que in superficie eminet per exteriorē partem alterius tibie ossis (quod peronam Greci appellāt) porrecta: ad pedis pertingit articulū. Tertia vero que est interior ad anteriorē tibie partē (cream Latini appellant) ꝓcedit: ac inde ad malleolos peruenit: ad ipsum tibie extremum: hec ad sanguinem mittendum commodissima. Enimuero a maxima que per profundum musculū distribuitur. duo cū arteria: extrema fiūt: quorum alterum maius id quidē a tibia fertur ad interiora: alterum vero per mediam duorum tibie ossium regionē ad interiora pedis perducitur: ac ꝓpagini alterius vene immiscetur: quā ex anterioribus tibie partibus: per posteriorem tibiam dixi descēdere. Ita fit: vt sint vene quatuor: que ad pedes descēdūt. vna quidem omnium maxima: per externam posterioris tibie partem: altera per ipsius interiorem. et tertia: vt dixi: per anteriorem tibie regionem. quarta deniq; que ex interioribus partibus extuberantes ossiū tibie processus complexa est. Harum igitur due prius exposite: posterioris sunt tibie: relique due: anterioris. Hinc vero quarta infima queq; pedis cōmixtis tibie prime particulis complexatur. due autem intermedie per superiores pedis partes disseminātur. At qui prima etiā superioris pedis particulā habet: ac partes minimo digito maxime vicinas complectit. Ceterum et alijs multis modis quemadmodū in extremis manibus: sic in pedibus etiā vasorum particule commiscentur. Hoc igitur tibi dissectionis venarum cōmentariū esto. Deinceps de arterijs dicēdū.

Harum origo est cordis sinister ventriculus. Hinc autē in pulmones deriuatur vna tenuis: simpliciq; tunica cōstans. tum altera etiam multo hac crassior: que veluti truncus est omnium arteriarum. Possis etiā: si libet: que in pulmonem deriuatur: cum vena cōferre: de qua omniū primū disseruimus. eam dico: quā a portis iocineris ad vētrem numerosa ramorum serie descendere: suisq; extremis ceu radicibus quibusdam cibum exugere diximus. Hec eīm similiter propter vsum: cōmoditatemq; spiritus attrahēdi: in pulmones deriuatur. Ac sane ob eandem hanc causam: cordis ipsius corpus circūfusas in ambitū duas habet arterias: alteram quidem maiorem: que maximā ipsius partem amplectitur: alteram ea maxime regione distributam: vbi tertium vētriculum esse existimauit Aristoteles. Atqui hic in latiore cordis pte iacet: particula existens dexterioris vētriculi: non etiam alius quispiam tertius ventriculus. Has igitur arterias: simul atq; maxima de corde se prompserit: ab ea produci videas: ipsamq; mox in membra haudquaquam paria diduci. et horum quidem quod minus est: sursum ferri: ipsumq; confestī in partes rursum inequales fini. ac subinde ipsarum maiorem ad iugulum tendentem obliquam de sinistra ad dextrā thoracis partem porrigi: alteramq; oppositum habere situm. Attollitur enim etiam ipsa obliquior ad sinistram scapulam: et axillam: propagines mittens ad pectus: primasq; thoracis costas: et ad sex colli vertebras: atq; etiam ad clauicule vicina loca summo humero tenus. Ac cum has omnes ediderit: reliquum eius in scapulam: manumq; diuiditur. At vero arterie pars maior: que ad iugulum tendit: vbi prope glandium: cui thymo nomen est: peruenerit: primum quidem: ad sinistram iugularem ramum emittit: post illum: alterum ad dexteriorem. Deinde quicquid ipsius restat: eodem distribuitur modo: atq; illa: quam ad scapulam: axillamq; sinistram procedere diximus. Nam et ad pectus quedam nō aliter ac vena: porrigitur: tum alios producens ramos: tū eum qui mammā subit. Et que ad primas thoracis costas diuidit: extraq; thoracē emergit ad spinales musculos non alio: quam vena: modo: queq; per foramina sex primarum colli vertebrarū deducta: vna cū vena ad spinalis medulle mēbranas (meningas dicunt) descendi: diuiditurq;: tum que ad summum humerum: scapulam: axillamq; dextrā: he inquam: omnesq; alie simul cum adiacentibus venis diuidū

tur. quemadmodū ⁊ que arterie carotides appellan-
tur. Ex ijs enī vna cum iugularijs internis ascēdit
quedam arteria. Ceterū que in superficie extant iu-
gularie: siue due sint: siue quatuor: ee sine arterijs cō
spiciuntur. At omne: qđ ex carotidibus est reliquum:
sursum recta procedens penetrat in caluam: inibi q̄
textum illud ad retis imaginem: complicatum effor-
mat: deinde in duas rursum coiēs arterias: subit ad
cerebrum. Ceterum: quo ee pacto distribuātur: quā
q; cum sensuum instrumentis societatem: ac commu
nionem habeant: in dissectionum libris est monstra
tum. Porro arterie: que a corde se promit: pars ma-
ior: ad spinam deflectitur: quintamq; thoracis ver-
tebram ascendit: ⁊ inde per totam spinam vsq; ad-
latum os descendit: primum propaginem quan-
dam tenuem emittens: que in eas diuiditur thora
cis partes: quibus pulmones adiacent. Extrema au
tem ipsius ad arteriam vsq; ascendunt: deinde per
singulas vertebras rami: tum in spatia intercosta-
lia: tum ad spinam exoriuntur. At enim superiores
thoracis partes: que quatuor primis costis muniun
tur: non ad eundem semper modum distributas ha-
bent arterias. Aliquando enim ab vna costa longi-
uscule recedunt arterie: nonnunquam pari ab vtraq;
spatio intra ipsas inseruntur. Ceterū magna arteria
procedens: simul atq; thoracem egressa est: primum
duas in septū transuersum mittit arterias: deinde in
ventrem: lienem: ac iecur iniugem vnam: vtrasq; ab
anterioribus magne arterie partibus: ducētes origi
nem interdum ex vna radice, bifariam diducta: vētri
quidē: ⁊ lieni: ⁊ hepati altera pars: altera vero intesti
nis distribuitur: per duo mesenteria: tum id quod ad
dextram situm habens: primarum est coli partiū: tū
id: quod est omnium intestinorum medium. Nam ter
tium mesenterium: quod prope sedem pertingit in si
nistra situm: nullam inde assumit arteriā: sed de imis
partibus in ipsum quedam inseritur: que ꝓpter re-
nes a magna arteria iniugis ⁊ ipsa nascitur. Atq̄ in
ter hanc ⁊ modo memoratas: due magnitudine pre-
cipua ad renes tendunt. Tuz alia quoq; preter ipas
arteria superne atq; a sinistra per venā porrigitur: q̄
ex inferioribus partibus sursuz versus tēdit. Enim
vero ex duabus inconiugatis arterijs: de q̄bus mō
verba fecimus: aliquoties vidimus altiorē quidē in
vētriculum: lienemq;: humiliorē vero in iecur mesen-
teriaq; distribui. Quin alie quoq; a magna propaga
te arterie per singulas vertebras: in spinā dorsi vna
cum venis descendūt. Ac cum ijs etiam venis: q̄s ad
ilia ferri meminimus: arterie pariter quedam cōten
dunt: ab ea magna orte: que per lumbos extenditur.
Deniq; cū venis: quas ad testes diximus ferri: arte
rie etiam procurrūt. Jam arterie magne pars extre-
ma: cum ad latera lumborū peruenerit: suprapositaz
venam transcendit. Ostensum enim nobis est: super
vertebras venam. super hanc autem ferri arteriam.
Quod postea quam factum fuerit: haud aliter quam
vena scissa bipartito arteria: partē vtranq; in sibi sub
iectum crus mittit. Que dum ita feruntur: obiter ab
ipsarum vtraq; singuli conspiciuntur propagati ra
muli qui conceptibus per vmbilicum inserūtur. Cū
enim cōsummatur ac perficitur animans: quidquid
membranaceum in medio est: aridum id: et inutile
redditur: quod autem vmbilico adheret: nequaquaz
perit. Atq; indidem vt in conceptibus: sic etiam in

iam perfectis animantibus arterie aliquot propa-
gate: cum venis ad os latum existentibus pariter ex
currunt: quas antea diximus: in regionis eius mus-
culos dispergi. Ipsa autem cruris vtriusq; arteria:
ad intimas distributa partes: cum magna vena fer-
tur. Ac sane quecunq; ab ea vene producuntur: pro-
fundius condite: cum arterijs feruntur pariter: atq;
in ramos dissipantur. Ceterum ijs venis: que ꝑ cru-
rum superficiem extant: ne vnam quidez animaduer
tas adiacentem arteriam. Sic nec in manibus: nec
abdomine (epigastriū Greci appellant) nec dorso:
nec collo. Sed enim arterias in solo capite iuxta cu-
tem inueneris: tum eas que post aures: tum eas que
ad vtraq; tempora extant. Nam que in extremis ma
nibus arterie sunt: ee etsi profundius lateant: pulsa-
re attamen manifeste sentiuntur: quoniam ea loca mi
nus sunt corpulenta: quemadmodum etiam ille: que
per pedum malleolos excurrunt. Nam vel in ijs ho-
minibus: qui crassiore obesioreq; sunt corpore: ee
paululum sentiuntur: cum aliarum nulla manifeste
percipi possit. Etenim in macilentis etiam aliarum
plurium arteriarum particule: sensum minime fuge
re queunt. Hec igitur omnia: que adhuc de venis ar
terijsq; dicta sunt: in perfectis visuntur animanti-
bus. At in conceptibus: preter iā memoratas in ipso
fetus inuolucro: quod chorion Greci vocant: vene:
arterieq; intexuntur ab extremis venarū osculis pro
deuntes: que ad vterum pertinēt. Coeuntibus autē
inter sese illis: ac que ex eo coitu facte sunt: rursum
cōcurrentibus: ex ipsis fieri contingit par illud vena
rum ⁊ arteriarum vtrunq;: quod in vmbilicum in se
ritur. At enim arterie quidem vesicam complexe: ad
arterias illas tendunt: que a magna per spinam por
recta: ac bipartito scissa ad sibi subiectum vtraq; crus
mittuntur: sicut paulo ante ostensum est. Vene autez
simul atq; ex vmbilico se prompserint coeuntes ma-
gnam perficiunt: que ad gibbū iocineris tēdi: haud
procul ea vena: que ad portas est. Hec igitur vena si
ne arteria est: ac post illam tota caua. Quicquid enim
eius vene gibbas iocineris perreptat partes: qđq;
indidem ad spinam perfertur: omne id nullaz habet
adiunctam arteriā. Hec vero alia vlla ex ijs venis: q̄
per gibba iocineris expanduntur: adiacentē arteriā
nacta est. sic neq; septo transuerso intexte: sunt: quas
a caua dum septum transigunt: oriri ac propagari-
diximus. Jam vero ⁊ que thoracem alit vena: quam
in simijs paulo supra cor ortum habere ostensuz est:
hanc quoq; videre licet: per spinam sine arteria de-
scēdere. Nihilo hac min⁹ notabili alia magnitudine
quam humerariā diximus appellari: sine arteria est:
vnaq; omnes quotquot ab ea propagantur rami: p̄
terquam vnicus tantum: quem in eo nodo: quo bra-
chium cum cubito coartatur: ortum habere: ⁊ ad in-
teriora profundius recedere: occultariq; memoratū
est: quemadmodum etiam vena illa interior: que per
axillam fertur. He siquidem due sole per profundio
ra cubiti cum arterijs se porrigunt. alie porro vene:
que per cubiti superficiem expanduntur: omnes ar-
terijs carent. tres effi: aut quatuor ab ea: que per a-
xillā iter habet: produci antea diximus: aliaq; etiam
num bis amplior: que ex ambabus conflatur. He in
quam omnes in vtraq; manuum vene arteriaz copu
latam non habent. Ad eundem se habet modum ve
na ea: que circum brachij os per auersaz eius partē

contorquetur: subindeq; ad cutem emergens: circa exuberantem brachij nodum: ad cubitū pertingit. Hec etenim omnisq; eius soboles sine arterijs excurrit: similiter ⁊ e iugularijs: q̃ superficiem innatāt cū omnibus indidem enatis ramis. Jam quecūq; collo intexte sunt vene: vsquedum ad scapulas extendantur: tum quascunq; vbi de ipsarum dissectionib⁹ sermo haberetur: dixim⁹ ad vicina clauiculis loca spargi omnino tenues: he inquam omnes solute libereq; vagantur. Quin de multis: que per faciem: caputq; expandūtur: venis: perpauce omnino arterijs adiacent: sicut paulo ante diximus: cum de arterijs que ⁊ per tempora: ⁊ post aures subter cutem extant: ageremus. Deniq; vt summatim dicam⁹: superficiarijs omnibus: aut que per dorsum: latera totum thoracē inferioremq; ventrem: sub summa cute expanduntur: nullam inuenias subditam arteriam. Vtiq; earū etiam: que ex subchartilagio deorsum ferunt: quas copulari: ac confluere cum venis ex imis ventris partibus sursum versus sese attollentibus: dictū est nulla que modo in superficie innatet: appositā habet arteriam: sicut que altius condite: per internas musculorum rectorū partes porrigūtur. ille etenim habēt. Que autem: nec superficiarie omnino sunt: ⁊ ab ijs que profundius absconduntur ortū habēt: ad hūc constant modum Nam que ex alto deorsum tendūt: adiacentē nacte sunt arteriam. Que ex imo subeuntes superne veniētibus venis coniunguntur sine arterijs ad glandia quedā euadūt. Similiter ex ijs: q̃ per sacrum os ad eius loci musculos spargunt: vnica cum arteria cōiuncta est: aliarū autem nulla. Tū ꝯo quas ad genitale ferri dicebamus: in exteriorib⁹ musculis nascentes: ne ille quidē cum arterijs copulantur. Haud aliter: que per crura se effundūt vene: subter tibie cutem. siquidem cū magna vena paulo ante: quam ad poplitē pertingat: tripartito illic scindatur: que ex ea diuisione ad interiora subit: vna cū omnibus: quos obiter emittit ramis: arteriam adiūctam nacta est. que autem ad cutem recedunt: earum ne vna quidem adiacentem habet arteriam. He igitur sine arterijs sunt vene. Arterie autem sine venis ille sunt: que in animalibus etiā dum in vtero agentibus: vesicā amplexantur: quas ab vmbilico ad arteriam spine appositam perferri dixim⁹: circa illas maxīe partes: vbi ea bipartito scissa: ramos ad sibi subiectū vtrūq; crus traducit. Quin ea quoq; ꝓpago: que in cōceptibus cum a magna arteria se prompserit: in venam arteriosam inseritur. Ea inquā nō substantia modo corporis: sed vsu etiā: ac functione arteria est: que ⁊ ipsa absq; vena porrigitur. Arterie porro sine venis: non tantum in conceptibus: verum etiam in iā perfectis animātibus visuntur. Primū magne ille: que ex corde prodeunt: vna quidem que ad quintam vsq; thoracis vertebram descendit: altera: que prima omniū ad iugulum effertur. post has: ea etiā: quā ad scapulam: ⁊ axillam sinisteriorē tendere ostensum est. Harū eñ vnaqueq; aliquā diu sola citra vene copulā excurrit: ⁊ ea quidē q̃ ad quintā vertebram descēdit: vsq; dū a vertebra subnixa fuerit: que aūt ad iugulum tendit: donec ad locū ꝑuenerit vbi thymus est positus: que vero ad sinisteriorē maxillā: donec prope primā costā processerit. Jam arteria sine vena est: ex carotide propago vna: que sola ad textū retis instar habēs ascēdit. Hāc enim videre licet: multū ab eo recedere foramēto: per quod extremam iugulariā ad cerebrū subire dictū est. Enimuero ipsum quoq; reti simile textū sine vena est: tū que indidē vlterius procedūt: in ipso progressu nullā habent adiacentē venam prius q̃ coire incipiant: tum vero que ad septum transuersum pertinent: earum nulla cum vena iungitur: prius q̃ in extrema inciderint venarum: quas a caua numerosiori sobole propagari ostensum prius est. Quemadmodum: nec prime ille propagines: que ad iecur ⁊ ventrē: ⁊ lienem: ⁊ intestina mittuntur. Nam ne illis quidem adiacet vena: prius q̃ incipiant coniungi.

¶ Galeni De neruorum Dissectione. commentariū Antonio Fortolo Joseriensi interprete.

Quod nulla particularum animalis neq; motum: quē arbitrarium vocamus: neq; sensum sine neruo obtineat: ac quod si incidatur neruus: immobilis confestim insensibilisq; reddatur particula: inter omnes constat medicos. Quod autem principiū: origoq; neruorum sit cerebrum: sicut ⁊ spinalis medulle: quodq; nerui partim ex cerebro: alij ex spinali oriantur medulla: id vero minime omnibus notum: exploratumq; fuit. Ceterum quod in dissectionibus corporum apparet ad hunc se habet modum. Ipsi quidem anteriores ventriculi: per cerebrum in priorem procedentes partem: sensim leniterq; in angustum coartantur: fere in speciem figure turbinate donec ad principium pertigerint nasi: mutuo situ ad positi: ac sese perpetuo contingentes: vt nihil inter ipsos sit medium: preter tenuem membranam: meninga Greci vocāt. Horum quidem sinuum ad partem vtramq;: vnus dextra: ⁊ alter sinistra: neruus est crassitudine notatu digna ⁊ fere omnium neruorum aliorum mollissimus: ex ipso quidem prodiens cerebro: procurrens autem in oculos extra caluam: per foramen prorsus eque patens: ac latum: quanta est nerui ipsius crassitudo. Positum autē est id foramē: qua primum nasci incipit oculorum regio: ac tibi: si contemplatus fueris: nerui isti: ceu quedam oculorū radices esse videbuntur. Dissoluuntur autem haud quidem in plures fibras: ceterorum omnium neruorum modo: qui in ea: a quibus suscipiuntur instrumenta varie disperguntur. sed alio quodam mirabili plane modo: quem nec facile sit explicare: nec si tibi explicuero: fortasse credas: vtiq; prius quā spectaculo interfueris. vterq; eñ in sibi aduersum oculum intro subiens in latū sese explicat: ipsumq; qui in oculo inest vitreū humorē: in orbem sphere modo ambit: nihil quicquam detrimentiꝯ trahens: quominus naturam: substantiamq; cerebri inibi retineat. Sed in solis hisce neruis: antequam in oculos inserātur: sensibilis q̄dā meatus inest: vnde ipsos nōnulli anatomici: poros: id est meat⁹ appellarūt: alij opticos neruos: id est visui administros vocāt: nominea functio: quā ipsi obeunt: facto. Ac primam quidem hāc coniugationem neruorum: qui a cerebro oriant̄ numerant: que aliarum omniū est mollissima. Altera post hanc est coniugatio: in musculos qui oculos mouent distributa: durior multo ea: quam modo me

morauim⁹. Hec ex calua foras emergit: haud aliter:
atq; illa: tenuissimo dirempta osse. Cui dum per cal
uam procedit: non etiã cum primum nascitur: adia
cet tertia neruorum coniugatio. vocant autem ipsos
molleis. multiq; circa primam statim radicem appa
rent: si modo diligentius animum aduertis. nam ne
gligentius intuenti: vnus omnes esse videãtur. Mol
liores quidem certe isti sunt: tum secũde: de qua mo-
do agebamus: tum vero eius: que mox sequetur quar
te coniugationis: aliarumq; deinceps coniugationũ
neruis. siquidem tales: eo magis videntur: quod cũ
plures numero sint: capillorumq; modo pretenues:
ita paribus inter se spatijs adiacent: vt citra cõpres-
sum connexũq; committantur. Paulo ijs durior ner
uorum ex cerebro prodeuntium quarta coniugatio
cum tertia miscetur: ac perreptat: primum quidem
crassam membranam: cerebri custodem: deinde ip-
sum etiam capiti obductum os: tum rursus ad pala
tum retrocedit. At enim tertia coniugatio: sicut ex fre
quentibus primis radicibus videtur constare: ita
etiam varie scinditur ac desinit. Neq; enim refert vtrũ
solui a seipsis inuicem dicas predictam neruorum
frequentiam: an totum discindi: partibus in diuer-
sa tendẽtibus. ita siue dicat aliquis ipsos a seipsis
neruos discerni: ac separari: siue a tota congerie quã
libet oriri partem: nihil intererit. Primum igitur: vna
queq; ipsorum pars ad inferiorem capitis partem
recedit: id quod anatomicos latuit. Commune autẽ
est calue foramentum per quod hec deorsum fertur:
et arterie carotidis reliquũ ad cerebrum subit: vtrin-
q; autem vna est. Id enim si quando non adderetur
subintelligere attamen semper oportet: presertim eos
qui semel modo audissent: nullum neq; a cerebro: ne
q; a spinali medulla neruum esse non coniugatum:
sed semper alterum ad dextram: ad sinistram alterũ:
eadem prorsus vtrinq; magnitudine situm obtine-
re. Quo itaq; modo nerui isti: per collum: ac thoracẽ
ad loca precordijs subdita ferãtur: queq; ipsorum
sit distributio: procedente oratione ostẽdemus. Nũc
autem ad reliquas coniugationis tertie partes refe
ramus cõmentationem. Ea e calua emergens: attin-
git quidem secundam: ceterum haud quaquam eo-
dem modo cũ ea permiscetur: quo alie quedam per
miscentur: sed sicuti iam dixi: varie scinditur. Statim
itaq; pars eius qua maxilla iungitur: ante aures
erumpit: que quemadmodum cum neruis: a quinta
coniugatione venientibus coeat: nõ ita multo post:
audies. hec igitur parua quedã ipsius pars est. Quod
autem tanquam truncus est omnium indidem pro-
deuntium particularum: que et ipse ramorum: ac pal
mitum vicem: rationemq; subeũt: bipartito scinditur
primũ: deinde mẽbrũ vtrunq; in multas rursũ par
tes. Et alterũ quidẽ: tũ in temporum musculos dis-
pẽsatur: tũ eos quos molitores appellant: tum vero
in eos quoq; qui ex superiore mandibula ortũ habẽt.
Quin ad gingiuas etiã: et dẽtes: et cutem: que faciei
pretenditur: ex hisce neruis aliqui perueniunt. Alterũ
vero in radices dentium: qui in inferiore impacti sunt
mandibula: diuiditur: ad eundẽ omnino modum: quo
prius illud mẽbrũ in superiores. ac perinde ad gingi
uas: labraq; inferiora propagines mittit: vt illud ad su
periora. plurima autem ipsius pars ad lingue tunicã per-
tinet. Ac nõnulli cõiugationẽ hãc neruorum: gustatori
am vocant: quoniam ministerio ipsorum sensus gustandi
obeatur. Ad hunc igitur modũ se habet tertie neruo
rum cõiugatonis distributio. Dictũ porro et de quar
ta est: quã recte. Marinus animaduertit: abs tertia
recedentem: ad palatum peruenire de qua et ipsa: in
dissectionũ libris pertractauim⁹. Est autem et alia ner-
uorũ coniugatio: quam Marinus quintã nominat.
Quãq; nõ ea quidẽ ex vna adeo radice prodit. sed vi
cini inter sese nerui ipsi sunt: cũ alter tamẽ ex altera
radice oriatur. Et hic quidẽ quẽ auditoriũ appellãt
in priore magis parte ad auditus meatũ emergẽs:
vna cum dura mẽbrana: que indidem: vnde neruus
ipse exoritur: cũ qua in latitudinẽ sese effundẽs mea
tui leniter obducitur. Alter vero ex parte aduersa: in alte
rum quoddam ossis (quod lithoides Greci ab insi-
gni duritie vocant) excidens foramen: cecum appel-
latum. id enim antiquiores anatomici nomen indi-
derũt: cum vtiq; perforare non potuissent exactius
cum anfractum: per quem neruus post aures foras
erũpit. Coit autem mox neruus hic: cum eo: quẽ cũ
de coniugatione tertia ageremus: foras prodire: qua
maxilla iungitur: ostensum est: haud illo quidem ad
hunc perueniente: sed operiente potius: dum hic ad
se pertingant. Ex ambobus autem ipsis commixtis
pars plurima: vel vt verius dicam: totum fere in la-
tum musculum scinditur: qui cuti subiectus: buccã
(υποδλες Greci vocãt) sine maxilla mouet: quẽ nos
primi obseruauim⁹ vnũ manifesto atq; cũ vtrinq;
existentẽ. Meminisse enim te oportet: vt semper subau-
dias per copulam: etiam si inter loquẽdũ: aliquan-
do omittatur. ad hunc igitur modũ quinta distribui-
tur cõiugatio. Age enim quando ita placet Marino:
vnicã esse fingamus: et si duplicem liquido esse con-
stet. Sexta autem neruorum ex cerebro nascentium
coniugatio: foramine vsa est: quod ad suture Λ Greci
elementi speciẽ preferentis: extremitatẽ inferiorẽ in-
terpatet. Principia autem statim e cerebro prodeuntiũ
trium neruorũ obtinet: que vbi e calua emerserint:
multifariã cum inter se cõmiscentur: tum etiam cum
adiacentibus alijs: de quibus mox dicetur. Superest se-
ptima neruorũ cerebri cõiugatio: cui⁹ pars optima
in lingue musculos dispẽsatur. Exigua vero quepiam
particula: ad musculos peruenit: cõmunes chartilagi-
nis: que in gutture clypei imaginẽ prefert: et inferio-
rũ laterũ ei⁹ que a figura Λ litere Grece labdoides
appellatur: ac in alios quosdam nõ semper. Commi
scentur autem: vt dictũ est: inter sese nerui ad inferiora
capitis tendentes: tum is qui abs tertia cõiugatione:
tum is qui a duobus nouissime memoratis oritur. Ac
sane neruorum: qui a spinali medulla nascũtur prima:
secũdaq; cõiugatio: sepius societatem init cum hisce
neruis. Et tibi quidem persepe videbitur: quod de al-
tero traijcit in alterũ: ceu vinculũ aliquod duntaxat
esse ambobus cõmune. Id vero interim neruorum al
terum auget: quasi ad ipsum accedens: seseq; cũ illo
cõmiscens: alterum vtpote abs quo secesserit: exilio-
rẽ facit. Que res magnã hisce cognoscendis neruis:
caliginẽ effudit omnibus anatomicis: vt inter se ipsi
diuersa: ac pugnantia proderẽt: plurimaq; ipsorum in
vnoquoq; ignorãtia extaret. Quosdam enim nunq;
non modo in omnibus animãtib⁹: sed ne in solis qui-
dẽ simijs ferri: quasi nunq; aliter se habeãt: scripse-
runt. Nonnullos vero nõ in solis tãtum simijs: sed in

omnibus etiam animalibus quorum sex esse genera in dissectionum libris retulimus: ad eundem semper constare modum. Hoc autem prorsus ipsi ignorauerunt quomodo proprijs gutturis musculis nerui e sexta coniugatione distribuantur: terni vtrinq; prodeuntes: vt sex numero omnes sint. Cognouerunt autem quidam duos tantum ex ijs: alij nec hos quidem. Enimuero musculi gutturis illi: quos cum alijs quibusdam partibus communes habet: non semper a sexta neruos accipiunt: sicut nec qui os illud gutturis: quod tum a figura Λlabdoides: tum a specie Υυαθον vocant: cum osse pectoris connectunt. De quibus exacte ac cumulate in dissectionem libris pertractatur: vbi etiam de tribus agitur neruis: quo vtiq; illi modo dispensentur: quos per foramen ad extremā Λαβδοειδῆ suturā interpatēs prodire dictum est. Quanquam vtrunq; omnes ꝓpe vnum esse arbitrātur: qui carotidibus hereret arterijs: qui si laqueo intercipiatur: mutum animal redditur. ab his igitur gutturis musculi propagines accipiunt. Aliorum porro duorum: alter ad vtrosq; faucium musculos: linguueq; radicem pertingit alter ad scapule musculum: ⁊ ad eum qui latus est. aliosq; quosdam eius loci musculos. Quin ⁊ ipsos latuerunt eorum neruorum: qui carotidibus adiacent: propagines non pauce: quas ipsi per collum: thoracemq; delati edunt: priusquam in ventris os incidant: quo optima pars eorum neruorum se inserit: ⁊ spargit. Enimuero mirum illud est: quod in precordia quasdam ex ipsis particulas distribui tradunt: cum de hac coniugatione nihil ne minimum quidem: precordia accipiant. quod autem de medio thorace retrorsum aliq̄ veniant ꝑticule ab ijs neruis ad quosdā gutturis musculos: non etiam dicunt. necvero quam vim isti nerui habeant. Atqui: si lesi fuerint: causa sunt vt obmutescat animans. ac magna neruorū arterijs adiacētiū coniugatio: quoniam istorum partes sint: si offendatur: vocē eripiendi vim obtinet. Varia autem vltra precordia neruorum istorum est distributio. nam ⁊ a spinali medulla que circa eam est partē: quosdam sumunt ramulos: eosq; ad posita inibi viscera dispergunt: cūq; ijs miscentur: quos ante a cōiugatione tertia per collū: thoracemq; deferri diximus. Atq; hos rursum ipsos neruos: qui propter costarum radices deorsum porrigūtur: a sexta coniugatione esse propagatos ꝓdiderūt omnes. Multiplex porro ⁊ horū permixtio est cum neruis intercostalibus: alijs que fere omnibus: q̄ ꝑ lumbos: graciliores extendūtur: denique cū reliqua eorū parte: qui ad os ventriculi pertinent. Varia etiā digestio neruorum est per extimam peritonei regionem: quam minime propositum est accuratissime in presentia persequi.

¶ Finis

¶ Galeni de inequali intemperatura.

Intēperatura inequalis corpus aliquando animalis obsidet: sicuti in aqua intercutem que anasarca nominatur ⁊ in febribus illis que hepiale vocantur: contingit quod etiā in omnibus alijs fere euenit: preter eas que ectice idest habituales dicuntur. Fit autem ⁊ in vno quouis membro vel inflato vel inflammato vel gangrenam vel herisipelas patiente. Ad hoc etiam genus pertinet morbus qui elephas nominatur: ⁊ phagedena: ⁊ herpis. Verum hec omnia cum fluctionibus accidunt. At sine materia influente solis qualitatibus membris alteratis fiunt inequales intemperature: vel refrigeratis vel exustis vel supra modum exercitatis vel ociatis vel aliquid aliud perpessis. Verumtamen etiam ex his que extrinsecus ingruunt inequales intemperature nostris corporibus accidunt vel calefactis vel frigefactis vel exsiccatis humectatis: simplices enim he quemadmodū in commentarijs de temparaturis ostendimus. Composite vero ex ipsis alie quatuor si videlicet simul calefiant et humectentur vel calefiant ⁊ exiccentur vel frigefiant ⁊ humectentur vel frigefiant et exiccentur: quod autem huiuscemodi intemperature differant ab equalibus ob id ꝙ non omnes corporis partes intemperaturam patientis inuadunt apertissimum existit. Quisnam igitur modus generationis omnibus inequalibus intemperaturis propositum nobis est in hoc libro transigere: vt autem maiorem sermo habeat claritarem de omnibus primum corporis partibus oportet facere mentionem sumpto initio a maximis que etiam vulgo notissime sunt: nam manus ⁊ pedes ⁊ ventrem et thoracem ⁊ caput nemo est qui ignoret: sed rursus ⁊ his singula secentur a nobis in illas que proxime partes nominantur; veluti crus si opus sit in femora tibiam ⁊ pedem: manū aūt in brachium cubitū et extremam manum cuius extreme manus proprie partes sunt vel a dorsum ⁊ digiti. Digitorum autem rursus ossa cartilago ligamenta nerui ⁊ arterie ⁊ vene membrane ⁊ carnes ⁊ chorde vngues ⁊ cutis et adeps: has autem non contingit in aliam rursus secare speciem sed sunt similares ac prime exceptis arterijs ac venis que ex filis quibusdam atq; membranis composite sunt: quemadmodum in libris in quibus docemus sectionem corporum explicauimus. Vbi etiam dictum a nobis est ꝙ multa insunt spacia intermedia primis ac similaribus partibus ⁊ adhuc plura atq; maiora dissimilaribus atq; compositis: nonnunꝙ vero ⁊ vni alicui parti similari: sicuti ossi ⁊ cuti de quibus omnibus in libris in quibus docetur sectio corporum dicitur. Mollia igitur corpora cum in se residēt spacia intermedia sensui occulta reddunt: que vero dura sunt ac sicca si quis inspexerit habent sua interualla manifesta sicuti ossa foramina in quibus secundum naturam humor quidam crassus atq; albus continetur vt presto sit ad ossium nutritionem. Qui vero in cute meatus existunt quomodo fiant in libris de temperaturis exposuimus. Hec igitur nobis commemorare fuit necessarium propter illa que dicturi sumus de inequali intemperatura. Sed iam dicere aggrediamur qualis sit ipsius natura; et quot modi generatio-

nis. Quot igitur] nō ſit vna tēperatura in oībus partibus corporis patiētis alia dictū eſt: ſed hoc q̇dem cōe eſt vnicuiq̧ inequali tēpature. Fiūt aūt ſm partiū patiētiū nās differētie: aliter. n. ſimplex caro: aliter totus muſculus ad intēperaturā veniūt inequalē. Stati. n. fluctione calida ad muſculū decūbēte primū arterie maiores ac vene implent atq̧ extēdūtur poſt has vero minores fitq̧ iſtud cōtinuo donec ad minimas fluctio ptingat que qn̄ fortiter intruſa fuerit ꝛ āplius cōtineri nō pōt pars eius exit p orificia pars p foramina venarū pcolat ad exteriora atq̧ exinde fluctione implent ſpacia intermedia primorum corporū ita ꝙ caleſiūt atq̧ hūor oīa vndequaq̧ circūfluit. Sunt aūt hec nerui atq̧ mēbrane ꝛ carnes ꝛ aū has arterie ac vene q̄ primum ac maxime varijs modis dolore afficiunt: nā ꝛ intrinſecus a fluctione caleſiūt atq̧ extēduntur ac diſtrahunt extrīſecus ſimul caleſiūt cōprimunt atq̧ grauātur. Alie vero partes nōnulle q̇dē q̇a caleſiūt tm̄ vel cōprimunt nōnulle ꝟo vtroq̧ malo laborāt atq̧ hic morbus flegmon ideſt inflāmatio nominat. Eſt autē intēperatura inequalis muſculi ſanguis ſiq̇dē in eo exn̄s iā ferueſcit cōcalefacit aūt primū q̇dē ac maxime tunicas arteriarū atq̧ vena: adhuc āt extra has oīa illa quibus circūfūdit ꝛ duoꝝ alterū ſeq̄ eſt neceſſariū vel ſuperāte fluctiōe corporū q̄ ſuccubuere ſequi corruptionez vel ſupata muſculū ad nālē habitū reuerti. Subijciamus aūt ipſam primū fluctionē ſupari: nā melius ē vt meliora pferātur. Duplex in hoc modus ſanationis vel diſſoluta tota materia q̄ fluxit vel ipſa cōcocta: verū diſſolutio optabilior exiſtit. Ad coctionem aūt hec duo neceſſario cōſequūtur ꝛ puris generatio ꝛ abſceſſus. Abſcedit aūt aliqn̄ ad maiorē ꝛ viliorez ex his q̇ adiacēt ventrē q̇ modus abſceſſus optimus eſt: aliqn̄ vero ad maximū q̇dē nō tamē vilez aut ad vilem quidem non tamen maximū: nam in locis] ad vētriculū attinentibus optimus fit abſceſſus ad ſpaciū laxius in pte interiori: peſſimus aūt fit ſub pitoneo ſic ꝛ his que cerebri ſunt laborātibus optimus abſceſſus eſt ad duos ventriculos: prauus autem ſubter membranas ipſum tegētes ꝛ ad vētriculū poſteriorē. At in coſtarū locis abſceſſus fiūt ad ſpacia latiora thoracis ꝛ ex muſculis q̇dē ad cutē: ex viſceribus ꝟo vel ad arterias vel ad venas q̄ i ipſis ptinēt vel ſub mēbrana q̄ tanq̧ cutis ipſa cōplectit: ꝙ ſi materia fluxa corpora ſupauerit ad tātā hec venīēt intemperaturā: ꝙ eorū opatio deſtruet ꝛ pceſſu temporis corrūpet. Tunc vero primū dolore deſinēt qn̄ illi a quo trāſmutant fuerint aſſimilata: neq̧. n. qn̄ iā facta eſt trāſmutatio tēperature mēbra dolēt ſed illo ipſo tēpore quo trāſmutātur: quēadmodū ꝛ ad mirabilis Hippocrates his verbis oſtēdit his quorum nā mutat atq̧ corrūpit dolores accidūt. Mutat atq̧ corrūpit nā vniuſcuiuſq̧ vel calefacti: vel frigefacti vel exiccati: vel hūectati vel eius ſoluta cōtinuitati: in inequalib⁹ q̇dē intēperaturis q̇a maxie caleſiūt aut frigeſiūt he ſiq̇dē q̄litates p̄ alijs oīb⁹ ſūt ad agēdū potētes. Cū vero fameſcūt vel ſitiunt deficiēte hic q̇dē ſubſtātia ſicca illic vero humida. Cū autē aut percutiuntur aut exeduntur aut intenduntur ſiue comprimuntur vel diuelluntur ſoluta continuitate. Si igit calor ſanguinis in inflāmata particula mitis extiterit ꝛ ſanguis qui in toto corpore aīalis cōtinet ſe modice habuerit ſm tēperaturā nō admodū facile vna cū patiēte cōcaleſcit. Si vero vehemēti⁹ efferueat vel vniuerſus aīalis ſanguis bilioſus extiterit totus ptinus excādeſcit: multo aūt magis ſi ābo coeāt in vnū ꝙ. ſ. ꝛ ſanguis in inflāmatione cōprehēſus ſit ſufficiēter calidus ꝛ in toto aīali bilioſus: caleſcit aūt primū quidē ſanguis arteriarū qm̄ ꝛ natura calidior exiſtit ꝛ ſpirituoſior: poſt hūc aūt q̇ cōtinet inuenis: ꝙ ſi inflāmata particula viſcerib⁹ multo ſanguine redūdātibus vrina fuerit acius adhuc ſanguis in toto aīali cōcaleſcit ꝛ vt ſummatim dixerim. In omni calefaciēte q̇cq̇d facile alterat vel natura calidū exiſtit primuz calorē recepit: quēadmodū etiā i frigefaciēte q̇cq̇d facile alterabile vel natura frigidū fuerit illud primum frigeſit. Facilime aūt alterat ſpiritus qm̄ ex tenuiſſima ſubſtātia cōſtat. Calidiſſima aūt ſm naturam eſt flaua bilis: frigidiſſima vero pituita: ex alijs aūt humoribus poſt flauā q̇dē bilē ſanguis eſt calidus: nigra vero poſt pituitā frigida. Vna aūt rōne ꝛ ſubſtātia tenuis facile ſuſcipit alteratione: craſſa ꝟo eſt alteri cōtumax quare neceſſariū eſt multiformes fieri in inflāmationib⁹ alteratione qm̄ ꝛ multiformiter corpora ſunt affecta. Propter hoc aūt etiā dolores excitātur: primū. n. ſanguis q̇ efficit inflāmationē: vel magis: vel minus calidus eſt: deinde ꝛ eius putrefactio ſm ppriā vniuſcuiuſq̧ naturam ꝛ pro vt magis vel minus in vno loco coarctatur que. n. nō trāſpirantur facile putrēt quod ꝛ in exteriorib⁹ oībus accidit. Cū vero calida ꝛ humida ſm naturā fuerint tunc maxia putrent: ꝛ q̇dē ꝛ pars que patit inflāmationē vel proxima eſt viſceribus ſanguine redūdātibus vel longe diſtat atq̧ vniuerſus ſanguis vel bilioſus vel pituitoſus eſt aut atre bilis naturā p̄ ſe fert ꝛ hec omnia magis aut minus ita ꝙ neceſſariū ſit multiformes alteranones exiſtere: ſiue alterū alteri cōparet: ſiue idē ſibi ipſi. He oēs corpis intēperature fiūt inequales: maxime aūt vbi ſanguis naturalis in inflāmatiōe ignitur ſcđo loco cū ꝛ ſanguis naturalis ꝛ in corde exn̄s in ſiniſtro p̄ſertim eius vētriculo in quē ſi adhuc viuo aīali ꝛ nundū febre arrepto velis inicere digitos: quēadmodū in tractatibus q̇bus modus ſecādi corpora tradit diximus vehemētiſſimā ſenties caliditatē. Quare nō abſq̧ ratiōe fit vt cū totū corpus vltra modū nature cōueniētē calefit ille maxie ad extremaz veniat caliditatē nā ꝛ tenuiſſimū ꝛ ſpirituoſiſſimum ſanguinē habet ꝛ cōtinue mouetur. Verū in hiſce oībus febribus caleſcit q̇dē nōnūꝙ vniuerſus ſanguis ꝛ illā que ex putredine humorū habet caliditatē non tm̄ neq̧ tunice vel arteriaꝝ vel venaꝝ: neq̧ aliquod aliud adiacentiū corporū iam integrā habet ſue temperature alterationē renū adhuc trāſmutātur atq̧ alterantur caliditatē. Quot ſi lōgiori tēpore hoc patiātur aliqn̄ ſuccūbēt atq̧ oīmodā patiētur trāſmutationē adeo ꝙ nō tm̄ calefiēt: ſed etiā erūt p̄ter modū nature cōuenientē calefacta. Eſt aūt terminus vnicuiq̧ particule alterationis opationis eius offenſio. Tota autem vſq̧ ad hunc terminum latitudo via eſt in id quod contra naturam: veluti mixtum quoddam atq̧ commune ꝛ medium factum ex duobus contrarijs: altero ſecundum naturaz exquiſite: altero prorſus cōtra naturam. In hoc autem toto tempore quod calefit corpus quantitati alterationis dolorem habet proportionalem: vbi vero ſolide omnes corporis partes integre concaluerint huiuſmodi febris ectica nominatur vt que non humida tantum ac ſpiritus ſed ea

etiam que

etiā que habitū tenēt corpora occupat. Est aūt dolo
ris exps ⁊ q̇ ita febricitāt neqꝫ oīno sibi videnē febri
citare qm̄ neqꝫ oīno sentiūt caliditatē vtpote oībus
equaliter partibus cōcalefactis. Et iam hec sunt om
niū nature interpretū cōfessiōe recepta in eorū de sen
sibus ratiocinijs: neqꝫ.n. absqꝫ alteratione sensus do
loris est: neqꝫ vbi iam ꝑfecta est alteratio ⁊ hec est cau
sa ob quā oēs febres ectice dolore vacāt atqꝫ a labo/
rantibꝰ penitus nō sentiūtur: neqꝫ.n. in ipsis altera
pars agit altera patiē cū iam oēs similes sint effecte
⁊ vnā habeāt tēperaturā ꝓportionalē. Si vero alia q̇
dem calidior extiterit: alia vero frigidior nō tāto cali
dior es quāto sufficiat ad molestādū partē sibi vici/
nā. Alioquin etiā partes que propriā naturā seruant
etiā sibi inuicē moleste forent vt que differētibus cō/
stant tēperaturis. Caro.n. calida est os vero frigiduꝫ
horūqꝫ ⁊ aliorū omniū inequalitas omni dolore ca/
ret propter excessus mediocritatē. Sic itaqꝫ ⁊ aer no/
bis circūfusus nullā molestiā affert priusq̄ ad immo
dicā vel caliditatē vel frigiditatē euertaē. Ipsas ita/
qꝫ in medio differētias ⁊ si plurime sint ⁊ manifestuꝫ
habeāt excessum sine dolore sentimus vn̄ ex his peri
clitaē ne sermo ille habeat ꝓbabilitatē quē quodā in
loco Hippocra. ꝓtulit. Oēs morbos vlcera esse: vlcus
tem̄ cōtinuitatis solutio est. Immoderate aūt calidi
tates ac frigiditates ꝓpe ad hoc venit: vt soluāt con/
tinuitatē: nā calor q̇dē plurimos ob id q2 diuidit in/
tersecat q̄ sube cōtinuū. Superfluū aūt frigus q2 dē
sando atqꝫ intus trudēdo: hec q̇dē exprimit: hec vero
frāgit ⁊ huc quispiā terminū statuēs immoderati ca
loris ⁊ frigoris: non ꝓcul a vero deuiare videreē siue
aūt hic siue alius sit immoderātie terminus: illud tn̄
cōstat immoderātiā omnē in ad aliq̇d esse: neqꝫ.n. oē
corpus eodem modo a calidis ac frigidis afficiē atqꝫ
ideo nōnulla aīalia humiditates habēt inuicē conue
nientes: nōnulla vero nō modo incōuenientes sed in
suꝑ ꝑniciosas veluti homo ac vipera: sputū.n. vtriusqꝫ
alteri est perniciosum sic si scorpiū inspueris occi/
des nō tn̄ homo morsu occidet hominē neqꝫ vipa vi/
perā neqꝫ aspis aspidē simile siquidē cōuenīēs est at
qꝫ amicū: cōtrariū vero inimicū atqꝫ molestū. Augen
tur itaqꝫ oīa ac nutriūtur a similibus: a cōtrarijs ꝟo
interimūtur atqꝫ occidūt atqꝫ ideo sanitatis custodia
fit ꝑ similia. Morborū vero obstructio ꝑ cōtraria: sꝫ
hoc alteriꝰ est tractationis. Febris aūt illa ectica quē
iam obsedit aīalis corpus a laborāte nō sentiē. Alie
aūt oēs sentiūtur: verū alie magis alie minus mole/
ste sunt ⁊ quedā earū rigorē afferūt. Fit aūt ⁊ hoc ac/
cidens sicuti alia plura ab inequali intēperatura: sed
quō generetur nō attinet dicere in p̄senti tractatione
priusq̄ de potētijs naturalibus quot sint ⁊ quales ⁊
q̇d singule facere natura apte sint demonstrauimus.
De oībus aūt accidentibus in eo libro agetur qui de
causis accidentiū inscribitur sed redeo rursus ad in/
temperature inequalis differētias. Quō.n. ex inflam
matione fiat febris ⁊ q̄ omnis inflāmatio ac febris
omnis exceptis ecticis sint ex numero morborum ha
bentiū inequalem. Intēperaturā iam expositum est.
Fieret aūt ⁊ absqꝫ inflāmatione ex sola humorum pu
tredine febris: neqꝫ.n. sola arctata ⁊ nō difflata putre
scunt: q̄uis ista citissime ac maxime sed ⁊ alia pleraqꝫ
putredini apta: de quorū aptitudine alibi a nobis
dictum fuit. Fit aūt ⁊ inequalis tēperatura alio mo/
do que totum occupat corpus aliqn̄ quidē fuligino
sa difflatione coercita: aliqn̄ vero calore aucto ex labo
ribus atqꝫ exercitijs ⁊ nōnunq̄ propter irā efferuescē
te. Quot autē ⁊ in hisce omnibus febribꝰ: sicuti ⁊ in
inflāmationibus antea dicebaē ⁊ pro cause efficien/
tis vi ⁊ pro corporis dispōne: hi quidē magis: hi ꝟo
minus febricitāt: hi vero nihil oīno puto esse manife/
stum: ⁊ q̄ aliqn̄ quidē spiritalē subām: aliqn̄ vero hu
mores intēperatura attingit: hoc quoqꝫ perspicuū exi
stit: sed nihilominus ⁊ illud liquet q̄ oēs huiuscemo/
di febres si diuturnitatē acceperint ectica febris cōse
quetur: ⁊ iam sermo ipse quodāmodo ostēdit q̄ nōnū
q̄ aut calida aut frigida ad aliquā partē influēt sub
stātia fieri cōtingit huiuscemodi inequalē intempera
turā: quēadmodū in inflāmationibus dicebatur. Se/
pe vero nō hoc modo sed ipsa corporis temperatura
ſm qualitatē alterata ⁊ q̄ cause ipsam alterantē aliq̄
ex ipso corpore excitanē aliq̄ extrinsecus veniunt ex
ipso quidē corpore vt cum in solis putrefactionibus
⁊ quibusdā inflāmationibꝰ accēditur febris: extrinse
cus aūt qn̄ ex deustionibus atqꝫ exercitijs. Pleniꝰ au
tem de his a nobis dicetur vbi de causis morborum
agetur. Sicuti vero ex deustionibꝰ accendatur febris
alterata corporis tēperatura sic in gelu sepius q̇bus/
dā fortiter totū corpus est frigefactū: vnde nōnulli co
rū interierūt ⁊ q̄ hi oēs doleāt neminē latet sed ⁊ illi
pariter dolēt quicūqꝫ vehemēter frigefacti ex gelu se
prompte igni exposuerūt vt citissime calerent: ⁊ multi
ipsorū subito manus ad ignē applicātes dolorē vehe
mētissimū in vnguiū radicibus sentiunt. Deinde q̇s/
piā euidēter inspiciēs doloris causam esse factā ineq̄
lem intēperaturā amplius nō credit de doloribus in
trinsecus ortū habentibꝰ aut admiraē quō sine inflā
matione aliqn̄ dolor vexat aut laxius intestinum aut
dētes aut aliā corpis partē: neqꝫ.n. aliq̇d horum ad
mirari oportet neqꝫ quo pacto nōnulli egrotātes fri/
gent simul atqꝫ febricitāt: si.n. pituitosus humor ac
frigidus quē Praxagoras vitreū nominat ac bilio/
sus ⁊ calidꝰ simul redūdet ⁊ per particulas corporis
sentiētes moueātur nihil mirū si eger similiter vtrū/
qꝫ sentiat: nā si hominē sistas sub sole calido ⁊ aquaꝫ
frigidā subinfundas fieri nō pōt quin simul ⁊ a sole
caliditatē ⁊ ab aqua sentiat frigiditatē sed hic quidē
ambo extrinsecus sunt ⁊ ad magnas incidūt partes.
In febribꝰ vero que hepiuie vocātur intus sunt ⁊ ad
paruas atqꝫ ideo totū corpus videtur ꝑsentire q2.n.
ꝑ minima spargūt ⁊ qō calefacit ⁊ qō frigefacit nul/
lā ita cōtingit partē sensilē accipere cui alteruꝫ nō in/
sit: ⁊ quidē in principijs accessionū nōnulli febricitā
tes rigent simul atqꝫ febricitāt ⁊ simul vtrūqꝫ sentiūt
rigorem.s. atqꝫ calorē verum nō eodē in loco. possunt
em̄ isti manifeste distinguere partes calescentes a fri/
gescentibus. intus em̄ ⁊ in eisdem visceribus calorem
sentiunt in exterioribus aūt partibus omnibus fri/
gus. Sunt aūt ⁊ que lixirie febres vocantur omnino
tales ⁊ quodam genus ardentium febriū exitiale sed
quod in his magis in partibꝰ accidit hoc in epialis
contingit in paruis: nam ⁊ harum febrium tempera
tura inequalis autem ⁊ reliquarum omniū exceptis
his que ectice nominatur. Inequalis etiā his qui ri/
gent nundum tamen febricitant: est autem rarus qui
dem casus sed euenit aliquādo ⁊ mulieribus ⁊ viris
quibusdam. Oportet autem vitam omnino ociosam
precessisse aut hominem longiori tempore asumpsisse
cibaria plurima ex quibus humor segnis frigidus ⁊

crudus ac pituitosus generatur qualis est ille quem
Praxagoras vitreū appellat. Pridē vero vt apparet
nemo in hūc modū afficiebat̄ qm̄ nemo ita ociosam
degebat vitā ⁊ quotidie cibis saturabat̄ atqꝫ ideo ab
antiquis medicis scripto ꝓditū febrē cōsequi neces-
sario rigorē: verū ⁊ a me ⁊ a multis alijs medicis iu
nioribus sepius rigor est visus quē febris nō est cōse
cuta. Cōponitur aūt ex hac intēperatura ⁊ altera fe
bricitantiū hepialus: sic aūt nomino febrē illaꝫ cum
simul ambo cōtingūt: verū illā in qua rigor antecedit
febris vero subsequit̄ vt tertianā atqꝫ quartanā non
voco hepialū. Quare ex inequalibus intēperaturis
complicatur hepialus ⁊ alie febres vniuerse preter
illas que ectice nominantur. Simili modo ⁊ quicūqꝫ
morbi partē vnā aliquā cū tumore obsideat nō secus
ꝙ̄ inflāmatio ⁊ ipsi ex inequali cōstant intēperatura
cācer: herysipelas: herpes: inflatio: phagedena: gan-
grena quib⁹ omnib⁹ cōmune est ex fluxi humorū ge-
nerari. Differūt autē qm̄ nōnulli quidē ex pituitoso:
nōnulli ex bilioso: vel melācholico hūore: nōnulli au-
tem ex sanguine vel calido vel tenui. s. atqꝫ feruēte vel
frigido ac crasso vel aliter affecto fieri cōsueuerūt: nā
de horū ṡm spēm differentia alibi a nobis ostēdetur.
Quantū vero ad presentē attinet tractationē hec tan
tum dixisse sufficiat ꝙ pro qualitate materie fluentis
singule fiunt passiones eodē modo quo prius ex cali
do atqꝫ sanguineo inflāmatio fieri dicta ē. Et ꝙ vnū
quodqꝫ similariū atqꝫ simpliciū ac primorū corporū
ab hac tali fluctione ad inequalem ⁊ ipsum perueniet
intemperaturā extrinsecus quidē calefactū vel frige-
factum vel exiccatū vel humectatū pro materie fluen
tis qualitate nō tamē in profundū vsqꝫ similiter affe
ctum. Quod si totū per totū transmutatū fuerit: atqꝫ
alteratū protinus quidem dolore vacabit sed in diffi
ciliorem incidet dispositionem. Hec mihi visa sūt ne
cessaria precognitu his qui tractatum de medicamē-
tis: atqꝫ vna cuꝫ hoc alterū curandi ratione sunt asse
cuturi.

FINIS.

Antonius Albus Petro Lizetio Regio aduocato. S.

CUm multa scite ac sapiēter scripsit satyricus Aquinas: tū illud vnū sapientissime monuisse
existimatur: orandū videlicet vt sit mēs sana in corpore sano: qd ea demū plena absolutaqꝫ
sanitas dici debeat: que ex vtriusqꝫ hoīs recta ac valida cōstitutione ac tēperatura constet.
Ubi eīm quālibet sano ac bene fermētato corpori: mētis: q̄ potior hoīs pars: sanitas inte-
gritasqꝫ defuerit: ibi que potest statui felicitas? Rursum si aīo vegeto infirmū corporis orga
nū natura (vt sepe fit) circū dederit: ibi mēs: ceu vincta languēsqꝫ: neqꝫ vires exercere suas:
neqꝫ sese proferre potest. Recteqꝫ philosophus quidā cū de corpusculi sui imbecillitate que
reretur: si o natura (inquit) dedisses huic aīo par corpus: fecisset qd optabat. Tibi Lizeti optime atqꝫ doctis
sime tametsi vtrūqꝫ siue natura siue deus dederit: tamen qm̄ nulla esse potest in vita hac tanta corporis inte
gritas: que nō interdum in deteriorem habitum degeneret: tuqꝫ pro tua singulari probitate ac doctrina di-
gnus sis nō prospera modo: sed cōstanti etiā ac perpetua corpis valetudine: vt honestissimo isti officio cui
prees: ꝙ̄ diutissime preesse possis: ⁊ reipublice nostre prodesse: Galeni medicorū principis cōmentarium de
tuēda valetudine nuper hic denuo impressuꝫ ac ceu renatū dono mitto: vt ⁊ abs te legatur: ⁊ ex eo salutaria
quedam deligas curande isti tuendeqꝫ valetudini tue necessaria. Sunt enim ⁊ tibi hec scripta: qui animose
ac fortiter pro repub. certas.

Uale.

Inuictissimo illustrissimoqꝫ Henrico octauo Anglie Regi: domino Hybernie: ac Uuallie Cornubieqꝫ
principi: Thomas linacrus medicus salutem plurimam dicit.

CUm multi tibi quotidie Henrice regum clarissime: splendore gloriaqꝫ nominis tui allecti
multa que te varie oblectēt: certatim afferāt: ali⁹ generosos equos: ali⁹ insignes canes: alius
aurū argētū ve: sed quorū ingenij cuiuspiā opus materiā superet: ego cū eiusmodi facultati
bus minime abūdē: nihil vel officio meo vel ꝓfessiōe digni⁹ inueni: quā vt tibi studiorū meo
rū monumētū aliqd dicarē: quo fieret vt simul ocij qd ꝑ indulgētiā tuā a iusto tibi ministerio
aliqn̄ suffuror: rō tibi cōstet: simul intellegas me nō modo horis ijs qb⁹ te presens fruor: sꝫ
etiā reliqs oībus id pro virib⁹ moliri qd tibi aliqn̄ gratū fore existimē. Delegi igit̄ potissi-
mū ex ijs q̄ nuꝑ verti: Galeni op⁹ qd de sanitate tuēda inscribit̄: op⁹. s. vel authoris merito: vel suo prestā-
tissimū. q̄ppe author ipse tātus in oī medēdi arte fuit: vt nō immerito tū patriā suā nobilitarit: tū seculum
illustrarit: q̄ summis alioq̄ viris q̄ ante eū vel cōdidisse artē: vel plurimū auxisse sunt visi: oīb⁹ plane: cū ab
Hippocrate discesseris: vmbrā sui noīs claritate induxit. atqꝫ hūc ipꝫ sol⁹ nobis sua ꝑtiꝫ īterpretatiōe: ꝑtim
cōmēdatiōe seruauit: vt q̄: nisi hui⁹ fusa iucūdaqꝫ claritas suppetias tulisset. vt minime a nobis ītellect⁹: ita
plane fuisset neglect⁹. Posteris ṽo adeo oēꝫ laudis māꝫ in medicina p̄ripuit: vt nihil illis ad laudē reliq̄ fere
fecerit. Declarāt eoꝝ opa: a q̄b⁹ si q̄ ab illo sūt mutuati: detraxeris: tā pauca ea q̄ restāt incultaqꝫ cōꝑtas: vt
Horatiane comicule exēplo risuꝫ moueāt. atqꝫ vtinā tm̄ risuꝫ mouerēt: ac nō sepe iustissimā poti⁹ idignatio-
nē: cū mlta ꝑniciosa sint: mlta vitiose ꝑperāqꝫ tradita: pleraqꝫ oīa q̄ scribūt adeo ābigua obscuraqꝫ: vt post
ea ēt quā ṽ bōissimos īterpretes fatigarūt: Oedipi alicui⁹ Apollinis ve op⁹ adhuc desiderēt. Quo min⁹ mi
rū est si hic tāta posteris īuidia fuit: vt sūma eoꝝ igenia nōnullū doloris sui remediū putarint: si ex innume
rabilib⁹ q̄ scripsit: minutias aliqs taxare ⁊ carpere potuerint: ꝙ̄qꝫ idē rurs⁹ adeo oēꝫ eoꝝ iuidiā vicit: vt illi
ipsi q̄ carpe in eo q̄cq̄ sunt ausi: oēs tn̄: quo iuidiā suā dissimularēt: eū pri⁹ laudare sint coacti: adeo qd q̄dā
sibi iprobissime arrogauit: q̄ se iatronicē īscripsit: id huic oēs ṽissime attestemur q̄ si vniuerse ṽtutes ei⁹ esti
ment̄: medicos oēs: q̄qꝫ priores sc: q̄qꝫ posteriores fuerint: plane vicit. Op⁹ ṽo ipꝫ quāta sit ꝓstātia: vel quā-

hibet eius dotem expendenti: facile appareat. Siue (quam curiosus quispiam anquireret) eius originem: quam constat ipsam fuisse naturam: que tantum non viua voce: instrumentorum que nobis tribuit officijs summas hic tradite artis insinuauit. Siue quibus exculta sit ingenijs: cũ ijsdem quibus omnis philosophia speciosissimeq; artiũ ⁊ inuente sunt ⁊ absolute. quippe qui propterea quod ijs incubuerũt q̃ sicut animo salutaria: sic corpori fuere inimica: ab hac sibi petere auxilium necesse habuere. Siue (que mihi ad solidam eius laudem magis pertinere videntur) magnitudinem eorum que promittit ⁊ perficit: quando illud sine quo nihil est in vita dulce: ⁊ quod non quolibet testimonio: sed Delphici ipsius oraculi in vita perhibetur optimum: perpetuum sibi auscultãtibus prestat. Siue eius supra reliquas medicine partes que corpori hominis tuendo sunt inuente: prestantiam: vel eam que instantes morbos precauet: vel que presentes eliminat. Eas namq; tanto interuallo precedere intellegetur: quanto ipsius gratia illarum numeribus multo est communior eoq; non immerito desideratior: cum sanitas nulli non etati non tempori: sit expetenda: illarum presidia tum demum sint vsui: cum iam morbus vel minatur vel vrget. Proindeq; huius (vt breuiter dicam) bonitas paci illarum militum virtuti sit quam simillima: quorum vsum nisi in bello constat nunquam esse concupiscendum. Et author quidem atq; opus eiusmodi sunt. Qui si latinitate a me donati: minores fortasse cuipiam videbuntur quam sunt a me predicati: erit id fateor infantie mee maxime imputandum: nisi etiam eorum virtuti vtpote quã pro merito exequare: nec modestus quispiam sperauerit: nec temerarius possit. Quo etiam iustius ⁊ tibi lucubrationes has dicandas censui (ex cuius authoritate multum precij illis accessurum nõ dubiuaui. Multa enim (vt ille ait) ideo preciosa sunt: quod templis dicata ⁊ a legentibus veniam facilius sperauerim: si ingenue cedens in ijs que consequi nedũ euincere non erat: in eo aliquid profeci quod detractare non licuit. Nam vt cum elocutione authoris certandum mihi non fuit: certe rerum fides non erat omni conatu non adeunda. quam prestiterim necne libuit publicum iudicium experiri: id que etiam sub nomine potissimum tuo. Quod tamen vt facerem animus mihi plane defuisset (tametsi me viri doctissimi: partim ex italis: partim ex Germanis ⁊ Gallis: precipue duo nostre etatĩ lumina Erasmus ⁊ Budeus ad editionẽ operis crebra appellatiõe impulissent) nisi singularis tua spectataq; omnib' humanitas: boni se consulturam promitteret. Hec enim precipua profecto fiducia est. que si me nõ frustrabitur: ⁊ literarium hoc munusculũ leta fronte accipies non mihi modo maiora que premo: edẽdi animum addideris sed etiam alios ex tuis ad multa que te ⁊ seculum fortasse tuum illustrent: scribenda excitabis. Diu viuas precor Regum splendor: ⁊ seculi tui decus. Londini. xvj. Calen. Quintiles. Anno salutis christiane. M. D. xvij.

¶ Linacrus ad lectorem.

10

Absit candide lector quisquis in has nostras lucubratiões eruditior incideris: vt quod ego rudioribus dumtaxat consulens: minime de tua eruditione dubitans: feci id tu vitio vertas: ac non potius eos qui te rudiores sunt mecum miseratus: boni consulas: quod voces quasdam que apud magnos alias authores in multiplici sunt vsu: ⁊ proinde confusiones: ipse eas quo videlicet grecis pro quibus ponuntur: magis equem: partim adiuncto aliquo discernam: partim vnica fere significatione vsurpem: quasdam rursus aliquam do nouem: sed cum prefatione: ⁊ vbi latinas nõ inuenio: quibusdam grecis vtar: sed que vsitatam latinis inclinationem maxime recipiant. Sunt vero (ne me nimium mihi permisisse putes) vniuerse quibus veniam ita prefamur: non adeo multe fereq; hee. Digerere apud veteres preter alia significata: ⁊ pro eo quod est διαφορεῖν grece sumitur: ⁊ pro eo quod est ἀναλίσκεσθαι. Sunt ⁊ qui pro cõcoquere (sicut rude vulgus abutitur) in epistola Ciceronis ad atticum positum putent. Nos cum pro διαφορεῖν eo vtimur: verba hec (per halitum) vel (per spiritum) ei adiungimus. Cum pro ἀναλίσκεσθαι: verba hec (in corpus) addimus. Discutere preterea veterib' ⁊ pro eo quod est τέμνειν siue λεπτύνειν siue διασκεδάζειν accipitur: vt Celso de remedio aduersus aspidem. quo sensu etiã dissipare eodẽ loco legitur. Et pro αἱρεῖν siue κεβαλλειν: vt cum dicitur: febrem discussit. Nos eo verbo in secuna significatione maxime vtimur: priorem per dissecare vel incidere interpretamur. Rursus cum πάθος recentioribus grecorum ⁊ pro eo preter naturam motu qui extrinsecus aduenit: ⁊ pro affectu qui tali motui succedit: accipiatur: nos prius significatum: passionis vocabulo reddimus: quod tametsi in frequenti presertim oratorum vsu non est: tamen in naturalib' questionibus legitur apud Senecam. Secundum (quoniam id multiplex est) vt in secũdo de ratione medẽdi Galenus docet: modo vitium: modo affectum: modo symptoma (prout locus poscit) interpretamur. In vaporis quoq; vocabulo Celsus ⁊ Plinius duo illa ἀτμὸν ⁊ ἀναθυμίασιν cõfundũt. Nobis satius est visum vt Senecam sequuti: ἀτμὸν halitum: ἀναθυμίασιν vaporem interpretaremur. Habitus quoq; appellatione sicubi pro corporea: animalis mole (quod corpus quoq; latine dici non ignoro) noue vsus videbor: non est quod magnopere quisquam miretur: cum ἕξεως quoq; vocabulum Galen' eodem modo nouet: quo etiã adeo sepe vtitur: vt non ab re fortasse sit ita ⁊ vertisse ⁊ monuisse. Iam symptomate ⁊ phlegmone grecis vtimur. Illo quidem pro innaturali quopiam affectu quod morbo succedit: videlicet ne si accidentis vocabulo pro eo vteremur: non haberemus quod ἀναθυμιάσιν proprie referret posteriore vero: quoniam inflammationem (quod pro eo Celsum posuisse scio) pro phlogosi aptius ponendum censui. Apotherapian autem ⁊ symmetrian: sicuti alia quedam: ob latinarum vocum desiderium: Horatij consilio: ⁊ bonorum exemplo: pro latinis recepimus.

20 ¶ Hec sunt eruditissime lector que a te: ne rudiori fortasse imponerem: petere impetrareq; volui. Vale. 40

¶ Galeni De sanitate tuenda Liber Primus Tho
ma Linacro Anclo interprete.

CUm vna sit ars que
corpori hominis tuēdo dicata sit: vt alibi a nobis ostēsum est: eiꝰ prime ac maxime partes sunt due. Quarū alterā sanitatis tuēde: alterā morbi profligādi facultatē appelles. Earū cōtraria inter se officia sunt siquidē illi tueri: huic immutare statū corporis est propositū. Qm̄ autē ⁊ dignitate ⁊ tēpore sanitas morbū precedit: vtiqꝫ ⁊ nobis quēadmodū hec seruāda sit: prius tractare cōueniet: post autē: quo pacto cōmodissime morbus sit abigēdus: vtriusqꝫ facultatis inueniēde cōis ratio est: vt quidā ea corporis affectio sit que sanitas dicitur: liquido cōstet: quādoquidē nec presentem seruare: nec amissam restituere: si eā penitꝰ ignores licet. Scripsimꝰ de hoc alibi ostēdimus: q̄ similiariū quas vocāt partiū sanitatē: calidi: frigidi: hūidi ⁊ sicci symmetriā: id est cōueniētiā inter se quādā esse: instrumentaliū vero: ex similiariū ipsarū compositione: numero: magnitudine: figuraqꝫ cōstare. Quare quisquis hec cōmode tueri possit: is optimꝰ sanitatis custos fuerit. Tuebit̄ hec qui modos oēs q̄bꝰ vitiātur: cōpertos prius habuerit. Sicuti em̄ si impatibile nobis: nec vlli affectioni obnoxiū corpꝰ esset: nullā desideraret artē que eius tutele preesset: ita nunc cū numerosissimis affectibꝰ expositū sit: certā sibi depo scit artē que ⁊ oīa eius incōmoda perspicere: ⁊ ipm ab ijs tueri possit. Sane que corpꝰ nostrū ledūt corrūpuntqꝫ: ea sunt genere duplicia altera nobiscū cō- (50) genita: ⁊ q̄ vitare nequeas queqꝫ ex ipsis gn̄ationis principijs veluti radice orīunt̄ altera: q̄ ⁊ declinare possis: ⁊ orta a nobis nō sunt: que tn̄ nō minus quā illa corpꝰ nostrū cōficiunt. Quorū vtraqꝫ iam seorsum distinguemus. Sanguis: semenque genitale: generationis nostre primordia sunt. ille: ceu materies quedam apta concinnaque: ⁊ opifici ad quiduis sequax: hoc opificis rationē optinens. Cōstat horum vtrūqꝫ ex ijsdem genere elementis: humido: sicco: calido: ⁊ frigido: aut si mauis ab essentia sumptis nominibus: quā a qualitate nominasse: aqua: terra: igni ⁊ aere. Sic enim demonstratum nobis est in eo libro quem de elemētis ex Hip. sentētia scripsimus. Dissident hec inter se: ipsa temperamenti mensura. siquidem in semine plus est ignee substantie atqꝫ aere: in sanguine: aque: terreque: quanquam prepolleat in hoc quoqꝫ: ⁊ calidum frigido: ⁊ humidū sicco. Eoqꝫ fit vt non siccus sicut ossa: pilus ve: sed humidus merito dicatur. At semen: sanguine siccius quidem est: ceterum ipsum quoqꝫ humidū fluxileque est. Atqꝫ ita nobis vtrinqꝫ ex humida substātia geniture origo proficiscitur: hanc tamen humidam seruari non erat: si modo ex ea nerui: arterie: vene: ossa: chartilagines: membranule: ⁊ alia id genus fieri deberent. Ergo statim in generationis initio coniectum copiosius oportuit elementum id quod siccandi vim haberet. est vero id natura quidem maxime ignis: sed tamen ⁊ terra. est enim ea quoqꝫ res sicca. verum huius plus immisceri principijs non erat: si modo hec humida erant futura. Ignis certe: quo minus plus sit admixtum: nec obstat quicquam: ⁊ sane admixtū (60) est tanto plane plus in vtroqꝫ principio: quantum nec iam torreat: vratve: ⁊ tamen abūde siccet. Quippe etiam tantus calor adhibitus: agilitatem prestare ad motiones sat erat. Ab hoc igitur primum cogitur: paulumqꝫ concrescit quod in vtero conceptum est: mox siccius redditum: veluti lineamenta quedā ⁊ rudimenta cuiusqꝫ membri optinet. Ulterius vero etiam siccescens: non lineamenta rudimenta ve modo: sed etiam exactam vniuscuiusqꝫ speciem ostendit. Jam vero in lucem editum: ⁊ magnitudine proficit ⁊ tum siccius tum valentius semper efficitur donec ad summum incrementum (ακμην greci vocant) sit peruentum. Tum vero ⁊ incrementum omne sistitur: ossibus nimirum ipsis per siccitatem non vltra sequacibus ⁊ sanguinis spiritusqꝫ vasa: spiritus ipsius flatu in latum aguntur: cuncta deniqꝫ membra non solum robusta fiunt: sed etiam vires suas summas optinent. In eo vero quod sequitur tempore: omnibus iam partibus supra iustum siccescentibꝰ: nō solum cuiusqꝫ officium minus probe administratur: sed etiam corpus ipsum macilētius graciliusqꝫ quam ante: redditur. Ergo vltra siccatum: non macilentius modo: verumetiam rugosum efficitur. Artus quoqꝫ ipsi inualidi atqꝫ ad motus suos incerti incōstantesqꝫ probantur. Affectio hec (in animalibus) senium appellatur: ei que in stirpibus αυανσις grece dicitur: proportione respondens. Est enim ⁊ illa stirpis senium: siccitatis excessu prouenient. Una igitur hec est omni genito corpori corruptele interitusqꝫ connata necessitas. Altera est que etiam in aialibus precipue cernitur: totius substantie fluor quē incitus calor excitat. Hec itaqꝫ incommoda nullum (70) quod genitum sit corpus: effugere potest: reliquā q̄ hec sequuntur: prouidentia cōsilioque certe potest. Porro his quoqꝫ nō aliūde origo est quam ex ipsis tam dictis incōmodis corrigendis atqꝫ sarciendis. Nam cum tota moles animaliū in perpetuo fluore sit: ni similis altera substantia pro ea quē defluxit restituta sit: euaporabitur certe atqꝫ dissipabitur vniuersa. Quo factum arbitror: vt natura non animalibus modo. verūetiam stirpibus insitas quasdam vires deficientis ac desiderati semper appetentes: ab initio statim dederit. Non enim vesci: bibere aut respirare: a quoquā vsquam discimus: sed statim a principio facultates in nobis habemus que hec omnia citra docentē perficiant. Cibo igitur quicquid siccioris substantie effluxit: restituimus: potione quicq̄d humidioris. At ad pristinā ita symmetriā ambo reducimus. Ita vero ⁊ aeree igneeqꝫ substātie modū: respiratu: arteriarūqꝫ pulsu: tuemur. De quibus oibus etiā singulatim dictum nobis in alijs voluminibus est. nec a presenti disputatione alienum censemus: vt que ibi demonstrata sunt: ad sanitatis tuende artem hipothesеos loco positis: sic que deinceps sunt aggrediamur. Cum enim quotidie propter insitum ipsis calorem: cūctis animalibꝰ nōnulla substātie portio defluit: nec est aliter huius iustum seruasse modum quā cibi: potionis: respirationis: ⁊ arteriarum motus ope: necesse est ex ijs contrahi excremētorū prouentū. Nā si quale erat ipsum quid effluxit: tale prorsus adiūgere adglutinareqꝫ ei per totū liceret: optimum id: saluberrimumqꝫ plane esset. Uerum vbi quod singulis particulis defluxit: tale natura est qualis ipsa est particula: nihil autem eorum que eduntur bibūturve: eiusmodi prorsus est: (80)

necessariū nature fuit prius ea mutare ⁊ cōcoquere: ⁊ quā fieri maxime potuit: efficere corpori alēdo restituendoq; similia. In quo opere si quid nec confectum: nec prorsus adsimilatū est: id corpori nec adnascitur accrescitve: ⁊ per ipsius laxiora itus spatia tanquam superuacaneum errat: vnde nomen quoq; recte a maioribus ei rei περιττω α grece est inditum. Cum igitur esse bibereq; necessaria animantibus sint: bas autē res subsequit̄ excrementorū generatio: natura nō solū ipsis excernēdis excludendisq; instrumēta instituit: verūetiam instrumētis ipsis facultates inseruit: quib⁹ incitata: quedā ad se trabunt q̄dā alijs transmittūt: quedā excremēta expellunt. porro bec: quo corpus semper mundū atq; excremētis vacuū seruet̄: nec obstrui aliquatenus: nec ad proprias functiones imbecilla esse oportet. Atq; ita geminū iam scopū salubris victus sermo noster exposuit: alterū eius qđ exbaustū est reficiēdi: alterū excremēta expellēdi. Tertius namq; qui buc spectat ne animal preproperè senescat: duos iam dictos necessario comitatur. Si eñ in neutro sit erratū: nec qđ exbaustū est restituendo: nec excremētis expellendis ⁊ sanitate interim corpus fruetur: ⁊ vigoris tenorē quā longissime seruabit. Uerum de boc postea procedente sermone dicetur. Nunc quod reliquū est eorū que ab initio differere proposuimus: adijciā: quo sanitatis tuende scopos: quot qualesq; sint clarius distinguā. Illud (arbitror) iam diximꝰ. Si corpus nostrum impatibile omnisq; affectionis expers esset: sicut adamas: aut quiduis id genus: minime artem vllā requireret que ei tuēdo presideret. Sed quoniā duplices corruptionis causas: alteras internas et a se: alteras extrinsecus incidētes babet: necesse est curam prouidentiāq; nō paruā desyderet. Et ex se quidem duplici ratione cōsumi corpus indicauimus: vna quod vel etatis cursu: vel assiduo substātie fluore ad interitū tendat. altera que vtiq; esum potionēq; cōsequitur: ipso excrementorū prouētu. Atq; ex se quidē ita corrūpitur. Eorū vero que extrinsecus incidunt: vnū certe est quod separari ab eo nō potest: quodq; illi perpetuo: ⁊ (vt ita dicam) veluti cōnatū adberet: aer ipse ambiēs. Alia nec necessario: ⁊ incertis tēporibꝰ nobis accedunt. Ille (nēpe qui circunfunditur aer) nos ledit vel quod calidos immodice: vel quod frigidos: vel quid siccos vel qđ bumidos efficit. Hec ꝙ cōtundunt quod diuellunt: quod vulnerant: vel quod articulū aliquē loco mouent. Orit̄ boc loco logica quedā disputatio: que in vtrāq; partem ratiōes babet: alijs borum omniū curā ad sanitatis tuende artē pertinere affirmantibus: alijs eorum tantū que calfaciant refrigerent bumectēt: aut siccent. nō enim siquid collisu vulnere aut simili quopiā affectu a naturali babitu sit emotū: id statiȝ aut nosse: aut declinasse: vllius esse artis munus. Ego vero de problematis id genus agendū mibi non statui: sed quod vtraq; pars vltro concedit: eo accepto: ad propositum reuertar. Illud ergo cōfessum vtriq; arbitror que vulnere: vel illisu: vel simili aliqua ratione ledunt aut corrūpunt: omnibus esse nota. que calfaciendo vel refrigerando: vel madefaciendo: vel siccando: nō omnibus. Ergo ne nos quidē quicquā ab officio alienum fecisse videbimur si que omnibus nota sunt: pretermissis: ad ea que parum nota sunt: potius vertamur: quādo minime propositū est boc saltem opere sopbisticos cauillos diluere: sed potiꝰ quo pacto quis in valetudinē minime incidat. docere. Rursus igitur ad proprium initium sermonē reuocemus ac diligentius adbuc que pro bypothesi sunt babenda: cōmemoremus. Primū ergo ad p̄sentium contemplationē: pro bypothesi presumptum esto: sanitatem nō esse absolute elementorū ex q̇bus constamus: aut mediū temperamētū (quā eucrasiā vocant) aut debitā cōuenientiā (quā symmetriā appellant) quēadmodū omnibꝰ fere qui ante nos scripserunt: visum est: sed eam dumtaxat que similariū est partiū: vt alibi demonstrauimus. Secundo loco illud quoq; quod alibi non minus demōstrauimus presumptū pro bypothesi esto: nempe instrumentalium sanitatē in figura: numero magnitudine: ac cōpositione similariū cōsistere. Tertio functionibꝰ s̄m naturam obeundis: sanitatis babitū discerni. Postremo sanitatē quandā optimam esse: ⁊ (vt sic dicā) cōsummatam atq; summā: quandā ceu deficiētē ab bac: nec plane obsolutā perfectamve: atq; banc etiā latitudinem babere nō paruā: bec quoq; pro bypothesi boc loco sint: que alibi nobis certissimis rationibus iam firmata: nunc quoq; nibilo secius sunt demonstrata. Maxime vero velim qui bis studere voluerit: eum librum legat in quo illud inuestigamꝰ cuius deniq; artis pars sit ea que sanitatis tuende curam profitet̄. is liber inscriptꝰ Tbrasybulus est. Preterea eum quem de optimo corporis nostri statu scripsimus. item quē de euexia: id est bono corporis babitu. Sunt bi breues ambo libelli: quos si perlegerit qui ad bec accedet: facillime cōsequetur que mox dicentur. Dictū iam alibi nobis est etiā eum librum qui de elementis secundū Hippocratē inscriptus est: necessariū ad p̄sentē disputationē esse. Qđ opus sequunt̄ tum id qđ de optima corporis constitutione: tum id qđ de euexia cōscripsimꝰ. Ab bis bypotbesibꝰ veluti fundamētis operis iactis: binc aliū de sanitatis tuende tractatio incipiēda erit. Cū sanitas symmetria quedā sit: symmetria omnis dupliciratiōe nō solū perficit̄: sed etiā dicit̄: alias que ad summū peruenit: ⁊ vere p̄rsusq; symmetria est alias que ab buius absolutione perfectioneq; paulū deficit: vtiq; ⁊ sanitatis symmetria duplex quedā fuerit bec quidem exacta optima absoluta: ⁊ summa: illa paulo ab bac deficiens: nō tamen eatenus vt animali sit grauis. Existit ⁊ boc loco logica potius quā ex vsu artis dubitatio quedā: negantibus quibusdam aliū alio magis esse sanum: aut esse eius affectꝰ quā sanitatem dicimus: notabilem vllam latitudinē: sed vnicā esse eā affirmātibꝰ: ⁊ q̄ ad vnguē sit exacta: nec maioris minorisq; ratione diuidua. Mibi vero sicuti albū corpus aliud magis: aliud minus album cernitur: ita ⁊ quod sanum dicimus: magis minusq; tale esse videtur. Cuius rei duplex demonstratio est: vna que ex ea mutatione accipitur que per etatum vices cernitur. Postea namq; quam editum animal in lucem est: perpetuo mutari eius temperamentū (vt ante proposuimꝰ) est necesse. Quare si in temperamenti qualitate sanitas constituitur: qualitas autem ipsa non permanet eadem: nec ipsam sanitatem eādem seruari est possibile. Altera nō minus euidēs demonstratio ab ipsa sumitur actionis differentia. siquidem nec qui sani sunt omnes oculis: eque cernūt sed alij perspicacius: alij obtusius: nec auribus pari

modo audiunt: imo hic quoqꝫ magna est in excessu
defectuqꝫ diuersitas. Sed nec pedibus similiter cur
runt: nec manibus apprehēdunt: nec reliquorū de/
niqꝫ mēbroꝝ munia similiter obeunt: sed hic probiꝰ
ille deterius. Si itaqꝫ actionū diuersitas pro tempe
ramenti modo respondet: cogit plane ratio vt totidē
sint temperamentorum diuersitates: quot sunt fun/
ctionum differētie. qđ si quis κατασκευων id est con
stitutionum vel statuum potius quam temperamen
torū dicendū putat quo vtiqꝫ in omnē sectam ratio
quadre::ita nimirū colligat licet. Sanitas omni se/
cte symmetria quedā est. nobis calidi: frigidi humi/
di: sicci alijs: corpusculorū ⁊ meatuū quos ὄγκους
και πόρους grece vocāt. alijs insectiliū: vel in cōpa
ctilium vel partiū dissimilariū similariūve vel deni
qꝫ primorū elementorū cuiuscūqꝫ. sed secundū cuius
qꝫ secte opinionē: pro ipsorū modo mēbrorū nostro
rum actiones redimus. Si itaqꝫ varia eduntur ope/
ra: vtiqꝫ varia est ⁊ elementorū in singulis symme/
tria: quā esse sanitatē supra proposuimus. Quin et
citra omnē elementi mentionē: hoc pacto colligas li/
cet. Si mēbrorū constitutioni functiones sue respon
dent: quotquot harū varietates dabuntur: totidem
nimirū ⁊ constitutiones erunt. atqui respondent con
stitutionibus opera. erunt ergo necesse est tot consti/
tutionū discrimina quot sunt functionū differentie.
sunt vero he numerose. quare erunt ⁊ cōstitutiones
eque multe. Si ergo omniū qui sani sunt: mēbrorū
constitutio in symmetria consistit cōstitutiones autē
ipse varie sunt: quandoquidē functiones sunt varie
50 vtiqꝫ multe varie que ipsarū cōstitutionū symmetrie
erunt. quare etiā sanitates multe varieqꝫ nō ipsa cō
muni omnium forma vnde dicte sanitates sunt: sed
maioris minorisqꝫ ratione inter se dissidentes. Sicu
ti eñ niuis cādor: ab eo qui in lacte visitur: quatenꝰ
candor est non dissidet: maioris minorisqꝫ ratione
dissidet: ita ⁊ Achilis verbi gr̄a sanitas ab ipsa que
in Thersite est: quatenꝰ sanitas nō differt: sed est cū
ipsa eadē. altero quopiā ab ea differt. Id vero alterū
aliud plane nihil est quā maioris minorisqꝫ ratio.
Neqꝫ eñ est qđ quisquā dicat nō edi ab oībus homi
nibus varias actiones: neqꝫ aliūde dissimilitudinē
hanc nasci ꝙ ex ipsa cōstitutione vnde actio profici/
scitur. Nā si quis eos dūtaxat sanos esse contendat
quorū singula mēbra functiones suas obeunt abso
lutissime: ceteros qui minus probe sint affecti nō esse
sanos: sciatqꝫ is se vniuerse tractationis que de sanita
te tuenda instituitur: fundamentū subuertere. Si eñ
huic propositū est seruare tueriqꝫ eam quā ab initio
accepit sanitatē: nemo autē nostrū sanus est luce cla
rius fit inutilē quē irritāqꝫ fore quā nunc de sanita/
te tuēda artē instituimꝰ. itaqꝫ nec querēda nobis ta
lis vlla est: sed plane silētio pretereūda sermoqꝫ iam
iam finiendꝰ. Oēs ergo eiusmodi difficultates sum
mouet ipsius veritatis cognitio. Nō eñ absoluta ip
sa tm̄ que insectilis est: simul est ⁊ dicit̄ sanitas: verū
etiā que ab hac deficit modo tm̄ vsibꝰ nostris adhuc
nō sit inepta. Quippe sanitatē oēs reqrimus: tū ad
vite functiōes quas plane morbi impediūt atqꝫ au/
ferunt: tū vero vt molestia careamꝰ. Angimur eñ do
loribus nō leuiter. Eā vero corporis cōstitutionē in
qua nec dolorībꝰ cruciamur neci vite actionibꝰ im
pedimur: sanitatē appellamꝰ. Quā si quis alio no/
60 mine appellare malit: nihilo plus ex ea re cōsequet̄:

sicut nec qui ἀειπαθειαν id est perpetuā inualetudinē
inuehunt. Quippe si hanc propterea inueherent qđ
omne genitū corpus: sicuti geniture sic etiā interitus
causas ab initio secū natas habet: sicuti a nobis an/
te demonstratū est: vtiqꝫ laudati a nobis essent tan/
quā ⁊ vera ⁊ antiqua dogmata professi. Nūc cū iux/
ta sanorū egrotantiūqꝫ corporū cōstitutiones: easdē
esse specie decernūt: nec authores laudo: nec placitū
probo: cū longe melius existimē satis amplā latitu/
dinē sanitati tribuere: quā omnes homines perpe/
tuo vigētibus morbis premi. Qui etsi esse in nobis
omniū morborū semina dicant: tamē fatent̄ ipsi ea
tam esse parua vt sensum nostrū oīno effugiāt. Esto
igitur (si velint) doloris quispiā in nobis affectꝰ ve/
tū tam exiguꝰ. insensibilisqꝫ vt minime officiat. Sū/
to si libet ⁊ febres: sed adeo leues vt neqꝫ sensum sui
vllū afferāt liceatqꝫ per eas ⁊ negocijs publicis pri/
uatisque perfungi: ⁊ balneo vti esseqꝫ ⁊ bibere: ac re
liqua que opus sunt peragere. Quippe facultas ad
necessarios vsus minime impedita sanitatē potiꝰ de
terminat. Nō eñ functionū imbecillitas: morbi sta/
tim nota est absolute ita citraqꝫ exceptionē loquenti
nisi adiectū sit que preter naturā cuiusqꝫ sit. Siqui/
dem oēs (arbitror) ⁊ cernimꝰ male si cū aquilis ⁊ lyn
ce cōparemur ⁊ cōfuse oblesēqꝫ audimꝰ: si cū Melan
pode: ⁊ pedibꝰ parū valemus: si cū Iphiclo: ⁊ mani/
bus si cū Milone cōferamur. Quouis deniqꝫ mem/
bro prope mutili videamur: si cū ijs qui hoc ipso ma
xime valeāt cōparemur. Quis igit̄ nostrū se nō pro/ 70
be oculatū existimet si formicas duū stadiorū inter/
uallo nō cernat? Aut quis auritū se parū recte putet
si qđ sexaginta stadijs abest nō exaudiat? At si quis
literas hac pagella descriptas recte nō cernat: is iaꝫ
oculos merito accuset: nō tamē si quatuor has ipsas
cubitis abiūctas nō peruideat: nisi forte ea priꝰ ocu
lorū acie fuit qua vel has cerneret. Sic ei (arbitror)
accuset dicatqꝫ merito quod omnibꝰ hominibꝰ dici
assolet: nēpe hoc prius fecisse nunc idē facere nō pos
se. hunc eñ morbo aliquo teneri dicemꝰ: si quidē se/
nectutis vitio imbecillitas ea nō incidit. quāuis sunt
qui senectutē quoqꝫ ipsam morbū esse velint. Cete
ros quibꝰ natura nō dedit vt acute videant: aut au/
diant: aut celeriter currant: aut alia id genus valide
strenueqꝫ obeant: neqꝫ morbo teneri neqꝫ in totū pre
ter naturā se habere censebimꝰ. omnis siquidē mor/
bus p̄ter naturā est. hi se preter naturā plane nō ha/
bent: sicuti nec senes. Nō igitur absolute citraqꝫ exce
ptionē sanos egrosqꝫ functionū firmitate infirmita
teqꝫ iudicandū: sed sanis verba illa secundū naturā:
egris illa preter naturā: adijci oportebit vt sit nimi/
rum sanitas: affectio naturalis actionē perficiēs. cō/
tra morbꝰ affectio preter naturā actionē impediēs.
Neqꝫ eñ si affectus secundū naturā se habeat: conti
nuo etiā sanitas existit. Est eñ affectus secundū na/
turam tum Aegyptiorū nigritia tum Gallorū can/
dor tum Scytarū rufus color: quorū tamē nullū est
sanitas cū ea oīno in colore nō cōsistat. Neqꝫ si p̄ter
naturā se habeat: protinꝰ morbꝰ est: quādo ita vel ex
sole nigritia vel ex diutina vmbratili consuetudine
cōtractus cādor morbꝰ sit. Sed adiecisse opꝫ sanita/
tis notioni qđ cause rationē ad aliquod opus eden/
dū optineat: morbi vero notioni: qđ actioni incōmo
det. Verū de his alibi dictū a nobis locupletius est.
Ad presentē disputationē illud solū sumpsisse suffi/ 80

ciat:permagnā sanitatis latitudinē esse:nec eā in om
nibꝰ nobis equaliter prorsus inesse.Quod si cui vio
lentum appareat ἐυκρασίας idest medij tēperamen/
ti nomine censeri quod medio ad vnguem tēperamen
to nō sit:is queso reliquorum in vita nominum vsum
ad memoriam reuocet:vbi ⁊ potionem ⁊ balneum eu
craton hoc est temperatum dicimus:non solum cum
alterum huic:alterum illi;tale est:sed etiam cum ad eū
dem hominē in latitudine tale est.Nā si auerso pau/
lulum qui biberit:iniecerit quis in calicem calide fri/
gideve exiguū:nullam mediocris temperamenti mu
tationē deprehendet.Atqui si quod tēperatū est:ita
exigis:ad vnguem:vt omnino indiuisibile insectileqꝫ
sit:haudquaquā iniecto vel calide vel gelide minimo
temperatū esse videbitur.Ad eundem moduz neqꝫ si
quis in natationem temperatā:frigide pusillū iniece
rit:vtilitatē eius protinus corruperit.Quin ambien
tem quoqꝫ nos aerem temperatū dicimus etiam si in
alterutram partem paululū sit propensus. Denique
quid miri si eucrasian in satis amplam latitudinē ex
tendūt vniuersi?quando ⁊ in lyris consonantiā ipaz
que summa exactissimaqꝫ sit:vnicam atqꝫ insectilem
esse probabile sit:que in vsus hominum veniat:certe
latitudinem habeat.Sepe nanqꝫ quam percommode
temperasse videaris:alter superueniens musicus exa
cte temperauit.Siquidē nobis ad omnia vite munia
sensus vbiqꝫ iudex est.Quare ipso etiam eucrasiā dys
crasiāqꝫ iudicabimus.Pari modo actionis vitiū cu/
iusqꝫ preter naturā suam male habentis mēbri: non
ante morbū decernemus:quam ad sensibilem magni
tudinem peruenerit:Nec quicqꝫ vt ad rē ꝓpositā:ne
hic quidē referat:ipsamne lesam actionē:an affectum
cuiꝰ vitio leditur:morbū dixeris:sicuti nec siue quis
affectionem:siue cōstitutionem appellasse malit. Di/
ctum a nobis alibi ⁊ de his est:⁊ simul euidentibꝰ ra/
tionibus confirmatū:tum morbū:tum sanitatem in
corporis affectione constitutioneqꝫ consistere:minime
in actione actionisve lesione.Ceterū ex horū morosa
perpensione discussioneqꝫ:parum vel ad valetudinez
tuendam vel ad morbum submouendum iuuamur:
cum illud modo nouisse satis sit:corporis constitutio
nē que cause rationē respectu actionis optinet:vtriusqꝫ
facultatis scopum esse:⁊ eius que sanitatem tuen/
dam:⁊ eius que morbum profligandū profitetur:qp
pe cum hanc ⁊ presentē seruare:⁊ amissam restituere
propositum nobis sit.Actiones vero constitutionem
corporis necessario sequūtur:eā que proba est incul
pate ꝓbeqꝫ:que cōtra est:culpabiles ac vitiose.Qua/
re quoniā id quod ope nostra seruatur restituiturqꝫ:
affectio quedā corporis constitutioqꝫ est:eam vero ex
necessitate functionū sequitur bonitas:ad presentem
certe disputationē parum attineat:functionumne:an
cōstitutionū in genere:morbus sanitasqꝫ collocanda
sit:inquiras.id potius attinet:vt illud pro hypothesi
sumentes:quod in naturali corporis nostri constitu/
tione illa seruanda maxime sunt: quorum beneficio
functiones obeamus:ac illud memoria repetētes:qđ
similarium quidē partium eucrasia:instrumentaliuz
forma:positura:numerus:⁊ magnitudo functionum
sunt cause:preterea qđ hec omnia in latitudine qua/
dam spectantur:etiā in singulis hominibus seorsum
que reliqua sunt persequamur.Ad que sane nō par/
uam cōmoditatē affert latitudo horū perspecta.Naz
cū eucrasia duplex omnino sit:altera que in animan/
tiū saltē corpore cogitatione potius vsurpetur:qꝫ so/
lide subsistat:altera que in sanis oībus subsistit atqꝫ
apparet:hanc rursus a nobis diuidi par est:quippe
in qua nō parua diuersitas inuenitur.Id quā sit ve/
rū:vel ex ipsis etatibꝰ maxime deprehendas.Cū enī
ad omnē voluntate susceptā actionē adolescentium
etas sit aptissima:infantiū certe senūqꝫ minꝰ ad hāc
est apta:propterea quod illis humoribus siccitas fri/
giditasqꝫ nimis abūdat.In alijs tamen functionibꝰ
quas naturales appellamꝰ:veluti auctione:cōcoctio/
ne:distributione:⁊ nutritione:infantes plane ceteris
etatibus lōge prestant.Neqꝫ tamē eo secius omnibꝰ
per oēs etates licet esse sanis.Ergo quēadmodum in
etatū diuersitate se habet:ita etiā in naturalis habitꝰ
differētijs immēsum quantū temperamentorū discri
men inuenias:vt duorū exempli gratia similis etatis
puerorū:hūc altero lōge humidiorē:illū sicciorē.pa/
ri modo hūc calidiorē:illū frigidiorē.Quibuscūqꝫ igi
tur corporibꝰ multo supra iustū calidis: frigidis:hu
midis:aut siccis esse cōtingit:ijs plane optima tempe
ries nō est.In quibus aūt ab eo qđ absolutissime tē/
peratū est:diuersitas quedā intelligitur:minor tamē
qꝫ que sensu discerni possit:hec certe:qđ ad vsum ꝑper/
tinet:ꝓ absolutissimis accipimꝰ:ita vt sanitatis quā
in latitudine contēplamur:hec quidē medij sit tēpera
menti:nec vlli vitio obnoxia:qđ saltē sensu percipiatꝰ
hec ceu intemperata:vitioqꝫ exposita.Huiꝰ sententie
euidētissime indicia sunt discrimina que in gracilibꝰ
corpulētisqꝫ notentur:quippe quorū cōtrarias habi
tudines:ex cōtrarijs tēperamētis ortas esse necesse ē.
Sicuti igitur nec nimiū gracile corpus probamꝰ:nec
qđ valde est obesum:ita nec temperamēta eorū plane
laudabimus:tametsi vtrūqꝫ quā maxime sanū esse cō
spicimus:sed q̄ in medio horū habitudines sunt:eu/
sarchi grecis dicte:sicuti ipse debitam partiū conue/
nientiā:specieqꝫ inculpatā habent:ita id totū conue/
nientis laudabilisqꝫ temperamēti beneficio acceptū
ferunt.Tales ergo corporū habitus:si veritatē ipsaz
ad vnguē exigas:absoluta saltē exactaqꝫ temperie ne
ipsos quidē tēperatos dixeris.Verū qđ sensu iudice
tur:atqꝫ ad vsum sit satis:nō inculpabiles solū:sed ēt
optimos censueris.Sane indiciū euidēs est ne ipsos
quidē exactissimū temperamentū cōsecutos:ex eo qđ
nunqꝫ eodē statu ꝑmaneant.Sed primā etatū ipsa/
rū mutationē recipiunt:nulla harū eundē perpetuo
tenorē seruāte:sed semper ad siccius tēdente.Alteraz
que somni:ac vigiliarū:quietis:⁊ motus:tum motus
ipsius differentiarū:ad hec bibendi sitiendi:edendi:
esuriendi:ciborū potionisqꝫ copie aut inopie. Preter
ea balnei:iracundie:studij:doloris:omniū taliū occa
sione ꝓueniūt:que tantū nō omni momēto tempera
mentū immutāt.Quis igitur in tāta mutatione:opti
mū vndecūqꝫ tēperamentū inuenire se speret? quip/
pe quod si cui vnqꝫ optima natura predito contigit
certe ne momento quidē durauit.Adeo mihi sane ad
mirari subit eorū opinionem qui sanitatē eucrasiāqꝫ
citra omnē latitudinē:vnicāqꝫ esse contendunt:nec si
quid ab hac paulo discessit:vtiqꝫ sanitatem esse.Qua
nimirum sententia ἀφπάσθαι obiter imprudentes
inuehunt:disputantqꝫ de re aut nunqꝫ plane visa in
animalis corpore:aut si quando visa est:ne minimuz
quidē tēpus durāte.His ergo quā somniant sanitatē
ipsis seruandā linquimꝰ.Nos interim ad eas que in
aperto sunt:reuertimur.Quarū cū duplicē statuamꝰ

ſubſtātiā:vnā de qua plane q̄ri nō ſit:alterā de qua q̄
ri liceat de qua modo verba fecimus:ſuū vtriqꝫ ſcopū
reddamus:nēpe ei quā inculpatam diximus:exactā
abſolutāqꝫ plane:quod vtiqꝫ ſenſu aduerti poſſit:cu/
ſtodiā. Alteri de qua ꝯquerare:nō exactā. Quippe in
temperies que intra ſanitatis ſunt terminos:corrige
re oportebit:ita vt que iuſto ſicciores nature ſunt:hu
midiores reddas. que humidiores ſunt:ſicciores. pa
ri modo que frigidiores ſunt:vt harū exceſſum caſti/
ges. que calidiores:earū ſuperantiā ad moderatius
reuoces. Hec qua ſalubris victus ratione fiant:pro/
cedente ſermone docebimus. Prius enim tradenduꝫ
arbitror quemadmodū optime nature cōſeruanda ſit
ſanitas. Ante id vero quenam ſit optima corporis cō
ſtitutio:exponemus. Eſt igitur ea:ſi ſubſtantiaꝫ eius
ſpectes:⁊ que optimo temperamento ſit:⁊ que figurā
partiū egregie ad functiones comparatam habet:ad
hec:que omnē tum numerū:tum magnitudineꝫ:tum
omniū earū inter ſe contextum:ad actiones idoneum
exhibet. ſi vero indicia notaſqꝫ reſpicias:cuiꝰ corpꝰ:car
nis mediocritatē prefert. porro id tale eſt:quale inter
gracile ⁊ obeſum:mediū eſſe docuimus. Nec refert ſi
pro obeſo corpulento ve:craſſum dixeris. Idē reliquo
rum quoqꝫ exceſſuū in medio plane eſt ſitū:ita vt nec
hirſutū id merito dixeris:nec glabrum:ſed nec molle:
nec durū:nec nigrū:nec candidū. adde etiā nec venis
amplis:nec obſcuris:nec iracundū: nec ignauuꝫ:nec
ſomnolentū:nec peruigilē:nec hebetē:nec calidū:nec
in venerē pronū:nec a venere alienū. Quod ſi oībus
quoqꝫ corporis partibus plane mediū omnis exceſ/
ſus teneat:pulcherrimū id viſu nimirū fuerit:vtpote
ſymmetron. Erit nō minus ad labores omnes plane
idoneum:nec reliquis eucraſie ideſt boni temperamē
ti cuiuſqꝫ mēbri notis:quas in ſcdo de temperamen
tis retulimus:deſtitutū. Nam multos videas quibꝰ
caput attemperatū cōmode ſit:thorax venterve:⁊ que
gignendo tribute partes ſunt:parū ꝓſpera temperie
ſint. Quorundā vero in artubus intēperies eſt. Non
deſunt ⁊ quorū vnū aliquod viſcerū:aut alia quepiā
particula:vna plures ve:interim vero plura aliqua vi
ſcera:parū ſalubri ſint tēperamento. Ego vero in vni/
ca inſtrumētalium partiū intemperiē:idqꝫ in nō pau
cis notaui:ita vt verbi gratia reliqua omnis vētricu
li cōcauitas vno tēperamēto cōmodo incommodo ve
eſſet:alio ipſum dūtaxat ventriculi os. Ceterū de ijs
vbi de vitioſis corporū ſtatibus diſceptabimus:age
tur. De optima vero:⁊ cuius ſingule particule vniuer
ſam ſubſtantiā inculpatā habent:nunc dicetur. Hu/
ius ergo ſortis homo cū arti ſanitatis tuende tradit̃
educandus:fortunatus vtiqꝫ ſit ſi ſtatiꝫ editus in lu
cem ei cōmittatur. Ita nāqꝫ ad animi quoqꝫ affectus
nō nihil lucrifaciet:ipſa nimirū recta victꝰ ratiōe mo
res quoqꝫ probos reddente. Ceterū ſiqua etiā ſequē
tium etatū eius ſe moderationi ſummittat:ſic quoqꝫ
cōmoda ſentiet nō mediocria. Sane primū dicet̃ quē
admodū ſi huiuſcemodi hominē ab initio ſuſceperis
eundē per omnē vite curſum ſanum cuſtodias:modo
ne quid violentū extrinſecus illi incidat:id qđ vtiqꝫ
ad ſanitatis tuende artificē parū attinet. Secundo lo
co queādmodū ſi nō recens natū puellū acceperis:ſꝫ
qui iam preceptoribus dari ſit habilis:eiꝰ quoqꝫ cu/
rā agas. Poſtremo quemadmodū reliquarū etatum
cuiuſlibet. Ergo recens is natus infantulus cuiꝰ cor
poris cōſtitutio omni nota vacat:primū quidem fa/
ſcijs deligetur:ſed corpori prius toti ſale modice in/
ſparſo:quo cutis eius denſior ſolidiorqꝫ ijs que intꝰ
ſunt partibus reddatur. In vtero enim eque cum reli
quis mollis erat:cū nec durius vllū corpus inibi cō/
tigerit:nec aer illi vſquam frigidus inciderit:quorum
cōmercio cōtracta denſataqꝫ:⁊ quam ipſamet prius
⁊ quā reliqua membra denſior duriorqꝫ fieret. At qm̄
iam editus infans in frigore:calore:atqꝫ inter corpo
ra multo ſe duriora verſetur neceſſe eſt:ob hec ipſa ni
mirum naturale eius tegmen preparari quodāmodo
a nobis:reddiqꝫ ad indolentiā ⁊ tolerātiā quā aptiſ/
ſimum par eſt. Ita vero qui ſecundū naturam ſe hn̄t
infantes:vel ſolo ſale preparati munitiqꝫ abūde fue/
rint:qm̄ qui ſiccorum myrti foliorū:aut aliorū id ge/
nus inſperſione egēt:ijs plane vitioſus ſtatus ſit. No
bis vero ad preſens de ijs qui optimo ſtatu ſunt:diſ/
ſerere propoſitū eſt. Ergo hi faſcijs (vt dictum eſt) in/
uoluti:lacte pro alimento vtantur:⁊ balneis ſalubriū
aquarū. Uniuerſam nāqꝫ victus rationem humidam
ſibi adhiberi poſtulant:vt qui ceteris etatibus tem/
peramento ſint humidiore. Atqꝫ ex ijs que ad ſanorū
victus rationem ſunt neceſſaria:primū hoc ſe ad diſ
quiſitionē ſtatim offert. Nā ſunt qui humidiores na/
turas ſiccandas ſemper putent:ſicuti e diuerſo q̄ fri/
gidiores ſunt:caleſieri debere:madefieri que ſicciores
frigefieri que calidiores. Quippe ſimilibus quēlibet
exceſſum augeſcere:cōtrarijs remitti ac minui:vnoqꝫ
verbo:contraria contrariorū eſſe remedia. Oportuit
vero nō id modo Hippocratis legiſſe eos, meminiſſe/
qꝫ:ſed ⁊ illa quoqꝫ in quibus ait humidā omnē victꝰ
rationē febricitantibus eſſe vtilē:precipue vero puel
lis:⁊ ijs qui tali refici victu ſunt aſſueti. Uidetur eñ
in his tria deinceps pari inter ſe iure poſuiſſe:mor/
bum:etatem:cōſuetudinē. Atqꝫ a morbo quidē cōtra
rij adhibendi indicationem accipit:ab etate ⁊ cōſue/
tudine ſimilium. Febri nāqꝫ ceu morbo calido ⁊ ſicco
humida cōueniunt. Puellis:vt quibus ea etas non
morbus:ſed ſecundum naturam ſit:id maxime eſt vti
le:quod plane eſt ſimillimū. Parimodo cōſuetudini:
vtpote que adſcitiam acquiſititiāqꝫ naturam in cor/
poribus gignit:contraria dediſſe in primis eſt noxiū
atqꝫ hec merito. Que eñ corpora ſcđm naturā ſe ha/
bent:ijs ſeruari cuſtodiriqꝫ ſuū habitū decet. q̄ mor/
bo aliquo premuntur:his cōtra alterari:⁊ ad cōtra/
rium habitū trahi expedit. Ac ſeruatur quidē ſimili/
bus vnūquodqꝫ:alteratur cōtrarijs. Haudquaq̄ ita
qꝫ ſiccādi pueri ſunt:(ſi modo in his nulla preter na
turā humiditas ſubeſt:qualis in raucedine: deſtilla/
tione:catarrhoqꝫ cōſpicitur) ſed pro nature ratione
alendi:ac dulciū aquarū balneis hūectandi:(que eñ
medicā vim aliquā pre ſe ferunt:oēs plane ſiccāt:ve/
luti que ſulphuris aliquid:bituminis:aluminis ve re
preſentāt) tū cibo eo potioneqꝫ nutriendi:qui humi/
de q̄ maxime nature ſint. Adhunc modum ⁊ natura
ipſa pueris cōſuluit:⁊ lac matris in humētis alimen
ti vſum preparauit. Atqꝫ optimū quidē eſt etiā reli/
quis fortaſſe omnibus infantibus ipſum lac matris
modo nullo morbo ſit corruptū:maxime vero ei qui
optimo eſt temperamento:de quo nūc ſermo inſtitui
tur:quippe cuius maternum nō corpus modo totū:
ſed etiam lac a vitio eſſe alienum non ſit abſimile. Ac
ſanguine quidem dum adhuc in vtero geſtamur:ali
nos conſtat. ex ſanguine vero lac gignitur:exiguaꝫ in
mamillis mutationem adeptum. Quare qui matris

lacte pueri aluntur: ij iam non solum consueto: verum
etiam maxime proprio vtuntur alimento. Videt au-
tem nō modo nutrimentū id natura infantibus pre-
parasse: verumetiā facultates quasdā naturales qui-
bus eo vtantur: ab initio protinus cōtulisse: quando
si modo natis papillā statim in os inseras: ⁊ sugunt
lac ipsum: ⁊ deglutiunt prōptissime. Quin sicubi for-
te offendunt plorantve: nō minimū ijs doloris leni-
men est nutricis papilla ori indita. quippe tria hec
doloris infantiū remedia nutricib⁹ ipso vsu edoctis
inuenta videmus: vnū quod modo retulimus: ⁊ alte-
ra duo: motū mediocrē: ⁊ vocis modulationē. Quib⁹
perpetuo vse nō solū mitigant: sed etiā somnū conci-
liant: vel hoc ipso testificante natura: ad musicam eos
⁊ exercitia suopte ingenio esse propensos. Adeo quis-
quis his artibus probe vti sciet: is nimirū ⁊ corpus
⁊ animū optime instituet. Nutricibus igitur triplex
puellis excogitata dimotio est: in cunis: in lectulis pē
dentibus: in suis ipsarū vlnis. vbi iam hoc aliud quo
q̄ nobis estimandū oritur: ad sanitatis tutelam vel
in primis necessarium: cū Asclepiades plane aperte-
q̄ exercitationes damnet: Erasistratus verecundius
timidiusq̄ decernat: ceterum idem cū Asclepiade sen
tiat: reliqui fere medici nō solū ad euexian: idest bonā
corporis habitudinē: sed etiam ad sanitatem eas pre
dicent. Porro exercitationū tria saltem prima notan
tur genera: vtiq̄ quot motionum differentie: quippe
aut a nobis ipsis mouemur: aut ab alijs: aut medica
mento. Horū tamen tertia species ad sanos nequaq̄
pertinet. Sed qui ab altero prestatur motus: nauigā-
do: equitando: vehendo: atq̄ vt paulo ante dictū est:
in cunis: lectulis: vlnisq̄ obitur. Recens tamen nati
puelli tam valentem motū quā est qui vehiculis: na-
uigijs: equisve prestatur: adhuc nō desiderant. At q̄
iam tertium aut quartū annum agunt: his vehiculo:
nauigioq̄ modice agitari licet. Septēnes vero etiam
valentiora exercitia tolerant: ita vt equitare iam assue
scant. Per se vero moueri tum primū pueris licet: cū
iam repere ceperunt: magisq̄ etiam cum ingredi. Im
mature vero cogendi omnino nō sunt: ne crura eorum
pondere vitientur. Sane vel hac etate facile declarat
quanta sit nature nostre cū exercitijs societas: cū pue
ros: nec si cōcluseris loco aliquo: prohibeas quo mi-
nus discurrāt: ac pullorū vitulorūq̄ ritu lasciuiant.
Quippe sua cuiq̄ animanti natura satis est ad pro-
prias cōuenientesq̄ excitandas appetitiōes: quibus
sanitatem salutēq̄ tueatur. Verū Asclepiades nihil
horū cogitans: per magnū ocium captiūculas texit:
quibus docere conetur nihil ad bonam valetudinem
exercitia pferre. Verū huic postea quod par est respō
debitur: ceu garrulitate ad finē potissimū taxanda.
Est enim nobis hoc loco propositū nō sophistarum
nugas refellere: sed quod ad sanitatē tuendam cōdu-
cat: precipere. Itaq̄ ad infantes redeo q̄ optimo cor-
poris habitu sunt. porro his animi quoq̄ mores ci-
tra vitium esse par est. Qui eñ iusto sunt ad iram ma
gis procliues: aut animo plane demisso: aut sensiles
magis: aut insensiles: aut preter modū gulosi: hos pa
rum idoneo tēperamento esse ijs partibus quib⁹ pre
dictorum singula administrant: necesse est. Proditū
vero de his fusius est in ijs libris quos de Hippocra
tis Platonisq̄ placitis scripsim⁹. Verū qui nūc pro-
positus infans est: vndecūq̄ absolutus est. Hui⁹ ergo
sicut nullum ex animi moribus corrigere: sic eosdē ser
uare ne quo vitientur: oportet. Seruatur vero quidē
ijsdē plane generibus quibus corrū pitur. Corrum-
puntur animi mores praua cōsuetudine cuiusq̄ ho-
rum: cibi: potionis: exercitationis: videndi: audiendi
totius deniq̄ musices. Itaq̄ peritum horum omniū
esse eum medicum oportet qui sanitatis tuende curā
susceptet: nec ea opinione esse quasi ad solum spectet
philosophū animi mores effingere. Quippe huic ob
aliud omnino maius id muneris tribuitur: nēpe ani-
mi sanitatē: medico vero ne corpus facilius in mor-
bos dilabatur: quando iracundia: fletus: ira: tristi-
tia: cura immodica: ⁊ multe super his vigilie: febres
accendunt: ac grauissimis valetudinibus initia pre-
bent: veluti ediuerso cogitationis mētisq̄ segnitia: ac
animus omnino deses: decoloratos: atq̄ ex atrophia
idest nutriendi defectu graciles: ob naturalis caloris
imbecillitatem reddunt. hunc eñ calorē preter cetera
intra sanitatis fines custodire oportet. Custodit au-
tem modicis tum corporis tum animi exercitijs. Qui
nanq̄ motus modum nō seruant: siue ij ex rationali:
siue ex appetitoria: siue ex animosa animi parte cien-
tur: si modū nimiū excesserūt: biliosum animans red-
dūt. Si intra modū nimium subsistunt: pituitosum
frigidumq̄ efficiunt. Quinetiā priorem habitudinē
febres: ⁊ qui calidiores affectus sunt: posteriorem to
cinoris ⁊ viscerū obstructiōes: comitiales morbi: apo
plexie: in summa destillationū fluxionūq̄ morbi ple-
rūq̄ excipiunt. Et nos egros quotannis nō paucos
persanauimus: solis animi motib⁹ ad debitū modū
reuocatis. Est vero nō spernendus huius sententie te
stis: ipsum patrium nobis numen Aesculapius: qui
multas scribi cantilenas: mimosq̄ ridicularū rerum
fieri: ⁊ melodias quasdā instituit ijs quibus vehemē
tiores animose partis motus corporis temperamen-
tū iusto calidius efficerent. Alijs quibusdā (neq̄ ijs
paucis) venari: equitare: atq̄ armatos exercitari ius-
sit: Iisdēq̄ statim tū motuū ipsorū speciem: vtiq̄ qui
bus motus iniunxit: tū armorū: quibus armatis exer
ceri precepit: definiuit. Nō eñ quo pacto excitetur eri
gaturq̄ animosa pars cū imbecilla sit: precipere sat
habuit: nisi etiā mensuram eius ab exercitationum
idea definiret. Nō enim pari modo excitatur ea ani-
mi portio vbi cum apris: vrsis: tauris: ⁊ alijs id gen⁹
preualentibus robore belluis agitandis sumus attē
ti: ⁊ cum leporem: capreā: ⁊ id genus fugacia ac timi-
da sectamur. Nec similiter cū in leui armatura: ⁊ gra
ui exercemur. Nec pariter cum citato cursu dimoue-
mur: ⁊ cum mediocri motu agimur. Nec vbi cū alijs
cōtendimus: ⁊ vbi soli agimus. Iam clamore: an taci
tus ad labores inhorteris irritesq̄: non parum sane
interest. Verū de his latius dicetur in sequentibus.
Sed infantes qui optimū sortiti sunt tēperamentū:
(de his eñ sermo erat) nō leui cura egēt ne quos ani
mi motus immodicos incurrant. Quippe loquele ad
huc expertes: ploratu: clamore: iracundia: ⁊ inordina
to sui motu: dolorē indicant. Nostrū igitur officiū sit:
coniectantes quid desyderent: assidue id suppeditare
priusq̄ auctus dolor: in nimiū atq̄ inordinatū motū
vna cū corpore etiā animū ipsum vniuersum conij-
ciat. siquidē dentientes: aut ab externo quopiā offen
si: aut aluum exonerare: aut meiere: aut esse bibereve
cupientes: perinde ac discruciati plorant: atq̄ enor-
miter mouentur. Fieri etiam potest vt frigore offensi:
teporem desyderent: sicuti contra estu afflicti: refrige-

rationem. Est quando multitudinem instratorū non tolerant. Quippe multos offendit id quoq; nō minimum. Maxime vero cum aut totum corpus vertere: aut etiā artus mouere cupiunt. Quinetiā ipsa quies si sit diuturnior: nō parum molesta esse solet: quando nulla animans immodico vllo delectatur: sed semper medium modum expetit. Porro medius ipse modus non vnus omnibus est: sed ex eorum semper est nūero que in collatione ad aliud spectantur. Quocirca q̄ curā infantis educandi susciplet: hunc plane vt acre mediocritatis conuenientisq; coniectorē esse: ita hec semp̄ prebere oportet priusq; ex desyderio cuiusuis auctus dolor simul cum corpore animū quoq; in motus immodicos conijciat. Quod si quando quod infestat: imprudentibus inscientibusq; nobis auctuz esse contigerit: corrigere id tentabimus: illico vel prebito quod expetit: vel sublato quod offendit: etiam motu per vlnas nutricis adhibito: ac vocis modulamine: quo vti prudentiores nutricum consueuerunt. Ego nanq; puello quodam totum diem irato: plorantecq; ac immodice se inordinateq; iactante: nutrice ipsa omnis consilij inope: deprehendi quod offendit. Quippe vt neq; papilla in os immissa: neq; a nutrice prolatus si forte meiere aut aluum exonerare vellet: lenitus est: sed nec cum ab vlnarum agitatu reclinari est ceptus: aduerti autem tum lectum: tū inuolucra: tum vestes ipsas sordidiores: preterea puellum ipsum immundum: atq; illotum: lauare detergereq; iussi: tum lectulum mutare: ac vestem omnem tersam mundāq; prebere. Quib9 peractis: protinus ab immodico agitatu conquieuit: illicoq; dormiuit: nō suauissimū modo: verumetiam longissimum somnum. Ut vero recte conijcias que puello officiant: non modo solertia est opus: sed etiam assidua de ipso qui nutritur experiētia. Hec igitur omnia vsq; in tertium a natali annuz circa puellum peragenda censeo. In primisq; de nutrice ipsa non minimam habendam esse curam: quid edat: quid bibat: quo pacto in somno: venere: exercitatione: se habeat: vt videlicet lac eius egregie sit temperatum. quale certe erit si sanguis eius quamoptimus sit. porro is talis est: qui nec flaua abundat bile nec atra: nec pituitosus est: nec serosus: nec aquoso liquore permixtus. nascitur autem eiusmodi sanguis ab exercitatione moderata: ꝛ cibis tum boni succi: tū iusto tempore modoq; assumptis: preterea potione tēpestiua: modiceq; sumpta. De quibus omnib9 in ijs que post dicentur: diligenter agetur. A venere omnino abstinendā esse quecunq; lac prebebit: moneo. Nā ꝛ menses viri consuetudine prouocantur: ꝛ lac odoris gratiam in deterius mutat. Quinetiam alique in vtero concipiunt: quo alienius a puello adhuc lactente nihil est. Ita enim quicquid sanguinis est optimū in fetum absumitur. Quippe is cum propriū in se vite principium contineat: et huius moderamine agitur: ꝛ assidue conueniens sibi alimentum trahit: vtero ipsi veluti radici adherēs: nec vsq; ab eo nocte dieve discedens. Interim vero nō minore modo: verūetiā deterior rationabiliter redditur ipsius grauide sanguis. Quo fit vt lac ipsum tum peius: tum vero exiguū in mamillas colligatur. Quare si que infantem lactat: vterum gerit: ego magnopere suaserim aliā inueniendam nutricem. Cuius etiam lac gustu: odoratu: visu: cōsyderandū explorandūq; diligenter sit. Si quidē quod optimū est: id gustanti olfaciētiq; plane suaue: intuenti candiduz: equabile: ac liquidi crassiq; medium apparebit. Quod vitiosum est: e diuerso aut crassum ꝛ caseosum: aut liquidū ꝛ serosum ac liuidū: tū cōsistentia ipsa colorecq; inequabile videbit. Idem gustantibus amarorē: aut salsedinē: aut qualitatem quampiā extraneā exhibebit. tale vero nec olfacienti suaue erit. Atq; lactis probi improbiq; hec sunto indicia. Quibus diligenter aīaduersis: quoties vel cōcepit mater: vel morbo aliquo est affecta: ad aliam nutricem que iudicio delectaq; paretur: festinandum censeo. Cum vero puellum quoad primores dentes emiserit: solo lacte alendum. Quo tēpore cū solidiori quadāmodo iam cibo assuefacere cōueniet. quod etiā experientia plane docte mulieres faciunt primū panem: mox legumina: ac carnem ꝛ similia: omnia pricōmansa puellorū osculis immittentes. Corpus aūt infantiū confricare oportet oleo dulci: sicuti id ipsum recte peragūt nutrices plereq;: statim ipsas corporis partes modulantes atq; fingentes. Uerū in eo quem proposuimus puero: qui corporis statu est optimo: quod ad membrorū moduluz saltem attinet: nihil est quod curiosa nutrix sit: sed tantuz fricet quotidie mediocriter: ac lauet: idq; quā fieri maxime pōt: lacte in ventriculo minime adhuc herēte crudo: quippe q̄ periculum est ne priusq; probe sit cōcoctum: in totū corpus infantis digeratur. Multo vero maxime si quis ventriculum ipsum adhuc lactis plenum infricet: tuz corpus crudo alimēto implebit: tum caput onerabit Quo magis prospiciendū in primis est ne quid nutrimenti neq; ante balneū: neq; ante frictionē puerulo p̄beatur. Id fiet si ad hec administrāda nutrix post longissimū somnū tempus obseruet. Id eñi maxime temporis est in quo vel inanē plane ventriculū inuenias: vel certe cōcoctū si quid in eo remāsit. Que aūt vt hodie fit faciūt: sane ledūt: alie vnū ꝛ certū diei tēpus prescribētes: alie cū ipse a negocijs vacēt: tū demū curantes. Quo fit vt sepius ledi quā iuuari puellos necesse sit. Quippe quod a nobis prescriptū tempus est: alias in aliud diei noctisve tps incidit. Maiorū tū puerorū: qui vez plagis: minis: obiurgationi monitis parere norunt: ijs duplex tū fricandi: tū lauandi temporis occasio est: prior ac cōmodior cum a matutino somno surrexerint: deinde luserint ac iam cibū petāt. Tū eñi maxime vocādi ad hec sunt ac corpus quidē ad sanitatē pariter ꝛ bonā habitudinem: animus ad obsequelā ꝛ tēperantiā exercendus. Interminandūq; nō aliter nos cibū prebituros nisi quantū ipsi velim9 frictioni balneoq; se permiserint. Atq; optimū quidē tēpus hoc fuerit. Quod si qua occupatione qui puellū alit auocetur: modico plane prebito ludere pmittat quantū velit. Dein cū rursus cibū petierit: tū fricet lauetq;. Minime tñ bibere ei pmittendū post cibū est quē balneū excipit: qñ ita pcipitatior corū que vētriculus cōtinet: distributio in corp9 fiet. Id vo in corporib9 prorsus sanis cauere op3. Quippe quib9 vtili9 sit ante balneū cibū dedisse: horū plane improbādi tū affectus sunt: tū corporū status. De his vero in sequētib9 dicemus. nūc premendū nobis propositū est: nēpe vt puellū cui optime affectus corpus sit: sic educemus: vt talis perpetuo seruetur: huic expedit vt cibus balneum sequatur. Quod si quo loco puellus alitur: balnei copia non sit: (fortasse vero nec ista vnquā legent) qui ibi habitant: in cōcha pueros lauāt: donec alterum iam tertiumve etatis annū

attigerint. Qui vero hos annos excesserint: eo si non
quotidie ac certe tertio quoqꝫ die quarto ve vngunt
atqꝫ infricant. Quod si anni tēpus nō prohibeat sta
gna amnesqꝫ his balnei loco sunt. Apud Germa/
nos enim plane ne nutriri quidē infantes contēde/
rim. Uerum nos neqꝫ Germanis neqꝫ alijs agresti/
bus aut barbaris hominibꝰ hec prodimus: nō ma/
gis equidem quā vrsis apris leonibus: aut alijs id
genus: sed Grecis ⁊ ijs qui tametsi genere sunt bar
bari grecorū tamen emulant̄ studia. Nā quis queso
nostru tulerit: modo editū īfantulū: etiā ab vtero ca/
lentē ad flumē deferre: ibi q̄ (sicuti Germanos aiūt)
ceu cadēs sit ferrū. in frigidū humorem mergēdo: si/
mul de nature vigore periculū facere simul corpus
ipsuꝫ roborare? Quippe si citra noxā id tolerauit: ⁊
quod proprie nature robur ostendit: ⁊ nouū preter/
ea robur ex frigide cōmercio cōparauit: nulli nō pa/
teat. Ceterū si ab extremo frigore matutalis calor
sit victus: quod protinꝰ interire necesse sit id quoqꝫ
neminē latet. Quis igit̄ mentis cō pos: nec oino ferꝰ
scytha ve propriū pignus in id agere discrimen su/
stineat in quo errorem mors sequitur? potissimū cū
ex eo periculo non magnum sit quod lucrifaciet. Asi
no enim fortassis aut id genus experti rationis ani
manti vtilissimum fuerit densum ita tergus durūqꝫ
effici vt citra dolorē frigus toleret. Homini ratione
predito cuinā queso tam magno sit vsui? Nō enim si
quis absolute citraqꝫ exceptionem pronunciet cuteꝫ
densissimam durissimāqꝫ vtilem ad sanitatem esse: is
recte dicat. Cum namqꝫ animalis corpori duplex in
stet incōmodū alterū ab externis alterū ab internis
occasionibus: quorum certe rara mollisqꝫ cutis est ij
ab extrinsecus imminentibus malis facile tantātur
quorū densa ac dura ab internis. Itaqꝫ etiā Hippo
crates vbi de ijs precepit que in nobis ab alimento
ad commodū incōmodūve cedunt post alia multa:
hec scripsit: Raritas corporis ad transpiratū ijs q̄/
bus plurimū aufertur: salubrius quibus minus in/
salubrius. Prestat ergo vtrūqꝫ declinasse excessum
nec adeo aut densam reddidisse cutem: vt corporis
transpiratum prohibeat: aut raram vt facile a quali
bet extrinsecus incidenti occasione ledatur. Tale por
ro natura est propositi nobis hoc loco puelli corpus
cum sit mediū omnis excessus. Est ergo id ea ratio/
ne alendū: vt status sui gratiā perpetuo seruet. Ser/
uabit autē: si primis quidē annis solo lacte nutrias
ac balneo dulcis aque ⁊ calentis vtare: quo videlicet
corpus eius molle quā diutissime seruatum: ad plu
rimū augmēti perueniat. Ab his annis cū iam mit/
ti in ludū est habilis non necesse erit assiduis p̄terea
balneis vti sed interim dū luctari cōdiscit: mediocri/
ter inibi ante cibū exercitari sat erit ac balneo plerū
qꝫ abstinere. Modū ꝟo in labore excessisse qō nōnul
li pedotribe pueros cogūt: prorsus alienū est. siqdē
intēpestiua duritie corporis ībibet̄ auctio etiā si na
tura sit adauctū quā maxime cōparatū. Sane vinū
quā diutissime q̄ ea natura puer est: ne gustare q̄dē
suaserim: q̄ppe qō haustū ⁊ humectat nimiū ⁊ cal/
facit corpꝰ: tū caput habitu replet ijs q̄ humido cali
doqꝫ tēperamēto sunt: quale est hmōi puerorꝝ. Atqui
nec repleri his caput est vtile: nec ipsos supra quam
par est hūidos calidosqꝫ fieri: q̄m eo iam caloris hu
morisqꝫ peruenerūt vt si paululū vtrāuis qualitatē
auxeris: iam modū excesserit. Cum autē sit ois exces
sus fugiendus: maxime hunc fugere expedit: ex quo
nō corpori modo: verūetiā animo damnū accedit.
Quare neqꝫ iam adultis vinū: nisi modice sumptū
existimandū est vtile esse: qō videlicet ⁊ ad iram ⁊ li/
bidinē p̄cipites facit ⁊ p̄tē animi rationē hebetē tur
bidāqꝫ reddit. Ceterū his ipsis ad bilis excrementa
vel mitigāda vel expellēda est sane nō īutile: nō mini
me vero ad eam siccitatē que in solidis partibus aut
ex immodicis laboribꝰ aut ex proprio etatis tēpera/
mēto prouenit. Humectat nāqꝫ ac nutrit quicquid
immodice siccatū est: tum bilis amare acrimonia mi
tigat ac frangit: preterea per sudores vrinasqꝫ va
cuat. Pueri vero ceu qui talē succū minime colligūt
quiqꝫ naturalē humiditatē plurimā optinēt. vt com
modū que vini potio largit̄ plane nō egent ita incō/
moda que affert: tantū sentiūt. Nemo itaqꝫ rationis
cōpos ea vti potione pueros sinet: quā preterquam
qō nullū affert cōmodū immēsum etiā sequitur incō
modum. At frigide potione oīno prohibēdos eos nō
censeo: (quod tamē aliqui faciunt) verū a cibo plerū
qꝫ ⁊ per calores: cū ipsis cordi erit vti non displicet
potissimū vero (si copia eius sit) fontane: recētis cui
nulla qualitas vitiosa aliunde sit cōtracta. Ea si nō
est reliquarꝝ. Cauēde ꝟo sunt q̄ ex stagnis hauriunt̄
⁊ q̄ turbide: ⁊ que male olētes ⁊ que salse: deniqꝫ in
quibꝰ qualitas aliqua gustu deprehēdit̄: q̄n q̄ opti
ma est: ea penitꝰ nō gustui modo horū: verūetiā olfa
ctui omnis qualitatis expers videbitur. Eadē quo
qꝫ tum potu iucunda erit: tum plane pura. Quod si
precordia quoqꝫ celeriter transit: nihil est quod ma
gis idoneā requiras: quando siqua pura lympidaqꝫ
est nec potu insuauis: nihilo secius tamen circa pre
cordia heret: hec vitio nō caret: atqꝫ abstinēdum ab
ea censeo: vtiqꝫ cum prorsus est frigida. ceterꝝ a cale
facta non deterreo. Ac tutissimū quidem sit experien
tia ipsa de eiusmodi aqua iudiciū fieri. Qō si quis
est qui ex notis potius vim eius prenosse malit: cuiꝰ
fons e petra scaturiens: cōtra septētriones fuit solē
que auersum habet: hāc egre cōcoctū iri: tardiqꝫ trā
situs esse putandū est. Eadem nimirū calefiet frige/
fietqꝫ tarde. Contra ad orientē solem fons erumpit
queqꝫ per meatū aliquē mundū: aut purā colat̄ ter/
ram: eademqꝫ calefit ac refrigeratur ocyssime: hanc
omni etati vtilissimā esse xistimādum est. Non enim
sicuti vino: escis: exercitatiōe vigilia: ac venere alijs
alias vti pro ratione etatis expedit: ita de aqua quo
qꝫ statuendū est: sed quam nunc optimam indicaui
mus: hac vti puero iuueni: seni: conducet. Idem de
aere iudicandū quem optimum in pulmones trahe
re: omnibus iuxta salubre est. Optimum aerem cen
seo: qui prorsus sit purus. Eiusmodi vero fuerit qui
nec stagni nec paludis habitu sit īfectus: nec ex pro
fundo specu pestilentem auram spiret: qualis circa
Sardis ⁊ Hierapolin: aliubiqꝫ terrarū visitur. Nec
qui ex cloacis que vrbem aut numerosum exercitum
purgent: vitiū contraxit. Nec qui ex animaliū: olerū
aut leguminū putredine aut fimo coinquinat̄. Nec
qui ob stagnum vel flumen vicinum nebulosus est.
Nec qui editis vndiqꝫ mōtibus in cauo loco clusus
nullum recipit perflatum. Suffocans enim putrisqꝫ
est: similis ei qui ī domibus quibusdā est īclusus: in
quibus ob putredinem: ⁊ perflatus defectum: pluri
mus aceruatur situs. Huiusmodi ergo aer omni pla
ne etati est noxius: sicut ediuerso qui purus oīno est:

nulli nō etati est vtilis. At vero que ex calore: frigore
siccitate humiditate: diuersitas aeris cōtingit: nō p-
inde se ad oēs homines habet: sed corporibꝰ que op
timo tēperamēto sunt: etiā optime tēperatus aer est
saluberrimꝰ. In quibꝰ vero aliqua exuperās quali-
tas dominat: ijs vtilissimꝰ aer est q̇ ei qualitati ma
xime est aduersus: frigidus calide: calidus frigide:
humidiori siccus: siccioriq̄ par est: tanto humidior:
quāto siccitas ip̄a modū excessit. Atq̄ hec quidē hoc
loco intellexisse sat est. Quēadmodū vero incōmoda
que ex vitiosis aere aquisq̄ prouenitūt: corrigas: alio
volumine dicet. Nunc em̄ optimū corporis statū: si-
mul cū optima victus ratione: ceu scopū ac regulā
quandā tractare cōstitui. Que em̄ vitiosa in aliquo
corpora sunt: horū varietates oēs vna cū idonei ip-
sis victus ratiōe in sequentibꝰ libris prosequemur.
Quare rursus ad optimi status puerū reuersi: scdm
septeniū eius explicemꝰ: ⁊ cuius temperamēti sit: ⁊
quodnā postulet victus genus. Ergo tēperamentū
eius (vt in libris quos de tēperamentis scripsimus:
euidēter ostendimꝰ) calidū est eodē gradu quo priꝰ:
humidū vero nō eodē: quandoquidē omne animās
ab ipso statim ortu siccius in dies efficit: minime tn̄
per oēs etates aut calidiꝰ aut frigidiꝰ euadit. Sed
quorum optime se habēt corpora: ijs calor similis
quodāmodo vsq̄ ad summū incremētū manet. Quo
rum vero humida frigidaue supra optime cōditio-
nis corpꝰ sunt: hoꝝ calor auget. Sed nō est nunc de
his sermo. Cui vero optimi status corpꝰ cōtigit: is
50 ad quartūdecimū vsq̄ annū iam traditā victꝰ ratio
nē obseruet: illo tn̄ in exercitatione seruato modo: vt
neq̄ immodice se neq̄ violēter exercitet: ne corporis
id incremēto sit in mora. Lauet autē calida potius
quā gelida: vt qui nondū hanc citra noxā tolerare-
rit. Hoc etatis animū quoq̄ finxisse aptissimū est: id
q̄ potissimū probis cōsuetudinibꝰ: ⁊ grauibꝰ disci-
plinis: que animo modestiā pariant. Quippe ad ea
que sequēte etate circa corpꝰ eius moliri oportebit:
maximo cōpēdio sit animi modestia: ⁊ ad parēdū fa
cilitas. A scdo vero septēnio vsq̄ ad expletū tertiū: si
quidē ad robustissimū corporis habitū prouehere
hominē cupis: aut militē eū strenuū: aut luctatorem
aut alias viribꝰ insignē destinās: vtiq̄ de ijs animi
dotibꝰ que ad scientiā sapiētiāq̄ pertinēt: minus la
borabis. Que em̄ ad mores spectāt: hac maxime eta
te perfici absoluiq̄ cōuenit. Sin corporis mēbra ro
borare hactenꝰ cupis: dū sanū quendā habitū ⁊ in-
cremētū ijs cōpares, animi vero rationalē partē or-
nare adolescētis studes: nō est vtrobiq̄ eandē victꝰ
ratio ex vsu. Quanquā etiā tertiā quartāq̄ vite for
mulā licet inuenire alijs sordidarū cuilibet artiū de
ditis: idq̄ vel ei que corpꝰ exerceat: vel alienū ab ex
ercitio id teneat. Alijs ad agriculturā: vel mercatu-
rā: vel tale quippiā se cōferentibus. Que genera tot
numero sunt: vt difficile certe videatur oēs vite spe-
cies certo numero cōplecti. Ac ars quidē que sanita
tem tuendā profitet: omnibꝰ profecto hominibꝰ sa-
nitatis tuende documenta pollicetur: aut singulorū
propria: aut omniū cōmunia: aut hec quidem pro-
pria: illa vero cōmunia. Verūtamen fieri nequit vt
de oībus simul disseratur: sed vt primo loco quēad-
modū quis ad lōgissimū prolata vita: etiā bona va-
letudine perpetuo vtatur (. Sane hanc vitā ab om-
60 ni quod necessitate se ingerit negocio liberā esse opꝫ:
ac soli corpori vacare). Secundo loco: vt de ijs que
cum arte aliqua: aut opere: aut exercitio: aut ministe
rio priuato publicove in summa que cū premēte ali
quo negocio cōiuncte sunt. Sic vtiq̄ fieri potest vt
de oībus disseratur. Neq̄ em̄ aliter aut dilucidus:
aut memoratu facilis: aut certa methodo traditꝰ ser
mo noster videatur: nisi hunc ordinē sequatur. Sed
ad id quod primo loco propositū est: reuertendū do
cendūq̄ quēadmodū qui optimū corporis habitū
est nactꝰ: ab omnibꝰ que ad publicū in vita spectāt
secedēs: ac sibi soli viuēs: nec morbo vllo quoad fie-
ri potest vnquā tentetur: nec ante longissimū vite tē-
pus morte occupetur. Immortale nāq̄ fieri qđ geni
tum est: plane nō potest (tametsi nostri tēporis philo
sophus quidā in egregio scilꝫ opere illo in quo im-
mortalitatis viā docet id ostendere sit aggressus) vt
vero in plurimū perduret tēpus: id vero fieri posse
profecto cōuenit: presertim eius qui optima sit na-
tura. Sūt em̄ qui ab ipso ortu adeo improspero cor
poris sint statu: vt ne si Aesculapiū quidē ipsum ijs
prefeceris: vel sexagesimū annū videant. sed non est
nunc de his locus. Quare ad illū potiꝰ qui optimo
est habitu: reuersi repetamꝰ ea que inter initia demō
strauimꝰ: nēpe qđ comesse bibereq̄ nobis necesse est
propterea qđ e corpore nostro aliq̇d semper defluit.
Cū vero edendū nobis bibēdūq̄ sit: necesse rursus
est excernēdorū currā rationēq̄ haberi. Horū vero
cū varie sint species alie eorū que in vētre perficiun
tur: alie: eorū que in iocinore: arterijs ⁊ venis: alie
eius qđ per singula mēbra distribuit alimenti: sane 70
cuiusq̄ suā esse vacuationē oportet: sicuti id ip̄m ab
initio instituisse natura videt: que instrumēta aiali-
bus cōtulit alia que excremēta ipsa expurgēt ac se-
parent: alia que deducāt: alia que in vnū colligant:
alia que excernāt. De quibꝰ omnibꝰ tractatū nobis
fusius est in ijs cōmentarijs quos de naturalibꝰ fa-
cultatibus: ⁊ quos de particularū animalis vsu in-
scripsimus. Nunc hypotheseos loco presumenda
erunt ad ea que paramus. Primū nāq̄ excrementū
⁊ a syncero separat: ⁊ paulatim impellit per oīa in-
testina vsq̄ ad satis capax spatiū qđ in eo intestino
visitur qđ ab argumēto rectū vocant. Ad cuius exi-
tū musculi q̇dā sunt incerti: qui ipsum coerceāt: in-
tusq̄ detineant: ac ne immutare effluat vetent. Post
ea vero quāplurimū congestum iam graue animali
fuerit: tum foras agi sinunt: ad celeritatē emissionis
etiā abdominis musculis vna cum transuerso septo
adiuuantibus. Iocinoris excrementorum aliud est
quale quod florem in vino appellant: aliud quale
quod fex dicitur. Attrahitur alterum a vesicula que
iocinori subijcitur: alterum a liene. In his collecta:
excernūtur: alterum in priorem tenuis intestini par
tem: alterum in ventriculum: vnaq̄ cum sicciori ali-
menti excremento permeant. Quod autē in venis ⁊
arterijs excrementum aceruatur: eiusmodi plane est
quale in lacte concreto serum. Hoc renes a sangui-
ne secernentes: ad vesicam transmittunt. Ea por-
ro id colligit: seruatq̄ ad eundem ferme modum
quem de sicco excremento supra retulimus. Quip-
pe adnascitur hic quoq̄ ad exitum ipsum mu-
sculus quidam transuersus: qui osculum vesice
ita ad vnguem cōprimit: vt inde nihil effluat. Post-
quam vero huius quoq̄ collecta iam copia ani-
mal vrget: illico se remittēs laxansq̄ statione cedit. 80

Vesica vero omne excrementum excernit: rursus hic
quoq̧ ad celeritatē exitus auxiliantibus musculis
ijs qui in abdomine sunt siti. Reliquū excremento-
rum genus in singulis animalis nascit̄ particulis
ex ipso vnde aluntur succo: aliud quidē ceu semico-
cte quepiā reliquie: que adsimilari nutriēde parti ne
quiuerunt: aliud qđ transmittēdi alimēti fuit vehi-
culū. Nunc functū officio humidū tenueq̧ superest:
quale nimirū seorsum illud iam dictū qđ ex vasis id
est venis & arterijs in vesicā defluit. huic incremento
null⁹ certus a natura prescript⁹ meatus est. expellit̄
tamē partim actum per ipsa molliora corpora que
fluētis eius violētie cedunt: potissimum cū a spiritu
maiore impetu irruēte impellit̄: partim etiā per exi-
guos oēs corporee molis meatus (poros greci vo-
cant) quorū nō modo reliquū corp⁹ vniuersum: sed
etiā tota cutis plena est. Dictū autē nobis de gña-
tione horū est in libris quos de tēperamētis edidi-
mus. Ergo tenuissimū huius generis excremētū fa-
cile sane eijcitur: partim in speciē halitus ab insito
calore solutū: partim violēto motu cōfertim erum-
pens. Appellāt vero quod ita excernitur: sudorē. Al-
terū ꝟo cui nullū publice nomē est: quod videlз nec
vulgo est cognitum: vt quod cōspectum pre tenuita-
te effugiat: ab ijs qui id ratione contemplati sunt:
αδηλ ιοοσαισθητος διαπνοη grece: idē trāspiratio vel
perspiratio vel perflatus sensum latēs vocatur. In
hoc insensibili perflatu etiā crassioris excremēti nō
nihil excernitur. Huic autē & vehemētiore calore: et
fluoris impetu maiore opus est: cū alioqui pericu-
lum sit ne ante itineris finē sistatur: saltē ad cutim.
10 Ab hoc excremēto tum pilis originē esse ostēsum no
bis est: tuз vero ijs que circa oīm cutim semper acer
uant̄ sordib⁹. Ac dicta ferme nobis vniuersa sunt tū
gñationis tum etiā expulsionis excremētorū capita:
que in alijs nostris operib⁹ quorū proxime memini
mus: euidēti demōstratione asserta: hypotheses op-
portune sunt ijs que nūc molimur. Nā qm̄ eijci hec
opз: vtpote que vitiosa qualitate sint: tametsi Ascle-
piades reclamet: cōuenit (arbitror) primū nouisse q̇-
bus maxime causis remorētur: dein rationem inire
qua nec in ipsas incidat̄: ac siquādo incidit̄: quam
primū error corrigat̄. Atq̧ ne incidat̄ quidē: hinc li
cet assequamur: vtiq̧ si excreta abūde sint nec ne: cō
pertū habuerim⁹. vt vero erratū iā corrigatur certā
methodo est opus. Dicam⁹ itaq̧ primū a quibus
maxime remorētur memoratorū excremētorū singu
la: mox quo pacto q̇d retētū est expediat̄. Ergo ijs
que in vētre cōtinētur excremētis mora cōtingit aut
ipsi⁹ cibi potionisq̧ culpa: aut ipsius ventriculi vna
cū intestinis. Et cibi quidē potionisq̧ vitio aut ꝑꝑ
qualitatē eorū: aut quātitatē: ad hec ordinē: vtēdiq̧
modū. Et ꝑpter qualitatē quidē: si acerba: austera:
aut sicce nature fuerint. Propter quātitatem: si iusto
plura aut pauciora sunt assumpta. Ordinis culpa:
si q̄ sicca adstringētia ve sunt: primo: q̄ humida: pin
guia & dulcia: scđo loco sunt sumpta. Modi vsus ra-
tione: si cū bis fuit edēdū: totū semel sumpserit. Que
ꝟo vētris intestinorū ve vitiū sequit̄ excremēti mo-
ra: vel ob naturalē eorū affectū accidit: vel certe acq̇-
sititiū. Ac q̄ quidē nature eorū vitio cause ꝓueniūt:
ex prauis corporis habitib⁹ aliq̇ sunt: sicuti vbi de
20 his agem⁹ dicet̄. De acq̇sititijs hoc loco agem⁹. Re-
cētiūt vētris affectionū octo sunt differētie: Singule
ipso genere ītēperies: & quatuor quidē simplices: ca
lor: friditas: sic. hūiditaз: quatuor composite: calor
vna cū siccitate: idē cū humiditate: frig⁹ adiūctū sic
citati: idē cū hūiditate. Sane eo creuisse magnitudi
nis harū quālibet opз: vt iā ĭualidā reddiderit im-
pultricē vim aut vētris tantū: aut gracilis intestini:
aut plenioris: aut etiā oīm simul: aut ex his quorū-
dam. Creant̄ porro eiusmodi intēperies modo ab
ijs que intro in corp⁹ sumunt̄: modo ab ijs q̄ foris ĭ
cidunt: Et ab ijs que in corpus sumunt̄: cū in cibo
vel potione vis quepiā medicinalis est immixta ex
earū genere que vel calefaciūt: vel refrigerāt: vel sic-
cāt: vel humectāt: vel vna calefaciūt & siccant: alia ve
quapiā cōnexione harū qualitatū afficiūt. Ab ijs q̄
foris incidūt: vel ambientis nos aeris vitio (cum is
immodice calefacit: aut refrigerat: aut siccat aut hu
mectat: aut copula quāuis harū qualitatū afficit)
vel eque qua lauerim⁹: vel vnctionis qua vncti sim⁹
vel deniq̧ alteri⁹ cuiusq̧ qđ cū foris vētriculo adhe
serit: aut calefaciēdi immodice hūc: aut refrigerandi
aut siccandi: aut humectādi vim habuit. His igitur
de causis supprimit̄ excremētū vētris: At flaue bilis
excremētū morat̄ aut propter attrahētis expellētis
ve facultatis infirmitatē: aut propter vasorū q̇bus
deducit̄ atq̧ excernit̄ angustiā. Porro ĭfirmitas tū
vesicule totiusque iocinori subijcit̄: tum eorū mea-
tuum qui ab ea iecur subeūt: tum eorū q̇bus in inte
stinū bilis euomit̄: ex recenti intēperantia prouenī-
re potest: tali vtiq̧ quali intestinorū ventris que im-
pultricē vim ledi dixim⁹: Angustia vero vasorum:
aut phlegmones vitio fit. aut propter scirrhos: (hi
sunt durities quedā nō sensiles) aut obstructionem
aut circūiacentiū partiū immixtū: aut osculorū cōni- 30
uentiā. Iam ipsa proximarū partiū cōpressio: aut ꝓ
oter immodicā copiā eorū que in se cōtinent: aut pro
pter phlegmonē aut scirrhū accidit. Atq̧ & osculoꝝ
cōniuentia: aut propter horū quippiā: aut etiā sicci-
tatē. Porro siccitatē accidere faciūt & q̄ valenter ad-
stringūt: & q̄ pariter calefaciūt & siccant: illa nāq̧ hu
morē exprimēdo: & que patebant cōtrahēdo cōstrin-
gendoq̧ ac densando: hec eliciendo per halitū hūo-
re siccitatē inducūt. Phlegmōe nāq̧ & scirrhus quo-
niā morbi plane sunt ad presentē disputationē non
ꝑtinent. & alioq̇ de ipsis cōmodi⁹ aget̄ in sequētib⁹.
Pari ratione atre bilis excrementū aliquando: si lie
nis ad amare bilis vesicā: vena vero que ad illum a
porta iocinoris pertinet: ad vascula illa que amarū
excrementū attrahūt: que vero ex liene in vētriculū
fertur: ad meatū illū qui amarā egerit: proportione
sit affecta. At excrementū qđ per singulas animalis
particulas cōgerit̄: & copia sui: & crassitudine: & pre-
terea lētore remorat̄: ad hec ob imbecillitatē caloris
qui id dissecet soluatq̧: preterea transit⁹ angustiam.
Ac copia quidem: crassitudo: & lentor: vel ex cibi po-
tionisq̧ natura prouenit: vel ex recenti quapiā alte-
ratricis facultatis in eo qui nutritur infirmitate.
Imbecillitas vero caloris qui id excrementum re-
soluat ac tenuet: ab exercitandi defectu prouenit.
Angustia transitus aut ob scirrhum: aut phlegmo-
nem: aut obstructionem: aut cōpressum alicuius: aut
conniuentiam euenit. Quorū cuiusq̧ originis ratio
nem pauloante retulimus. Sunt tamen partes que
preter latentes hos meatus: alios quosdam aper-
tos & cōspicuos optinent: sicuti cerebrum & oculus. 40

Id autē institutū a natura est:aut propter eminen/
tiā particule: aut propter actionē exq̄sitius obeun/
dam aut propter continentiū corporū spissitudinē.
Est nāqꝫ cerebrū rationalis anime ceu domicilium.
quod cū osse solido vndiqꝫ sit septū plurimis maxi/
misqꝫ canalibus expurgat:primū per nares ⁊ pala/
tum:secūdo per vtranqꝫ aurē:tertio per calue cōmis/
suras. Nec absimile est etiā aliquid ab eo confluere
ad oculos. Oculus vero ipse non tanquā primatū
aliquē inter partes optinens:sed velut qui purus es/
se omnino postulet: quo videlicet probe munꝰ suū
obeat:per euidentes meatus eijcit quicquid in eo ex
crementi gignitur:nēpe per nares genasqꝫ. Ergo ex/
crementoꝝ tum causas tum instrumēta iam diximꝰ.
Que quēadmodū quis retēta expediat atqꝫ euocet:
deinceps docendū:initio rursus a vētre sumpto. Er
go illud cōmune omniū excrementorū documentum
sit:vt retētionis cāe ꝯriā causaȝ semper admoueas.
Speciale vero per singulas hoc si comestorū paucita
te ⁊ siccitate restricta aluꝰ sit vt tū plura tū hūidio/
ra exhibeas. Si siccitate plura quidē nō offeras:sed
humidiora. Si austeritate ⁊ acerbitate dulcibus et
pinguibꝰ cibes. Qd̄ si in ordine sumptorū erratum
sit vt eum errorē corrigas. Si cum bis edendū erat:
semel comedit vt non bis modo: sed etiā sepius pa/
scbas. Eodē plane modo ⁊ recens contractas intem
peries:contrarijs remedijs sarcias:nēpe quod sicca
tum est humectans quod refrigeratū est calefaciens
ac reliquos affectus simili ratione corrigens. Qui/
bus vero hec fiant:in ijs que de medicamentis scri/
psimus prodite materie sunt. At flaua bile retenta:
50 si quidē obstructionis culpa id accidat: eo qui exte/
nuet victu vtendū:cuius materia singulari volumi/
ne a nobis est tradita. Sin ex compressu id eueniat
corporū que ⁊ eius bilis meatibꝰ vicina sunt: ⁊ im/
modice sunt referta:si quidē ex crassitudine succi id
incidit:extenuante victu est vtendū. Sin ex multitu/
dine presidijs que vacuēt. Quod si ob phlegmonem
scirrhum ve id contingit: iam res sanitatis tuende
professionē excessit. Sin propter recēs contractā in/
temperiē quecūqꝫ victa qualitas est hanc restituere
tentandū. Ad eandē formulā ⁊ conniuentiā oscilloꝝ
aperire cōueniet: Si ab austeris facta est: pinguibꝰ
⁊ dulcibus adsumi iussis. Sin ijs que calefaciunt et
siccant successit adhibitisque refrigerent ⁊ humectēt
Dicet ⁊ taliū materia in sequētibꝰ libris. Idē expur
gādi modꝰ etiā tertio excremētoꝝ genere retēto qd̄ p
singulas animalis partes colligi diximꝰ conueniat:
Nam si cōtracta sint: ⁊ tanq̄ conniueant meatuum
ora: per aduersa ijs que sic affecerūt succurrēdū est
nēpe que ex frigidis causis orte coarctationes cōsti/
pationesqꝫ carnee molis sunt veluti que ex ambiētis
rigore corporibꝰ nostris inciderūt: ex calefaciendo.
Rursus eas que calori siccitati que superuenerunt:
veluti que feruoribꝰ euenerūt refrigerando ⁊ hume
ctando. Pari modo ⁊ que adstringentiū vitio proue
nere (cuiꝰ generis sunt aluminose aq̄)has pigui ac
molli frictiōe vna cū dulcis aque balneo reparādo.
Quod si vel crassitudinis: vel abūdantie: vel lētoris
excrementorū vitio obstructi meatus sunt: tenuato/
ria victus ratio his apta erit preterea medicamēta
que calefaciunt ac dissecant quedā intro deuorata:
quedā foris admota anteqꝫ hec oīa exercitatio. Nā
60 ea quoqꝫ tum soluere excrementa potest:tum per su/
doris meatus eijcere:tantoqꝫ tam cibis quā medica
mentis tenuantibꝰ prestat quāto satius est nullo cor
poris nostri habitus incōmodo exigi que redūdant
q̄ pariter ⁊ carne liquanda: ⁊ solidis extenuandis.
Hec namqꝫ incōmoda calidis attenuantibusqꝫ me/
dicamentis succedunt. Exercitationibus vero adeo
nihil tale succedit: vt etiam firmitas quedam mem/
bris accedat cum ⁊ naturalis ipse calor accenditur:
⁊ ex partium inter se attritu: duritia quedam indolē
tiaqꝫ comparatur. Quemadmodum vero si aliquis
debito tempore mensuraqꝫ exercitet ac singularum
actionum ordine decenti qualitateqꝫ vtatur: nunc
equidem exequi non statui: sicut nec de alimenti ip/
sius tempore modo ordine qualitate: sed nec de te/
nuantibus cibis ac potionibꝰ: nec de ijs medicamē
tis que qualitatem immutant. Nullius enim horū
hactenus particularem vsum diximus: contēti sum/
matim ⁊ per capita tantū attigisse. Uerum in sequē
tibus libris de omnibus fusius agetur. Nunc in cō/
pendiū redigere totum opus placuit quatenus nul
la materia lateret cuius esse peritum deceat qui om/
nem sanitatis tuende artē profitetur. hunc ὑγιεινόν
grece voces: sicuti gymnasten qui tantum que ad ex/
ercitationes pertinent callet. quin Erasistratus quo
qꝫ ita eum appellauit. In sequentibꝰ vero volumini/
bus dictarum iam materiarum cuiusqꝫ tum tēpus
quo exhibebitur: tum qualitatē tum vsus rationem
trademus: ita vt non iam materia tantū sit: sed sani
tatis conseruande certa causa. Etenim in tribus hi/ 70
sce primis generibus consistit sanitatis tuende stu/
dium: eque ac medendi methodus: nēpe corporibꝰ:
causis signis. Corporibus quidē ijs que ⁊ sana iā
sunt ⁊ eo statu seruari debent. Signis vero corporū
accidentibus ex quibꝰ corpora ipsa dignoscuntur.
Cause sunt ex quibus custodia sanitatis perficitur.
Harū materiā quatuor generibꝰ iuniorū probatissi
mi sunt cōplexi: admouendis educendis faciendis:
extrinsecus incidentibꝰ. Et admouendorū quidem
nomine cibus potio: ⁊ si quid medicamentorū intro
sumitur: etiā aer attractꝰ: intelligitur. Faciendorū
vero frictio: ambulatio: vectio equitatio: deniqꝫ om
nis motꝰ. Qd̄ si nō quiuis motꝰ exercitatio est: sed
solū qui valētior est: adijciatur motui exercitatio: vt
sint facienda tum motꝰ ⁊ exercitatio. Referunt̄ ad
hoc cause genus: somnꝰ vigilia ⁊ venus. Ex foris in
cidentibus primus est circundatus nobis aer: dein/
de quecūqꝫ lauantiū vngentium ve cuti propinquāt
etiam si quod medicamentū sanitatis tuende fines
nō excessit: veluti sal myrta nitrum aphronitrum: ⁊
aquarū alique sponte natarū: ⁊ calentiū. Educendo
rū vero materia predicta paulo supra est. An vero
quatuor illis generibꝰ recte ex aduerso diuisio cau
sarū generis sit facta: nō facile dixerim: cū meliꝰ for/
tasse sit admouēdis educēdis: faciēdis: ⁊ incidētibꝰ
alterari immutariqꝫ corpꝰ dicere: mutationē ṽo aut
in qualitate fieri: aut quātitate. In qualitate: dum
aut incalescit: aut refrigerat̄ aut siccescit aut hume/
ctum reddit̄. In quātitate dū alit̄: aut inanit̄. Iam
inanitionē ipam: duplicē quoqꝫ esse. Alterā excremē
torū: de quibꝰ mox diximꝰ. alterā naturalis substā/
tie nostre assidue defluētij: q̄ nutritiōi ex aduerso op
ponit̄. Notasse hoc loco operepreciū fuerit homony
miā quā Hip. in opusculo de nutritiōe distinxit his
verbis. Alimentū aliud est qd̄ nutrit: aliud qd̄ quasi 80


est nutriens: aliud q̄d nutriturū est. Quippe ei quod
prima significatione alimentū siue nutritio est: sub/
stantie ipsius fluorē recte opponas. Ei vero q̄d in se/
cunda significatione accipitur: tū hemorrhagiā: idest
sanguinis profluuiū: tuȝ vno verbo omnē sanguinis
inanitionē. Ei vero q̄d tertio significato dicitur: vomi
tū ⁊ lienteriā idest intestinorū leuitatē. Verū de tali/
bus diuisionibus statuere pro arbitrio cuiuis liceat.
Quisquis artē ꝓpositā autē rite administrabit: hūc
omnis materie que ad salubrē victus rationē ꝑtinet:
vires habere cōpertas est necesse: quando hinc demū
dexter eius oritur vsus. Contingit autē dexter eius
vsus vbi opportunū cuiusq̄ tempus ac modū quis
inuenerit. Quare huc potius censeo properandum:
quam prauis opinionibus refellendis immorandū.
Sed quoniā satis verborū primū hoc volumen con/
tinet: claudetur hoc loco. Quod reliquum operis est:
in ceteris exequemur.

¶ Galeni de sanitate tuenda Liber secundus: Tho/
ma linacro anglo interprete.

ARtis qua de sani/
tate tuenda īstituitur: summas: sco
posq̄ proximū volumē edocuit. Nūc
singula mēbratim distinguere tentā
dū: initio rursus ab ijs sumpto in q̄
bus proximus liber est finitus. Pro
ponatur itaq̄ nobis in hoc libro saluberrime natu/
re puer: qui iam tertiū etatis sue septenniū ingredit̄.
Cuius corpus effingere cōponereq̄: quoad fieri pōt
quam optime: propositū sit. Ac primū hoc ipsum de/
finiendū: quid sibi velit q̄d adiecimꝰ optime: vult aūt
nimirū illud: veluti corporū ipsorū numerosa sane di
uersitas tradita est: ita vite rationū quibus viuimus
species sunt diuerse. Ergo fieri nequit vt in qualibet
proposita vita optimā corporis nostri curā admini/
stres. Sed que cuiq̄ optima sit: hanc vtiq̄ licet. Que
absoluto sermone optima sit: in omni exequi vita nō
est. Nā maxima hominū pars implicitā negocijs vi/
tā agit: quos etiā ledi ab ijs que tractant est necesse:
nec tn̄ mutare conditionē licet. Alij eñ per inopiā in
eiusmodi vite sortē incidunt: alij seruitute: quā aut a
parentibus hereditariā acceperunt: aut alias per vim
aliquā capti raptiue. quas solas esse seruitutes vul/
gus existimat. Mihi vero: ⁊ qui ambitionis: aut cu/
iusuis cupiditatis gratia: negocijs impeditā vitam
delegerūt: quo minus corpori curando vacare queāt
ij quoq̄ seruire vltro dominis ⁊ quidē pessimis vidē
tur. Quare his optimam prorsus corporis curā scri/
psisse: superuacuum sit. Verum si quis planetum ani
mo: tum vero optione sit liber: huic precepisse fas est
quēadmodum ⁊ sanitate plurimum fruatur: ⁊ mor/
bis minime tentetur: ⁊ cōmodissime citraq̄ molestiā
senescat. Quinetiā sanitatis tuende methodus: sicut
alia plane quelibet ratio viaq̄: eiusmodi docendi ini
tiū postulat. Siquidē quod simplex inculpatūq̄ est
in omni genere: id ceteris omnibus que nec simplicia
sint: nec culpa vacant: ceu regula quedaȝ preponi po
stulat. Sane simplex inculpatūq̄ in corporibus qui/
dem est quod optimo est habitu: in vite generibus: q̄d
omnino liberū est. Primū igitur hoc libro duo hec cō
iuncta tractemus. Deinde cuiq̄ vitioso corporis sta/
tui vita libera sit adiūcta. Mox optime corporis cō/
stitutioni: singule seruilis vite species copulētur. Po/
stremo vitiosos corporū habitus cū seruilibus viuē/
di generibus maritabimus. siquidē plenus nobis ab
solutusq̄ sermo futurus est. Quodnā igitur proposi/
te artis initiū cepérimus ad eius tutelā corporis q̄d
⁊ optime sit note: ⁊ tertium etatis septennium iam in
gressum: ⁊ ceteris posthabitis omnibus vni corporis
cure vacet? Mihi sane videtur id q̄d ab Hippocrate
traditū est tum in Aphorismis: cū ait: Labor cibum
precedat. tum in populariū morborū sexto volumine
vbi ita ad verbū precepit: Labor: cibus: potio: som/
nus: venus: omnia mediocria. nā ⁊ modū ipsum sin/
gulorū definiuit addito ad finē dictiōis epitheto: me
diocria. ⁊ tēpus eque signauit: ipso sermonis ordine.
Quippe sanitatis tutelā a labore est auspicandū: quē
excipere debēt cibus: potio: deinde somnus: mox venꝰ
in ijs videlicet quibus venere est vtendū. Nā reliqua
certe oīa cuiusq̄ etatis sunt cōmunia. Venus etate
tantū florentium est: vtiq̄ quo tēpore etiā eius vsus
est. Que enim hanc vel precedunt etates: vel sequun/
tur: aut plane semen nō effundūt: aut certe infecundū
aut male fecundū effundunt. Verū disceptatio de ve/
nere: in suū locum differatur. A laboribus vero ordiē
dum: illo ante omnia discusso: an idē sint labor: motꝰ
⁊ exercitatio: an labor ⁊ motꝰ ideȝ: aliud vero ab his
exercitatio: an motus res diuersa: labor ⁊ exercitatio
neutiquā differant. Ac mihi quidem non quiuis mo/
tus exercitatio videtur: sed tantum si quis vehemen/
tior est. Quoniam autem eorum que ad aliquid dicū/
tur: est quod vehementius dicitur: fieri potest, vt idem
motus alteri sit exercitatio alteri non sit. Terminus
igitur vehementie esto anhelitus alteratio: quādo in
quibus nulla fit anhelitus mutatio: hos nondū exer/
citationes vocamus. Quod si quis maius celeriusve
aut crebrius iā ex motu aliquo respirare cogit̄: huic
certe tātus motus exercitatio fuerit. Ea igitur cōmu
niter exercitatio vocat̄: ꝓprie vero a loco grece deno/
minatur: quē gymnasion ipsi appellāt. Js locus est in
publica aliq̄ vrbis regiōe extructus: quo vngēdi: fri/
cādi: luctaturi: discūiacturi: aut tale quippiā facturi
cōfluunt. Laboris appellatio idē mihi significare vt̄
cū priore significatiōe noīs gymnasij siue exercitatio
nis: nēpe cōmuni illo q̄d prediximus: quippe cū et q̄
fodiunt: ⁊ qui metunt: ⁊ qui equitant: nō laborēt mo/
do: sed etiā exercitentur: cōmuni saltem exercitationis
appellatione. Et de nominibus quidē ita nobis de/
terminatum sit. Atq̄ ad hec significata: omnis mihi
deinceps sermo inaudiatur. Nec tn̄ si quis est qui ali
ter vti velit: prohibeo: qn̄ nō huc de recto nominū vsu
disputaturus accessi: sed quēadmodū sanitas custodi
ri maxime possit. Ad id vero cum percommoduȝ erat
de exercitatione: labore: omni denique motu distin/
guere: nominum significatus definire sum coactus.
Atq̄ exercitationis commoda: etsi in priore volumi/
ne tradita sunt: non inutile tamen sit hic quoq̄ pau/
cis ea denuo repetere: quando ea non solum scopus:
sed etiam veluti iudices sunt omniuȝ que singillatim
in exercitationis arte geruntur. Fuere autem (arbi/
tror) genere duplicia: hec quidem ad excrementorum
inanitionem: illa ad euexiam: idest commodam cor/
poris habitudinē efficacia. Nam qm̄ vehemētior mo
tus exercitatio est: necesse q̄dē est tria hec ab ea perfici
in corpore exercitādo: membrorum duritiem ex mu/

tuo ipsorū attritu: genuini caloris augmentū: ⁊ spūs
citatiorē motum. sequi vero hec: reliqua omnia priua
tim cōmoda que corpus exercitijs accepta refert: vti/
qꝫ ex mēbrorū duritia: tū vt minus ex labore affician
tur: tum ad labores robur. Ex calore: tum deducendo
rum in corpus validum attractum: tum immutatio/
nem magis expeditam: tum nutritionem magis feli/
cem: tum vt singule corporis partes sint (vt ita dicā)
perfuse. Cuius affectus beneficio ⁊ solida mollescere
⁊ humida tenuari: ⁊ exiguos corporee molis meatus
laxiores fieri accidit. At ex spiritus valentiore impe/
tu ⁊ purgari hos omnes meatus necesse est: et excre/
menta expelli. Atqui si exercitatio hec prestat: haud
difficile sane sit tempus vtende eius statuisse. Nam
quoniam digestionem in corpus adiuuat: non debet
cum administratur: crudi incoctiqꝫ cibi aut succi mul
titudo vel in ventre vel in vasis contineri: vnde peri/
culum sit ne priusquam per maturam concoctionem
vtilis sit: in omnes animalis partes rapiatur. Quo/
niam vero ⁊ exiguus meatus expurgat: ⁊ excrementa
expellit: vtilius est ante comedendum eam adhiberi.
Siquidez que impura corpora sunt: atqꝫ ab excremē
tis parum purgata: hec quo magis nutries: magis le
des. Ex his itaqꝫ patere arbitror: tuz esse ad exercita
tionem commodissimum tempus: cum hesternus ci/
bus duplici concoctione iam prorsus sit confectus: ⁊
ea que in ventre: ⁊ ea que in vasis sanguinis agit: ac
iam denuo cibandi tempus instet. Quod si aut prius
aut posterius exercitatione vtere: aut crudis hominē
impleueris: aut pallide bilis prouentum auxeris. Sa
ne huiusce temporis nota: color est vrine. Que enim
aque speciem prefert: crudum adhuc in venis esse in
dicat succum eum qui a ventre summittitur. Que ve/
ro rufa biliosa que est: iamdudum concoctum esse hu
iusmodi succum. Que modice pallet: peracte modo se
50 cunde concoctionis est signum. Cum nanqꝫ bili infe/
cta vrina nondum est: aque speciem alboremqꝫ pre/
fert. Cum vero plus iusto eius bilis acceperit: rufa
cernitur. Ergo cum mediocriter est rufa: mediocriter
ve pallens: tum est exercitatio adeunda: sed expulsis
prius excrementis que vel in vesica vel inferiore aluo
continentur. Verendum enim ne quid ex his in habi
tum corporis rapiatur: correptum videlicet caloris
vi: qui per exercitationē accenditur. Ergo si quis po/
sita iam veste protinus ad valentiores motus acce/
dat priusqꝫ totum corpus molliatur: ⁊ excrementa ex
tenuentur: ⁊ exigui carnis meatus laxentur: timor est
solidarum quampiam ruptum aut conuulsum iri. Ti
mendum preterea est ne excrementa spiritus impetu
impulsa: predictos meatus obturēt. Sin sensim pri⁹
calefaciēdo: ⁊ solidas ipsas premollieris: ⁊ humores
tenuaueris: ⁊ exiguos meatus laxaueris: nullum pe/
riculum nec rumpendi alicuius: nec obstruendi: exer
citato impendebit. Ut ergo hec fiant: oportet linteo/
lo totum corpus mediocriter fricando prius calface
re: mox oleo fricare. Neqꝫ enim protinus accedenduz
ad pingue censeo: ante videlicet quam cutis incalue/
rit: ⁊ meatus laxentur: ⁊ vt semel dicam: quam prepa
ratam aptum que corpus sit ad oleum capiendum.
Ei rei satis omnino sunt pauci manuum circūactus
qui nullo cōpressu sint graues: ⁊ modice celeres: huc
demum veluti ad metam directi: vt corpus citra com
pressum calefaciant. Siquidem peractis his: cernere
60 licebit floridum ruborem per totam diffundi cutem.

Tum igitur pingue inducendum: ⁊ nudis manibus
que medium inter molle durumqꝫ modum seruēt: in/
fricandum: quatenus neqꝫ coactum constrictūqꝫ cor/
pus sit: neqꝫ vltra quā par est laxum remissumqꝫ fiat:
sed legitimum nature modum seruet. Infricandum
vero primo contrectatu blandius: inde sensim paulo
fortius: eatenus aucta semper ad valentius frictione
quoad iam carnem manifeste premat: citra tamen le/
sionem. haudquaquam tamen tam valida frictione
diu vtendum: sed semel aut bis in quaqꝫ parte: quan
doquidem non eo ad hunc modum fricatur hui⁹ pue
ri corpus: vt iam duretur: cum id iam ad exercitatio/
nem producimus: sed potius quo tum promptitudo
ad exercitationis functiones excitetur: tum robur in/
tro reuocetur: ac raritas laxitasqꝫ que mollem frictio
nem consecuta est: constringatur ac cogatur. Quippe
medio tēperamento seruari huius pueri corpus opz
nec vsquam durum molle ve effici: necubi naturale ei⁹
incrementuz inhibeatur. At procedente tempore: vbi
iam adoleuit: tum vero duriore frictione vtemur: pre
terea frigida ab exercitando lauatione. Veruz de his
post agendum. In preparatoria vero ante exercendū
frictiōe: que huc spectat: vt corpus molliat: mollis du
reqꝫ mediam qualitatē dominari oportet: ac pro eius
dem qualitatis ratione quicquid reliquum est exigi.
Varie autem quam maxime ex manuum iniectu cir/
cumactuqꝫ frictiones esse debebunt: nec superne mo/
do deorsum: aut inferne sursum adhibite: sed etiam
tum in subrectum: tum in obliquum: tum in transuer
sum: tum in subtransuersuz. Voco transuersuz: quod
recto est contrariū. id grece ἐγκάρσιον appello. Sub 70
transuersum vero: quod paululum ab hoc in vtranqꝫ
partem declinat: quod σιμὸν dico. Rursus subrectū
quod a recto paululum vtroqꝫ versus recedit. Obli/
quum: quod recti transuersiqꝫ plane est mediuz. illud
πλάγιον: hoc λοξὸν grece nomino.



Quinetiā τρῖψιν aut ἀνάτριψιν grece dicere nul/
lū discrimē faciet: mō ne lateat ἀνατρίψεως nomen
veterib⁹ vsitati⁹: τρίψεως recētiorib⁹ magis vsurpa
ri. Nos latine frictiōe: frictu: pfrictiōe: pmiscue legē/
tium venia vtemur. Varium aūt fieri manuum tū in/ 80
iectum:

tectum circũactum velim: quovcȝ vniuerse quoad fie
ri potest: musculorũ fibre omni ex parte fricentur.
Siquidem eius sententie esse: quasi transuersa fri/
ctio (quã etiã alij rotũdã aliq vocãt) duret: denset: cõ
trahat ⁊ constringat: recta contra rarefaciat: laxet:
molliat ⁊ resoluat corpora: eiusdẽ plane inscitie est
cuius cetera que plerisqȝ gymnastarum de frictione
traduntur. Nã qui pl⁹ de frictionũ virtute afferat, ꝙ
que Hippocrates in eo libro ꝓdidit quẽ κατ᾽ ἰητρεῖον
inscripsit nemo plane est. Ait eñ dura frictione liga/
ri corpus: molli solui: multa extenuari: mediocri cras
sescere. Habent vero se eius verba ad hunc moduȝ.
Fricto vim habet soluendi: ligandi: carnẽ augendi:
minuendi. Nẽpe dura ligandi: mollis soluendi: mul
ta minuendi mediocris carnẽ augendi. Quatuor ei
he genere differentie: ex quadruplici oĩs frictionis
tũ virtute tũ vsu oriuntur. Quod si medias quocȝ
harũ: que vna cũ his intellegendas se exibent adnu
meres: sex in vniuersum dr̃ie existent. Undenã igitur
plurimis neotericorũ gymnastaꝝ succurrit tam nu
merosas frictionũ differentias ꝓdere: quas vel nu/
mero comprehendere facile non est? Non aliunde
certe ꝙ quod logice cõtẽplationis plane expertes:
cũ proprijs frictionũ differentijs externa alienaqȝ
imprudentes nonnunꝙ confundunt. Interim etiã
illa quibus singule frictiones p eraguntur adijciũt.
Interim tũ iustas ipsas iter se frixionũ dr̃ias cõne/
ctũt: tũ vero cũ his etiã quas ipsi perperã excogita/
runt. Cũ eñ dicant frictiones inter se distare: quod
alie sub dio fiant: alie sub tecto: alie in admixta vm/
bra: rursus alie in perflato loco: alie in tranquillo:
itẽ alie in calido: alie in frigido: alie in sole: alie ĩ bal
neo: alie ante balneũ: alie in palestra: talẽqȝ catalo/
gũ faciunt: sane non proprias frictionũ differentias
afferunt: sed ea sine quibus qui fricatur esse non po
test inculcant: quippe quẽ necesse oĩno est id in ali/
quo terrarum loco esse: preter que locũ vel estate vel
hyeme vel alio anni tẽpore. Cũ vero ita dissidere di/
cant inter se frictiones: quod alie cum copioso oleo:
alie exiguo fiant: aut prorsus sine oleo: idqȝ vel ma/
nibus tantũ: vel etiã cũ puluere vel per linteũ: atqȝ
hoc vel asperũ vel lene: causarũ plane quibus frictio
dura mollis ve efficitur enumerationum faciunt. Ex
quo nimirum causarũ est genere ⁊ quod ipse frican/
tiũ manus dure aut molles sint: itẽ valide premant
blande ve sint admote. Tertia species quã afferũt ij
qui multas frictionũ differẽtias autumãt: inde nas
citur quod oĩa iã dicta inter se per coniugationes
quasdã copulant. Quid itaqȝ ex his aut externas re
rũ circunstantias: aut verarũ differentiarũ causas ĩ
ter se copulant: facile deprehenduntur parũ recte sen
tire: qui vero ex proprijs ⁊ synceris differentijs con
iugationes nectunt: horũ non adeo facile deprehen
ditur error: imo nonnulli sapientie quoqȝ laudẽ re/
tulerunt. Hippocrate ipso plus aliquid iuenisse cre/
diti: quorũ est Theon gymnastes: qui recti⁹ ꝙ Hip/
pocrates sensisse de frictione est visus. Nã cũ his in
modo cõprehensis verbis in ea differentia que ex ꝗ
litate spectatur mollẽ ⁊ durã: in ea vero que ex quan
titate multã ⁊ mediocrẽ collocet: Theon qualitatis
quantitatis ve minime faciendã mentionẽ seorsuȝ cẽ
set: scribens cũ alibi tũ vero in tertio gymnasticoruȝ
hunc in modũ: De frictione precipientes placet quã
titates semper cum qualitatibus coaptandas esse.

Per se nãqȝ imperfectiores sunt ꝙ vt aliquis succes
sus ex ipsis prouenit. quippe mollis frictio pro quã
titatis modo triplex opus efficit. pauca enim leuiter
carnẽ remittit: ac facile contrectabilẽ: siue tactu mol/
lẽ reddit. multa euaporat ⁊ liquat. mediocris laxa et
fluida carne implet. Siĩi modo dura pro quantita/
tis ratione totidẽ numero effectus reddit. Multa nã
qȝ adhibita contrahit constringitqȝ corpora: ⁊ phle/
gmone persimile quippiã reliquit. mediocris implet
imminuta ⁊ euidenter circunscripta expressaqȝ car/
ne: exigua vero in summa cute ruborẽ ad tẽpus exci
tat. Non censet aũt de dura per se ⁊ seorsum quicquã
gymnaste precipiendũ: sed ei quantitatẽ adiungi de/
bere: siqs paulo cõmodior ex artis ope successus sit
futurus. Pari mõ nec de molli per se ⁊ seorsum quic
ꝙ nunc tradendũ existimat. Necqȝ eñ adhiberi vsqȝ
posse mollẽ frictionẽ tantũ: ⁊ que nec multa: nec exi/
gua: nec mediocris sit. Deinde memorat quecũqȝ per
coniugationẽ in corporibus nostris naturaliter effi
ciunt: vti qȝ paucã cũ molli remittere leuiter: ⁊ mollẽ
reddere pronuncians: vbi aliud plane nihil ꝙ quod
Hippocrates verbo soluere significauit: alijs ver/
bis interpretatur. Quippe laxare carnẽ: ⁊ mollẽ red
dere: quid aliud est ꝙ soluere que colligata ⁊ coacta
fuere? Adiecit vero sermoni leuiter siue quodãmodo
non genus actionis immutans: sed quantitatẽ eius
definiens. Mollit eñ cũ exigue adhibetur eiusmodi
frictio: quandoquidẽ si amplius sit adhibita: mollit
quidem ⁊ tunc ceterum largius. Quod ergo nec ma/
rim. Imo vero (si verū ingenue fateri oportet) hoplo
machicus nullius earū vim reddat: qui exercitatio
num artem probe calet: is oēs nouerit: singulas ad
certos referēs fines. Nāqꝫ aut violente quedam sunt
grauesqꝫ ac robuste: aut leues: celeres ⁊ cōcitate: aut
pariter violēte ⁊ celeres. Has igit̄ obiter dū agi con
spicit: statim visas facile dignoscit: atqꝫ hoc ampli⁹
quenā crura: brachia: vel thoracē actio exerceat: que
lumbos: caput: spinā: vel ventrē: que demum aliam
quāuis partem egregie preter cetera fatiget. Hoplo
machicus enim apte numerosēqꝫ motus peraget ce
leres fortasse robustos ac graues ceterū qd densent:
aut emacient eiusmodi motus: parū nouerit. Pari
modo nec qd carnem augent ⁊ rarefaciūt motus tar
di. Iam idē robuste simul ⁊ tarde ⁊ grauiter mouebi
tur: nec tamē qd istiusmodi motibus corpori robur
⁊ grauitatem acquirit intelligit. Aurigādi quoqꝫ pe
ritus: omnes motus particulares numerose: aptēqꝫ
⁊ ad vsum cōmodissime explicabit: sed qui hoꝝ cor/
pus emacient. aut carne impleāt: robustum: vegetū:
molle: durū: densum: rarū ve efficiant: omnino igno/
20 rat. Ita ⁊ qui pila exercere instituit (sphericū vocāt)
omnem pile iactum exceptūqꝫ callet: minime tamen
quē corpori affectum hi comparēt: nouit. Pedotriba
quoqꝫ quicq̄d in palestra motuū geritur: pernouit:
quid quisqꝫ motus efficere queat: ignorat. Et (vt se/
mel dicam) omnes homines: artifices iuxta inertesqꝫ
quos corpore motus exercēt: eorum ignorant vires:
saltatores: naute: fabri tum materiarij tum ferrarij:
piscatores: agricole: edificatores: sutores: oēs de/
niqꝫ qui quiduis moliuntur. At gymnastes ex ijs q̄
ante retuli principijs: cuiusuis actionis: etiam eius
quam nunc primum nec ante cōspexit: vim tenebit:
veluti statim saltātiū preuegeti motus: in quibus ni
mirum quam maxime saliunt: ac celerrime circūacti
vertuntur: ⁊ genu prius posito mox emicant: ⁊ crura
tum attrahunt: tum maxime diuaricāt: ⁊ summatim
in quibus ocyssime mouētur: gracile: musculosuꝫ: du
rum: compactum: preterea vegetum corpus reddūt.
At remissi: tardi ⁊ languidi motus: nō solū nō eius/
modi corpus quale nūc diximus faciunt: sed contra
si natura musculosum ⁊ vegetum sit: diuersam omni
no affectionem inducūt. Qd igitur mox diximus pe
dotribā ita esse gymnaste ministrū: vt medici coquū:
id nūc quoqꝫ ostensum est. Quippe coquus betam:
lentem: aut ptisanā: alias alia rōne preparat: nec ta
men quod preparauit: quā vim optineat intelligit:
aut quenā preparandi ratio censenda sit optima. At
medicus nihil hoꝝ ita vt coquus parare est potis:
verum quicq̄d preparatum sit: eius vires probe cal/ 30
let. Ergo gymnastes propositi nobis adulescentis
vtiqꝫ qui optimum corporis statum est sortitus:
omniū quidem exercitationum vires pernouit: deli/
git vero ex omni genere qd moderatū mediumqꝫ in/
ter vtrūqꝫ excessum est. Nā neqꝫ celeris tarde ve exer/
citationis optim⁹ status eget: sed plane mediocris
ac medie: nec rursus violēte ⁊ vehemētis: nec remisse
⁊ languide: imo in his quoqꝫ mediocre optimū est:
quādo nō alterare: sed plane seruare optimū corpo/
ris statum cōuenit. Siue igit̄ armis eiusmodi adu/
lescentem exercitare gymnastes velit: peritissimo to/
tius meditationis armoꝝ adscito: eū oēs sibi prome
re actiones iubebit. mox ipse eliget ac discernet: im/
perabitqꝫ quibus earum sepe quibus raro: quibus
mediocriter: quibus aut nūq̄ aut semꝑ exercitari eū
velit: quippe quem latere nō potest que quoqꝫ mem
brum exercitatio magis agitet: que ve cuiusqꝫ exerci
tatiōis qualitas facultas ve sit. Siue soli pila ve exer
citare studet: hic quoqꝫ rursus tum genus tum qua/
litatem tum modū actionis inueniet: ipso follis pile
ve perito: pro ministro adhibito: quo illi omnē eius
generis actionū materiā indicet. Nam ipsius ꝓprie
cuiusqꝫ artis materie gymnastes omnino est igna/
rus: verū vbi semel inspexit: nō solū qualitatē: sꝫ etiā
vim eius ꝓtinus intelligit. Quāplurimos eī ipsi
ex ijs quibus imbecilliores q̄dā corporis particule
erant: vnde crebris in his vrgebant̄ morbis: vnius
gymnastice ope restituimus: neqꝫ tū oēs ꝓprijs exer
citationib⁹: sed siue quis saltator erat: siue hoplo/
machicus: siue pancratiastes: siue luctator: siue alio
quouis genere exercitat⁹: iusso eo magisterij sui mo
tus corā ꝓmere: mox appositissimis vna cū tempore
⁊ modo delectis. Verū de correctione id genus: pro
cedente tractatu agemus: ea scilicet operis parte in
qua de vitiosis corporū statib⁹ disceptabitur. Nūc
optime comparato corpori suum statum tueri pro/ 40

posuimus. Porro huic ex omni genere mediocritas adhibenda est: frictione: exercitatione: balneo: cibo somno: ita vt nec durior illi nec mollior habitus corporis reddatur. Quippe hic ab extrinsecus imminentibus facile offenditur: ille corporis inhibet auctum. Preterea nec densior: ne videlicet in carne excrementorum aliquid hereat: nec rarior: ne qd' est salubre effluat. Simili modo (si qdē optimo habitu erat) nec solito gracilior nec crassior: cū cōstat gracilitatē externis iniurijs: crassitudinē ijs que interne ab ipso corpore proueniunt: esse obnoxiam. Pari modo neqꝫ calidius: frigidius: siccius vel humidius efficere eiusmodi corpus expedit: siquidē inculpato tēperamento erat. Unū igitur est qd' in ita se habēte corpore est spectandū: nempe in omni tuēde sanitatis materia: qd' cōueniens mediocreqꝫ est. Porro id est inter vtrūqꝫ excessum plane mediū. Quēadmodū aūt huius maxime sis cōpos: supra iā dictū est. ceterū de ijs q̄ maxime necessaria sunt: vel sepi⁹ meminisse nō fit ꝑfecto inutile. Prima ergo dies crassiorē cōiecturā prebebit: secūda ꝟo: tertia: quarta: ⁊ reliquarū q̄ libet ꝑ ratione magis exactā. Quippe in prima die oīa tibi ꝑ dictis iā scopis sunt peragēda. Exuat se: sicut Aeginius precepit: vbi in lotio iā ꝑfecta cōcoctio cernitur. Mox frictionis ratio huc spectet: vt mēbra molliantur. Docebit id tū floridus color: q̄ in summa cute resi debit: tū artuū flexibilitas habilitasqꝫ ad omnem motū. Post hec exercitetur: dū ⁊ corpus intumescit: ⁊ color illi floridus apparet: ⁊ motus prompte: equabiliter: ⁊ cōcinne edit. inter hec ꝟo sudorē cū calido vapore mixtū cernes. Inhibenda ꝟo exercitatio tum primū est: cū aliquod horꝫ fuerit mutatū. Quippe si contractior paulo corporis moles videbitur desistendum illico est. si eīm vltra qd pergat: etiam boni succi nōnihil educetur: atqꝫ ita tum gracili⁹ corpus fiet tum aridius: atqꝫ ad incrementum minus habile. Nō minus profecto ⁊ si coloris gratia vanescat cessandum est: quādo si exercitationem continues: frigidum corpus efficies: ⁊ nimiū exhauries. Iam motuum alacritas: equabilitas: vel cōcinnitas si remitti quippiam collabiqꝫ cernitur: vtiqꝫ statim desinere cōueniet. Itidē si i sudore accidat vlla qualitatis/ei⁹ quātitatis ve mutatio: q̄ppe quē ⁊ copiosū magis ⁊ magis icalentē edi par est: ꝑut motib⁹ vehemētie pl⁹ accesserit. Cum igitur is aut minor intellegitur: aut frigidior: tum scias digeri exhauririque corpus: preterea refrigerari ac siccari plus iusto. Quo magis solicite attendēdum exercitando corpori est: vt cūdictarum iam notarū quelibet apparet: ꝓtinus cesset. Nec tñ protinus lauatū ablegandū est: sꝫ summam exercitationis intētionem: quam ἀκμὴν grece vocant: remittere sistereqꝫ iubebitur. Quod si illa cohibendo anhelitu implere velit: ꝑfundi oleo: atqꝫ apotherapia vti deinceps debebit. Porro ea cuiusmodi res sit: simul qui sint in ea scopi: ⁊ que mensura: preterea quibus absoluatur tum motibus: tum frictionibus: sequenti libro monstrabitur. presentem enim vt pote satis verborum habentem: iam cōmode videor finiturus: si modo illud vnū adiecero: lauacrum quod omnino medio temperamēto sit: ad ppositā etatem naturāqꝫ esse eligendum. Propositum nāqꝫ est: si recte meminimus: tertiū a natiuitate septeniū: id est quod inter quartumdecimum ac vnū ⁊ vigesimum annos interuenit. Quo vtiqꝫ frigida lauari adolescentem adhuc nolim: ne incremēto ei⁹ (cui plurimū est cōsulēdū) sit in mora. Ubi vero iusta in magnitudinē impleuit: etiam de frigida lauatione aliquid dispiciemus. Simili ratione ⁊ de exercitationibus que in puluere obeūtur: exquisitius in sequenti sermone agemus. In presenti illud nouisse satis erit ne puluere quidem huic opus esse: modo illi in qua exercitabit domus ad eum modum quē inter initia precepimus: preparata sit. Uerū si calidior sit: tum puluere vtendum. At eo si vtetur: omnino erit lauandū. Sin non vtetur: liceat ⁊ illotum dimittere: presertim hyeme. Post hec vero ⁊ que ad cibum: potionem somnum: ambulationēqꝫ pertinent: cōiectanda huic sunt qui adolescenti preficitur: ⁊ in sequētibus a nobis dicentur. Uerum fieri nō potest: vt modi horum primo saltem die ratio illi exacta constet. secūdo: vbi exploratum habuerit quomodo post quot exercitationes nutritus adolescens sit: si proprium nature habitus prorsus seruare viderit: eodem seruato modo tum nutriet adolescentem: tum exercitabit. Sin nō seruauerit: quacūqꝫ ratione a pristino habitu est lapsus: reducere eū mutata mensura tentabit. Itaqꝫ facere nō desistet quoad in singulis pagēdis exactū modū definierit. Quot vero ⁊ qui sint preter naturā lapsus: ac quēadmodū quēlibet tum agnoscere tum reparare conueniat: in sequenti opere docebitur.

¶ Galeni De sanitate tuenda liber tertius: Thoma Linacro Anglo interprete.

Medicorum gymnastarumqꝫ qui de sanitate tuenda prodiderunt: alij omnium hominū communia precepta tradiderūt nihil vsquam cogitantes de corporū nostrorum per species differentia: alijs dissidere inter se corpora nostra non paruo discrimine: placuit: eorum tamen differentias: ceu comprehendi plane vniuerse nequeant: consulto omiserunt. Pauci omnino qui per species ⁊ genera discernere sunt aggressi: plura perperam quam recte scripserunt. Nos primo statim volumine quot numero species humanorum corporum sint indicauimus: promisimusqꝫ singulis propria tuende sanitatis precepta seorsum tradituros. Orsi autem sumus ab eo corporis statu in quo queri de vllo nature vitio non possit. Quoniam autem is homo negociorum interdum occasione: vel sponte vel inuitus pro secunde valetudinis preceptis viuere prohibetur: satius visum est primum eum liberum: sueqꝫ plane spontis ac vni corporis valetudini vacātē ꝓponere. Ac quēadmodū quidē educari eiusmodi hominē cōueniat: primo libro docuim⁹: ad quartū decimū vsqꝫ annum curā eius persecuti. Secundo qua ratione ad virilē etatē duci debeat: indicauimus: vbi longior sermo incidit: postquā in cōmunia artis capita deuenit: sine q̄bus ne de ꝓposita quidē etate naturaqꝫ exacte disserere licebat. Oēs eīm tū frictionis tū exercitatonis differētias enumerauim⁹: nō me hercle particulares (nisi sicubi has exēpli cā non necessitatis referre ex vsu fuit) sed q̄ genere ac specie sunt distincte. Ergo

in frictionibus quidē quā mollis dura q̃ ⁊ ante has mediocris facultatē obtineant: interpretati sumus. Adiecimus ⁊ differentias que a quantitate sumūtur numero treis: mox que ex cōiugatione harū oriūtur: omnes in totū numero nouem: etiā potestate singularū exposita. In exercitationibus vero enarratis que nā acuta velox: que vocetur: quenā habes tarda que ac que harū medie prime que nā saltem sint: itē que que valēs ac mollis: preterea grauis leuis que: queq̃ harum sunt medie: simili modo tractatis: docuimus optimū corporis statū: per omnia que mediocria cōuenientia que sunt: queq; eadem media plane excessuum sunt: agi debere: id que tū in frictione: tum exercitatione: tum balneo: tū alimento: oībus deniq; que salubrem victus rationē cōplēt. polliciti que sumus sicuti de frictione exercitatione que fecimus: vbi in genera quedā cōmunia speculationē reuocauim⁹: quo simul recordatu facilis: simul certa ratione via q̃ tradita doctrina esset: ita ⁊ in reliquis oībus facturos: ac primū quidē de ea quā apotherapian vocāt acturos: quandoquidē ea proximo loco tractāda in superioribus est ꝓposita. Quippe vbi quousq; intendere augere q̃ ex exercitationē oporteat ꝙ ad sanitatis rationē pertinet: precepimus: finē quoq; sequi debere diximus apotherapian. de qua nūc agamus. Est igitur primum ea genere duplex. Altera q̇dē exercitationis ceu pars. altera eius ceu species. Ac de ea q̇dē que ceu species cēsetur: post dicemus. De ea vero q̄ vt pars habetur: nunc agendum. Omnis exercitationis probe peracte postrema pars apotherapia dicit̄. Ea duplici cōsilio suscipit̄: ⁊ vt excremēta expurget: ⁊ vt corpus a lassitudine tutū reddat. Prior cā etiā exercitationi cōmunis est: qm̄ eius quoq; duplex omnino propositū est: ⁊ vt solidas animalis partes firmet: ⁊ excrementa expurget. Proprius tm̄ apotherapie scopus est vt lassitudinē q̄ succedere immodico exercitio solet: sōmoueat atq; ꝓhibeat. Ac athletis q̇dem ⁊ alijs qui opere corpus fatigant: sicuti qui vel fodiunt: vel iter agunt: vel remigant: vel tale quippiam opus vite necessariū obeunt: presto lassitudines adsunt: nisi apotherapia deuitētur. Verū (de quo loco agimus) optime cōparatū corpus: ꝙ ab omni seruitute est liberū: ⁊ vni sanitati vacat: raro lassitudine tentatur. Sicuti enim athlete: quos labor maximus exercet: nullo alio exercitandi genere obnoxij lassitudini sunt: preterquā eo ꝙ ab ipsis absolutū dicitur: ita nec qui vitam degunt liberam: ⁊ qui tantū valetudinis tuende gratia exercitantur: vsquā lassabuntur. propterea quod huiusmodi exercitium adire nulla necessitate coguntur. Athletis enim necesse est (quo videlicet ad immodicos incertaminib⁹ labores etiam totum diem aliquando continuatos: preparato iam corpore sint) absolutissimum illud exercitium (ipsi κατασκέυην vocant) aliquando obeant. Verū qui tantum tuende bone valetudinis causa exercitātur: ijs nec necessum nec vtile plane est immodico labores adire. Itaq; his nullus instat lassitudinis metus. Nihilo secius tamen ijdem apotherapia vtentur: etsi nullo lassitudinis timore: at certe excrementorum purgandi causa: cui ex pleniore (vt greci loquūtur) mensura: etiam lassitudinis securitas accedit Nam et si ipse exercitationis modus his est a lassitudine quammaxime alienus: actionisq; omnis ratio plane citra violentiam: fieri tamen aliquādo pōt vt gymnasten in vtroq; paulū quid subterfugiat: ꝙ neglectū: si nō magnā: certe leuem exercitato lassitudinem concitet. Ceterū non conuenit qui sibi viuat: ⁊ vni corporis sanitati vacet: vt vel minimū ledatur vsquā. Tutissimum itaq; sit apotherapia semper vti Que qualis adhibenda sit: ipsa finium ad quos tendimus demonstrabit natura. Nam qm̄ id petimus: vt solidarum animalis partium excrementa quecunq; excalfacta extenuata que per exercitationem incorpore adhuc manent: prorsus eijciātur: ⁊ frictiones q̄ per alios administrentur: adhiberi oportebit: ⁊ cum his vna tum ipsarum que fricantur partium tensionem: tum etiam spiritus cohibitionem. At quoniam nec frictionum vnica ratio est: nec spiritus cohibendi: deligendum ex vtroq; genere est ꝙ vtilissimū est. Atq; ex frictionibus quidē que dura est: cogere corpora: hoc est densiora simul duriora que reddere traditum iam est. Itaq; hec ad res propositas parū est accōmoda. siquidem ꝙ dēsatur: intra se cludit ꝙ laxū sit liberum excremētis exitum prebet. Ad eundem modū quod durat: ijs que tēsa sunt: maxime est aduersum: vt ꝙ eorum affectum magis adauget. contra quod mollit: id est vtilissimū. Si igitur simul ⁊ excremēta digeri: ⁊ que tēsa sunt: molliri conuenit: dure certe frictiones omnino sunt fugiende. Nec his minus a lentis cauendum arbitror. Nā postquā a se corpus non amplius dimouetur: periculum est ne frigescat ac densescat: dum nulla ope externa calsit. Hac igitur de causa non solum cum celeritate est fricandū sed etiam quoad fieri potest: plurium manibus: quo 30 nulla corporis pars nuda maneat. At si nec tardam esse frictionem oportet: nec duram: oleū nimirum fricando corpori largiter circunfundi debebit. id enim ad velocitatem simul ⁊ mollitiem frictionis multum cōducet: ⁊ alioqui aliud secum non mediocre commodum affert: quando ⁊ que tensa sunt remittit: ⁊ que inter vehementius laborandum fatigata sunt: emollit. Atq; his quidem de causis dura vitāda est frictio: ob alias vero mollis. quippe ea nec altera dimittitur: sȝ circa cutē ipsam ⁊ ei vicinas carnes deficit: nec ea q̄ in angustis meatibus contenta excrementa sunt: elidit. Cuius profecto causa tū ipsam fricandarū partium tensionem: tum spiritus cohibitionē iniungim⁹ Media igitur mollis dure que: que eadem mediocris est: ab vtriusq; incommodo abesse videtur: ⁊ mollis inefficacia: ⁊ dure violentia noxa que. Ea vero pficietur fricantis quidem manibus valenter iniectis ita vt earum impressio ad duram frictionem proxime accedat: ceterū pinguitudinis copia: ⁊ velocitate mouēdi eatenus remissis: vt plane euadat mediocris Nā ⁊ pinguitudo ipsa valentioris contractionis nō leue presidiū est: ⁊ breuitas ipsa contatus tantū demit de violentia: quantū etiam de tempore. Porro tēdendas obiter dum fricantur partes censemus: quo quicquid inter cutē ⁊ subiectam carnem excrementorū residet: per cutem expellatur. Quippe ambab⁹ ijs laxis non magis foras quam intro ferri excrementa continget. Distentis vero ijs que sub cute sunt: cia foras eliduntur: ceu gemina manu expressa: vna foris: eius vtiq; qui fricat: altera intus: ipsis scilȝ q̄ tēduntur particulis: manus vicē supplētibus. Ac ppe hec quidē nō exigua portio apotherapie est spirit⁹ cohibitio. Appellāt vo ita vbi oīb⁹ thoracis musculis q̄ circa costas habent: intentis, coactis q̄ respiratio- 40

nem continemus. Accidit nanq obiter vt spiritus q a costis premitur: dũ efflari p exitũ arterie (larynga greci vocant) prohibetur: vniuersus pessum ad transuersum septũ (qd grece dicitur diaphragma) detur: atq vt cum hoc: que ipsi subsunt oĩa simul attollãtur: iecur: lienis: vẽtriculus: & quedã alia. Oportebit autẽ interim musculos quoq qui in abdomine sunt (epigastrion greci appellant) leuiter contrahi: vt ab his vna cũ septo ceu gemina manu pressis que intersunt partibus: excrementũ si qd intra se habẽt: foras elidãt. Porro medie inter hec partes continẽt: iecur: lienis: ventriculus: crassi ac tenuis intestini partes que prominent. Loca vero ad excipienda que expellunt excremẽta: patẽt: tũ ventris tota capacitas: tũ istbic cõsistẽtiũ intestinorũ cõcauitas. Si vero feriari plane abdominis musculos patieris: nullius predictorũ excremẽta vacuabis. Que vero in thorace ac pulmonibus habentur: ea deorsum transferes. Expedit vero huc potius trãsferãtur: q in illis maneãt: tãto pfecto magis: quãto etiã eorũ que in ventre q que in pulmonibus & pectore continentur: prõptior exitus patet. Hec eñ (nempe que in ventre & intestinis sunt) vel euomuntur facile vel excernuntur: illa cũ conatu & vi per tusses eijciuntur. Verũ si quis perinde: vt septũ: ita abdominis quoq musculos anhelitus cohibitione intẽdat: exquisitius plane expurgabit ea que sub septo sunt viscera: nõ trãsferetur tñ quicquã a spũs instrumẽtis ad ea q nutrimento sunt delegata: sed totum in ipso thorace et pulmonibus excrementũ manebit. Quare cohibitioné anhelitus id genus nunc nõ probo: multoq minus si quis oĩno nõ distento septo valide ac vehementer cõtrahat musculos abdominis: qñ ita necesse est venas oẽs partesq que circa collũ sunt: flatu ac sanguine impleri: excrementa vero sursum atq ad caput: nõ deorsum & ad ventrẽ ferri. Intueri enim id tũ in ijs q tibias inflant licet: tũ qui maximã acutissimãq vocem edũt Siquidẽ his collum omne dilatari: faciem vero intumessere: & caput validissime impleri videas: ppterea qd in hoc opere qui in abdomine musculi sunt tẽdũtur: diaphragmate his cedẽte. Est eñ quicquid eiusmodi operis est: veluti in ijs demonstratũ est que de voce edidimus mixtũ ac cõpositũ ex maxima respiratione: & spiritus cohibitione: vtiq cũ simul omnis spiritus efflatur: maximo nimirũ facto expiratu: idq cũ validissima musculorũ tũ q costis insident: tũ qui i abdomine sunt: tẽsione. Cũ spiritus cohibetur: eadem vtrorũq musculorũ facta tensione: nullo tñ spiritu elabi permisso. In ijs qui tibia sonãt: aut acutam vocem edunt: musculis pari modo tensis: spiritu tñ nec penitus cohibito: nec toto simul emisso: sed mediã rationẽ seruãte. Ita nimirũ fit vt trium operũ cõmunis sit musculorũ tensio: propria vero in totius simul spiritus efflatu: velox eius foras expulsio: i anhelitu cohibendo ipsa eius retentio: in tibiarũ opere et voce mediocris emissio. Cã vero triplicis huiusce operis: in exitu arterie est: quippe q in totius simul spiritus efflatu latissime sepandit: in spiritus cohibitione prorsus clauditur: in ijs q tibia sonant: aut q voce acuta simul & magna vtũtur: medium quẽdam habitũ seruat. Ac de his quidẽ posthac aliqñ agere necesse erit: in ijs quibus de vociferatione agemus.

Ceterũ spiritus cohibitio: que ad apotherapiã est maxime idonea: iecur: lienem & ventriculũ attollit: tensis q in thorace sunt musculis vniuersis: remissis q sunt in septo & abdomine. ita nanq deorsum ferẽtur excrementa. Secundo autem loco habẽda est que mediocriter eos q in abdomine sunt musculos tẽdit: quo videlz ea que sub septo sunt viscera: apotherapie fructũ sentiant. His ipsis de causis etiam fasciarum (que αμματα greci vocant) circũactus fieri cõueniet. quos fricantes ipsi cũ a tergo fricãdorũ constiterint: circa totũ ventrẽ adhibent. cũ ex aduerso se collocarint: ceruicibus. Alios vero costis: et spine: et pectori accommodant: idq cõuerso piter cũ his quondã mõ eo q fricat. Circa lumbos vero similis fasciarũ circũiectio circũactioq fiet: tedente se ad singulas eo q fricat: nõ tamẽ cũ oĩbus pariter se vertẽte: cum neq cõtinuos motus nec vehementes cõtingere ei ex apotherapia conueniat: sed certe aliquos: & qbus ex interuallo frictiones sint interposite. Qui nanq & cõtinui & vehemẽtes motus sunt: ij exercitationis quã pparatoriã vocãt: sunt proprij. q vo nec cõtinui nec vehementes: apotherapie. Itaq cõcertatorẽ subinde cõplectatur subinde repellat: sepe etiã hoc ipso tẽpore mutet: sepe ipse a tergo gymnaste incumbens ac crurũ vtrunq p vices ipsi circũplectens: id quecũ tensione aliqua haudquãquã vrgente: ab alijs q cõmode cõtrectẽt: fricetur. hac eñ vel maxime ratione & calorẽ q exercitãdo est adauctus: seruauerit: & simul excrementa proprijs ipsius tũ tensionibus tũ motibus eiecerit. Ad qd sane opus: spiritus quoq cohibitio nõ parũ mihi cõducere videt: quippe q vndiq cõpulsus: in angustos se recipere meatus cogit: eosq si amplius trusus ppulsusq fuerit: etiã penitus trãsire: atq extenuati iã excrementi secũ nõnihil arripere. Ad hũc sane modũ exilia instrumentorũ foramina: vehemẽtiore spiritus inflatu expurgantis opifices videas. Nã quãtũ is prorsum p vim coactus impellit: tantũ ab ipso qdã impellũtur: quedã trahũtur: totãq viã peregisse properant. Et trũdũtur quidẽ q ante occurrũt. Attrahunt que ad latus sunt posita: ĩpetu ipso mot⁹ vtraq acta. Quinetiã inter ipsã exercitationẽ: spiritus cohibitionẽ iterponũt optimi gymnaste: atq etiã quã supra cõprehendimus: ipsã q apotherapie debet frictionẽ: simul hominẽ: cũ lassitudo incipit: recreãtes: simul cutis meatus paulatim expurgãtes: quo videlz pspirabile simul purũ: q corpus ad subsequẽtes labores sit: cũ alioq verendum sit ne si nihil tale gymnasta puiderit: obstruat poti⁹ pdictos meat⁹ q expurget: ppterea qd vehemẽtissimi materie impetus: diuersis tẽporibus ac ratiõib⁹ 9rios edere effectus possunt. Obstruere qdẽ: cũ crassum simul ac multũ fuerit qd cõfertim ac pceps agit Purgare: cũ exiguũ tenueq est: nec pp̃ropere nec violẽter cogit simul oẽ expelli. Apparet enim ita accidere in oĩbus tum externis instrumentis: tum vero calathorũ plexibus. Quippe eluit extergetq: q ex his oẽ superuacuum: nõ cũ egredientibus adhuc paulatim prioribus alia violenter a tergo irruũt: (verẽdũ eñ interiz est ne q in transitu sunt impacta innixaq inuicẽ viã obstruant) sed cũ prioribus: vel iam exeũtibus: vel plane vacuatis: alia postmodũ vacuãt. Et qd de exiguis meatib⁹ miremur: cũ etiã e theatris multitudo q confertim egredi conat: in exitu heret? Ob hec itaq q etiã in medijs laborib⁹ apotherapia vtũt gymnastas laudo: potissimũq i ijs quos grauia (q vocãt) certamia exercẽt. verũ d his postea. Qui aũt

nunc nobis ꝓpositus iuuenis est:in hoc nõ ad athle
ticū habitū:sed ad sanitatē tuendā cõsilia dirigūtur
quominꝰ aut multꝭ exercitationibꝰ:aut coacta come
stione est opus:aut etiā suille carnis copia:aut pane
id genus quo graues athlete vtunẗ. Atq̃ his oībus
de causis timēdū huic nõ est ne exiles eiꝰ meatus ob
struanẗ:si modo probe est preparatꝰ:scȝ idonea fri-
ctione:ac laboribꝰ qui ex paruis paulatis crescant.
Graui vero athlete nisi oīa probe administrenẗ:ob
ciborū tum qualitatē tū quātitatē verendū in exerci
tationibus est ne obstruantur potius expurgentur
habitꝰ meatꝰ. Ac de apotherapia quidē abūde mihi
dictū iā est. Deinceps ad balnea veniamꝰ:illud mo-
do de propositis prefati:qd̃ si quis hec paucioribꝰ
interpretabiẗ:is merito prolixitatē sermonis nostri
accuset. Uerū si quis aut necessariū aliquod theore
ma:aut que id cõfirmēt euidentes demonstrationes
preteriēs breuitate se vsum putat:hūc nõ tā de tali
bruitate sibi placere quā certe pudore affici par est.
Ego vero et si iustum volumen scribere de apothe-
rapia potuissem:tamē id faciendum non censui:vt q̇
longitudinem huius operis cõtrahere maxime stu-
dui. Si em̄ ad ea refellenda que perperam a plerisq̃
sunt scripta:me cõuertere voluissem:nec paruam nec
certe leuem materiā longioris sermonis habuissem.
Uerum arbitror:ex ijs que demonstraui:satis me se
minum dedisse:ijs qui saltē nõ plane hebetes sunt:
eiusmodi omnia refellēdi. Cū em̄ dicat Asclepiades
spiritus cohibitionē caput opplere:ex ijs q̄ ipse pau
loante definiui cum differētias eius traderē : potest
10 qui volet hominis sententiam refellere. Similiter in
secūdo quoq̃ volumine licuit etiā mihi oībus exerci
tationibus singulatim percensitis librū producere:
sicuti cum alij nõnulli fecerūt:tum qui bellissime to-
tam materiam est executus Theon Alexandrinus.
Is em̄ quatuor libros non alia de re quā de particu
laribus exercitijs scripsit. Que ꝛ mihi dixisse licuit:
vt qui tum melius quā ille interpretari potuerim:tū
vero aliorꝫ meminisse nõ paucorum que sunt operis
exercitationū cõia. Is em̄ cū illud sibi proposuisset:
vt queādmodum athlete maxime exercitarenẗ doce
ret:in his multū verborū absumpsit. Potest aūt qui
volet:ꝛ de ijs quas singule artes prestāt exercitatio
nibus disserere. Atq̃ hec quidē ijs qui longitudinē
operis parum equo animo ferunt:dicta sint. Nunc
de balneis agere tempestiuū videẗ. Ac primū quidē
de aq̇s dulcibꝰ calfactis:vt quarū crebrior sit vsus
mox de frigidis:postremo de ijs quas sponte natas
appellāt. Quarū alie media temperie:alie feruentes:
alie tepide:alie oībo frigide sunt. Dulciū calfactarū
aquarū:si media temperie sint:vis calida ꝛ humida
est sin tepidiores sint: humida ꝛ frigida : qd̃ si iusto
calidiores fiant:calida quidē:sed nõ perinde humi
da. Quippe horrere corpora:cõtrahi que exiles corꝫ
meatus subigūt:ita vt nec madescere ab extrinsecus
accedēte humore possint:nec excremēti qd̃ intus la-
tet:quicq̃ emittere. Ceterū ab ijs incipiēdū que me
diū tēperamētū optinent q̄ ꝑ se semꝑ calfaciūt et hu
mectāt:euenit tamē ex accidēte vt aut per halitū di-
gerant humores:aut superuacua fluxione(rheuma
greci vocant)corporis particulas impleāt:aut mol-
liant:aut cõcoquāt:aut vires firmēt vel infirment. si
q̇dē ad hec quātitas quoq̃ earū nõ minimū cõfert.
20 Quin alios quoq̃ multos lauatiōis aque tēperate
ꝛ potabilis effectꝰ qui iam cõprehēsis superueniāt
enumerare licet:quorū qui proposito nūc operi sunt
accõmodi : dicentur quam fieri potest paucissimis:
dilato videlicet in aliud tempus eo quem in morbis
prestāt vsu. Sed qd̃ ad sanitatis tuēde spectat vsuȝ:
iuuenis in sermone ꝓpositus:iā exercitatus redeat
vt prius est cõprehensum. Huic igitur predicti bal-
nei perexiguus est vsus : vt q̇ omnia iā ex mediocri
exercitatione ꝛ iam dicta apotherapia est cõsecutus.
Nihilo secius tamē si probe balneū adhibeas:ipm
quoq̃ apotherapie pars aliqua sit : siquidē duras
tensasq̃ partes emollit:excremētum putreq̃ si quod
intus ad cutim heret euocat:verum neutrius horū
egere videtur propositus iuuenis:nec vlluȝ aut mol
lioris carnis aut adipis liquamentum credibile est
illi inter exercitandum euenire:cum ꝛ immodicos et
vehementes motus talia sequebātur:huic vero non
solum expulsa omnia excrementa:sed etiam emollite
solide partes sunt obiter duȝ apotherapia est vsus.
Quare elui sibi in balneo sudorē ꝛ puluerē(si quan
do hoc vtitur)magis postulat quam calefieri. Ergo
trāsire tantum ad solium vsq̃ non in laconico immo
rari is debebit:sicuti qui citra exercitationeȝ seipsos
elixant. Sed nec morari in piscina huic est opꝰ. Imo
lotus(vt comprehensum est)ad frigidam festinet.
atq̃ ipsa quoq̃ medio temperamento esto : vtpote
ad medij temperamenti corpus. Quibus enim aut
vehementer frigida opus sit:aut molli ꝛ veluti inso
lata:post dicemus. Ceterum optimū corpus quoad
augescit:dictum supra est non esse frigida lauandū 30
ne eius incrementum moretur. Ubi vero abunde est
auctus:iam frigide quoq̃ assuefaciendus:vt que tū
corpus vniuersum roboret:tum cutē densam duráq̃
efficiat. Quod sane tutissimum est aduersus noxas
que extrinsecus imminent. Queādmoduȝ vero quis
piam frigida lauari primū incipiet:sic vt nullam ex
subitaria mutatione noxā sentiat:id vtiq̃ ante om-
mia sciri cõuenit. Multi enim cum parum recte ince
pissent:adeo in frigidam lauationē male fuere affe-
cti:vt nec ijs qui tutissime eam administrare potuis
sent:se permitterent. Esto igitur anni tempus esta-
tis initium:quo videlicet ante hyemen in toto inter
posito tempore non spernenda cõsuetudo pariatur.
Esto preterea dies quo auspicabimur:quam maxi-
me trāquillus:ꝛ quoad id tempus feret:calidissimꝰ.
Cuius etiam calidissimam deligendam esse partem
nemo dubitet:sicuti etiam gymnasteriū quod medio
cri maxime sit temperamento. Et externa quidē pre
paratio talis est. Corpus ipsum quod vti frigida de
bebit:ad hunc modum preparabitur. Esto illi etas
quarti maxie septēnij mediū:nulla nec ipso die:nec
que eam precessit nocte:noua re alterato : sed pristi-
nam salubritatē ad vnguem seruanti. Esto vero qui
frigida vtetur iuuenis:ꝛ animo tum presente : tum
plane hilaro:si quādo alias etiam tum precipue:ac
primū quidem fricēẗ linteis vberius. Sunto autem
frictiones magis nunc q̄ ante vehemētes:atq̃ etiaȝ
linteis durioribus administrate. Qd̃ si manicas cõ
sutas manibus progymnasta circūdabit:atq̃ ita fri
cabit:quo fiat opus equabilius:non minime ad rem
pertinebit. Dehinc oleo:prout assueuit:fricetur:in-
de exercitetur:exercitationibus multitudine quideȝ
paribus:sed citatioribus quam ante. Ab his in fri-
gidam descendat:non tamen cõtanter : sed celeriter: 40

vel etiam semel totus insiliat: huc vtrobiq; spectans: vt vno maxime tempore omnibus corporis partibus humor circunfundatur: quippe cum si sensim his accedet: horrorem concitaturus sit. Esto vero et aqua ipsa nec tepida: nec plane cruda et glacialis: altera namq; repercussum caloris (non) efficit: altera ferit insuetos ac refrigerat. Siquidem procedente tempore tali quoq; aqua vtatur iuuenis: si necessitas exigat. verum primo saltem die omnino cauenda est admodum frigida. Exeunti vero ab aqua: fricari oleo: id quod a pluribus: expedit: quo ad cutis ipsa incaleat. Post hec cibum plusquam consuetum: potionem intra consuetudinem capiat. Que ipsemet vel iniussus faciet: rite modo omnia sint peracta. Nam a frigida lauatione et plus appetunt: et melius concoquunt: ac minus sitiunt veniunt: que ad exercitationes postridie plane meliore habitu: corporis quidem mole pari ei quam ante: ceterum compacta: et musculosiore: ac vegetiore: cute vero duriore ac densiore. In hoc ergo secundo preterea die similiter omnia sunt peragenda: etiam tertio et quarto. Postea vero procedente tempore ad eundem modum frigidam iterum ingredi iubebimus: videlicet post eam quam priori ingressui successit frictionem: vt prius est comprehensum. Uerum tertio eam ingredi: quod nonnullis placuit non laudo. Nam et iterum id fecisse: abunde satis mihi esse videtur: presertim cum pro arbitrio nostro immorari hominem iubere liceat. Ipsum vero immorandi tempus hic quoq; a quotidiana ipsius experientia est coniectandum. Nam si egressus frigidam coloratior ex frictione cito redditur: mediocriter moratum indicat. sin et tardius ei calor redeat: et decolor diutius maneat: plus equo moratum docet. Si ergo cutis notis intentus sis: facile intelleges an par tempus post
50 ea in frigida sit habendus: an potius ad maius minus ve aliquid sit mutandum. Et de frigida lauatione quod ad optimam naturam spectet: abunde dictum arbitror. Superest quemadmodum peccata siqua inciderint: commodissime corrigas: differere. Ut enim quam maxime statum corporis irreprehensibilem sortitus quispiam sit: ac ab omnibus que in vita contingunt negocijs liber sit: et sibi vni viuens: fieri tamen nequit vt non aliquando vel ipse: vel is qui ei preficitur: aberret. Primum igitur non absimile est in id maxime et frequentissime peccatum incidere iuuenem exercitationibus deditum: quod lassitudo appellatur: de qua multis iam non solum medicis aut gymnastis: sed etiam philosophis est proditum: veluti Theophrasto: qui integrum de ea volumen scripsit. Ego vero hic quoq; longitudini parcens: que nonnullis parum recte sunt tradita: ea transire statui: que vero maxime sunt necessaria ijs qui sanitatem tuendam profitentur: hec vna cum accommodatis demonstrationibus explicare: ac primum de notione eius agere. Quippe recte se habet: ab hac orsos: sic ad essentiam eius explicandam accedere. Ergo lassitudinis notionem intellegentiamq; sunt qui accipiant dum vsti extentiq; sibi esse videntur: idq; aut omnibus corporis partibus: aut ijs tantum quibus laborarint: quedam dum tristi molestoq; sensu inter mouendum afficiuntur. (hunc alij indicibilem dixere: alij vlcerosum appellauere) nonnulli cum membra ceu contusa et phlegmone obsessa sentiunt. Non desunt et qui simplices hos affectus inter se miscent: et qui tensionis est: et qui vlcerosus et qui phlegmones speciem prefer. Alij duos ex his miscent: aut cum
60 qui vlceris emphasin exhibet: ei qui tensioni assimilatur: aut eum qui phlegmones sensum affert: seorsum cum: vtroq;: ita vt sint in vniuersum sententie de lassitudinis notione septem. Que sane omnes vt vere ex parte sunt: ita in totum simplici absolutoq; sermone non sunt. Nam siue vlceris sensus cum mouentur se exhibet: siue phlegmones siue incendi tendiq; videntur: siue duo quilibet horum siue etiam omnes coeant: κοπος grece dicitur: id est lassitudo: eorum affectuum vnusquisq;. Quo fit vt septem eius in vniuersum differentie sint: simplices treis composite quattuor. Corporis vero quod his sit affectum remedia: quedam propria cuiusq; lassitudinis sunt: quedam omnibus communia. De his mox dicetur: si prius de affectu quodam qui lassitudines comitatur dixero: quem decepti nonnulli praue lassitudinem nominantis qualis sit: et quas notas habeat: illustrius apparebit si cuiusq; lassitudinis essentiam prius disquisiuerimus. Hactenus enim ipsa symptomata dicta sunt. illa enim: quod incendi tendiq; corpus videatur: et quod mouenti se vel vlceris vel phlegmones sensus oboriatur: affectiones non sunt: sed symptomata. Affectiones vero corporum quibus hec superuenire solent: tres simplices sunt: quatuor composite. Et vlcerosus quidem affectus oritur ab excrementorum copia tenuium simul et acrium. Que nimirum exercitandum proueniunt duplici ex causa: aut eo excremento quod crassius erat fuso et attenuato: non tamen toto expulso: aut adipe mollive carne liquata. Necesse enim est abs tali humore: ceu tenui atq; acri: pungi et quasi vulnerari tum cutem tum ipsam carnem: sic vt etiam horror interim oboriatur: imo etiam quadamtenus concussio commotioq; totius corporis inequalis: quod greci ῥῖγος vocant: si modo admodum tum copiosus humoris: tum
07 acer sit. Ac talis quidem est vlcerosa lassitudo. Ubi autem tendi solum membra videntur: vlceris vero sensus non est: in hac certe lassitudine nullum excrementum de quo ratio vlla sit habenda: in corpore continetur: sed residet in musculis et neruis ex nimia tensione quam exercitando admiserunt: affectus quidam effectricis cause potestatem testificans. Accidit namq; in vehementi tensione omnes musculorum fibras tendi: non tamen similiter omnes lassari: sed eas maxime que per longitudinem tensionis porriguntur. Quippe que obliquiores quodammodo iacent: minus in directum aguntur: quare his nullum instat periculum. In ijs vero que immoderatius sunt extente: ita vt parum a rumpendo absint: relinquitur affectio quedam similis ei que interagendum fiebat. Quippe tendi adhuc videntur: cum tamen nulla iam tensione vrgeantur. Tertia vero lassitudinum differentia: qua nimirum ceu contusas aut phlegmone obsessas partes sentimus: tum maxime solet incidere cum musculi nimium excalfacti: attraxere quippiam ex circumfusis sibi excrementis: Quod si etiam tum tendonibus tum neruis idem affectus incidit: οστοκοπων grece: quasi ossium dolorem eum affectum nominant: ob penitiorem: scilicet sensum: partibus que in alto maxime corpore sunt posite nomen tribuentes. quippe summum locum cutis occupat. secundum ab ea musculi habent: vtriq; circum ossa positi. At tendones ipsis ossibus adherent. Quo magis rationabile est: cum hi quicunq; predictorum patiuntur videri in imo ac circa ipsa ossa affectionem herere. Atq; he quidem sole tres simplices lassitudinum differentie sunt: composite vero ex his: vt iam dictum est quatuor sunt: de qui
08 bus mox agendum: si tamen prius simplices vniuer

sas absoluero. Est nanq; affectio alia quoq;: que ceu lassitudo sit: nonnullis imponit. hec incidit cũ supra iustum musculi siccãtur: sic vt squallens contractũq; corpus appareat: atq; ad motus quodammodo pigrum: nõ tamen ei quicquã eorũ que modo diximus: inest: neq; is qui veluti vlceris aut tensionis est: multo que minus q̃ veluti phlegmones est sensus. Quippe diuersissimus aspectus eiusmodi affectionis est: ⁊ eius quã vltimo loco retulimus. Hec nanq; (squallens ⁊ cõtractius corpus) efficit. atq; phlegmones sẽsum ꝓfert: mole etiã quã pro natura ampliore. Quare quatuor in vniuersum simplices affectiones sunt: quarũ singulis sua sunt remedia. Ordiendũ vero ab ea que vlceris sensum inuehit: quã etiam ab excrementorũ acrimonia ortã diximꝰ. hec maxime in ea incidit corpora que ⁊ mali succi sunt: ⁊ excrementis abundant. Succedit vero recentibus cruditatibus cũ aut exercitantur immoderatius: aut in sole sunt morati. Ceterũ nihil obstat quin in corpore boni succi citra cruditatẽ proueniat: vtiq; ob exercitationis nimium excessum. Sane excitare eã solent celeres ac multi motus. In hac vero lassitudine etiã densa esse horrereq; cutis videtur. Fatenturque qui ea sunt affecti: inter mouendũ dolere sibi vlceris ritu alij cutiz tãtũ: alij subiectã etiam carnem. Remedium huius ex ijs que affectioni sunt cõtraria comparatur. Quippe si que redundant: euapores: malũ cessabit. Sane euaporabuntur frictione multa: mollĩq; cum oleo a quo omnis adstringendi vis abest. quod genus maxime sabinũ est. Aduersissimũ vero huic affectioni est quod ex Hispania portatur: ⁊ ex Iberia vocant autẽ hispanũ. tũ qđ omphacinũ vocant: vel ω στρὶβεσ id est crudum. Et vt semel dicam: qđ austerũ est: omne id alienum est. Adeo gustus ipso vim eorũ discernere licet: etiam si de ipsis ante periculũ nõ feceris: Sic nanq; ⁊ nos quondã in Macedonia degustato oleo quod fit circa Aulonẽ: qui est super Strimonez: deprehendimus eandẽ cũ hispano vim habere. Qui ⁊ reliquorũ omniũ olei generũ ita deprehendas vires: etiam q̃cũq; per abusionem nominant: ex sale: ex radicibus: ex herbis: ex germinibus: ex folijs vel fructibus: propterea videlz qđ hec habent. Dictum vero abunde de his oĩbus est in operibus ijs que de medicamentis inscripsimus. Nihilo tñ minus etiaz in proposito opere dicetur suo loco. Illud tantũ in ꝑsentia dixisse satis sit: quod plane dulcissimũ oleũ est id esse ad propositam affectionem maxime accommodatũ. Hoc igitur copioso cum multa frictione vtendũ: primo quidem die quo suspectam fore lassitudinem omnino declines: secundo vero vt siqua incidit discutiatur. Discutit porro eam exercitatio que apotherapia dicitur: in q̃ scilicet motus adhibeas quantitate mediocres: qualitate tardiores: id que cũ frequenti interposita his quiete: qua vtiq; fricare hominem oportet pluribus contrectantibus: quo nec refrigescat pars vlla: ⁊ ocyssime excrementa digerantur. Porro frictionum plus adhibebitur in ijs qui in cute ⁊ sub cute excrementorũ collectam vim habet motuum vero: quos ipsemet edat: in altera lassitudine: scilicet in qua plus est in ipsis musculis cõgestum Que enim in his coacta excrementa sunt: sola frictio educere nõ põt his eñi opus est nõ solũ ab aliquo foris attrahi: verumetiã ab altero quopiã intrinsecus ĩpelli. Impellit ea patim calor ipse q̃ per motũ accẽditur: partim spiritus qui vna emittitur: partim ipsam musculorũ tensio: super hec vero ipsa singularꝝ partium excretoria alienis vis. Altera vero lassitudo in qua tẽsio sentit̃: illud pro remedio postulat qđ Hippocrati grece χάλασις idest relaxatio dicit̃. Ea nanq; tensioni contraria est: ad eũ modũ quo duritati mollities. Ait eñi ita: Cutis dure mollitio: distente remissio. Ceu duro molle distento remissum laxumq; contrarium sit. Sane remittitur quod distentum est: in alijs quidem affectibus quos in quinto de simplicium medicamentorum viribus diximus: alia ratione. Quod vero per exercitationem incidit: tum pauca molli que frictione: eaq; ex oleo dulci: atq; egelido: tũ intermissione omnino: aut etiam quiete. preterea lauatione medij temperamenti: atq; in calida pluscula mora adeo si bis terve lauabis: plus proderis. Hi vero ⁊ post balneum vngi desyderant priusq̃ vestiantur. Quod si propter sudorem forte aliquem pingue deterserint: rursus vngi desyderãt. Quinetiã postero die cũ e cubili surgũt: vngi his expedit: nunq̃ tñ oleo vltime frigido: nec dura frictione. Incidit certe hmõi lassitudo ijs quibus salubris succꝰ est: post robustas potiꝰ quã celeres exercitatiões: redditq; lassatos ipsos pigros admodũ egreq; flexibiles. Nõ tñ hi densi horrẽtesq; apparẽt: quẽadmodũ quos paulo ante cõprehendimus. Ceterũ cõtracti aridique nõ minus ipsis apparent. Tactu vero calidiores vident̃ nõ solũ ijs quos vlcerosa lassitudo vrget: sed etiã quã ipsimet cum sani essent. Tertia lassitudo ex vehemẽtissimis nascit̃ motibus: solaq; supra nãlẽ habitũ musculos attollit: sic vt phlegmone persimilis affectio sit. Itaq; et leui tactu offendunt̃: ⁊ calidiores apparẽt. Dolent vero etiã si ipsi per se moueri conent̃. Incidit hec lassitudo ijs plurimũ q̃ assueti exercitationibus nõ sunt. nam exercitari assuetis raro incidit: vtiq; ex vehementissimis plurimisq; motibus. Sanationis vero eius cõsiliũ ad tria dirigitur: eadem fere ad q̃ omniũ phlegmone obsessorũ: nempe supuacanei vacuationẽ: extẽti requiem: ⁊ inflammationis refrigerationem. Ergo ⁊ oleum copiosum ac tepidum cum frictione mollissima: et longissima in medij temperamẽti aquis mora: huiusmodi lassitudines emendat. Quod si paulo tepidior aqua fit: plus proderit. Ad eundem modum multa quies ⁊ vnctio assidua: deniq; omnia que id quod lassatum est: quiete lenimento que recreent: ac quod superuacuum est: per habitum digerant. Sed putet fortasse quispiam lassitudinem hanc nec simplicẽ esse: nec a duabus iam traditis tertiam: sed ex his cõpositã: nec aliunde constãtem quam ex neruosarum partium tensione: ⁊ vlceris sensu. calorem nanq; qui in huiusmodi lassitudine sentitur: in alijs quoq; naturaliter inesse: veluti in memoratarum vtraq;: nec tamen complende notionis substãtieve partem esse vllam. Verũ illud huic vni egregie preter ceteras inest: nẽpe maior quã pro nãli habitu tumor: tũ qđ nec grauitas sensus similis in hac ⁊ tensionis lassitudine habetur. Quippe in illa tẽdi: in hac cõtusos esse vsq; ad ossa neruos putãt q̃ ipsa laborãt. Quare ĩ his saltẽ ꝓpriũ a reliq̃s duabus discrimen hz: nec est cõposita tantum. Tres igit̃ siue corporis statꝰ: siue affectꝰ: siue q̃d aliõ dixisse velis: hi sunt. Est alia q̃dã super has q̃rta: similis q̃dẽ lassitudini: nõ tñ lassitudo: quod neq; vlceri neq; tẽsionis neq; phlegmones affectũ pre se ferat: sed nec

horrorem.vllum dolorem ve:nec pigritiā ad motus
quēadmodum lassitudines infert :sed gracilitatē tā
tū ariditatēqꝫ facit.Incidit quidē hec in corporib⁹
boni succi ⁊exercitationi assuetis:vbi immodice exer
citata parū rite apotherapia sunt vsa.Quippe ita ⁊
digerūtur excremēta:⁊que tensa fuerant:laxātur:nec
aliud in corpore relinquit̄ preter siccitatē quā ex im
modico motu contraxerunt.Postulat autē primo die
nihil sane diuersum ab ijs q̄ prius dicta sunt:preter
calidiorem aquā:que sensim contrahat ⁊ calfaciat et
roboret cutem.secundo die apotherapie exercitatio/
nē:que tū in motu tū frictione ⁊ pauca ⁊ mollis ⁊tar
da sit.preterea soliū similiter calidū.Verū protinus
in frigidā exiliāt:quo videlꝫ ipsis robur in cute vna
cū calore ꝯstet.Nā ⁊ minus in sequenti tempore per
halitū amittūt:⁊ facile in carne cutēqꝫ nutrimentum
resumunt.quo maius his commodū nullū profecto
inuenias:vt qui nullū notabilem affectum preter car
nis gracilitatē ariditatē que habeant.Quippe po/
stulat(arbitror)tale saltē corp⁹:nutriri simul ac ma
defieri.quorū vtrunqꝫ ex humido nutrimēto optime
assequetur.Quoniā vero facta semel mentio de victu
post balneū est:non alienū fuerit ⁊ de ea q̄ ad lassitu-
dines pertinēt:p̄cipere.Vlcerosa igit̄ lassitudo :post
legitimā apotherapian cōsuetū nutrimentū desyde/
rat:aut etiā parcius:p̄terea hūidi⁹.Qd̄ si in ipa apo
50 therapia in quartū migrauerit affectū:(assolet enim
ita plerūqꝫ fieri)ꝓ ipsius ratione tū lauet̄:tū nutria
tur.At que tēsionē lassitudo p̄fert:ca etiā magis quā
vlcerosa parce nutriri postulat.Que vero phlegmo/
nes sensum affert:ea supra reliquas omnes tū humi
dissimū tū minimū:tum vero refrigerans quippiaꝫ
habeat:requirit.Boni succi tn̄ nutrimētum omnes
qui lassitudine grauātur:iuxta postulant.quali nimi
rū propositus nobis iuuenis adhuc integer vteba/
tur.Cauendus,tn̄ in vlcerosa:⁊ ea que phlegmōes
sensum exhibet:glutinosus cibus est:ceu q̄ excremen
torū digestionē moret̄.At in tēsionis lassitudine etiā
exhibendū eiusmodi nutrimentū est:sꝫ minuto eius
mō.Quo minus mirū est si multiplex pugna nō ple/
beijs mō inter se:sꝫ etiā doctis ⁊ inter se ⁊ cū plebe/
ijs orit̄:dū neqꝫ de exercitationibus :neqꝫ frictioni/
bus:neqꝫ balneis:neqꝫ victu lassatorū :consentiunt.
Quippe alios affirmare audias lassitudinem lassitu
dine esse abolendam.alios laborē q̄ete sanari.alios
parcius nutriendos q̄ lassitudine premunt̄.alios cō
tra:non modo de cōsueto nutrimento nō demēdū q̄c
quā:sed etiā tāto plus adijciendū: quantoplus se fa
tigauerint(ad portionē eñ laborū:nutrimentū exhi
bendū)alios rursus nec adijciēdū quicquā nutrimē
ti modo:nec etiā demendū.Ad eundē modū balneo
quoqꝫ vtunt̄:alij ex aquis medij temperamenti :alij
calidioribus:alij tepidioribus.Nā et experientia ad
id tantū probandum qd̄ visu sepe vsurpauit : quem
libet impellit:⁊ preterea ratio:vtpote quā quisqꝫ ab
solutā se habere putauit:vt supra dictū est . Verum
cum vnum tantum lassitudinis sensum traderet:reli
quis ceu non sint preteritis:eius tantummodo quā
nouit:remedium docuit.Ergo verū est ⁊ quod lassi/
tudine lassitudo soluit̄ cū videlicet hesternis exercita
tionibus pares postridie adhibendas videt̄ expe/
diens:⁊ lassitudinis medelam esse quietem . quippe
id consilij partim in ijs que ex congestis excremētis
60 lassitudines consistunt:ac precipue vbi in musculis
excrementa heserunt:partim in ijs que tensionis et
phlegmones emphasin prebēt :vtile videt̄. Iā illud
quoqꝫ verū est:qui lassitudine grauant̄:eos parcius
esse nutriēdos.Id eñ cōducere videt̄ ei q̄ phlegmo/
nes sensum prefert.Verum preterea est ⁊ ex cōsuetu
dine esse nutriendum.id nanqꝫ in vlcerosa lassitudi/
ne vbi recte apotherapia sunt vsi:fieri obseruatū est:
sicut etiā vberius cibandū in eo affectu quem similē
lassitudinibus diximus.in quem ex vlcerosa quoqꝫ
nonnulli transeunt.Simili ratione ⁊ medij tempera
menti aquis esse lauadum in ijs q̄ ex redundantia su
peruacuorū ante sunt:verū fateor.Sed nec illud ve/
rum negem:eiusmodi aquis non esse vtendū nec in
ea que phlegmōes sed prefert:cū tepidiores hec de
syderet:nec in ijs qui similem lassitudini affectum sē
tiunt.hi nanqꝫ calidiores volunt.Sunt ⁊ qui eū affe
ctū lassitudinē esse putēt.Alij quinam affectus sit:nō
dixerunt.In quibuscūqꝫ vero suspicio future lassitu
dinis subest:suadēt calidiore aqua in balneo vti:cāꝫ
que assignant sicut ipsi supra retulimus :alij distri/
butioni in corpus:alij nutritioni:id genus balnei cō
ducere dicentes.Non tamen rationē vllam afferunt
cuius gratia eiusmodi distributione ⁊ nutrimento ꝓ
hiberi lassitudo possit.Sed nec omnino qualis sit ip
se lassitudinis affectus scribūt.Nā maior eorū pars
nihil dixit.Qui vero dicere ausi sunt:siccitatē esse de/
finiuerunt.Ac qd̄ nutrimentum siccitati medetur:p̄/
sertim que humectans:(quā tamen conditionem ma 70
ior eorum pars non adiecit:)est sane verissimuꝫ.Ce
terum nec remedium id nec cautio lassitudinum est.
Sed cum(vti dictum est)membra sicciora sunt facta
nulla tamen nec tensio subest:nec tenue acre que ex/
cremētum:nec phlegmone similis affectus : reficere
nutrimento humectante expedit que exhausto humo
re sunt siccata:quando nisi abunde nutrias:⁊ graci/
lius ⁊ aridius quam fuerat:postero die corpus cer/
nes.Atqꝫ hūc affectū nonnulli lassitudinē rati:eū exi
stimant calidiore balneo:⁊ pleniore cibo:ne incidat
prohiberi.Illud tn̄ quorundam:sicuti etiā Theonis
demiror:si iam factam lassitudinem similiter sanari
non putant.Nā siue quem modo memorauimus af
fectum velit quis esse lassitudinem:nutrimento illuꝫ
⁊ soluere debet:⁊ ne fiat prohibere.Siue reliquorū
quēuis eorum qui vere lassitudines sunt:vtiqꝫ par/
cius in omnibus hominem nutrire:⁊ cum adhuc in/
stant:⁊ cum iam occuparunt.Illud enim dici non po
test:talem saltē affectū qui lassitudinibus succedit:
nisi primo die per nutrimentum plenius corrigatur
in trium aliquam migrare solere.Nam si ipsa solum
siccitas in eo visitur:preter gracilitatem nihil seque
tur amplius.Si vero caloris quoqꝫ quippiam simul
adsit:iam febricitare metus est.Verū nō idem sunt
lassitudo ⁊ febris:tametsi maxime eorū q̄ lassitudinē
senserunt:nōnullos febris male habuit.Sane Theo
nem mirari subit:hec in quarto de particularibus
exercitijs:vbi de absoluto exercitio agit:scribentem:
Cum lassitudo aliqua eos qui ita exercitati sunt: po
stero deinceps die fere sequatur:zestolusia:id est fer/
uentis aque lauatio:minus lassitudini obnoxios red
dit:sūma corporis accēdēs.Deīde sic grece subijcit:
ινα αυτη οικυιασ τρόπον την λαμβανόμενιν τρο
φην επισωμενητοις κεκμηκοσιν αντὶεδιέλκται
νευροις.Is enim preter alia veluti enigma quoddam
verbum ἀντιδιελκται in cōtextu apposuit: possis 80
enim ita

eñ ita intelligere: quasi summa corporis cucurbite more nutrimentū trahentia: partē aliquā eiꝰ neruis ꝙ dispensent: possis ⁊ contra: quasi summa corporis cucurbite modo id qđ ad neruos ferebatꝛ alimētū ad se trahentia impartiant. Ita nimirū vt priore intellectu ad eutrophiā id est nutritionē refectionēqꝫ neruorum conducat excalfacta cutis: (quippe hanc arbitror eū per epiphaniā: idest summa corporis significare) posteriore vero ad oligotrophiā idest parciorem nutritionem. Quantū itaqꝫ ex ipsis verbis licet accipere mentem Theonis non comperias. Ex ijs vero que tū alibi tū in sextodecimo Gymnasticon scribit: minus nutrimenti post absolutū illud exercitiū daríꝛ censet: quanꝗ ne id quidē qua ratione inductus suadeat vsqꝫ docuit. Datur enim minꝰ ꝙ ex consuetudine nutrimētū: aut propterea quod pari opus non est: aut quod concoqui id non possit. Ac prius quidē in ijs qui plurimū se exercitarūt: veruꝫ non est: posteriꝰ alibi verū: alibi certe falsum est. Si cui eñ imbecillior concoquendi vis est verū. Sin secus falsum. Inaudienda vero concoquendi facultas est non ea modo que in ventriculo aut venis aut iocinore agitur: sed etiā que in singulis particulis: veluti in ijs de quibus sermo habetur in musculis: in quibus vtiqꝫ vel maxime affectꝰ is de quo disputo ptinetꝛ. Quippe largius īter exercitandū exhausti: ⁊ imbecilliores ⁊ graciliores redduntur. Ergo si hec leuiter his contingant: vtiqꝫ conficere cuius indigent nutrimentū poterunt. Sin multuꝫ a natura recesserint non poterunt. Quorum Theon nullum omnino neqꝫ intellexit neqꝫ distinxit. Omnino enim non ratione aliqua sed experientia (sicut ipe fatetꝛ) post absolutū illud exercitium calidiorem aquā vtilē esse obseruabit. Sic eñ deīceps scribit. Illud vero si quidē rationē habet in promptu: fortune id beneficio ferendū acceptū est. Sin minus quod effecta testantur id non admittendum: licet quis certā rationem simul se subijcientem non habeat. Ergo si plane explorato affectu in quo calidam laudat: causam fateretur ignorare merito dignus venia esset. veruꝫ cū citra exceptionem vtilem esse absoluto exercitio zestolusian pronunciat: (ita eñ hanc appellat) pñt aūt alij quoqꝫ complures affectus id genus exercitationis excipere: accusandus merito est: quod deinceps singulos non discreuerit. Ipse nāqꝫ nouit etiā que phlegmones sensum exhibet huic exercitationi superuenire. Sub qua nimirū in maiorē quaꝫ pro natura molē attolluntur fatigare partes. Etiaꝫ alteram quam vnā scribit: vtiqꝫ generali symptomati attentus: quod incremento non naturali est cōtrarium. Quippe graciliores in reliquis duabus lassitudinibus redduntur: atqꝫ etiā in eo affectu de quo agitur. Ceterum non quemadmodum triū affectuū vnum symptoma commune est: ita ⁊ affectus vnꝰ est. Ac in eo quidem qui ex neruosarū partiuꝫ tensione consistit: calidiore quam ex consuetudine lauari non oportet. Simili ratione nec in ijs quos excrementa excitarunt. In gracillitate vero que citra hec cōsistit expedit calidiore aq̄ ꝙ q̄ mediocriter se habeat lauari. Cōtrahitꝛ nāqꝫ hic affectus exhausto vehemētius inter exercitandū corpore: eo modo quo in diutina fame accidere solet. Itaqꝫ etiā sic affectorū refectio: in appositione ⁊ qđ detractū est reponēdo cōsistit. Id qđ certe accidere cute adhuc laxa neq̄t. Cogere ergo hanc densareqꝫ ac adstringere priꝰ oportebit: siqua plenioris nutrimenti expectanda est vtilitas. Sane cogit clauditqꝫ tū frigida tū feruēs aq̄. Verū a frigida ledi hoiem metꝰ est: vtpote qui iā ex multa exercitatione ⁊ laxior est redditꝰ ⁊ vacuꝰ. Ex feruenti vt noxa certe nulla: ita secura in cute densitas paritꝛ: ipso qui in ea derelinquitꝛ calore: nōnihil etiam conferente. Unde nec immorari in frigida nimiū debet qui ita est lauatꝰ: sed veluti id saltē recte a Theone obseruatū est cauere in frigida moram: vt que feruentis lauationis ꝯmoda frustretꝛ. Sane ita errare Theonē: vt q đ vni affectioni coueniebat: oībus quadrare preciperet: in causa erat corporū que exercitabat habitus. siquidē athletas exercuit: qui ex absoluto illo exercitio ad quartū erāt affectū opportuni: in tertiū raro incidebant. Itaqꝫ qđ sepe obseruauerat: ceu perpetuū prodidit. Qđ si aut vitiosi succi hoies: aut mali habitus: aut laborꝝ insuetos: aut imbecillos: aut minime iuuenes exercuisset: in eiusmodi quidē raro: in reliquos vero affectus sepissime incidere vidisset. An ⁊ hoc quoqꝫ dicere fortasse est superuacuū: cū ipse quoqꝫ fateatur post preparatoriū exercitiū feruēti esse balneo vtendū. Id vero exercitationis genus solis athletis in vsu est. Atq̄ dicat aliquis illos sponte: ⁊ quodā circuitu: alios vo multos vel necessitate: vel vincēdi studio: vel ꝓpter alia id genꝰ: eiusmodi exercitationē suscipere. Veruꝫ hi saltē post immodicos labores necesse est vel vnū vel plures lassitudinū affectus prius contrahant. Itaqꝫ ijs duntaxat corporibus que bona habitudine sunt: quartus affectus incidit: cuiusmodi sunt tum athletarū qui bene sunt curati: tū propositi nunc in disputatione iuuenis. Et quisquis absolute pronūciabit: post vehementissimas exercitationes calidioris solij vsum esse idoneū: is vt in vno certe statu verū affirmabit: ita in tribus plane falletꝛ. Sunt vero per vniuersam tuende valetudinis artem ⁊ alia non pauca que tū medici tū gymnaste falso prodiderūt. Quorū vnū oīū caput est confusa indiscretaqꝫ obseruatio: dū qđ in vnico quisqꝫ notauit affectu: id multis tribuit. Quinetiā affectio quedā est predictis ꝓxima quā ipse grece στεγνῶσιν appello: de qua cum de lassitudinibꝰ disputationē absoluero: mox dicam. Simplices eñ earū differentie tres sunt: de quibus iā egimꝰ: post has ex binis copulatis alie fiūt tres. Ab ijs vero septima est: vbi in vnū coeunt note. Remedij vero cōe in oībus consiliū est: vt ei qđ superatis intentus: nec tñ qđ reliquum est plane ꝯtēnas. Propriū vero ab ipsis mēbratim affectibꝰ accipiendū est. Ac vniuersas quidē cōiugationes percurrere longū sit. Sed qđ ad claritatē sit satis: vnico exēplo res perageꝛ. Si igitꝛ ⁊ intumuisse musculi cernuntꝛ ⁊ cōtusi putantꝛ: preterea vel vlceris sensus: vel tēsionis lassitudo: vna cū excremētosa hoiem male habet apotherapia vtendū: que vtrūqꝫ respiciat: magis tñ id qđ est maiꝰ. Nō est aūt in oibus rebꝰ vniꝰ rōnis ipsius maioris natura: sed alibi ꝓp viribꝰ ⁊ quasi dignitate rei: alibi pro ipsius propria essentia spectanda. Ac dignitate quidē ⁊ viribus maior lassitudo est que phlegmones sensum prefert: quā excremētosa: vtraqꝫ tñ ipsarū sic proprie ratione essentie magna paruaqꝫ esse potest. vt si sola seorsum consisteret. Si igitur vtraqꝫ pari interuallo a naturali habitu recessit: que phlegmones similis est: precipuā cura-

tionis solicitudinē ad se conuertet: vtpote dignitate
pollēs. Sin exigue q̄ phlegmonē plurimūꝗ; vlceris
sensum representat: a naturali habitu recessit: estimā
dū nū tantū superet magnitudine vlcerosa: quantū
que phlegmone similis est viribus an minꝰ: an ma
gis: atq; ita qđ pollet explorare. Nō si equalites pol
lentes videris: pari studio vtriq; consulendū. Atq;
hec ratio perpetua sit oim coniugatorū affectuum.
Sicuti vero lassitudines ipse numero tres si inuicē
coniūgas: quatuor coniugationes efficiūt: ita sane si
quartū his affectū adiūgas: multo plures existent.
Nō dicimꝰ: ex descriptione licet clariꝰ intellegas. In
ea primū locū vlcerosus habeto. Scđm in quo tēsio
est molesta. Tertiū qui phlegmone similis est. Quar
tū gracilitatis: idest in quo corpꝰ emarcuit. Ex his
igitur aut primus cū secundo coniunget: aut cū ter
tio: aut cū quarto. Aut rursus secundus cum tertio
vel quarto. Aut deniq; tertius cū quarto: ita nimiꝝ
vt ex binis coniunctis affectibus sex in vniuersum
complexiones oriantur. Rursus cum treis vna mi/
scueris: quatuor alie fiūt. Nam aut primum iunxe/
ris cū secū do ⁊ tertio: aut cū secūdo ⁊ quarto: aut cū
tertio ⁊ quarto: aut rursus secundū cū tertio ⁊ quar
to. Postrema omniū complexionū erit vbi quatuor
simul coierint: ita vt vndecim numero in totū fiant.
Erāt vo ⁊ simplices quatuor: efficiūtur itaq; in vni
uersum q̇ndeci. Sīplices affectꝰ. Vlcerosus. A. Ten
sionis. B. In quo phlegmones sensus est. C. Graci
litatis. D. Compositi. AB. AC. AD. BC. BD.
CD. ABC. ABD. ACD. BCD. ABCD. Nō
si preterea occluse cutis: stegnosin grece voco: diffe/
rentias tū secū tū vero cū his quindecim complicue
ris: alias rursus complexiones effeceris plurimas.
Si vero eos quoq; corporis statꝰ qui aut a crudita
50 te: aut venere: aut deustione: aut vigilia: aut dolore
incidunt adiunxeris: ne numero quidem vniuersas
facile completare. Preterea nūc que vel plethoras:
idest succorū equabiliter se habentiū redundantiā
vel cacochymias: idest vitiosi succi copiā: vel adstri/
cti vel lubrici ventris vel vomitus vel grauati capi
tis: vel partis cuiusq; alteriꝰ: vel in summa quicū/
q; in symptomate aliquo affectus consistunt: dicet
enim post de hmōi omnibꝰ. Nunc vero idcirco eorū
maxime memini: vt complexionum multitudinem:
quanta esset indicarem. Mirari enim licet eos qui
de syndrome: idest concursu horū: vel curationeꝫ: vel
euentorū predictionem obseruasse se predicāt. Vni
ca nāq; ratione ⁊ presagire ⁊ commode mederi fas
est: vtiq; sicut Hippocrates docuit vbi simplicis cu/
iusq; negocij sciendam vim esse censebat: veluti ipē
nūc in quatuor affectibꝰ premonstraui. vnusq̇sq; em̄
si per se consistat: simplex remediū exiget. sin alteri sit
coniunctus: pro ea methodo quam paulo supra de
omnibꝰ coniunctis affectibus prescripsimꝰ corrige
tur. Ergo cū hec ita se habeat: redeundū rursus ad
simplices affectus est: quorū a iā dictis proximi erāt
quos stegnosis excitabat: voco ita meatuū cutis vi
tiū quo transmittere superuacua prohibet. Incidit
his affectus aut obstructis meatibus: aut densatis.
Sane densationem eiusmodi μύσιν greci: idest conni
uentiam appellant. Ac obstructio quidem ex lentis
crassisq; excrementis oritur cū confertim ad cutim
ruunt. Densitas tū ab ijs que adstringunt: tuꝫ que
60 refrigerant. Verū obstrui propositi nobis corporis
cutis: si ad prescriptam rationem rite agat non po/
test: densari certe aliquando potest: tū ex valido fri/
gore: tū aluminoso balneo. Fieri aūt potest vt ⁊ pōst
balneū sudorē ve atq; aliā altoqui ob causaꝫ laxata
prius cute: aure flatus incidens obstructionem quā
piam densationē q; efficiat. Ac deprehendit quideꝫ
iam dictus affectus protinus vbi se exuerint: ex co/
lore albo ⁊ cutis tū duritie: tū densitate. In ipsa ve/
ro exercitatione ex eo quod egre incalescant: quando
nec vt prius eque sudant: nec bonum colorem in
summa cute ostendunt: imo si quis eos valentiore
exercitatione iniuncta sudoris quippiam emittere
cogat: ⁊ minor hic q̄ ex cōsuetudine: ⁊ frigidior exit
minusq; halitui similis. Remediū huiꝰ affectꝰ cale/
factio est: quippe ea frigiditati contraria est. Valen/
tiore ergo exercitatione: ac balneo calidiore vtendū.
Magis quoq; ad rem pertinebit si in prima domo
pinguiter in oleo volutetur. Esto vero oleū ex eo ge/
nere quod relaxet: cuiusmodi est in Italia Sabinū:
quod vtiq; ad eiusmodi affectus etiam est vtilius si
bimū trimū ve sit. Id nāq; tū tenuiꝰ: tū calidius fue
rit. Mora vero in frigido solio diuturna ne sit: sed
nec aqua ipsa frigida. Induendi vero vngant ali/
quo qđ mediocriter calfaciat: oleis quidem ex ijs q̄
in Egypto habent cicino: ⁊ raphanino: in reliquo ve
ro orbe dulci: tenui ac modice antiquo. vnguentis ve
ro: susino: gleucino: irino: amaracino; ⁊ comacino.
Atq; ex his gleucinū q̇dem prorsus acopū est ac re/
laxans: itaq; etiam ijs quos vehemens lassitudo in
festat est vtile. paulo hoc calidius magisq; relaxans
susinū est. Irinū vero: ⁊ amaracinū: ⁊ comacinum:
etiam susino calefacere potentiora ijs affectibꝰ qui
proprie frigiditates dicunt sunt idonea. Cutis ta/
men densitati sanande etiam anethinū est satis: ma/
xime si ex viridi anetho fiat. Facit autem ⁊ ad tales
affectus: sicuti etiam ad vehementes lassitudines: et 70
acopū quod ex abietis semine componit. Id quem
admodū preparandū sit: post dicet. Nunc enim vel
hec mihi supra iustū apposuisse videor: siquidē qui
optimo est corporis statu: ⁊ liberam delegit vitam:
nec in ea quicq; delinquit: ⁊ cui peritissimꝰ tuende
sanitatis artifex preficit: in hūc verisimile est morbo
sos affectꝰ non admodū incidere. Redeamus itaq;
ad pensum denuo: relictisq; vstione: refrigeratione:
cruditate: ventris profluuio reliquis id genus (sa/
tius enim est in vnū ea volumen conijcere: quod de
morbosis symptomatis inscribemꝰ) in presenti de
ijs que post venerem adhibent exercitijs dissera/
mus: quippe cū de his parū cōueniat: alijs ita exer
citandū ab hac putantibꝰ vt in exercitatione q̄ apo
therapia dicit: alijs vt in preparatoria. Esto vero p̄
paratoria exercitatio nec in quantitate laborū ītra
modū: ⁊ in qualitate ipsa incitatior ac celerior. Ac q́
apotherapeutica quidē vtendū censent: ij sicuti ī fa
tigatis: tū vires diminutas: tū corporis siccitatem
suspectas habent. quorū vtrū q; ⁊ a concubitu ⁊ ab
immodica exercitatione sentimꝰ. Qui vero prepara
toriam adhibendam volūt: ij raritatē atq; ad sudo/
res promptitudinem precauent q̄ apotherapeutica
intendi: e diuerso preparatoria emendari putāt. Ipē
laudatis vtrisq; propterea qđ veritatem ex parte vi
derūt sententias eorū in idem conferam. Nam ⁊ in/
staurandas esse: ⁊ laxitatem cogendam: nec siccitatē
adaugendam fatent vtriq;. Vna discretio deside/ 80

ratur in vtrisq;:veluti ⁊ in compositis omnib⁹ affe
ctibus supra a nobis est dictũ:⁊ nũc nihilominꝰ di
cetur.Cũ eñi in idẽ varij affectus coierũt:hi si vnam
medendi rationem indicent:vtiq; intendi magis ra
tionem eam conueniet:ꝙ si singuli seorsum consiste/
rent.Sin contrarij sint:is qui vincit affect⁹ pri⁹ est
corrigendus : ita tamen : ne reliquum omnino ne/
gligas.Ac qui vel propter etatem vel etiam alia ra/
tione imbecilles concubuere:in ijs viriũ infirmitas
necesse est superet.Qui vero firmiores ⁊ iuuenes: ve
luti qui nũc est proposit⁹:horũ habit⁹ corporis in
raritatem magis ꝙ vires in imbecillitatẽ mutatur.
Itaq; etiam corrigunꝛ hi:non per ea que corp⁹ rela
xant:qualis est exercitatio que apotherapia dicitur
sed per ea que cogũt ac contrahũt:qualis est prepa
ratoria:proindeq; hac vtendũ:qñquidẽ ea non solũ
mot⁹ tũ celeritate tũ robore calorẽ excitat:sed etiam
habitũ cogit ac cõstringit.Illud quoq; fatenꝛ gym/
naste omnes:ipsa profecto experientia edocti: hanc
vnã exercitationem mederi raritati posse.Itaq; nul
la plane ad propositũ affectũ vtilior est. Si vero an
ni temp⁹ non dissuadeat:nec a frigido balneo absti
nendũ esse censeo.Cib⁹in modo quidẽ dabiꝛ minor
in qualitate vero humidior:vt tũ probe concoquaꝛ:
tũ siccitas que ex venere contracta est corrigaꝛ. De/
bet vero nec frigido temperamento esse : sed vel me/
dio vel calidiore.Nam quoniam corp⁹ a venere⁊ la
xius ⁊ frigidi⁹ ⁊ imbecilli⁹ ⁊ sicci⁹ est effectũ:debent
10 plane que densent ⁊ calfaciant:⁊ vires reparent:ad/
hiberi:atq; ad hec studiũ omne impendi.Ceterũ qḋ
efficere hec venus possit:id docere ad presentem dis
putationem non pertinet in qua propositũ est:quem
admodũ optimũ corpus quam commodissime post
veneris vsum exercitetur ostendere.Quod sane com
mode fieri non potuit nisi prius tradito cuiusmodi
affect⁹sit qui succedere in corpore a venere solet.Ve
rũ nunc id concedi nobis postulamus.In sequenti/
bus cũ euidenti demonstratione dicetur tũ que vene
ris facultas sit:tũ prorsus vtenda sit necne:tũ q̃naꝫ
ex ea commoda incommodaq; pro corporũ statu:et
temporis anni ratione:⁊ loco:⁊ alijs id genus: que
vtiq; determinare preterea oportebit eueniunt.Post
venerem ergo species exercitationis ea esto quã pre
paratoriam vocant.Post vigilias aũt:vel tristitiam
vel ambas:que apotherapia dicitur exercitatio ido
nea est:si tamen cruditas absit.nam si qua cruditas
subest:omnino exercitandũ non est.Quod autẽ post
tristitiam ⁊vigilias iam dicta exercitatio ad rẽ per/
tineat:etiam vsus ipse ostendit:cum ab alia quali/
bet:non solũ ledi cernunꝛ: sed etiam imperantes:si
forte dolor adhuc angit:paꝝ equo animo ferre.Idẽ
ratio ipsa confirmat:non minus ꝙ vsus.Nam quo/
niam a vigilijs ⁊ tristitia magis graciles : magisq;
aridi:ac min⁹ dicto audiẽtes plane cernunꝛ:siccius
existimãdũ est his redditũ esse corp⁹.Eiusmodi ve/
ro affect⁹ partim molli frictione cum multo oleo:ꝑ
tim tẽperato balneo sananꝛ:partim agitatione: sꝫ q̃
⁊ tarda sit:⁊ citra valẽtiorẽ nixũ:ac q̃ subinde q̇eteꝫ
interponat.Is ꝟo apotherapeutici exercitij modus
erat.Ad eũdẽ modũ ee q̃ ab ira vel potiõis penuria
siccitates fiũt corrigende sunt.Contraria prorsus a
iã dictis rõne:humiditates emendare cõueniet: siue
he nimie potiõis:siue alia q̃uis occasiõe inciderint.
20 Quippe studiũ ĩbis ad siccationẽ dirigitur.Veꝝ ea
cõmunis omniuꝫ ratio est. mẽbratim enim vnicuiq;
differẽtie sua est.Igitur si ex lõgiore desidia:⁊ hume/
ctantis alimenti immodico intẽpestiuoq; vsu:cõtra
cta humiditas est:longiore remedio est opus.sin ex li
beraliore potione que pridie sit hausta:citra vllum
capitis aut oris ventris affectum cõstiterit:eam vel
vnico die persanes licet:si sicca frictione largi⁹⁊ exer
citatione veloci : ⁊ parciori potione : ⁊ sicciori cibo
vtare.Quippe que immodice ex vini potione humi
ditates cõsistunt:si ex ea re noxa capiti aut ori ven/
tris cõmunicata est:de his agi hoc loco opus nõ est.
diceꝛ eñ de ipsis cũ de morbosis symptomatis tra/
ctabitur.Que vero humiditas ex diutina admoduꝫ
desidia nascitur:hec in propositũ corporis statũ oĩ/
no nõ cadat:eque vt nec ea que ex humectãtis natu
ra cibi copia gignitur:quales fructuũ plurimi sunt
itemq; olerũ:que vtiq; acria nõ sunt . Si quãdo ta/
men acciderint:semel ⁊ cõfertim corrigi nõ possunt.
Nam si eatenus se fatigabit homo dum habitũ abũ
de siccet:in lassitudinẽ incidet:ac febricitabit omni/
no diaria febri : qḋ si vitiose preterea humiditates
fuerint:etiam febri que in plures extẽdaꝛ dies.Tẽ/
pore vero sanari possunt:vt post dicemus:vbi vitio
sas intẽperies vertere in meli⁹ docebimus.Quippe
similis prouidẽtia acquisititij affectus est:⁊ natura
lis intẽperamẽti:quare nũc de ipsis disserere nõ opꝫ
Reliquũ igiꝛ est vt de matutina vespertinaq; frictio
ne agam⁹:nõ ad eũ tamẽ modum quo Quintum re/ 30
spõdisse dicũt quũ precontãti gymnaste quã vnctio
vim haberet:respondit:vestis summouẽde. ijsdẽ eñ
quibus nũc vsus sunt verbis:tum gynasten rogasse
tum Quintum respondisse ferunt. Simile Quinti
apopthegma est ⁊ qḋ de vrinis circũferꝛ:nempe eas
nosse ad pictorẽ pertinere. Etiã illud qḋ de calido:
frigido:humido:⁊ sicco aiunt:vtiq; balnearũ ea esse
noĩa:que ipe sane nemini vel Thessali assectatorum
impune dicere:nedum Quinto permiserim.Quippe
scurrarum eiusmodi facetie sunt:haud quaq; homi/
nis tam grauem artem profitentis.Satius igitur sit
in proposito iuuene ad hũc modũ de matutina fri/
ctione disserere.Is nãq; aut ex somno aliq̇d de quo
queri possit nõ sentit:aut lassitudine grauaꝛ aliqua:
aut alia quapiã affectione offendiꝛ earũ de quibus
pauloante ac statim post lassitudinis affectus hacte
nus disserui.Ac si de nulla q̇dẽ re cõqueriꝛ:superua
cuum est cum aut fricare aut vngere:nisi si qñ ingẽti
frigori occurrẽdũ videꝛ.Tum nãq; veluti qui frigi/
da sunt vsuri:sic eos quoq; frictione preparabimus
Si ꝟo lassitudinis sensus vllus appareat:iã dictum
est hoiem tum ⁊ vngẽdũ esse:⁊ molliter fricãdũ.Sic ti
ratione si siccior iusto sit:vngẽdus dulci oleo est:(nã
id sicca corpa humectat)fricãdusq; vt omnino par/
cissime:ita nec duriter nec molliter est. Quippe suc/
currere digestioni in corpus oportet:nõ cutis carnis
ve ꝑ habitũ mutare:neq; etiã qḋ in his cõtineꝛ quicq;
educere:quoꝝ mollis vtrũq; dura alterũ facit.si qui
dem hec cutem densat durat q;: mollis per halitum
euocat:ac corpus laxum molleq; efficit.Verum cu/
tis densitatem corrigere si studes:vtiq; ei que ex du
ris tum frictione : tum pertractione:preterea vehe/
menti exercitatione:et multo puluere orta est : mol/
lis frictio cum copioso ⁊ dulci oleo medetur.Que ve
ro contracta ex frigore est : eam primum frictione
sicca ac ceteri: deinde cum oleo adhibito calfacien/ 40

tes:nature sue restituemus. Laxitatē vero que ⁊ fre/
quens balneū: ⁊ mollem frictionē: ⁊ veneris vsum cō
secuta est: paucula frictione: primū quidē sicca: dein/
de cū oleo quopiam eorū que adstringant sanaue/
ris. Humiditatē vero que nimie potioni successit: sic/
ca frictio: ⁊ cū linteo administrata: vel cum manica:
quā Χειρίδα grece vocant: interdū etiā solis mani
bus: idqꝫ vel citra omne pingue: vel cū eo plane exi/
guo corrigit. Sit aūt ⁊ quo per halitum euocet oleū
ipsum dulce: oīsqꝫ adstringentis facultatis expers.
Atqꝫ ita quidē se habet matutina frictio. Uespertina
vero iis vtilis est quos vel lassitudo valida premit: vel
siccitas male habet: vel atrophia macerat. ita vocant
greci cū corpus ex alimēto fructū nō sentit. Uerum
atrophias symptoma nūc presertim seponatur vna
cū reliquis morbosis symptomatis: q̄ post tractabun
tur. In ꝓposita vero natura cū vl' valida lassitudo vel
immodica siccitas corpus afficit: prandiū mui⁹ esto:
tū ab eo ad cenā longius interponatur tempus. Plu
rimum quiescat: exiguū tamē quippiam inambulet:
quo cibus per erectā agitationē concussus: subsidat.
Utilius etiā fit si ⁊ aluū exonerare possit. his etenim
probe peractis: securus oleo dulci frices. ventrem tn̄
omnino nō cōtinges: cū alioqui periculū sit ne ⁊ cibū
deterius concoquat: ⁊ succus quispiā ex eo semicru/
dus in corpus digeratur: ⁊ caput turbetur: et stoma
chus subuertatur. Optimū igitur fuerit omnino vē/
trem nō attingere. Quod si in musculis ei vicinis vel
lassitudinis sensus aliquis: vel siccitas appareat
maior: vngi' debebunt mediocriter: ⁊ blande: ⁊ suspē
sa manu. Ac si: causas quispiam eorū que diximus
reddi sibi cupit: proximum librum legat: in quo de
morbosis symptomatis agemus. Nam hunc mihi vi
50 deor satis hactenus extendisse.

¶ Galeni De sanitate tuenda liber Quartus Tho
ma Linacro anglo interprete.

Q Uod pleriqꝫ om/
nes recentium medicorum faciunt:
qui dum tempus sophistarū cauilla
tionibus terunt: quod maxime neces
sariū est: aut leuiter tantū attingunt
aut prorsus omittunt: id ipse nō fa/
ciā sed (quod ab initio institui) ei quod necessarium
duxi insistens: que logicam magis speculationem ha
bent: in aliud tempus differam. Statim em̄ de mor/
bosis symptomatis: de quibus hoc libro differere sta
tui: nō leuis questio oritur: ea ne ad valetudinis tuē
de artem spectent: an ad eā que medendi rationē pre
scribit: an harū neutram: sed tertiam quandam: quā
nonnulli mediam statuunt: neutrāqꝫ appellant. Ego
haud ignarus: siue quis in sanitatis tuende: siue etiā
medendi arte eorū meminerit: fore vt eqꝫ a cauillato
ribus sugilletur: illud quoqꝫ intellegēs: etiā si quis
tertiam tractationem his dicet: de neutris eam affe/
ctionibus inscribens: vel magis irrisuros: contume/
liososqꝫ futuros: preterea quesituros de maribus et
feminis in quonam opere precipiam: in hoc volumi
ne de his agere potissimum elegi. Si em̄ fieri nequit
vt sophistarum nugamenta deuitem: atqꝫ hac ratio/
ne minus erunt importuni: vtiqꝫ sic faciens melius
consulisse videbor. Huc accedit quod ex speculatio/
60 ne ipsa magis intellegetur ipsa doctrine communio:

si quis illa que dicētur attentius lēget. Ea hinc ingre
diar. Artis que valetudinem tuetur: nō leuis portio
est ea que de exercitatione precipit. huius rursus nō
exigua pars est que lassitudines precauet. Porro nō
stratū in superioribus est similē rationē esse instātis
lassitudinis cauende: ⁊ eius q̄ iā occupauit summo/
uende. Ergo nō alibi quēadmodū hāc futurā vites:
alibi quēadmodū iam vrgentem corrigas: tractandū
est. Atqꝫ hac quidē de causa in proximo libro: q̄ toti⁹
opis terti⁹ est: de lassitudine que exercitationi super/
uenit: disputatum erat: simul habita mentione de si/
milibus affectibus: quorum aliqui exercitationes
maxime sequebantur. Nunc primum quidem de his
prout citra exercitationem incidunt agemus. Secū
do loco de illis que similitudinem quandam cū his
habent. Ac que immodicas quidem exercitationes
lassitudo excipit: sanorum symptoma est. que vero si/
ne his consistit: morbosum. Itaqꝫ ⁊ ab Hippocrate
dictum commodissime videtur: Lassitudines sponte
nate morbos nunciāt. Atqꝫ vlcerosus quidem sen/
sus: symptoma lassitudinis est. Causa vero vnde ca
nascitur: affectus lassitudinis est. Porro hui⁹ rursus
ipsius causa bifariam scinditur. Aut enim intra ip/
sum animalis continetur corpus: vocantqꝫ grece
προηγουμένην: aut omnino non inest: vocantqꝫ
προκαταρκτικήν. Nos illam internam hanc ex/
ternam: non incommode vocemus. Itaqꝫ tria in vni
uersum genera sunt de quibus habendus sermo est:
Ipsius lassitudinis symptoma: affectus vnde hoc ori
tur: ⁊ affectus ipsius causa. Cuiusqꝫ vero horū spe/
cies quedam differentes sunt. Causarum (vt modo
diximus) externa ⁊ interna Affectus (vt in prece/ 70
dēte libro docuimus) is qui vlceris: ⁊ qui tensionis:
⁊ qui phlegmones sensum inuehit. Symptomatis
vero: ipsi tres sensus. neqꝫ pauciores vero neqꝫ plu
res his differentias: veras saltem nominare possit.
Qui igitur vlceris sensum facit (incipiendum enim
ab hoc est) motis quidem grauem excitat sensum
ceu corpus vlceretur: idqꝫ vel circa cutim tantum
vtiqꝫ cum est moderatior: vel circa subiectam illi car
nem: cum est valentior: vel circa vtranqꝫ: cum adhuc
est atrocior. Atqꝫ hoc quidem est lassitudinis sympto
ma. Affectio vero ex qua id nascitur: acrimonia est te
nuis: ⁊ calidi humoris: qui corpus erodit: stimulat
ac pungit. Oritur hec aliquando ex immodico motu
vt in proximo libro ostendimus. aliquando ex vitio/
so succo: qui imprudentibus nobis in corpore suc/
creuit. Tales vero lassitudines: spontaneas Hippo/
crates appellat. Alterum vero lassitudinis genus
(nempe in quo tēsio sentitur) quoties sua sponte in
cidit plethoris superuenit. Quippe tendūtur ex hac
solide animalis partes: precipue in quibus succi cō/
tinentur. Tertiū lassitudinis genus quod phlegmo
nes sensum affert: ex ambobus oritur: tum nimia bo
ni succi abundantia: tum predicto vitioso succo. Nō
enim queuis mali succi species: sed tantum in qua
rodens acrimonia continetur: vlcerosam lassitudinē
creat. sed nec eiusmodi quidem succus dum in venis
cum sanguine miscetur. Latet enim tum eius vis vt
pote transfluentis: ⁊ a sanguinis bonitate superati.
Uerum cum ab his translatus: in carnibus: ⁊ ad cu
tem solus heret: vlcerosum sensum tunc ingerit. Qui
vero ex abundantia nasci hanc lassitudinem putant
sane falluntur. Nam neqꝫ ex ea copia quam plethoꝛ/
ran dicimus: (hec enim eam que de tensione querit 80

gignit) neq; ex ea que vires pregrauat. Nō enim ero sio: aut vlceris phantasia: sed vel grauitas: & ad motiones segnitia: talis sunt abūdantie symptomata: vtriq; dū ad animales collata vires: eas superās premit: vel pulsus quedam vitia: siquando vitalem vrget: de quib⁹ dictum abunde est in ijs que de pulsu scripsim⁹: eq; ue vt in libro quem de abundantia scripsim⁹: etiā notas⁹ naturaliū viriū cum premūtur: & reliquarū ambarū tradidim⁹. Non est igitur abundantia eius lassitudinis que vlceris sensum p fert causa: imo humorū qui in cute & carne continētur acrimonia. Hec enim vt quiete sensum latet: sic agitata protinus sentitur. Motus huic lassitudini primus ac plurimus: proprijs quibusdam rationibus accedit: quas mox dicem⁹. Alter ex incidenti scilicet cū nobis partem aliquam aut etiam totum corpus mouere volentib⁹: cū hoc humores qui in ipso continentur simul mouemus. Verū hic minimus ē: & lassitudinis duntaxat sensuʒ infert. Vehementior rigorem excitat. Appello nūc rigorem: nec illum vehementis frigoris sensum: nec duritiem: sed inequalem totius corporis concussum & turbationem. Medius inter vtrūq; horrorem. Quod autem nihil obstet etiam si calida causa sit: quo minus rigorē horrorēq; excitet: in ijs que de symptomatū causis scripsimus ostensum est. Nunc satis fuerit summas tātū eorūq; illic prodidimus: ad presentē disputationē quasi basim subijcere. Cū in sensibili corpore succreuit excrementū mordax: duplici id ratione ad motū incitat. Vna cū a sensibili ipso corpe impellit: vtpote qd̄ repellendi alieni vim obtinet. Altera cū vehementiore momento agit: id qd̄ tū ab exercitando conquirit: tū frictione: tū balneo. Ergo que subcalida & putrida excrementa sunt: vbi vehementi⁹ mouentur: non horrorem modo rigoremve qualem diximus afferūt: sed etiā febrem accendūt. At que frigida sunt: & ex partibus tenuibus constant: ea horrorē quidem rigorēq; creant: non tamen febrē excitant. Porro vim quandā vtriusq; congestā esse ops si hec fecerint. Que vero aut plane exigua in sensilibus corporib⁹ excrementa mordacia: aut multa illa quidem: sed tū non plane adhuc mordacia subsederūt: hec vlcerosam lassitudinem faciūt. de quibus vtriq; hoc libro nobis est agendū: qūq; febrē accendūt: ea ad medendi artē spectant. Sanatio vtriusq; generis partim communia curationis amborū cōsilia recipit partim vtriusq; propria. Dicetur⁹ do pri⁹ que cōis sanatio est. Oportet igitur excrementū: siue calidū id sit siue frigidū: ipsum aut expellas: aut certe alteres. Recipit vero non omne excrementū alterationem a natura. Siquidem nec omnis cib⁹ in cuiusuis animantis ventre concoquitur: sed cognatio quedam ei quod concoquit: cū eo quod concoquitur esse debet. Quod igitur oīno alienū est: nulla fieri ratione potest vt id nature sue gratiā recipiat: sed educere id qpprimū est tentādū: eq; ue certe vt que in ventre corrupta prorsus sunt: ea vel vomitione vel deiectione expelli profecto est optimū. Nō tū periude prōptū est in carne: atq; alijs corporibus inhibitū vitiosum succū educere: vt q in ijs quorū sensibilis capacitas est continetur. Interdum nec ipsa laborātis natura medicamentum quod malum succuʒ mature vacuet admittit: sicuti interdum & alius qspiā affectus obstat qui talem educendi rationē respuat.

De quibus mox dicam: si prius quod reliquū erat i superi⁹ posita diuisione adiecero. Quippe que cōtra spectant qui excrementorum vitijs medent: ea iam diximus vacuationem alterationēq; esse. Propria vero vtriusq; generis nunc adijciamus. Neq; vna tantū ratione educendū alterandūve est: sed explorata que ei quod affligit maxime sit accommodata ei est insistendū. Ea vera vt in summa complectar ratio est que ex contrario opem molitur: priuatiʒ vero que ex cuiusq; contrario. Et summe quidem totius rei he sunt: que latius tamen nobis nunc explicanda sunt vna cū sua cuiusq; euidenti demonstratione: idq; ab vlceroso affectu orsis. Quū igit eiusmodi lassitudo vitio acriū excrementorū orit: ante oīa considerandū est in solidis ne tū corporib⁹: an intra venaruʒ sinus malus succus contineatur. De ijs vero que intra venas sunt: nullū plane nec manifestū nec euidens signum habemus preter solam vrinā: conijcere tū ex his licet. Primū estimabimus, quonā qui affligitur vsus sit victu: secundo solit⁹ ne sit malū succum nature sponte congerere. Ad hec an naturalis aliqua & consueta excretio iam defierit. Quarto an exercitatione: purgatione per vomitū aut vsu aquarū sponte nascentiū soliti supua cua: expellere id intermiserint. Atq; in victu quidem videndū an cruditas & crebrior & maior qp ex psuetudine precesserit: an mali succi cibis copiose se impleuerint: an vinū pro antiquo mustū: pro tenui crassum: an aqua marina mixtū biberint: an etiā prorsus a vino se ad aque potionē trāstulerint: nec semel bis ve in quolibet horū peccauerint: sed assidue hoc tpore. Scdo (sicuti dixim⁹) estimandum nū ex eorū numero qui facile malū succū congerūt: lassat⁹ ipse sit. Deprehendas id percontatus an scabie aut lepra aut vitiligine aut prurit crebro sit affectus. Itē an erysipilas: aut herpes: aut elephantiasis: aut ophiasis: aut alopeciasis: aut pustule crebre: aut epinyctides: aut denicq; vllū symptoma qd̄ ex vitioso succo natū & auctū ē: illū male habuerit. Ab his psiderādā diximus: consueta ne vlla excretio retenta sit pro mitum: vel emorhoidas: vel fistulam aliquam: vel dissenteriā: vel si mulier est: per menstruū profluuiū Deinde nū ipse medicamento se purgare semper solitus id intermiserit. Nonnulli eīn sunt qui deiectorijs medicamentis: alij vomitorijs: aut vrinam suadorēve cientibus: aut vsu sponte nascentiū aquarū: vtiq; quibus aut sulfuris aut bituminis aut nitri vis inest: vere vel autūno quotannis soliti excrementa vacuare: aliquando id negligūt. Multi (vt dictū est) exercitationū consuetudineʒ dimiserūt. Alij rursus omnis frictiōis: aut balnei: aut a vino dulci post balneum vomitionis morem pretermiserunt. Sane constat non illorum modo nos qui optimo sunt corporis temperamento fecisse mentionem: sed quo nihil in mali succi causarum catalogo sit pretermissuʒ etiam eos qui vitiosum succum natura prompte cōgerunt sermone comprehendisse: de quibus fusius inter vitiosos corporum status proximis voluminibus agemus. Atq; ex his quidem de mali succi modo coniecturam facere oportebit: ac remediū ad mēsure eius quantitatem proportione inuenire medio crius: si omnino sit exiguus: & ad cutem tantum collectus. valentius: si multus: & in profundo. Pri⁹ vero eius qui exiguus: & iuxta cutem est: curatio dicet:

deinde eius qui in carne residet: tertio ab his loco:
eiꝰ cui totꝰ sanguis impurꝰ excrementosusqꝫ est. Sꝫ
si quis iã institutum mihi ab initio repetens: boni
succi iuuenem dederit: qui prius salubri omnino vi
ctus ratione sit vsus: nunc necessitate quapiam vr/
gente longi tẽporis iter confecerit: in quo nec exerci/
tatus nec lauatus pro consuetudine fuerit: cibi po/
tioneqꝫ mali succi vsus sit: tũ a prandio vel cena vł
etiã toto die vehiculo sit vectꝰ: nec bene plerũqꝫ dor
mierit: illud tamẽ addat̃: nihil huic in modo assum
ptorũ erratũ esse: proinde nec in cruditatẽ vllã inci/
disse: talis multũ mali succi congessisse profecto neq̃
uerit. Itaqꝫ etiam nec remediũ operosum requirit:
imo exercitationem tantũ que apotherapia dicitur:
quam in proximo ante hunc libro docuimꝰ vbi pa/
riter de accommodata ei rei victus ratione precepi/
mus: quo minus est his multis morandũ. Tantum
eius meminisse conueniet: huc oẽ consiliũ dirigere q̇
corpora sic affecta curat: vt excrementa que circa cu
tem sunt educat: propterea quod affectꝰ in hac vna
consistit. Itaqꝫ rursus detur eundem iuuenem p̄ter
alia que eadem sint: etiã in cruditates sepe incidisse.
Detur ⁊ vlceris sensum habere: non cutetenus mo/
do: verũetiam altius in corpore: sic vt totum id ma
lis succis refertũ suspicere: huic nec exercitationẽ
nec vllũ omnino motũ iniungemus: sed quiescere ac
dormire iussum: in abstinentia totũ diẽ exigere coge
mus. Dein vesperi pinguiter vncto: ⁊ temperato bal
neo mediocriter lauato: pro cibo dabimus sorbitio
nẽ aliquã boni succi: sed plane q̄ minimã. nec tamen
a vino eũ abstinebimus. concoquit enim id semicru
dos humores: quantũ aliud quiduis: tũ sudorẽ vri
namqꝫ promouet: ac somnum conciliat. In ijs autẽ
qui ita se habent: id agendũ nobis est: vt quod mali
succi iã plane corruptũ est: nec concoqui etiam pōt:
id sudore vrinaqꝫ expellatur: quod semicoctum ad/
huc est concoquatur: atqꝫ vtile reddatur. Id autem
optime quiete somnoqꝫ confiet. Si ergo his peractꝭ
malũ constiterit: ad consuetudinẽ rurius reducẽdus
homo est. Sin in posterũ etiã diẽ duret: de valentio/
re iã remedio est cogitandũ: maxime si per noctẽ vel
lassitudo magis q̄ ante vel fastidiũ infestet: vel per/
uigilet: vel somnos turbatos ⁊ imaginationibus in/
quietos habeat: his enĩ si vires non dissuadent: duo
rũ alterũ aut sanguis mittendus est: aut purgatio
exhibenda: sed discernentibus nobis vtrũ magis ex
pediat vt mox dicẽt. Sin vires imbecilliores debo
tantur: sanguis mittendus haud quaq̄ est: sed deie/
ctio mediocris adhibenda. Cuiusmodi aũt deiectio
mediocris sit in sequentibus docebimus: sed si priꝰ
que priora sunt definiuerimus. Nã viriũ robore cõ
stante si lassitudo adhuc infestat: estimandũ est cum
sanguinis ne copia: an cũ crudis humoribꝰ: an per
se solus consistat vitiosus humor qui lassitudinem
creat. Nam si cũ sanguinis copia: aut vena inciden
da: aut aliquid quod tantundẽ valet augendũ. Sa/
ne tantundem possunt hec. Quibus hemorrhoides
sunt retente si has emiseris. Si mulieri menstrua cõ
suetudo cessauit hanc prouoces. Si quibus hoꝝ ni
hil est: si malleolos scalpello incidas. Post hec aluus
eo medicamẽto deijcienda est: qd̃ maxime accõmoda
tũ malo succo sit. Qd̃ si vitiosi tm̃ succi: hicqꝫ citra san
guinis copiã subsint: purgatio petenda est que infe/
stanti excremento sit accõmoda. Infestat vero alias

biliosum: alias atre bilis: alias pituitosum: sed qd̃
vel salsum vel acidũ sit: atqꝫ hoꝝ qd̃libet aut crassiꝰ
aut sero propiꝰ: aut media quapiã consistentia. De
quorũ discernendorũ notis nunc agamꝰ. Si cũ pu/
stulis (que greci exanthemata vocãt) lassitudinis af/
fectus consistat: ex his facilis inuentu erit excremen
ti species. Sin absqꝫ his: in boni quidẽ succi corpo/
ribus tũ ex ijs q̇ precesserũt cibis: tum reliquis que
ipsis corporibꝰ inciderũt. In ijs vero qui malos suc
cos natura colligũt: hinc quoqꝫ nihil capiendũ. Sꝫ
de eiusmodi tẽperamẽtis vberiꝰ post aget̃. Nũc de
reliquis agamꝰ: ex quibꝰ licet de mali succi spẽ con
iecturam accipere. Qui in otio degũt: ij pituitosum
aceruare succum solent. Quos multꝰ labor exercet: ij
biliosum vel melancholicũ: illũ estate hũc autũno gi
gnũt. Quinetiã an diuturni labores fuerũt inspiciẽ
dũ est. Quanto enĩ fuerint longiores: tanto sunt ad
atrã generandã bilẽ magis procliues. Preterea qui
cũ multo sudore obeunt̃: ij crassiꝰ excremẽtũ faciũt.
Qui sine sudore peragunt̃ magis tenue: veluti qui
hyeme ⁊ frigido aeris statu suscipiunt̃. Consideran
dũ ad hec est non solũ de vrine multitudine ⁊ quali
tate: sed etiã de sudoris qualitate. Hic nãqꝫ partim
acidꝰ: partim salsus est: partim veluti lutũ: aut virꝰ
plane olet: licet aũt hoc ex strigili deprehendere cuꝫ
lauant̃. Sepe nãqꝫ amarꝰ plane apparet: qualis vti
qꝫ morbo regio laborantibꝰ emittit̃. Eiꝰ vero digno
tio: etiã citra gustũ facilis est ex solo colore. Quippe
pallidꝰ pro eiusmodi bilis rõne apparet. Sepe tamẽ
post validissimos labores: ⁊ vehemẽtẽ estũ plane fla
uus conspicit̃. Aliqñ mediꝰ: atqꝫ ambobꝰ mixtꝰ cer
nitur: veluti quodãmõ ex pallido flauꝰ. ὠχρόξανϑον grece dicũt. Ad eũdẽ modũ ⁊ ipse bilis humor
se hꝫ: qñ hũc quoqꝫ in vomitu deiectioneqꝫ aut pal/
lidũ: aut flauũ: aut ex vtroqꝫ cõpositũ licet intueri.
Qualiscũqꝫ vero is in corpore habet̃: tale necesse est
eiꝰ appareat serũ. Ac sudor q̇dẽ succorũ q̇ in vni/
uerso corpore abũdãt: nota est. Uia corũ tm̃ qui va
sis continent̃. Oĩno ergo nihil omittendũ: sed sudor
quoqꝫ ipse vt modo diximꝰ inspiciendꝰ. Aliqñ vero
ipsum q̇ afficit̃ gustare sudorẽ suũ: quo certiꝰ iterno
scatur iubemus. Id qd̃ aliqñ sua sponte accidere so
let: dũ ex fronte ⁊ eiꝰ partibꝰ in os sepe delebit̃. Esti
mare preterea vrine tũ consistentiã: tũ colorẽ oporte
bit. Sed nec que in ea pendent: aut sidũt: pretermit/
tere conueniet: sed oĩa perpendere. Cuiusmodi eniꝫ
sanguis sit q̇ in vasi continet̃: ea plane ostendũt: qñ
si is biliosus sit: serũ quoqꝫ eiꝰ biliosum esse necesse
est. Idqꝫ pro vtriusuis bilis ratione. Siƚi mõ pitui/
tosum: si is sit pituitosus: Ergo vbi crudꝰ plane is
est: vtiqꝫ tenuis aquosaqꝫ vrina cernit̃: nihil nec qd̃
sidat: nec qd̃ pendeat: in se habens. At vbi is conco/
ctus est: hec in vrina apparent: atqꝫ etiã nubecule q̃/
dã desuper tenues superstãt: veluti qd̃ in summo la/
cte colligit̃. grece γραῦσ dicitur: ⁊ qd̃ in summo re/
frigerati iusculi concreuit. Qd̃ si turbida sit: qualis
veterinoꝝ viũt̃: crudis refertas venas indicat: non
tm̃ cessare naturã: sed eos valenter concoquere. Si ve
ro celeris separatio crassi a liquido in ea cernit̃: sitqꝫ
qd̃ subsidit albũ leue ⁊ equale: iãiam superaturam
eos omnes naturam indicat. Sin cum emingitur pu
ra sit: protinus vero turbetur: iam crudi succi con/
coctionem aggredi naturam docet. At si interposito
tempore turbetur: non protinus: sed post aggressu/

ram insinuat. Uerum omnium que turbantur vri-
narum generalis nota esto ipsius crassi a liquidio-
re separatio: aut propere aut tarde facta: aut omni-
no nulla. Ergo si protinus fiat: ⁊ quod subsidit sit
album leue ⁊ equale: superiorem longe naturam suc
cis quos concoquit ostendit. Sin bonum sit qd sub
sidit: sed quod post longius interpositū tempus col
ligatur: etiam naturam temporis spatio superatu-
ram succos nunciat. Si vero vel omnino nulla sepa-
ratio: vel id quod subsidit malum sit: imbecillitas na
ture significatur: egetqꝫ ope aliqua ad succos perco-
quendos. Sicuti vero vrina succorum qui in vasis
sunt qualitatem prodit: ita sudor aliaqꝫ q̄ per vni-
uersum animalis habitum apparent: eos qui illic
sunt affectus demonstrant. Quippe superantibꝰ in
eo calidis succis: insolito caloris sensu vrgeť: frigo-
ris vero cum frigidi dominantur. Jā albiores pitui
ta superante: pallidiores bili abundante cernuntur
Quod si meracior bilis sit: etiaꝫ plane flauiores. Si
quidem color a succo prouenit non ex solidis anima
lis partibus: vtiqꝫ cum se succi in altum non recepe-
runt. Accidit vero id illis propter frigora: rigores vł
animi affectꝰ. veluti timorem: vel ingentem tristitiā:
vel incipientem verecundiam. Quorum nullū si ad-
sit: nunꝙ se in altum recipient succi. Eque nec in cu-
tem violentius irruentes hanc adurent vnꝙ nisi ani
mus aliquo modo affectus sit: aut estu modico aīal
extrinsecus obsessum. Ergo vehementer commotis
aut iratis: aut in pudore veluti reciprocantibus se
humoribus inspicere colorem non oportet. At si nec
ambientis violentia calid firigidive: nec vllus ani-
mi affectus cuiusmodi iam dictus est subsit: certissi-
ma succi animalis cognitio ex colore datur. Tanquā
igitur corpus sicubi albius solito est effectum: pitui
tosum abundare succum indicat: sicubi pallidiꝰ aut
flauius biliosum: ita sicubi ad rubicundius ꝙ pro-
natura est mutatū: sanguinis abundantiā subesse si
gnificat: sicubi ad nigrius nigrā superesse bilē osten
dit. Uideas preterea ceu plūbi colorem aliqn non-
nullos habere. rursus aliqn ceu mixturā esse albi li-
uidiqꝫ: aliqn liuorē solum sine albo consistere. Ergo
eiusmodi colores: crudos dominari succos indicant
qui cum de genere sint pituite: minus tamen humi-
ditatis habēt ꝙ ea que publice vocatur pituita. ple
rūqꝫ vero huic nec lentor inest. Nam is si adsit: Pra
xagoras eiusmodi succū vitreū appellat: egregie qui
dem frigidum: crassum tamen eo quem crudum per
eminentiā vocāt certe minꝰ. Generaliter igitur eius
modi succi oēs albi crudiqꝫ sunt. Nomenclaturam
vero alius aliā sortitur. Nec attinet ad presentē dis-
putationē ea oīa distinguere: quippe ad quam illud
tm̄ commune omniū accidens pertinet: qd hi succi
percocti a natura non sunt sed crudi adhuc manēt.
Siquidem sanguis in medio est biliosorū atqꝫ hoꝝ.
Quorū vtiqꝫ genus pro vocabulo appellare licet.
vel crudū succū: vel pituitam. Jlli nāqꝫ ex sanguine
fiūt vbi supra iustū modum est percoctus: hi vero ex
eo nondū perfecto. Sunt aūt vtriusqꝫ generis innu-
mere particulares differentie: ceterū que ab his qui
in talibꝰ sunt periti: innumeratas species sunt iā de
scripte: quarū tm̄ ipsarū adeo hic omniū meminisse
necesse no est: vt etiā satis sit eas ad vnū caput redi-
gere: qd tibi veluti scopū agēdorū ꝓponas. Nā qm̄
alij ꝑusqꝫ ad exactū sang. nutrimentū ꝑuenit: veluti
semicocti sunt: alij prorsus incocti crudiqꝫ alij pau-
lo absunt a sanguinis forma: rursus alij sanguinis
faciēdi: siue (vt ita dicam) sanguificationis veluti vl
tima pars: qui vtiqꝫ excessu caloris proueniūt (quo
rū alij paululū: alij plus: alij plurimū a sanguine re
cesserūt) vbi paululū vel citra sanguinē restituꝫ: vel
vltra ꝓcessuꝫ est: audacter mittēdus sanguis est: vbi
plus cōsyderatiꝰ agēdū: vbi plurimū in his nullus
oino mittēdus est. Jnspicere ꝟo ⁊ quātitatem cōue-
niet: vt verbi gratia: si bonus sanguis exiguus sit: re
liquus vero succus plurimꝰ: vtiqꝫ in his abstinēdū
a detractione sanguinis est. Sin is qdē exiguus: san
guis ꝟo copiosus: audacter incidēda vena est. Dein
deijcere (vt dictū est) aluum oportet: rōne habita de
abūdātis succi copia pariter ⁊ specie. Qd si quis vł
ꝓpter etatē vel timiditatē permittere se medico ad
sanguinē vllo modo detrahēdum nolit: huic deijciē
da largius aluus est. Aut si id quoqꝫ suspectū habet
alia ratione educēdū superuacuū est. Ac in proposi
ta nobis hactenus natura: alias vacuādi rōnes in-
uenire difficile nō est. Jn alijs cū discretione ⁊ dili-
gēti examine disquiri eas cōueniet. Eā discretioneꝫ
post trademꝰ vbi de ꝓposita boni succi natura tra-
ctationē absoluerimꝰ. Pone em̄ talē hoiem ex mala
victus rōne lassitudine affectū: deinde ex ijs q̄s retu
limꝰ notis: in venoso vasoꝝ gn̄e aparere subesse illi
copiā semicrudoꝝ succoꝝ: in reliquo ꝟo corpe toto
multitudinē hoꝝ quos lassitudo sequuta est. auctꝰ
ꝓterea illi quodāmō ⁊ sanguis esto. Maxime ergo
(vt dictū est) detrahere primo de sanguine opꝫ: dein
de succū illū educere q̄ supare vř. Nō sustinēte autē
hoie sanguinē sibi detrahi: augere deiectionē. Si ꝟo
neutrū admittat: aliā quāpiā rōnē inire: qua maxie
si nō breui ac lōgiore tpe pristinā corpis habitudi-
nē hō recipiat. Qm̄ ergo duo prima sunt q̄bꝰ pmū
intētꝰ sit opꝫ q̄ eiusmodi affectibꝰ medebiť: crudorū
siue etiā semicoctoꝝ q̄ ante sanguinis ꝑfectionē fue
rūt: ꝑcoctio: ⁊ acriū ac mordaciū: q̄ scdi sunt: ⁊ san-
guine posteriores eductio: abstinere eos ꝯuenit ab
oi valido motu. Blāde ꝟo vnctos: atqꝫ oleo ꝑfrictos
perqꝫ suaui lauare balneo: idē i ocio abstinētiaqꝫ hře
atqꝫ etiā somno: si fieri pōt: minime ignorātibꝰ nihil
esse qd eque cōcoquat ea q̄ cōcoqui pn̄t: ⁊ malos suc
cos ꝑ habitū digerat: vt somnus a balneo. Cū igiť
(vt pauloante diximꝰ) primo die expti an facile fini
ta lassitudo sit: siłr grauatū hoieꝫ cernimꝰ: tū mittē-
dus in balneū scdo etiā die est: tū in quiete abstinen-
tiaqꝫ habēdus: eque ꝟo ⁊ si iterum: ⁊ tertio oportere
videris: itidē ieiunū lauabis: quietē ac somnū ipsis
lauationibꝰ interponēs. Cōducit ad somnū non in
postremis ipm quoqꝫ balneū. sunt em̄ q̄ eo sunt vsi
oēs magis ad somnū ꝓpēsi: modo maioris momēti
nihil obstiterit. Adeo tibi somnus ⁊ cā ⁊ signū ꝑ cō-
modū sperate vtilitatis sit: velut ediuerso nō posse a
balneo dormire: nec cā nec signū est cōmodū. Quip-
pe plerūqꝫ redūdātꝭ succi īdicia ex sōno vigilijsqꝫ ce
peris: frigidi nāqꝫ succi marcorē: qd κωμα grece vo-
cāt: ⁊ lōgiore sōnos īducūt: cali ⁊ mordaces: vigilias
⁊ si qn̄ dormiť varijs imaginibꝰ inqetos ⁊ turbatos
sōnos efficiunt: sic vt stati excitēt. Sicuti āt i pmo die
ita etiā in scdo sorbitionē ⁊ minimā ⁊ simplicē illis
exhibebimꝰ. Quippe large ijs apponere q̄bꝰ aufer-
ri potius aliquid debeat: plane est cōtrariū: sicut rur
sus oino nō nutrire ⁊ fastidia stomachi (quas greci

affas vocãt)creat:⁊ eundẽ ledit:⁊ vires labefactat:⁊
malũ succũ adauget. Ergo exiguũ his dãdũ:ac po/
tissimũ si fieri põt:ptissane cremoꝛ simpliciter cõdit⁹
sin aliter:farris eodẽ quo ptissana modo ꝑparatus:
cũ paulo aceti adiecto:pꝛesertim si cruditatis abun/
dãtiam vel in venis vel in toto coꝛpoꝛis habitu sub
esse suspicamur. Quippe si nihil pꝛoꝛsus aceti sit
alice admixtũ:glutinosioꝛ erit quã vt ꝓpositis con/
ducat.itaqꝫ obstruet magis quã detergebit habitus
meatus:qđ tñ maxime petitur in crassis ac glutino/
sis succis:cuiusmodi plane oẽs pituitosi sunt. Ac ho
ni quidẽ succi far ipsum est:⁊ pꝛopterea eiusmodi ꝗ
a vitioso facile securos pꝛestet. Ceterũ nisi lentoꝛ ei⁹
coꝛrigatur adiectis aceto ⁊ poꝛri modico:nõ solum
obstruet:sed etiã nutriet pleni⁹ quã pꝛopositis sit ex
vsu. Hac itaqꝫ de causa ptissane cremoꝛ in hoc casu
tutioꝛ est:vt ꝗ tñ modice nutriat tñ nusquã per an/
gustos meat⁹ hereat:sꝫ ⁊ perme ⁊ ipse:⁊ meatus per
totũ detergeat:⁊ quicq̃d in semicoctis crudis ve suc/
cis cõtinetur crassi:id dissecet ac resoluat. Hoꝛũ ip/
soꝛũ gratia ⁊ mulsa his idonea est:⁊ oxymeli:⁊ apo/
meli:⁊ piper:⁊ gingiber :postremo oĩa ꝗ citra vitiosi
generationẽ succi:humoꝛẽ crassum dissecant soluũt/
qꝫ quoꝛũ materiã latius in sequẽtibus ꝓsequemur.
Ad institutũ ꝟo nunc sermonez: exempli loco posita
sint ⁊ ꝗ iã sunt dicta:⁊ ꝗ nũc dicenda. Frugũ nanqꝫ
maxime apta est ptissana. Olerũ sola lactuca. Pisciũ
ꝗ saxatiles dicuntur. Panis ꝗ ⁊ furno coctus: ⁊ fer/
mẽtatus:⁊ modice purus est. Aues monticole. Potio
oxymeli:mulsa:vinũ tenue:⁊ albũ:semelqꝫ ꝗ boni sũt
succi:eadẽqꝫ detergẽt:nec glutinosa sunt:nec crassũz
succũ efficiunt:nec valenter nutriunt. Que ꝟo vrinã
cient:hoc casu nõ pꝛobo: maxie que pꝛeualentia ex
his sunt:⁊ sanguinẽ calfaciũt ac liquant.quippe qđ
concoquendũ pꝛobe est:huic tanta adhuc vexatio nõ
cõuenit. Hec itaqꝫ oĩa secundo die facienda ad hunc
modũ sunt:atqꝫ etiã tertio quartoqꝫ Ad hec ꝑterea
si tũ lassitudinis sensus leuetur:tũ coꝛpus coloꝛati⁹
appareat:tũ somni quieti:⁊ vrine cõcocte sint:fricare
quidẽ liberalius:exercitare ꝟo parce hominẽ aude/
bis. His ita peractis si nullus lassitudinis sensus ꝑ
terea superfit:ad cõsuetas statim exercitationes ho/
minẽ reduces.sin quicquã appareat pꝛioꝛũ aut sym
ptomatũ:aut notarũ:rursus tu quoqꝫ in id intẽtus
mutare tentabis ea ꝗ particulatim nõ recte habent.
Si itaqꝫ soli⁹ lassitudinis sensus recoꝛdatio superest
ceteris notis oĩbus bene se habentibus: vtiqꝫ apo/
therapie munere lassitudinẽ summouebis.sin autem
turbate note snnt:⁊ veluti confuse:ceterum lassitudo
abest:in quiete maioꝛe seruare hominẽ opoꝛtebit. Si
ꝟo ambo coierunt:eadẽ ratione hominis curã ages
qua pꝛius vsus in eũ statũ duxisti quo etiã exercita/
tionis aliquid tẽtare auderes. Atqꝫ ita quidẽ iã con/
pꝛehenso affectui medendũ censeo. At si in eodẽ ho/
mine reliqua eadem sint:ceterũ in lasso coꝛpoꝛe san/
guis bonus exiguus sit crudi hũoꝛes plurimi: huic
nec sanguis mittendus:nec alui deiectio:aut exerci/
tatio:aut oĩno motus: aut balneum adhibendum.
quippe incisa vena bonum sanguinem emittit:ma/
lum qui in pꝛimis maxime venis circa iecur ⁊ quod
mesenterium vocant colligitur:in totuz attrahit coꝛ
pus. Deiectio ꝟo in talibus toꝛmina ⁊ rosiones creat
animiqꝫ deliquia:cum eo quod nec notatu quippiã
dignum educit:quãdo crudi omnes succi:pigri atqꝫ
ad motũ inepti pꝛopter crassitudinẽ frigiditatemqꝫ
sunt.quo fit vt etiam omnes angustas vias obstruãt
per quas id quod medicamentum deijcit: ferri ad
aluũ:debeat:itaqꝫ nec ipsi educantur:⁊ alijs sint im
pedimento. Id qđ sane Hippocrates illo oꝛaculo ꝓ/
cauit:quo bꝛeuissime pꝛecipit cõcocta medicamẽto
tentanda esse:nõ cruda. Eadem de causa nec exerci/
tare:nec oĩno mouere:sed nec lauare expedit eos qui
in pꝛimis venis crudoꝛum copiam habent. Siqui/
dem omnes id genus motus :succos illos in totum
coꝛpus agunt. Seruandi igitur hi sunt in oĩ quiete:
dandaqꝫ ipsis cibus:potio:medicamẽtaqꝫ sunt sin/
gula eius generis ꝗ attenuent:dissecent ⁊ conficiant
succoꝛum crassitudinem:idqꝫ citra manifestum calo
rem. Nam qui excalfacti vehementius succi sunt:ij
in omnẽ coꝛpoꝛis partẽ feruntur. Ergo nutries hos
maxime oxymelite:aliquando etiam ptissane ⁊ mul/
si exiguo quopiam. Sustinent enim hi victum:si mo
do alij vlli:tenuem:ipsa nimirum crudoꝛum copia:
quos paulatim concoquunt:ad coꝛpoꝛis alimentuz
abutentes. Quoniaz autem pꝛecoꝛdia istiusmodi oĩ/
bus turgida inflataqꝫ sunt ac facile quicquid assum
pserint:inflatum vertitur:nõ inutile fuerit longi pi/
peris aliquid cum cibo dare:quippe quod flatuosi
spiritus crassitudinem soluit:⁊ que in pꝛecoꝛdijs pi
gra cessant:ad ventrem depellit:⁊ concoquendis que
sumpseris subuenit:pꝛo communi piperum ratione
Quod si huius copia nõ est:vtiqꝫ albo vtendũ:quip
pe qđ supꝛa duo reliqua genera vẽtrem roboꝛat. Sin
hoc nõ adest:optimum nigrum petendum est. Id ve
ro fuerit:quod pondere pꝛecellit. Sane vtilius fit ⁊
diospolitico medicamento vti:cuius compositio du/
plex est:alias ex paribus omnibus:cumino:pipere:
ruta:nitro.potestqꝫ ita magis ventrẽ soluere. Alias
cum reliquoꝛũ pari pondere miscetur nitri dimidiũ
pꝛestiterit autem ⁹cuminum esse quod vocant ethio/
picum:piper vero: vel longum: vel album. Macera/
bitur cuminum in aceto maxime acri.dein continuo
id tunditur:aut etiam pꝛius modice frigitur in vase
fictili:qđ coctum in camino ꝗ optime fit. Que enim
exacte penitusqꝫ cocta nõ sunt:hec lutosa potius quã
figlina sunt: ⁊ qualitatum suarum nonnihil medi/
camentis remittunt. Sunto vero ⁊ rute folia modice
siccata. Ut enim si plusculũ siccentur:acria amaraqꝫ
redduntur:⁊ supꝛa quam par est calida: sic si pꝛoꝛ/
sus non sicces:excremẽtitium quẽdam humoꝛem re
tinent:nõdum ex toto concoctum:cuius vitio flatuz
discutere minus possunt. Quatuoꝛ his aliquãdo de
spumatum mel additur:aliquãdo nihil:sed sola sine
melle reponuntur:ac ptissane cremoꝛi:⁊ alijs quib⁹
maxime conuenire videntur cibis inijciuntur. Su/
mitur ⁊ per se medicamentum hoc: ⁊ ante ⁊ post ci/
bum. Poꝛro ad eum vsuz optimum est quod mel ad
mixtum habet:quod vtiqꝫ curiose sit despumatum:
id enim flatum maxime discutit.sit autem opoꝛtet ⁊
mel optimum:si modo quod flatuz discutiet quodqꝫ
maxime dissecet:futurum medicamentum est. Appo
situm sane remedium sic affectis est et quod ex tri/
bus piperibus conficitur:(diatrion pipereon greci
vocant) vtiqꝫ cum non admodum medicamentosum
fit:ex varijsqꝫ confectum:sicuti a plerisqꝫ medicoꝛuz
componitur:mixture cuiusdã ritu quam αιρύκιαν
vocant: aut apri a mirificijs istis coquis conditi:
adeo vt non minimum ijs qui sumpserint nego/

tium sit immixta illi medicamēta concoquere: ami:
sileli: libysticum. ⁊ alia id genus. Cruda eñ minime
qꝫ mutata ab ijs qui ea sumpserint: longo tpe dura
re in vētre intelligūtur. Hec igit̄ subtrahēda medica
mento sunt: preter que hec: heleniū: ⁊ nardispica: ceu
vero nōnulli cōponunt: etiam casia. Expedit autem
preparatum habere ad manum dupliciter: sicut ipse
soleo. Alterū simplex: qd̄ vtiqꝫ ijs dādum est qui pa
rum cōcoxerūt: ⁊ qui recens frigus in ventre habent
⁊ pituitosum succū. Alterū qd̄ medicamentosum ma
gis est: quo maxime vtimur in ijs fluxionibus que
a capite descendūt ad pectus. Verū hoc quo pacto
sit preparandum: alibi dicetur. Simplex illud: quo
ad cruditatis abūdantiam que in primis est venis
vtimur: hmōi est. Ad cuiusqꝫ triū piperū drachmas
quinquaginta: abūde adduntur anisi ⁊ thymi ⁊ gin
giberis singuloꝝ drachme octo: ⁊ simplicissimū qui
dem hoc est. Etiā hoc ipso magis simplex: a quo de/
tractum gingiber est. Alterū vero est qd̄ ex ijsdem cō
ficitur: verū ad cuiusqꝫ triū piperū drachmas quin
quaginta: reliquorum cuiusqꝫ sexdecim drachmarū
inijcitur pondus: nempe anisi: thymi: ⁊ gingiberis:
quo etiam ad proposita vtimur commodissime. De
bet aūt si haberi potest anisum Cretense esse: thymū
aut Atticum: aut plane ex editis locis: ⁊ siccis: cuius
quicquid lignosum est circūciso: coma ipsa vna cum
floribus inijcietur. Esto vero ⁊ piper quod longum
quidem est: integrum: minimeqꝫ foratum: eque vero
⁊ gingiber: nam ambo perforari facile solent. Quin/
etiam nō solum nō perforatū: sed ⁊ verū illud quod
ex barbaris affert̄: piper esto. hic nāqꝫ qd̄ adulterat̄
duplex est. Alterū quod in Alexādria maxime confi/
citur: alterū qd̄ herbe eiusdem germē est. Qua vero
maxime ratione internosci quod adulterinū est pos/
sit: ipse docebo: tātisper prefatus ne quis aut miret̄
aut causam requirat quāobrē vel cōponēdi vel pro
bandi medicamenti hic tradere rationem subijt: qui
in⁊ medēdi libris, nō temere id facere soleā. Siquidē
in illis cum medicis ipsis dūtaxat ago: hic vo etiam
cum alijs vniuersis quos ali communi nomine phi
liatros: id est medicorum studiosos vocant: qui scili
cet in primis disciplinis versantur: quo intelligen/
tiam suam exerceant. Porro his necesse non est: nec
in libris de simplicibus medicamentis: nec in opere
de medicamentorum compositione esse exercitatis:
multoqꝫ minus explorādi cuiusqꝫ medicamenti pe/
ritiam habere. His itaqꝫ prescribi in plenum talia
omnia satius est: sicuti pauloante de longo pipere
tradere occepi. Principio enim experiendum gustu
est: diligenterqꝫ estimandum an piperis qualitates
seruet. postea in aquam mittendum. Nam quod fa/
ctitium est: si per diem totum in humore maceretur:
illico liquat̄: ac soluitur. Si ergo tum piperis ei qua
litas plane inest: nec maceratū resoluitur: sitqꝫ (vt di
ctū est) minime foraminibus pertusū: piper id lon/
gum idoneum iudicabis. Nigrum vero nec exile: nec
rugosum: nec crassi corticis esto: sed ex eo quod pon/
derosum vocāt: id quod tum maximum: tum plenis/
simū est. Itemqꝫ de albo simili modo eligatur quod
maximū est atqꝫ plenissimū. Deinde omnibus simul
tunsis: ⁊ per tenue cribrum trāsmissis: mel optimum
curiose despumatū admisceto. Sane id odorum fla
uumqꝫ preterea acerrimum dulcissimūqꝫ fuerit: tum
crassitudine nec plane crassa: nec liquida: sed que ita
cōtinuitatem suam tuatur: vt si digitū in id demise
ris: post in sublime attollas: quod mellis ab eo de/
fluit: longissima quasi linea sibi continuatū videas.
Coquit̄ hoc recte aut sup carbones: aut ligna cino
arida: que etiam acapna greci vocāt. Hoc igitur me
dicamentum dare cōueniet: nō semel bisve quotidie:
sed etiam sepe. siquidem mane: ⁊ ante cibum ⁊ post:
etiam cubitū euntibus recte datur: cochlearij pleni
mensura: atqꝫ huius quidem: vt paruis parui: ⁊ ma
ximis maximi: ita medijs ad portionē. Preterea etiā
gingiber: quod ex barbaris affertur aceto maceratū
Est id virētis herbe radix a collectu statim in acetū
coniecta. Extinguitur enim eiusmodi medicamento
rum calor circa ipsas primas venas: nec in totū per
fertur corpus: veluti aliorū quorūdā: cuiusmodi id
medicamētū est quod diacalaminthes ppterea qd̄
calaminthen recipit: vocāt: de quo mox vberius age
mus. Idcirco etiā oxymeli his vtilissimū est: vt pri⁹
diximus. Id ita preparari debebit. Cum melli opti
mo super carbones spumam abstuleris: cōijcies in
ipsum aceti tātum: vnde gustāti: nec acidum nimis
nec dulce videbitur. Ac denuo super prunas coques
quoad plane vnite amborum qualitates sint: nec ap
pareat gustāti acetū adhuc crudū. hinc ab igni de/
pones. Cumqꝫ vti voles: aquam ei miscebis: ita ni/
mirum temperans vt vinū. Ergo qui bibet: si nec de
acore ei⁹ queritur: nec dulcedine: assidue eo vtatur:
sin alterutro offenditur: adiecto quo desyderat̄: rur/
sus id coques. Neqꝫ eñ eos pbo qui sub vna qua/
piam mēsura id conficiunt: qui mihi similiter ijs af/
fecti vidētur: qui bibētes oēs similiter aquam vino
miscere cēsent: nō aduertētes: quibusdā vtiqꝫ q̄ dilu
tiori insueuerūt: caput statim si vel pusillo meraci⁹
hauserint tētari. quibusdam qui meraciore delectā/
tur: stomachum: si dilutius biberint subuerti. Cum
igitur in vino tam familiari potione ista incidant:
multo sane magis in oxymelite: vtpote quā vinum
tum minus familiari: tū magis forti: ipsa sequi par
est. Satius ergo sit: ex sumētis gustu: non nostro: iu/
dicium de modo facere: id esse sumētis nature cōue/
nientissimū oxymeli ratos: quod vtiqꝫ est iucūdissi/
mum: proindeqꝫ etiā vtile. cōtra aduersissimū ec: qd̄
iniucūdū. Ipsam tamen primā ipsoꝝ mixtionē quo
plurimis cōueniat: talem esse oportet. Vni aceti par
ti: mellis a quo detracta spuma sit: duplum est miscē
dum. Deinde ambo in leni igni coquēda: donec eoꝝ
qualitates in vnū coierint. ita enim nec acetum am/
plius crudū apparebit. Cum aqua vero statim ita
facies oxymeli. Melli quadruplū optime aque mi/
scebis. dein coques modico igni: quoad spumare de
sinat. Ac malum quidem mel: multam egerit spumā
quo etiam diutius coqui debebit. Optimū vero: vt
breuissimo tēpore coquitur: ita minimū spume euo/
mit: vnde nec pari ei coctione est opus. plurimū cer
te quartā partē eius qd̄ ab initio est inditū amittit.
post vo dimidio aceti adiecto: rursus coquēdū donec
qualitatū omnino sit vnitas: nec acetum crudū etiā
appareat. Cōficit̄ sane oxymeli etiā trib⁹ statim ab
initio mixtis: ad hūc modū. Aceti vni parti additur
mellis duplū: ⁊ aque quadruplū: atqꝫ hec ad tertiā
partē coquūtur: vel etiā quartā spuma interim detra
cta. Qd̄ si valēti⁹ id facere studes: tātūdē inijcies ace
ti quātū mellis. Apomeli optimū aqua cōficitur: bi/
biturqꝫ tota estate refrigerātis vice. Potest vero: cui

id libet:⁊ ad quã ꝓposuimus affectionẽ:eo cõmode vti:potissimũ vbi coacuit:id qꝺ ei sepe ꝯtingit alias magis:alias minus:vt pote ex aqua cõfecto nõ pluuia:sicut mulsa:sꝫ qualibet:quãquã põt q̇ volet:⁊ ex pluuia aqua id cõficere:ipseq; si pluuiam aquã probarem:id suaderẽ. Verũ nec ipsam probo: ⁊ nihilo est deterius si acescit:potissimũ ad ea q̃ nũc sunt ꝓposita. Quinimo mediocriter etiã acet qꝺ saltẽ nõ oĩno incuriose est cõfectum. Sane cura cõficiendi in eo est:vt nec fauus admodũ sit vitiosus:coquaturq; bene in fontana aqua:q̃ ⁊ pura sit:⁊ dulcis. Oportet eĩ expresso a fauis melle:catenus in aqua coquere:quoad nulla inde spuma existat. Ergo tũ hac vtendũ potione est:tũ ꝟo e vinis:ijs q̃ leuiter acescunt. Nutriẽdum ꝑterea cibis est qui citra calorẽ extenuent:cuiusmodi cappari est ex oxymelite vel oleo sumptum ad duos vel tres dies:vt dictũ est. Qꝺ si crudos iã succos satis attenuatos speras:vinũ dabis qꝺ ⁊ substãtia sit tenue:⁊ colore fuluũ:albũ ve:hocꝰ eñi ⁊ ad succi bonitatẽ:⁊ cõcoctionẽ facit:illud vrinã mouet. Sũt ꝟo in Italia prioris generis. Phalernũ ⁊ Surrẽtinũ posterioris Sabinũ:⁊ Albanũ:⁊ Adrianũ. In Asia ꝟo prioris generis Lesbiũ:⁊ Ariusium:secũdi Titacazenũ ⁊ Arsyinũ. Atq; hec exẽpli tãtũ gratia ꝓtulimus. Sũt aũt ⁊ alia multa:tũ in Italia:tũ in Asia:⁊ ceteris nationibus:q̃ his sunt similia. Ex q̇bus facere delectũ cõueniet:ad eas quas diximꝰ notas respiciẽtẽ:nempe colorẽ ac substantiã:crassa ꝟo ⁊ nigra reijcere:vt q̃ tũ malũ succũ gignãt:tũ tarde penetrẽt. Qꝺ si his adhibitis melius habere se senserit:etiã lauare tũ hominẽ debebis:vngereq;:ac molliter fricare:vt ꝟo primũ in vrina subsidentia visuntur(hypostasin vocãt)tũ frictiones augere:tũ ad ꝯsuetas exercitationes paulatĩ reducere. Hoc tpe vnguentis ijs quoq; vtendũ q̃ ꝑ halitũ euocent:de quibus ⁊ ante mentionẽ feci:⁊ in sequẽtibus faciã. Haud quaquã tñ in eiusmodi affectibus vomitu vtendũ suaserim:sicuti nõnullis est visũ tũ medicis:tũ gymnastis falsis(vt opinor)ex ijs q̃ a Philotimo ⁊ Praxagora de eiusmodi succorũ curatione sunt scripta. Nõ eñi cũ lassitudinũ affectus abundant:sed cũ hi soli infestãt:vomitus eos expellit:quippe cũ nullũ periculum sit ne intro violentius reuellatur aliq̃d eorũ excrementorũ q̃ in carne cõstitere:queadmodũ certe est cũ ambo redundant ⁊ in primis venis cruda:⁊ in solidis mordacia. Caueri eñi in talibus satius est vtrunq; reuulsum:⁊ foras crudorũ ⁊ intro mordaciũ. Sicuti igitur in superioribꝰ cauimus ne crudi succi foras traherẽtur ita ne mordaces reuocentur intro:est vtiq; cauendũ. Summe ꝟo eorũ quorũ occasione foras ferantur:he sunt:exercitatio ⁊ frictio:⁊ balneũ:⁊ fomenta calida:⁊ vnctio calfaciens:tũ ex animi affectibus iracundia:⁊ vno verbo oĩa q̃ succos qui alte in animãtis corꝑe sunt mersi:ad motũ quoquouersus irritãt. Quorũ ꝟo occasione intro ferantur:ea sunt q̃ vtiq; prohibent foras ferri. talia sunt ex ijs q̃ cuti ꝓpinquãt:⁊ que frigida sunt:⁊ que adstringũt:ad hec quecũq; succos introrsus attrahunt: aut alias quoquo modo ipsorũ intro motũ excitãt:quorũ sunt tristitia:⁊ horror quacũq; de causa ortus:(quippe cũ et ex calida causa ⁊ frigida tum horrorẽ gigni: tum etiam rigorẽ qualem supra descripsimus est ostẽsũ) preterea que auditu visuve animo aut stuporem aut horrorẽ incutiũt. Hec itaq; omnia deuitãda tũ sunt cum idẽ homo pariter ⁊ lassitudinem sentit:⁊ venas habet crudis succis refertas. Nã neq; q̇ extra sunt recte intro reuocãtur:neq; q̇ intus sunt foras:imo q̇ foris sunt:leuiter educẽdi per habitũ sunt. Siquidẽ que vehemẽtius id faciunt:etiã eorũ que intus sunt aliquid attrahũt. Qui vero intus sunt:ij attenuandi coquẽdiq; sunt. Qꝺ si vel vomitu eos vel alui deiectione educere violẽtius tẽtes:vtiq; eorũ qui foris sunt aliquid intro rapueris. Neq; accusandus Philotimus est si tali vsus expulsione est:vbi citra vllum aliũ affectũ crudorũ abũdantia in primis venis constitit. Quin potiꝰ nosipsos assuefacere par est:vt veterum scripta diligẽtiꝰ inspiciamꝰ. Ergo q̇bꝰ intus crudi succi copia est: ⁊ foris lassitudinis sensus: ijs hyssopũ in nullo coquẽs nõ statim nec prĩo die: sed in sequentibus dabis:vomitu ꝟo abstinebis:veritꝰ (vt diximꝰ)ne q̇d excremẽti externi intro rursum reuocet. Praxagoras ꝟo ac Philotimꝰ rõnabilr̃ post eiusmodi mulsũ vomitum ꝓbant:ꝓpterea qꝺ crudos citra lassitudinem succos curant. Ceterũ qm̃ de his abũde dictũ est:tẽpus monet reliquũ aggrediamur affectũ:in quo cũ vlceroso sensu etiã crudorũ copia in corporis habitũ est recepta. Accidũt hec i ijs maxime negotiorũ circũstãtijs:in quibus aut calor: aut immodicus labor crudos succos a venis in carnem rapit:idq; ijs qui nullam ad presens recẽtẽ cruditatem contraxerũt. Quippe hec si adsit vniuersum ita corpus crudis occupabitur. Cuiusmodi affectꝰ curatio etiam post a nobis dicetur. Verũ qm̃ compositũ omne posterius simplici est:prestat(arbitror) reliquum simplicem affectum prius expedire ac deinde ac cõpositos venire:quãquã ne hũc quidẽ omnino simplicẽ est arbitrãdũ:sꝫ vt inter lassitudines sua spõte ortas simplicẽ. Proposito nãq; nobis affectu q̇ lassitudinẽ excitat:adijcimꝰ illi reliquo. Sꝫ qr ĩ mixtione alias simplex vnaq; affectio addit̃ alias ꝯpositα ita simplicẽ appellauimꝰ hãc de q̃ nũc agimꝰ. Esto igit̃ crudi succi copia ĩ solidis animalis partibꝰ nõ ĩ venis:cui accedat vlcerose lassitudĩs ĩ ijs ipsis affectꝰ. Quippe talis erat is de quo inter initia sermõis loq̇ institueramꝰ. Sicuti igit̃ in quorũ venis:⁊ ꝑcipue in primis:crudorũ copia erat ijs esse ea calidis cauendũ censuimus:veriti ne eiusmodi succi in habitũ corporis ꝑtraherent̃:ita nũc id timere nõ opꝫ. Ergo dãda his sunt q̃ vel ad cutiꝫ vsq; calorẽ suũ trãsmittãt: fricãdũq; largiter oleo qꝺ relaxãdi vim habet:ac potissimũ mane cũ surgunt a somno. Nam ea frictio simul cõcoquit crudũ succũ:simul corporeã molẽ animantis nutrit. Quiescendũ ꝟo post hec diu est siquidem probe sint cessura. Sane multo euidẽtius efficiant cuius gratia fiũt:si homo exiguum cibũ pridie sumpserit:nec aliud a cena bibat quã vinũ qꝺ fuluũ sit ac tenue. Nec ꝟo illico exercitandũ assidue ⁊ vehemẽter est:necubi imprudẽtes crudo adhuc succo nutriri corpꝰ cogamꝰ. Vtilius itaq; fuerit mane largiꝰ fricare:⁊ post id diu quiescere:ac modice inambulare:tũ denuo multa vti frictione:⁊ balneo modice calido:ꝑterea alimẽtis q̃ ⁊ boni sint succi:⁊ minime glutinosa. Eorũ materia supra iã dicta est:vbi ptissanã ad talia laudaui:⁊ pisces saxatiles:⁊ aues mõticolas. Apti cibi sũt ⁊ q̇ attenuãt:de q̇bus scripsimꝰ vno libro. Nec ẽ qꝺ verearis ne calorẽ vehemẽter accẽdas quinimmo medicamẽ qꝺ diacalaminthen vocãt:audacter dabis. Est ꝟo compositio eius hmõi. Accipe

calaminthes.⁊ pulegij:⁊ petroselini:⁊ seseleos:cuius qꝫ vncias duas:seminis apij:cacuminū tymi:vtriusqꝫ vncias quatuor:ad hec libystici vncias.xvi.piperis vero octo ⁊ q̄draginta.Ac piper quidem grauis esto ponderis:qđ βαρυςταθμον vocant.Seseli vero Massiliense:petroselinum Macedonicum:huius qꝫ p̄cipue Astreoticū.Calaminthe ⁊ pulegium:potissimū ex Creta.Sin minus:certe ex regionibus editis ⁊ siccis.Simili ratione ⁊ thymū.Atqꝫ herbarū q̇dez q̇cq̇d lignosum durū qꝫ est:id abijciendū .accipiēda vero ad medicamentū folia:atqꝫ ex his maxime que subtilissima virētissimaqꝫ sunt:atqꝫ ī summis herbis nata.Ad hec flores:⁊ q̄ cū ijs sunt vna minutissimas tenuissimasqꝫ festucas:hec oīa simul tūdēda cribranda:q̄ sunt tenui cribro.Quippe eiusmodi medicamēta in totū corporis habitū maxime digerūtur:veluti e diuerso crassiora in ventre herēt:vt q̄ angusta venarū oscula subire nequeāt.Quāobrē etiā medicamentū qđ diospoliticon vocant:cuius in hoc libro mentionē feci:crassius facere soleo quoties deijcere aluū ꝑ id studeo.Quidā vero id nō intellegēs:cū tenuissimū minutissimumqꝫ instar pollinis fecisset:vt aluo deijciende nihil cōtulit:sed vrinā plane multā mouit:mecū rē cōmunicauit:mirās ac sciscitans euētus eius verā cām.Ipse enim arbitrari se aiebat hominis intemperantiā:(nā ita appellabat)eius qđ inciderat:cām esse.vt ꝟo ꝓpriā cām didicit esse cōpositionis rationē:postmodū aliterqꝫ cōposuit:meliore successu.Ac huius q̇dem precepti in omnium medicamentorū compositione meminisse expedit:propositū vero in p̄senti medicamentum:omnia prorsus subtilia postulat:quo facile in omnem corporis partē digerātur: ferantur qꝫ.Miscendū vero his ita preparatis est mel optimū curiose despumatum.Porro vsus eiꝰ erit post matutinā frictionē:anteqꝫ exercitationē et balneū.Licet ⁊ sine admixto melle siccū medicamentū reponere:eoqꝫ salis vice ad opsonia preparati vti Licet ⁊ in ptissana veluti acetū inijcere:vel in eiusmodi aliq̇d pro pipere.Nō modo aūt siccū ipsum medicamentum:salis ritu in vario est vsu : sed etiam cum melli est admixtum.Siquidem id quoqꝫ potest cum aliquo cibo mixtum sumi:ita vt iucundum vtenti sit.Post cibum tamen nunquam nec hoc medicamentum nec aliud vllum quod ad distributionez vehemētiorem facit:sumendum est.Non enim distribui tuz sed concoqui que sumpta sunt:est vtilius . Melius itaqꝫ sit ijs qui externo aliquo presidio ad concoctionem egent:hoc tempore exhiberi diatrion pipereon simplex:cuius cōpositionē ante exposui.Quinetiā ipsum piper potioni inspersum:percōmodū est ad eadē q̇bꝰ agimus.qđ siqua fortasse maior necessitas inciderit:etiam quod ex succo mali cydonij conficitur:cuius oēm compositionē viresqꝫ diligenter insequentibus explicabimus.Verū ad ea que nūc agimus: omniū q̄ mihi cognita sunt optimū medicamētū est diacalaminthes.Nā ⁊ crassa lētaqꝫ attenua:⁊ ꝑ halitū educit:⁊ vrinas mouet:⁊ mulieribꝰ mēses.Est aūt vsu quoqꝫ iucūdissimū:presertim cū liberaliꝰ mel accepit.quo tēpore coq̇ largiꝰ postulat.Qui ꝟo auersātur dulcia:⁊ mel fugiūt:(nā eiusmodi quoqꝫ nōs iuenias)ijs parū ī cōpositiōe miscebis.Sane meliꝰ his quoqꝫ fuerit si largius coq̄t.Nā ⁊ minꝰ est eo pacto dulce:⁊ minꝰ stomachū corꝝ q̇ a melle abhorrēt: subuertit.Atqꝫ oīa q̇dē hmōi:vel ante nostrā admonitione sibi ipsi q̇s excogitabit:vnū scilꝫ vbiqꝫ destinans: nēpe vt quoad fieri lꝫ:iucūdissimū fiat medicamētuz sed:tamen viriū eius vtilitate seruata.Nō eīm hanc:dum dulcedini studet̄:solui iubeo.Ubi igit̄ circiter duos vel tres primos dies ita p̄paratus homo est: nō incōmodū fuerit etiā cōsuetis cū exercitationibꝰ admouere:animaduersus prius tū coloris bonitate tū alijs notis q̄ in p̄cedentibus sunt cōprehense.Nā si oīa commode se habere vident̄ :plene exercitādus est.Si minꝰ:etiā ante mediocritatē desistet:ac in priꝰ dictis:tū victu:tū medicamētis:eo die habēdꝰ:postridie rursus exercitationi dādus:superijsdē tū notis: tū scopis:vt cū oīa ex sentētia:cōmodaqꝫ appareāt: ad eādem victus rationē reuoces cui ante insueuitqꝫ lassitudinis symptomate vrgebat̄.Qm̄ vero ⁊ acopo:qđ ex abiete fit:vti expedit ijs qui in carne ⁊ tota corporis mole succos congesserunt qui aut concoqui desyderent:aut per halitū digeri:non ab re fuerit eiꝰ quoqꝫ compositionē apponere.Est igit̄ abietis pulcherrimū semē circa Arcturi emersum:quo tempore Rome septēber mensis est:apud nos vero Pergami Hyperbereteus:Athenis mysteria.Id semen conijcere oportet in oleū quolibet anni tempore.Nullū eīm in ea re discrimen est.Melius tm̄ fuerit si id contundas priusquā inijcias: qm̄ ita citius oleū sua qualitate vique inficiet.Erit id spatium dierū minime q̄draginta.Nos vero sepe ⁊ tres: ⁊ quatuor:etiā multo plures menses macerari permisimus . sic deinde semē abiecimꝰ.humidū vero linteo percolauimus. Esto ꝟo eius generis oleū:cui relaxandi vis inūt:cuiusmodi in Italia sabinum est.Conijcies aūt in quinqꝫ ⁊ viginti heminas eius seminis modiū italicum. Esto aūt ⁊ hemina ipsa italica:quā vtiqꝫ ⁊ librā nomināt.Ubi vero maceratū in eo semen fuerit: multo plane minus redditur.Ei igitur qđ reliquū est:idoneus cere modus erit si quatuor libras immiseris: resine ꝟo abietine libre vnius partē tertiā.Id equat drachmas trigintaduas.Inijcies vero ⁊ pine resine tātundem.Qđ si harū copia nō sit:earū loco terebinthina vtēdū.Coques vero cōmodius hec in vase duplici:aut certe igni lēto:q̄lis prunarū est:q̄ tm̄ nec ipse multe esse debēt.Medicamē hoc aptissimū est ad omnē lassitudinē:seu sponte ortā:seu alia q̄uis ratione contractā.Utile sane medicamētū est⁊ qđ ex populi floribus fit:Id tale est:Ex floribus populi adhuc cōniuentibus modius Italius in q̇ndecim aut viginti libras sabini olei immittit̄.Si id p̄sto nō est:simile aliqđ p̄parandum oleum est.Dictū vero in precedētibus est simile esse quodcunqꝫ tenue est:nec vllā adstringendi vim hꝫ.Magis vero ad rem pertinebit ⁊ si modice contritum ipsum florem in oleū conijcies. Quod si quotidie medicamētum dimouebis:id que potissimum cum sol feruebit:ac in domo calida repones:celerius ita magis que tum qualitas populi:tū vis oleum migrabit. Itaqꝫ post binos ternos ve mēses potes flore expresso:atqꝫ abiecto : habere oleum quod sine vlla morsione per halitum digerat:id que nihilo minus quam abietinum .Quinetiam cere et resine tantundem inijcere licet quantum paulo ante in idꝰ quod ex abiete confici diximus.Siquando ꝟo humidum id quod exprimitur : crassius videbitur : sat fuerit vel quintam partem cere adijci : nedū q̄rtam.Ego vero etiam sextam me addidisse scio:vbi et oleum crassum erat affectum : et qui vsurus erat : le

quisdiore medicamento delectabatur. Nonnulli diu
macerari tū flores tum semina non ferentes: partim
ea percoquere in oleo coguntur: partim aquā inijcere
vtiq; qui cautiores sunt: quo videlicet nec torrean/
tur que sunt iniecta: nec oleū vstionem odore referat.
Qui vero his magis sunt curiosi: in duplicibus ij va
sis coquunt. hoc fit cum in lebete in quo sit aqua fer/
uens: inseritur exiguū vasculum: in qđ fundi oleum
dz. Id qđ sane nos facim⁹: non tamen ad semina flo
res ve coquendos: (q̇ppe hac coctiōe minime egem⁹
ꝓpterea qđ ea diu maceramus (sz tū cū in conficiē/
do medicamātocerā ⁊ resinas liq̄re in lebete param⁹
Qui vero celerius ea preparare cogitur: hūc necesse
est ⁊ vt predictū est precoquere: ⁊ ne torreantur: aquā
vinū ve inijcere. Atq; ad ea quidē de q̇bus nunc agi
tur: vtilior aqua est: vinum vero ad podagricos affe
ctus: ⁊ vno verbo articulares. Porro sufficit tantulū
aque admisceri: quantū coquendo totū vanescet. Is
modus erit: si quadruplū eius aut quintuplū oleum
sit. Ergo ⁊ hec medicamenta succos quicunq; nō cra
ssi nec lenti in carne cute que resident: euaporent: ⁊ ad
hec qđ ex chamemelo fit oleum: tū ipsum solū: tū ve/
ro cera resina q̄ adiectis. Quorū modus hic quoq;
satis erit idoneus: si cere pars quarta: resine duode/
cima sit immixta. Si cui vero nullius horum que me
morauimus oleorū copia sit: huic anethinum ꝑpa/
rasse est facillimum. Potest vero ⁊ id medicamentum
per halitum digerere: siue solo eo: siue cū cera ⁊ resina
que vtare. Danda vero opera est vt in vase duplici ⁊
anethinum coquat᷑. vtiliusq; fuerit si anethum viri/
de sit. Qđ vtiq; si quo tēpore requiris: competet: ma
turum id esto. Iam sampsychinum oleum: hyeme et
regione frigida: ac tempestate simili: idoneū medica/
mētum est. Habeto vero cerā ac resinā id quoq;: si ꝑ/
sertim manere id sup vncto corpore diutius studes.
Simili ratione rosmaris herba oleo incoquēda. Qđ
si nec ea sit ad manum: bete albe radix: ⁊ cucurbite
agrestis: ⁊ althee: ⁊ vitis albe: efficaciter euaporant
vbi suam ipse qualitatem vires que in oleo aliquo si
milis facultatis dimiserunt. Quodcunq; vero sic ꝑ/
paratū oleum est: in id si vel ceram solam: vel cum ea
resinam inijcere voles: non solum pulcherrimum: sz
etiā qđ in loco bene herebit vnguentum facies: Abū
de autem omnino erit: si cere quartam partem: resine
duodecimam inieceris. Si vero etiā duas resinas inij
cies: nēpe abietinam: ac pineam: quā strobylinez gre
ce vocāt: aut tertiam super has terebinthinam: aut
etiam he si desint: humidam pini resinam: sic quoq;
medicamentum feceris quod euaporandi vim ha/
bet. iam he si desint: aut ea que in fictilibus habetur
resina miscenda: aut quā phrycten greci dicunt: id est
frixam. Nec ignoro tamen has supradictis imbecil/
liores: ceterum non omnino contemnendas. Cū vero
reliquus lassitudinis affectus sit: in quo supra vlce/
rosum sensum copia crudorum in toto corpore cōge/
sta est: de hoc quoq; dicendum est. Nec est inuentu
difficile quēadmodum emēdetur: siquis ea que dicta
sunt: sequatur. Si eīn vbi in primis venis crudi suc/
ci copia est: dissecādum nobis eū esse: cōcoquendū q;
diximus: cauentibus semper ne in habitū corporis
traducatur: vbi vero in extremis venis ⁊ corporis
habitu resedit: et concoquēdū pariter ⁊ per halitum
resoluēdū: nimirū q̇bus ambo inciderūt: in ijs ambe
ratiōes sunt miscēde: atq; id: si q̇dē pari noxa vrgere

videbūtur: equali vtriusq; respectu. Sin alterū ꝑgra
uat: vtiq; totius curationis studio in id ꝓpenso: nec
tamē altero qđ minus est: neglecto: Miscebis autem
vtriusq; curationē: ad hunc moduz. Non enim ab re
fuerit exemplo aliquid de hoc egisse. Suasimus ijs
q̇bus in primis maxime venis crudi succi cōgesta co
pia est: simplici diatrion pipereon medicamento vti.
Ergo si nō mō in his: sed etiam in oībus venis sit:
superq; in ipsa carne: in principio curationis ipso
diatrion piperēō vtēdū: sed cui admixtū petroselini
tantū sit: quantum anisi: ⁊ thymi: ⁊ gingiberis habe
bat. post primū vero diē: magis que etiā post secūdū
miscendum eidem est aliquid diacalaminthes. Mox
vero partes eque miscende: procedēte: deinde tempo
re: ipsius dia calaminthes plus addendū. Ad extre/
mū vero etiam solum exhibebitur. Ad eundem mo/
dū ⁊ in reliq̄ omni victus ratiōe: quoties pares affe/
ctus sunt: miscende eorū medendi rationes sunt: sed
ita tn̄: vt inter initia potiores medēdi partes ijs pre
stētur que in primis cōtinētur venis. In fine vo: ijs
que in carne. Medio inter hec tēpore ambe ratiōes
eq̇biliter miscebunt᷑. Hec igitur ⁊ predicta a me sunt
⁊ patere iam arbitror q̄ ratione corrigere oportet qđ
peccatū in succis est: priusquā hominē morbus oc/
cupet. Ex ijs eīn que in vlceroso affectu retulimus
cū adiunctus vitioso succo est: ratiocinari licet ⁊ de
alio quouis cum solus cōstiterit. Ac de primo q̇dem
lassitudinū genere: in quo punctionis quidē sensus
omnes animalis ꝑtes infestat: ac ceteris vitiosi suc
ci redūdantijs: q̄ corpori vel sole: vel cū lassitudine ac
cedūt: ferme diximus vniuersa. De ea vero lassitudi
ne que a nobis tensionis est appellata: deinceps aga
mus Atq; hanc q̇dē cum citra exercitationem cōstite
rit abundantiam indicare aliquam: que solidas ani
malis distendat: tū alijs q̇busdam probatis visum
est medicis: tū nō in postremis Erasistrato. Vbi ve/
ro sanguinis redūdantia grauat: dictū (puto) supra
est optimū esse vel venā incidere: vel malleolum scari
ficare. Resumēdus vero idē ⁊ nunc sermo est: vel Era
sistrati cā: qui nec in alio quouis: neq; vo in hoc affe
ctu sanguinis detractione est vsus. Ac qđ in saluber
rima quidē nā: de qua sermo habetur: sz alia quoq;
ratiōe eiusmodi redūdantiā emittere: dictū supra est
In vitiosis nanq;: in q̇bus videlz vel in cerebro: vel ī
spiritus instrumentis excrementū substitit: quātum
discrimē aditur si sanguinis detractione omissa: alia
vacuandi ratiōe vtare: dicet᷑ alicubi in sequētibus li
bris: vbi de vitiosis corporū statibus agemus. Sz ⁊
dictū iam est in libro quē de sanguinis missione scri
psimus contra Erasistratū. quo minus hoc loco lon
gior de his habendus sermo est: sed ad reliquum et
tertium lassitudinis genus: cū sponte oritur: trāseun
dum: quod in superioribus phlegmones similitudi/
nem representare diximus: ⁊ propter doloris magni
tudinem: ⁊ quod cum euidenti calore etiam muscu/
los in maiorem molem attollat. Hec lassitudo ne pau
cis quidem horis: nedum duobus tribus ve diebus
eodē tenore consistit: (prout Erasistrato placet) sed
statim febrē accendit vehementissimā nisi sanguinis
detractione malo prius sit occursum. Quin etiā cali/
dissimus est in hmōi lassitudine sanguis: ei⁹ q̄ pluri/
mū detrahi postulāt q̇ ea premuntur fere oēs. Nos
pauci vero eorū febricitāt etiā si sanguinem detraxe
ris. Itaq; nec cunctari: nec parum detrahere conue/

nit:sed ⁊ mature educere:⁊ nisi quid aliud vetat:ad
animi defectum vsq;. Optimū v̄o fuerit:bis eodem
die:si fieri potest detrahere. Ac primū quidē ita mit-
tere expedit:vt animi defectuz homo nō adeat. Scdo
vero ne defect⁹ quidē ipse est formidādus. Quippe
qui priore detractione resolutus est secūdam sustine
re haud poterit. In hac vero si quid tale homini in
cidit:facile reuocabitur. Qui v̄o sic affecti sanguinē
nō miserint:hi si euaserint:vtriq; fortune beneficio id
acceptum ferēt. Sed nec euadent:nisi alia quapiam
ratione leuentur:aut sanguinis e naribus profluuio
aut largo sudore effuso. Porro estimare diligenter
oportet qui sanguinē sunt missuri:in thorace ne dor
so ⁊ lumbis tēsio pulsansq; dolor figat: an in capite
potius ⁊ collo. His eñi affectis humeralē venā diui-
des:maxime si repletū caput ⁊ calidum sentiūt:illis
vero internaz. Si vero omnino equabiliter lassitudo
corpus occupat:ambarum mediam. Ac si ab incisa
quidem vena febrire ceperint:alteri⁹ est artis his ꝓ
spicere. Sin aūt tum nō febricitēt:primo die post in
cisam venam aut ptissane cremorem aut sorbitionē
ex alica solum dabis. Secūdo vero etiā lauare licet
cum copioso oleo. nutrire vero: tāetsi laueris:plane
10 moderatissime debebis:lactuce si placet aliquid offe
rens:vel(si sit)cucurbite ⁊ ptissane. Est ⁊ alica non
inutilis:siue hāc aceto vt ptissanā cōdias:siue etiam
sine aceto. Si cucurbite copia nō sit:malua betaq; et
lapatho ⁊ atriplice est vtēdū. Qd si carnē quoq; gu-
stare velit: saxatiles pisces vel oniscos in albo iure
bene elixos dabis. Voco ius albū cū sine garo:ma-
gisq; ēt sine supuacua cōditura eiusmodi καρυκείαν
greci vocāt:preparatur anetho saleq; cū oleo ⁊ por-
ri exiguo in aquā cōiectis. Vino aūt vtiliter etiā ipo
secūdo die parcet. tertio vero si quidē aque potionē
facile toleret:tūc quoq; vino abstinebit. si non ferat:
potissimum quidem apomeli dabis. quippe leuiter
refrigerat ea q̄ potio:quo vtiq; indigēt q̄ phlegmo
nes sensum habēt lassitudines. Hoc si nō sit:album
et tenue vinum offeres: aliaq; pro ratione exhibe-
bis:que vt boni sint succi:ita minime calfaciāt. Ca-
uēdū vero preter cetera est ne ꝓpere ⁊ multū:nō sen
sim ⁊ paulatim renutrias. Quippe q̄ post huiusmo
di exinanitionē ad pristinā dietā protinus redeunt:
ijs corporis habitus crudis succis impletur: quos
nimirū anteq̄ cōcocti cōmode in vētre venisq; sunt:
corporis moles ad se rapit. Et hec quidē lassitudo
cōmodissime ad hūc modū curat. Quā autē ob rem
in ijs qui hac premunt:iterari sanguinis detractio
nem iubeā:nec hos multuz ac simul reficere:satis ꝓ
fecto fuerit vel Empiricoꝝ causam reddere:nēpe qđ
⁊ magis iuuātur quibus sic est emissus:⁊ bona vale
tudine diuti⁹ fruunt qui sicut cōprehensuz est:sunt
tractati. Ceterū ⁊ que ex natura rei ducitur rationē
appposuisse nō sit alienū. Quoniā igit ī hac q̄ veluti
phlegmone fatigat lassitudine:vis calide sanguinis
congesta in corporis molle est:vene autem sectio suc
cos e vasis emittit:vtile est post priorē detractionem
tātisper intermittere:dum aliquid eorum qui in cor
pore sunt humores: remigret ad venas. Qđ tamen
qm̄ cōmittēdū nō est vt in his maneat:vtpote ex di-
midio corruptum:sed potius plurimū eius expella
tur:idcirco detractionem sanguinis etiā secūdo die
iteramus:aliquādo v̄o ⁊ in tertio:vbi videlicet ⁊ re-
20 uellere:⁊ ex alijs in alia trāsferre visum est cōducere.

Dictum v̄o de omni eiusmodi ratione exactius est
in ijs que de sanguinis detractione scripsimus:que
nunc ideo recensendi locus nō est:qđ ⁊ ad medēdi ar
tem magis pertinet:⁊ in hoc ipso fortassis opere ple
nius de sanguinis missione sumus acturi. Reliquū
ergo est vbi docuerimus nō esse a sanguinis missiōe
festinātcr reficiēdum:hic librum hūc finiamus. Pre
sumetur autem ⁊ ad huius sermonis fidem:quiddā
qđ in opere de naturalibus potentijs est demonstra
tum. Ibi enim ostendimus:omnibus ijs que ꝓpria
natura reguntur vim quādam esse insitam qua simi
les quibus alantur succos possint attrahere. Demō
stratum preterea est:vbi proprio ⁊ cōmodo nutrimē
to destituunt:vrgeri vel non cōmodum rapere:Tale
porro est qđ nondū in ventre venisq; cū coctum est.
Ergo necessum est cum homo largius se cibis imple
uerit:eo casu crudi succi plurimū in corpus anima-
lis rapi: idq; multis de causis: ⁊ quod deterius in
ventre venisq; cōcoquitur quod copiosius est: ⁊ qđ
multum in corporis molem:ideo subit: quia multū
superest:⁊ qđ citius etiaz quam par est:ꝓpterea qđ
venter venis:vene reliquis omnibus animalis par
tibus rapi qđ nōdum cōfectum est:permittunt. Qđ
adeo non facerent:si id exiguū esset qđ ipse haberēt.
Demonstratum est enim partes ipsas ex alimento
primum sua portione frui:mox ceteris trāsmittere. 30
Ergo vltima precipuaq; noxe causa est ijs qui sic
sunt affecti: quod que in corporea animalis mole
habentur partes:vbi multum semicoctumq; attraxe
runt nutrimentum:non paruam excrementorū vim
ex ea re cōgerunt:cum neq; perinde ac si bonū esset:
concoquere id omne valent: neq; etiam vt cum cor-
pore coalescat:⁊ assimiletur efficere:imo parum pro
spere singulas functiones obire post vitiosum mul-
tumq; nutrimentum par est. Similiter enim his eue
nire necesse est vt ventri cum abūdātia male prepa-
rati cibi est refert⁹. Male preparata voco:q̄ elixari
torrerive debētia:iustum in his finem non sunt con
secuta. Ergo siue panis non satis est coctus:siue ca-
ro legumen ve intra modum elixum: fieri nequit vt
hec venter probe concoquat. Eadem vero ratione se
habent ⁊ que in ventre male sunt confecta:ad secūdā
concoctionem que agitur in venis:qua male prepa-
rati cibi:ad cōcoctionem que est in ventre. Quinetiā
que in venis male sunt cōcoctā: sic se habēt ad cōco-
ctionē que agit in carne:quēadmodum se habebant
cibi ad eā que est in ventre:⁊ que ex hoc subeūtia:ad
eam que est in venis. Ergo nec vēter externa q̄ sum-
psit:exacte cōcoquit:nec vene hec q̄ a vētre excipiūt.
Sed nec carnes que ex venis:vbi probe ante nō sunt
cōfecta. Atq; interim excremēti copiā in corpe ꝓue-
nire est necesse. Ac rem quidē omnē:vt breuissime li-
cuit iam diximus. Qđ si quis dictorū cuiusq; certā
ex demonstratione sciētiā cepisse velit: is librum de
naturalibus virtutibus legat:in quo primū illud li
quido demonstratū est:ventrem sua ipsius causa nu
trimentū suscipere:vt eo tum fruatur:tum quod sibi
desit suppleat. Eoq; amplecti id vndiq; ac retinere
totū quoad se satiauerit. Secūdo illđ eūdem vbi ali
preterea nō desyderat:imam sui partem (πυλωρὸν
greci vocāt:id est portā)recludere ac qđ ciborū sup-
fuit exprimere:pessumq; ceu alienum onus trudere.
Deinde quod in ipso trāsitu per intestina:ac potissi
mū tenuia vene q̄ huc pertinent:alimentum ad se ra 40

priu͂t qd̄ ex mora quā in vētre habuit: ⁊ alteratū: ⁊ tanti mali magis idoneū est effectum: mox in ipsis venis quoq͡ȝ ab alia in aliā traditur: ad eundē modū quo ex ventre in venas. hinc vero iā plane cōfectum in singulas pertrahitur animalis partes: vbi tertiam cōcoctionem nactū: ipsi alendo corpi assimilat. Hec si q̄s ex eo libro colligat: nihil est qd̄ cām amplius requirat cur multi habitu corporis exinanito: nisi sensim renutriantur: plurimū excrementorū in toto eo congerant: atq͡ȝ ex his non leuiter egrotent.

¶ Galeni De sanitate tuenda Liber Quintus: Thoma Linacro anglo interprete.

Quintuȝ de sanitate tuenda librum ingrediens: si qui forte erūt qui prolixitate operis nostri grauabuntur: hos primū solari volo. Non eñi nostra id culpa euenit: sȝ ꝓposite rei natura. Si enim fieri potest vt qui breuibus longam contemplationem absoluit: nihil necessarium omittat: fateor errorem: meum ceu nulla necessitate ambages secutus sim. Sin clarius simul breuiusq͡ȝ differi de ijsdem non potest: nemo nos merito accuset: sed ipsos potius qui eorum que necessaria sunt: non pauca pretereunt. Est vero illud simul ex maxime necessarijs: simul veluti elemētum totius artis que valetudinem tuetur: ꝙ numerose hominum sunt nature: prout in confesso est omnibus tum medicis tum gymnastis. Quorum tamen plurimi ita de valetudine tuenda scribunt: quasi de vno homine agant: idq͡ȝ ne vno quidem ostenso quē prius iuuerint: quanq͡ȝ non vnum: sed multos: quos morbis prius assiduis implicatos: ipsi postea multis annis in sanitate sua opera seruassent: Indicasse: ac sic ad scribēdū accessisse par erat. At nos ipsis rep effectis id ostendimus: ⁊ ijs qui prius assiduis premebantur morbis: inde adeo quod sanitatis preceptis paruissent: in omni integritate seruatis: sic demum de ipsis scribere sumus aggressi. Quippe alios exercitari in totum vetuimus: istis videlicet exercendi corporis causa susceptis: ac solis vite actionibus contentos esse suasimus. Alijs de multitudine exercitationum demere aliquid iussimus. Ut totum breuissimis complectar: alijs qualitatem tantum: aut ordinem: aut tempus: alijs vniuersam earum mutare speciem iniunximus. Eq͡ȝ vero de balneis precipientes: vtiq͡ȝ quod aut omnino his supersedenduȝ esset aut sepius quam ante vtendum: aut rarius: aut ante cibum tantum: aut etiam post cibum: aut calidioribus quam ante: aut magis tepidis: aut frigidioribus: prorsus omnis morbi expertes multis annis reddidimus. At nihil horum facere licuisset si neq͡ȝ naturales corporum differentias compertas habuissem: neq͡ȝ debitam cuiq͡ȝ salubrem victus rationem. Nonnulli vero ex ijs qui de sanitate tuenda literis produnt: aut etiam sine scriptis de ea precipiunt: ne seipsos quideȝ defendere a morbis perpetuo potuerunt. Ita cum a cauillantibus tum alia quedam: tū vero versus ille obijcitur. ἀλλων ἰατρος, αυτοσ ἕλκεσι βρύων: (id est: Alijs medens: at ipse vlceribus scatens) alij id negocijs imputant: alij ob intemperantiam se egrotare fatentur. sed horum magis improba me iudice defensio est: quā ipsum quod obijcitur crimen. Qui vero ijs q̄ in vita incidunt: causam tribuunt: siquidē diaria febri laborant ex estu: frigoribus: lassitudine: alijsq͡ȝ id genus occasionib⁹: hos vīdicare a culpa decet. sin alia qualibet minime. Quippe nec ipsi oīno sine febri exegim⁹: imo ex lassitudine nōnunq͡ȝ febricitauimus: nullū alias morbū multis iā annis experti. Quinetiā percussus certis corpis partib⁹: vnde alij phlegmonis bubonibusq͡ȝ cōtractis febricitarunt: ipse nūquā phlegmonē bubonem: ve sensi: nec febri laboraui: nō aliunde certe quā ex seruande sanitatis arte tāta cū moda cōsecutus: cū alioqui nec salubrē corporis statū ab ortu ipso sim nactus: nec vitā plane liberā sortit⁹: sȝ in quatū artis officijs seruierim: tū amicis: cognatis: ⁊ ciuibus: i plurib⁹ inseruierim: tū plurimā noctium partem: nōnunquam egrotantium ipsorū causa: semper autem dulcedinis studiorum gratia peruigilauerim nec tamen vllo sensi me corporis morbo tentatum multis iā annis: excepta (vt dixi) diaria quādoq͡ȝ febri (q̄ tñ ⁊ rarissime: nec nisi ex lassitudine incidit) quāuis in puerili etate: atq͡ȝ etiā tū in ephebia: tum adolescentia: morbis nec paucis: neq͡ȝ his leuibus premerer. Sed post octauū ⁊ vigesimū annū: cū persuasissem mihi esse cōseruande sanitatis rationē quādam: preceptis: eius ꝑ totā deinceps vitā parui: ita vt ne minimo morbo post laborarim nisi forte (q̄ tñ rarius incidit) diaria febri: cū alioqui liceat hanc quoq͡ȝ in totū effugere si quis liberaȝ vitā sit nactus veluti in superiorib⁹ iā ostēdi: fietq͡ȝ si quis animuȝ aduertat: etiā clarius in his que mox dicam. Illud enim affirmare ausim: ne bubone quidem laboraturos eos qui preparati ad sanitatē ad vnguem sint: si modo eorum corpus ab vtroq͡ȝ excrementorum genere vacet: ⁊ eo quod in quātitate cōsistit: ⁊ eo qd̄ in qualitate. Atq͡ȝ ad eos quidem qui nunc sanitatis tuende precepta dicto scripto ve profitentur: vel hec satis arbitror. Prioribus vero: quosq͡ȝ nec seipsos extra morbum perpetuo: nec eos qui ipsis paruissent: seruasse aut aliorum relatu audiuimus: aut ipsos in scriptis suis tale quippiam iactare ausos: ne contradicendum quidem cēseo. Mirā dum certe potius arbitror si quis eorum vniuersam sanitatis tuēde artem vno libro complecti est pollicitus: presertim nō (sicut Hippocrates) in primis ⁊ summis capitibus methodum indicans: sed sicut nos: omnia rationib⁹ firmans. Ac prolixitatis quidem sermonum nostrorum causa iam dicta est. Quisquis autem honesti ꝓhiq͡ȝ studiosus est: ac ꝓ ijs que optima sunt diligēs: hunc decet non tam artis huius longitudine grauari: quam magnitudinem eorum que promittit suspicere. Nam qui queso non magna illa mirandaq͡ȝ artis opera sunt: si cui non ab ipso ortu imbecillum corpus fuit: hunc ⁊ ad plurimam perduxisse senectutem: ⁊ sensibus illesis: ab omni prorsus morbo doloreq͡ȝ alienū atq͡ȝ integrum perpetuo seruasse? Ego vero etiam nōnullos quibus salubre admodum firmumq͡ȝ natura corpus erat: vidisse mihi videor per multis morbis afflictos: ac postremo immedicabilibus malis in senectute salteȝ oppressos: quos tamē fas erat (qd̄ ex naturali habitu fuit) tum sensibus oībus illesos: tū reliquis corpis partib⁹ sanos: ad vltimam vsq͡ȝ durasse senectutē. Quonam igitur pacto turpe nō fit: q̄ optima natura sit ꝑdit⁹: hūc ob podagram ab alijs gestari: aut calculo iā cruciatū: ⁊ colo

⁊ vlcere in vesica ex cibis mali succi contracto dolori
bus contabescere? Quomodo rursus non turpe sit
propter articularem morbũ: suis ipsius manibus vti
non valentem: alienis egere quibus ori cibos admo
ueat? Cui que sedes infirma est: eo qui in deiectione
subministret? Satius eñi sit: si cui vllũ omnino pect⁹
est: sexcenties male mori: quam tali vita viuere. Qd̃
si quis tam impudens simul delicatus que est, vt tur
pitudinẽ suã negligat: at dolores quos noctes dies
que ex vitijs suis sustinet. non aliter quã qui a carni
ficibus torquẽtur: certe contẽnendi nõ sunt: tametsi
certe hec oĩa vel intemperantie vel ignorantie vel vtri
q̄ imputẽt oportet. Verũ intemperantie corrigende
hic locus non est. Ignorationi eorũ que agenda sunt
hoc opere (vt spero) medebimur: scilꝫ pro quauis cor
porũ natura: propria sanitatis tuende ratione appo
sita. Initiũ vero mihi rursus ab optima natura iu-
stũ erat: ad cuius curationẽ omne consilium dirigit̃:
nõ eo vt corrigatur: sed vt in statu suo seruet̃. Id qd̃
ipsi hactenus fecimus: q̃ de ea per singulas etates p̃
ter inclinantẽ (paracmasticen greci vocant) egimus.
Cuius extrema pars seniũ ꝓprie dicit̃: ipsum quo-
q̄ in suas partes diductum: vt post dicemus vbi ea
pars artis tradet̃: q̃ de senibus curandis agit: gero
comicen greci vocant. Verũ nũc saltẽ p̃cipuis eorum
que dicta sunt repetitis: ad vitiosas corpoꝝ naturas
trãsibimus: ac quẽadmodũ cuiusq̄ earũ seruari va-
letudo possit: trademus. Ergo optimum corpus ad
sui custodiam hec in q̃litate: quantitate: ⁊ facultate po
stulat. In exercitationibus: que moderate mediocres
que sunt: que que singulis corporis partibus: equa-
biliter sint adhibite: id que omni vitato excessu: aut
sicubi in quoquã dictorũ sit erratum: errore correcto.
In edendorũ vero bibendorũ: que nã: similiter in q̃-
litate: quantitate: ⁊ facultate: hic quoq̄ scop⁹ esto ip
sa mediocritas: vt nec plura nec pauciora capiat quã
que vbi cõcocta distributa q̃ in corpus sint: idem q̃
bñ nutrierint: ac si opus sit gliscentibus adhuc: me-
diocre quippiaꝫ adiecerint: nihil relinquent qd̃ vel
superuacuum sit: vel deficiens. Ad eũdem modum in
somno: vigilijs: balneis: animi actionibus: ⁊ alijs id
genus: mediũ omnis excessus seruari debebit. Quod
si in aliquo sit erratũ: corrigendus error est. Porro
omnis corrigendi erroris cõmunis esto scopus: con-
trarij excessus vsurpatio: ita vt si plusculũ pridie fa-
tigatũ corpus est: demas aliquid de exercitationum
modo. Sin minus iusto se exercitauit: vt exercitij mo
dũ augeas. Eodem pacto si cõcitatiore motu est vsũ
vt hunc modice remittas. Sin remissiore: vt intẽdas
Simili modo si robustior motus precessit: vt ꝓ hoc
mitiorẽ iniungas. pro leuiore contra qui valentior
sit: ⁊ pro languido vehementem: ⁊ pro vehementi cõ
trarium: ⁊ vno verbo: vt omnẽ excessum contrario ex
cessu corrigens: in sanitate hominẽ custodias. Vt au
tem corrigendo non erres: primum corporis affect⁹
ad vnguem scire oportet: deinde omnium eorũ que
priore die facta videris: meminisse. Nam affectus q̃-
dem quod delictum sit docebunt. Recordatio eorum
que pridie sunt acta: quantum tibi a consuetis rece-
dendum sit: insinuat. Atq̄ in affectibus quidem eius
modi excessus videas: quod aut gracilius: obesius:
aut durius: aut mollius: aut siccius: aut humidius:
aut rarius: aut densius corpus quam ante apparet:
cũ eo etiã qd̃ nec naturalem coloris gratiã ad vnguẽ
seruat. Memoria vero factorũ: ⁊ qd̃ peccatũ est osten
det: ⁊ prout corrigetur: ex presentium collatione do-
cebit. Nam si gracilius redditũ corpus sit: estimare
oportebit: atq̄ ad memoriã reuocare: plus ne quam
par erat: exercitando fatigatus homo sit: aut cõcita-
tiore motu vsus aut fricando lauando ve modũ ex-
cessit. Ab his mox cõsyderare: nimia ne cogitatione
sit vsus: aut nimiũ vigilauerit: aut per aluum longe
plura iusto deiecerit. Expendi etiã debebit: nũ dom⁹
in q̃ versatus sit: calidior fuerit: aut parcius comede
rit vel biberit: aut veneri liberius indulserit. Sin obe
sius visum corpus sit: nũ frictio mollior aut exerci-
tium parcius aut tardius: aut somnus longior: aut
venter adstrictus: aut ciborũ copia optime cõcoctoꝝ
precesserit. Si vero durius quã ante corpus appa-
ret: primum frictionũ meminisse oportet: mox robu-
starũ exercitationũ an he robuste: ⁊ cũ cõcertatore du
ro desante q̄ preierint: ad hec an in puluere: coq̄ du
ro ac frigido: ⁊ an citra apotherapiã. Dein balnei: an
videlꝫ hoc plane frigidum fuerit: an nimium calens.
Preterea domus in qua dormiẽs vigilans ve versa
tus est: num frigida. Item que ciborũ siccitatis: ⁊ po-
tionis penurie. Sin mollius quam prius: postridie
corpus videatur: primũ quidẽ frictionum meminis-
se conueniet: an molles: ⁊ cũ pinguitudine: ⁊ balneis
leniter tepidis sint adhibite. Ab his reuocari ad me-
moriam debebit an exercitationes tarde ⁊ exigue cũ
concertatore immodice molli precesserint. Dein an
potio vberior fuerit. Mox an cibos plures: aut natu
ra hũidiores acceperit. Postremo an multũ dormie
rit. Proximus molli corporis affectui est humidus:
hoc differens: qd̃ mollis ipsorum corporũ propria q̃
litas est: humidus qui in eo continẽtur humorũ. Di
scernuntur hi tactu. Nã humidus affectus cum ma
dore cutis est: mollis sine hoc: quanquã est profecto
⁊ molle corpus humidũ suis ipsius partibus. Cete-
rum pro doctrine claritate: hoc molle vocet̃: alterum
humidum. Ac siccus q̃dem immodice corporis affe-
ctus habitum statim durum reddit. Non tñ cũ mol-
litie necessario coniunctus est humidus affectus. po
test nanq̄ durata caro esse: et tñ mador sudor ve e cor
pore emitti. Atq̄ in humecto quidẽ corporis habitu
vel ex intepestiuo veneris vsu: vel alia quapiã ex cã
de virium imbecillitate suspicio est: vel corporis rari
tate ex immodice mollis frictione: vel nimio balnei
vsu: vel aere domus vbi versatus est: quam par erat
calidiore. Habenda preter ea est ⁊ de potione consy-
deratio: an ea vberior fuit. ⁊ de somno: an is maior
quã pro nature ratione. Et de aere ambiente: num se
non sensim: sed simul totum in humidum calidum q̃
mutauit. Et de cibis pari modo. In teneritudine ve
ro siue mollitudine (vtroq̄ eñi modo consuetudo ap
pellat) cum vtiq̄ sine humiditate fuerit: concoctum
probe nutrimentum esse: ⁊ corpus nutritum: sed exer
citatum diminutius esse: putandum est. Contra in
duritie aut duriter perfrictum esse: aut nimium exer
citatum: id que cum duro concertatore et in pulue-
re: iudicandum. Siccitas vero habitus: penuriam
potionis cibi ve: aut vigilias: aut vite solicitudinẽ:
aut multam frictionem: aut exercitationem immodi-
cam indicat. Hec itaq̄ consyderans corrigere erro-
rẽ quotidie poteris priusquam inauctus error cura-
tu difficilior euadat. Semper aũt memineris excessũ
oẽm cõtrario excessu esse emendandũ quippe omniũ

que preter naturā incidunt:omne huc cōsilium cura-
tionis dirigitur. Quare si huic precepto:etiā corpo-
rum quibus preficeris dignoscendorū peritiam ad-
ieceris:⁊ singulorū remediorū facultates adiunxeris
vniuerse iā artis que corpori hominis tuendo dica
ta est:peritus fueris:cuius ope nō sanis modo suaȝ
valetudinem tueberis:sed etiā ijs qui egrotant:pri-
stinū statum restitues. Atq; optimū quidem corpus
cuiusmodi sit:dictū iam est. Qđ ab huius perfectio-
ne defecit:scire licet tribus id de causis defecisse :aut
ꝙ statim in vtero vitioso statu fuit:aut ꝙ qualibet de
causa in nō naturalē affectū post concessit:aut etatis
ratione. Omnia vero corrigenda per contrariū exces
sum sunt. Senium enim:vt de hoc primū agam:frigi
dū siccum:que est: veluti in libro de tēperamētis est
ostensum. Corrigitur id per ea que calfaciunt ⁊ hu-
mectant. Talia sunt balneum dulcis ⁊ calide aque:⁊
vini potio:preter ea ex cibis quicunq; humectare et
calfacere natura possunt. De exercitatione vero:fri-
ctione:⁊ omni motu:(ab his em̄ cepisse est satius.nā
recte illud dictum arbitror:Labor cibū p̄cedat)hec
scire licet poetā ex parte verum dixisse:Ut lauit:sum
psit que cibū:det membra sopori. Nanq; h:c iusta se
ni.non tn̄ in hoc totum esse positum. Postulat enim
senum:non secus quā iuuenū corpus:dimoueri:cum
insitus alioqui calor extingui in his periclitetur. Nā
50 corporū que in florente etate sunt :non desunt que
q̇etem postulant:de quibus Hippocrates prodidit.
Senū vero nemo quietē ex toto postulat:sed nec exer
citium vehemens. Ceu enim ventulo quodam exci-
tari; accendi que calor eorum desyderat:vehementio
re autem motu deijcitur. Ac magne quidem flamme
eius quod ita accendat:minime egent:cum satis ip-
se sibi ⁊ ad tutelam sint:⁊ vt materie dominentur. Er
go nec a somno mane fricari desyderāt omnes q̇ egro
tant:sicuti senes:cum eiusmodi frictionis que cū pin
guitudine adhibetur:duplex scopus sit:nēpe vt vel
lassitudinis affectum sanet priusquā inauctus febrē
accendat:vel imbecillam distributionis vim excitet.
Nam multos quorum corpori longo tempore nihil
ex alimento accessit:(ατροφοῦντασ greci vocant)
eiusmodi frictiōe adhibita:facile paucis diebus car
ne impleuimus. Uerum quod alijs ex affectu certo
in tempore incidit:id senibus adest perpetuo :quip-
pe quorū omne corpus frigidū est:nec potens alimē
tum ad se trahere:atq; id probe conficere:ex eoq; nu
triri. Sed frictio cū ⁊ vitale robur excitet:⁊ modice cal
faciat:efficit vt ⁊ distributio nutrimenti sit facilior:
⁊ nutritio promptior. Hac victus ratione ⁊ iuuenes
non pauci qui ex eo qđ alimētum his distributuȝ in
corpus non est:emaciati sunt:carnis incrementū re-
ceperunt. Et senes plane omnes fructū nō paruum
senserunt. Atq; hec quidem vna senibus veluti exer
citatio fit mane administrata:nempe fricatio cū oleo
post hāc inambulatio gestatioq;:que tamē sint intra
lassitudinem:⁊ ex senis viribus cōiectate. quarū cau
sa de cibis potione que non pauca prius diximus:
nunc de exercitationibus quoq;:exempli causa q̄daȝ
ponemus:de quibus hec in superioribus didicimus
Quod acuta exercitatio(sic enim vocant cuius cele-
res motus sunt)corpus tenuat.cōtraria crassum red
dit.multa corpus siccat. mediocris obesum prestat.
Dictū est ⁊ de ceteris oīb⁹ exercitationū atq; etiā fri-
60 ctionū differentijs. Uerū exercitatiōis forme que se
nibus vtiles aliene ve sint:tū ex corporis totius affe
ctu:⁊ consuetudine:tū vitijs ipsis que infestant intel
legentur. Ex totius corporis affectu :ad hunc modū:
Nam optimi status corporis:de quo hactenus ser-
monē fecimus:sicut in iuuentute ad vehemētissimos
quosq; labores idoneuȝ maxime est:ita in senecta se
habet ad oēs mediocres. Qđ v̄o aut crassis crurib⁹
est:aut lato pectore:aut cruribus vltra quam par est
gracilib⁹:aut quod exiguo est thorace:aut admodū
angusto:aut valgiū est varū ve:aut alio quouis pa-
cto a mediocritate recedēs:id ad plerasq; exercitatio
num ineptum est. Quippe vitiose figure thorax:i ijs
que per vocem administrantur:offendit̃. Crura vero
per inambulationem leduntur. Ad eundē moduȝ de
manibus:collo:humero:lumbis:coxis:⁊ tota spina:
mihi dictū intellige. Quicquid enim ex his parum
rite ab initio conditū est:id sane exercitando imbecil
lū potius quā firmū reddit̃:nisi si cui moderatos mo
tus imbecillis mēbris modicas exercitationes nemi
nare placet. verū ita de nomine magis quā de re lis
fuerit. Senibus vero que precipua ad sanitateȝ exer
citia sunt:hec per valentiores corporis partes sunt
obeunda:quippe cū quibus reliquae simul mouētur
exercentur que. Quinetiā cōsuetudo maximā vēdicat
partē ad exercitationis speciē deligēdā. Nam que cō
sueta sunt:vt minime lassantia quos exercent : etiam
delectant:sicuti ediuerso que insueta sunt:tū displi-
cent:tum vero lassant. Porro quibus operibus arte 70
opus est:ea ne attingere q̇dē senes debebunt:non ti-
bia:non tuba sonare:non cithara:non magis quam
que in palestra geruntur:q̇ luc:e sunt ignari . Senes
igitur omnes cōsuetis laboribus sunt exercendi:sed
tn̄ vehementia eorum remissa. Tertium quo dirigit
qui exercitationis formā prescribit:ab affectione su-
mitur:omnis quidem etatis cōmune:non tn̄ parem
vbiq; vim obtinēs cū nec parem vbiq; noxam negle
ctum inferat. Quos enim ex leui cā vertigines:(scoto
mata greci vocāt)comitiales morbi:grauis ophthal
mia:vel aurīū dolores male habent:his inclinato ca
pite dorso ve:aut humi volutatis exercitari non ex-
pedit:imo tum ambulatione sepe:tum cursu medio-
cri:⁊ū gestatione in vehiculis :citra fatigationē vti.
Simili modo nec quibus tonsille(q̄s paristhmia gre
ci vocant)aut vitia q̄s antiadēs appellant :aut an-
gine facile incidunt. Nec quibus prompte incolumel
lā:gingiuas:dentes:deniq; partē aliquā ex ijs q̄ cir
ca collū aut totū caput habentur:fluxiones procum-
bunt. Quippe nonnulli dimidio capite infestantur.
greci ημικρανα vocant. Alijs tendones(quos greci
tenōtas vocāt)ex leui q̄libet cā dolent. Quorū nemo
exercitationē sustinet q̄ caput impleat:sed sunt hisoi
bus:que per crura geruntur vtilia:sicut ediuerso q̄
imbecillis sunt cruribus:his superiorib⁹ partibus
exercitari est satius:chironomijs:acrochirismis:di-
sci iactu:halterꝝ vsu:preterea his oībus q̄ in palestra
humi exercent. At quorū medie crurū brachiorū que
partes opportune offensionibus sunt:ijs quoduis
exercitationū genus idoneū fuerit:mō ne reliquarū
cōsyderationū vlla ꝓhibeat. Que tn̄ circa thoracem
partes sunt:magis inferiorū exercitatione iuuant̃. q̄
circa vesicā ⁊ renes:superiorū. lienis:ventriculus :te
cur:intestina:⁊ colon:sicuti in medio superiorū infe
riorū q̄ sunt:ita se ad exercitatiōes habēt. Frictiōes
tamen partibus infirmis quo tempore laborant: 80

admouere

admouere nõ cõuenit. vbi sane sunt: cõuenit vel ma/
gis quaz alijs: ⁊ potissimũ siccas: q̃s ⁊ ꝑ linteũ: ⁊ so
lis manib⁹ liberaliter adhiberi expedit. Quinetiã q̇
certa periodo redeũt q̇busdã partib⁹ dolores: hi ne
fiant: nõ parua ex eiusmodi frictiõe cautione cautio
est: si medio tẽpore: ꝓcipueq̃ si duas vel tres horas
ante accessionẽ adhibita sit: firmãtur eñ ee partes: ⁊
cõsuetas fluxiones minus admittunt. Atq̃ hec qui/
dem nõ senũ modo: sed ⁊ qui aliã quamlibet etatem
agunt: omnia sunt cõmunia. Nõ exercitari vero im/
becillis partib⁹: solis senib⁹ suadeo. Ex ceteris: quã
to quisq̃ remotior a senio fuerit: tãto illi magis exer
citanda pars infirma est. Quod vtiq̃ ⁊ quo clariora
que dicimus sint: exẽplo prosequi nõ grauabor. Fin
gere corpus aliq̃d ex ijs que adhuc augescunt: graci
libus esse cruribus. huic picari crura cõducet: ⁊ mo/
dice fricari: ⁊ cursu vti potius quã alia quauis exer/
citatione. porro preficiei quempiã opz qui modum
in motu prescribat: quo neq̃ intra quã expedit exer/
citetur: neq̃ adeo vltra vt lassitudinẽ sentiat. Id tam
etsi nõ in exercitationibus modo: verumetiã in alijs
oĩbus difficile intellectu sit: nos certe facile esse osten
dimus in ijs saltẽ que ad salubrẽ victus rationẽ per
tinent. Neq̃ eñ in his preceps occasio est: sicuti in
morbis: imo vbi a tutissima in singulis mẽsura ince
peris: ⁊ simul q̃d ex ea secutũ est estimaueris: licz vel
addas aliq̃d quotidie: vel detrahas: ac q̃d omissum
est corrigas: veluti statim de ijs quib⁹ gracilia sunt
crura. Ipse nanq̃ cũ aliquando traditũ mihi trede
cim annorũ puerũ: toto augmẽti tẽpore ad ea q̃ pre/
dixi precepta curassem: reddidi iuuenẽ concinnũ: le/
gitimiq̃ modi. Nã primo die illitũ prius his: dein/
ceps vt soleo: pice: iussi currere: nec celeriter: nec mul
tũ. Secundo die frictione que in qualitate quidẽ eẽt
dure mollisq̃ media: in quantitate vero exigua: atq̃
hac cũ pinguitudine adhibita premollitũ: iussi pau
lo plus currere quã prius: nõ tamen celeri⁹. Ab ipso
vero cursu ea que apotherapie debetur frictiõe sum
vsus. Iussi ꝟo cotidie ambulare: sed inter initia mo
dice: post vero modũ augere. Estimabam quoq̃ in
cruribus tũ alia: tũ precipue venas tũ amplius in/
creuissent quã pro crurũ bene alẽdorũ ratiõe. Quip
pe id graue est: ⁊ q̃d tẽpore fluxiones humorũ adsci
scit: tũ valgos facit: haudquaquã bonũ habitũ cru/
rum. Ergo nõ huic modo note te esse attentũ cõuenit
sed ⁊ illud obseruare: nũ calidiora iusto reddita cru
ra sint: num lassitudinis quippiã sentiãt. Nã si nihil
horũ apparuerit: augeri tum ambulationis moduz
tum cursus oportebit: atq̃ etiã alternis diebus pica
ri. Sin aliquid eorũ cernitur: tũ ⁊ crura nõ pro con/
suetudine deorsum ac prona: sed cõtrario situ: id est
sursum habita in lecto collocare cõueniet: ⁊ copiam
omniũ que dixi minuere: minus currere iubere: fri/
ctione inferne sursum vti. Hec faciens: vbi naturalẽ
plane habitũ crura receperunt: rursus ad eũ quẽ ce
pisti remediorũ vsuz redibis: aut exiguis eorũ incre
mentis vsus: aut etiã eundẽ perpetuo modũ seruãs.
adhibebis ⁊ quas rotũdas frictiones vocãt: (he me
die sunt durarꝫ ac molliũ) alias a superiorib⁹: alias
ab inferioribus partibus incipiens. Aliqñ vero et
puluere prius inspersis cruribus: oleum infundes:
mox fricabis. Esto vero puluis qui appellatur pin/
guis. Sane ita appellant in quo nec asperꝫ quippiã
nec acre subest. Quippe extenuat potius quã carnez
auget: quisquis aut pumicosaz asperitatẽ: aut nitro
sam salsamve acrimoniã in se habet. Sicut vero cras
siora quidẽ crura sunt: brachia vero cubitiq̃ graci/
lia: huic omnia que per manus fiunt exercitia: sunt
petenda: fugienda vero que cruribus obeuntur. fri/
ctiones tamen ⁊ picationes simili modo fiãt: aliaq̃
que de exercitijs crurũ iam diximus. Neq̃ eñ par/
ua in ipsis differentia est: alijs omnino ad motuz in
ualidis: etiã si septuagesimũ etatis annũ nõdũ atti/
gerint: alijs multo his robustioribus: qui etiã supra
octogesimũ sunt nati. Ergo qui imbecilliores sunt:
hos gestatione potius quã inambulatione dimoue/
bis. validiores vtroq̃ genere exercitabis: agesq̃ ad
secundã frictionẽ vtrosq̃: nõ tamen similiter: sed sem
per imbecilliorẽ citius. Nã id quoq̃ ex maxime cõ/
munibus preceptis esto: Vbi imbecille vires sunt:
crebra exiguaq̃ frictione vtendum. vbi valide: rara
multaq̃. Sed hec atq̃ alia vt dixisse quidẽ est facil/
limũ: ita preesse senis sanitati tuende: sane est difficil
limũ: eque vt eorũ qui ex morbo conualescunt. Por/
ro hanc artis partẽ appellant iuniores medici grece
analepticẽ: quasi refectricẽ dicas. Illã que senũ sani
tati prospicit: grecocomicẽ. Vidẽturq̃ hi ambo affe
ctus nõ esse exacta plane sanitas: sed vel morbi ⁊ sa/
nitatis affect⁹ quidã medij: vel oĩno eius sanitatis
nõ esse que firma cõstansq̃ sit: quam καθ ἕξιν appel/
lant: sed eius potius que fallax incertaq̃ sit: quã isti
κατὰ σχέσιν nominãt. Ergo siue morbũ: siue mor/
bosum quendã affectũ: siue mediũ quiddã sanitatis
morbiq̃: siue κατὰ σχέσιν sanitatẽ: senium appel/
les: huiusmodi questiõibus cũ his nos leuissimi ho/
mines petunt: pro nihilo habitis: scire licet senilis
corporis statũ: qm̃ ex leui momento in morbũ deci/
dit: simili ratione ijs qui ex morbo cõualescũt: in vi/
ctu esse curandũ. Quare dictu quidẽ facile est seni ex
pedire mane oleo vngi: ac fricari: ceterũ apte hec ope
re peregisse: oĩno difficillimum est. Nã durior paulo
frictio lassitudinẽ affert: premollis vero inefficax est:
sicut etiã que exigua omnino est. At multa magis ꝑ
halitũ digerit: quã ad nutritionẽ ꝑducit. Iam locus
ipse vbi corpus senis nudatur: si frigidior est: nõ so/
lum nihil affert cõmodi sed etiã densat ⁊ refrigerat.
Sin iusto calidior est: hyeme quidẽ vbi rarius corp⁹
effecit: frigori obnoxiũ reddidit. Estate vero ⁊ per
halitum exhaurit: ⁊ vires deijcit. Qui enim καθ ἕξιν
sani sunt: ijs ne vehemẽs quidẽ causa corp⁹ alterat.
Seni vero vel minima causa maxime mutatiõis oc/
casio est. Silr̃ igiť se habet in cibi tũ qualitate: tum
modo: quippe in quib⁹ senes si breue quippiã trãs/
gressi limites sint: nõ leuiter ledũtur: cũ iuuenes vel
ex maximis erroribus minimuz noxe sentiãt. Ergo
tutius est imbecillo seni exiguũ dare ter die: sicut An
tiochus medicus solit⁹ est se cibare: iã quidẽ annos
natus plus quã octoginta: ac quotidie ad forũ pro/
grediẽs: in eũ locũ vbi cõciliũ ciuiũ cõuenerat: inte/
rim etiã lõga via ad egros inuisendos pergẽs. Cete
rũ domo in forũ quasi triũ stadiorũ spatiũ pedibus
cõfecit. Quo etiã modo infirmos si quos ꝓpe habe/
bat: inuisit. Lõgius ꝟo si quo erat eundũ: partim ge
status in sella: partim vehiculo vehebatur. Erat aũt
ei domi domuncula quedã que hyeme calebãt cami
no: estate citra ignẽ: bene ac tẽperamentũ aerẽ habe/
bat. In hac mane oĩno fricabatur tã estate quã hye/
me: vtiq̃ deiecta prius aluo. In foro aũt loco aliquo

circiter horā diei tertiā vel ad summū quartā sumpsit panē cū attico melle plerūq; cocto rarius crudo Postea partim cū alijs cōmentans partim ipse sol⁹ aliquid legens ad sextā vsq; horā perseuerabat. Ab hac tum in publico balneo fricabatur: tū vero exercitabatur aptis scʒ seni exercitationibus: de quarum forma paulo post agemus. Mox lot⁹ prādebat mediocriter: primū ijs sumptis que aluū deijciūt: post hec maxime piscibus vel quos saxatiles vocant vel qui in alto mari degūt. Rursus in cena a pisciū esu abstinuit sed boni succi aliquid ac qđ nō facile putresceret sumpsit vtiq; aut far cū mulso: aut auē ex iure simplici. Atq; hac quidē victus ratione Antioch⁹ in senio vsus: sensibus illesis: mēbrisq; oībus integris ad extremū durauit. Telephus aūt grāmatic⁹ prouectiore q̄ Antiochus etate fuit: vt qui centū fere annos vixerit. Is vero hyeme bis mense lauabatur: estate quater: medijs harū tēporibus ter. Quib⁹ vero diebus nō lauabatur: ijs circa tertiā horā vnctus est cū exigua frictiōe. mox mel optimū crudum alice in aqua cocte permixtū esitabat. eoq; solo contentus pro ientaculo fuit. prandebat septima hora: aut paulo citius: primū olerib⁹ sumptis: deinde piscibus gustatis: aut auibus. vespere aūt tm̄ panem ex vino mixto edebat. Sane vinum sicuti pueris est alienissimū: ita senib⁹ est aptissimum. Esto aūt id ex ijs que calidioris nature sunt: qualia sunt in Grecia quidē ariusiū: ⁊ lesbiū: ⁊ qđ mysiū vocāt: nō ex ea Mysia que ad Istrū est: sed ex ea que Hellespontia dicitur: que nimirū in nostra est Asia Pergamo vicina. Ex italicis vero: phalernū ⁊ surrentinū. proxima his sunt in italia quidē tiburtinū: ⁊ signinū: ambo vetera: qm̄ nouella nec deductionē nutrimenti in corpus adiuuāt: nec vrinas promouēt: sed diu in vētre fluctuantia permanēt. Scđo ab his loco sunt adrianū: ⁊ sabinū: ⁊ albanū: ⁊ gabrianū: ⁊ tripbylinū: preterea omnia aminea que in italia nascuntur: ⁊ circa Neapolim: ⁊ in Tuscia. Ceterū mysiū surrentino similes vires habet: phalerno vero: qđ e Tmolitis est optimū. At sabino ⁊ adriano titacazenū ⁊ ariusium sunt similia. Ergo de his modice antiquatis bibendū senibus est: vtiq; quibus valentius caput nō est. Quibus aūt est: ijs ⁊ phalernū: ⁊ surrentinū: ⁊ ariusiū: ⁊ lesbiū: ⁊ mysium: ⁊ tmolites: idonea sunt. Ergo in omni regione ad predicta exempla deligere sibi quisq; idoneū poterit: huc vcʒ omni cōsilio vini pro senibus deligendi directo: vt in substātia sit tenuissimum: colore qđ Hippocrates κιρρον id est fuluū appellare solet. poterat autem ⁊ ξανθον idest flauuʒ id appellare. cōmodū vero vinum est ⁊ qđ ωχρον grece: idest pallidū dicitur: vtiq; qđ medio colore est inter flauū ⁊ albū. Quippe si flauū albo miscere libeat qđ ex ambobus cōfit: pallidū euadet. Etiā aque admixtū flauū: eiusmodi colorē reddit: verū pro maiore minoreve aque modo alias pallidum: alias veluti qđ grece ωχρολευκον idest ex pallido albicās: vel qđ ωχροξανθον idest ex pallido flauū apparet. Calidissimū ergo ex iam dictis: si colorē spectes: flauuʒ est: minime vero calidum: albū. Que media inter hec sunt: prout alterutri magis accedunt: ita vim ei⁹ exhibent. Vnū igitur illud maximū senibus cōmoduʒ ex vino accedit: quod omnia eorū membra calfacit. Alterum: quod per vrinas serum sanguinis expurgat. Itaq; etiam optimum id senibus est quod hec maxime prestat. Porro idest quod substātia quidem tenue est: (quippe vrinas mouet) colore aūt flauuʒ. proprius cm̄ is est precalidorū vinorū color. Itaq; etiā que valde ab initio alba sunt: si inueterauerint: flauitiem quandā cōtrahunt: vnde primū pallidula: mox vero plane pallida fiunt. Quod si longissimo tēpore seruentur: ex pallido flauentia cernuntur. Nā vt omnino flaua fiant que alba vina sunt: fieri certe nequit. Que vero ex pallidis aut flauis vinis: substātie pinguis sunt: hec ⁊ sanguinē augent: ⁊ corp⁹ nutriunt: quo fit vt ea vtilia senibus interdum sint: vtiq; quo tempore nec serosam humiditatē in venis habent: ⁊ ali liberalius desyderant. Plurimū tamē qui hac sunt etate: ijs vinis indigent que vrinas cient: propterea quod aquosum excremētum in ipsis abūdat. Que vero diu in ventre morantur: eorum sane nullum aptū seni est. Eius generis sunt ⁊ amineū a Bithynia: ⁊ ex italicis mursum: ⁊ signinū: ⁊ tiburtinum: quoad vcʒ sunt nouella. Verū hec omnia alba sunt: nigra vero reliqua: quorū crassa: que quidē adstringunt: ea longo tempore in ventre manent. ⁊ fluctuationes in eo excitant: veluti qđ in Cilicia nascitur sybates: ⁊ quod in Asia natum egausien vocant: ⁊ perperimū. Que vero citra adstrictionē nigra crassaq; sunt: qđ genus sunt scybelites ⁊ thyreū: ea min⁹ in vētre morātur: vrinas tm̄ nec ipsa mouēt: sed deorsum properant. Itaq; etiā ante cibū illa sumūt. Ceterū ea senibus vtilia nō sunt: nec cū prebibunt: nec multomagis alio quouis tēpore sumpta: veluti nec aliud quicquā quod crassum efficiat succuʒ. quippe obstruuntur his iecur: lienis: ⁊ renes. Vnde fit vt senum qui his liberalius vtuntur: alij aqua intercute alij calculo laborent. Si quis ergo senum dulci vino vti a balneo velit: vbi mane comederit: sicuti Antiochum solere diximus: huic optimū phaustianū phalernū fuerit: aut si eius copia nō est: simile aliquod. Porro similia fuerint q̄ dulcia simul ⁊ pallida sunt. proxima his sunt therenū ⁊ cyrienū. Nō vetem etiā nec ijs que melle condiātur: senes vti: maxime quibus suspicio est calculi in renib⁹ gignēdi: aut podagre alicuius: articularisve morbi impetus futuri. Porro vinū huiuscemodi cōpositioni aptissimū fuerit Sabinū: aut simile aliquod. Conijcitur aūt in id petroselinū. Atq; id solū articularib⁹ satisfaciat. ijs vero qui calculo laborant: etiā aliquid benonice: nostri qui in Gallijs nascitur: est immiscendū: vocant autem herbam eaʒ saxiphagon. Qui vero curiosius id medicamentū componunt: etiā spice nardi aliqđ inijciunt. Sunt vero ⁊ alia quedā quib⁹ vrinas mouendi vis inest. Verum simplicem potionem plerique ex vino melleq; conficiunt: adiecto rute piperisq; exiguo. Si vero priusq̄ lotus est: comedit quippiā: nec venter eius vllo auxilio eget: vinū albū: ⁊ quod parū aque tolerat: a balneo bibat. At que crassa dulcia et nigra vina sunt: ea omnia propterea quod obstruūt viscera: sunt fugienda. Verū obstructio que ex vino incidit: mediocris est. Que vero ex cibis ijs nascitur qui succum crassum lentumq; creant: huic nō facile succurritur. Quo magis cauendū senibus est a multo farris aut casei: aut ouorū: aut cochlearū: aut bulborū: aut lētis: aut suille carnis esu: multoq; magis ne anguillarū: aut ostrearū: aut deniq; eorū quoruʒ dura caro difficilisq; cōcoctu est: vsum frequētēt. Ob candē rationē: nec eorū que testa integuntur (ostra-

codermia greci vocāt)aut chartilagineorū aut thyn
norū aut deniqꝫ ceteri generis vllū vtile his est. Sꝫ
nec ex carnibus ceruina caprina ve:aut bubula. An
hec poti⁹ nec alij vlli sunt vtiles? Ouilla vero iuue
nibus quidē nō malus est cibus: senib⁹ vero nec ea
est cōmoda. Atqꝫ etiā hac multo minus agnina:q̇ p
pe que humida:⁊ muccosa: ⁊ glutinosa ⁊ pituitosa
Hedina ṽo sane nō incōmoda seni est: p̄terea aues
ee que extra paludes ac flumina stagnaqꝫ degunt.
Salita vero oia meliora recentib⁹ sunt. Ergo sicuti
dixim⁹ ante oia cauendū ab ijs qui obstruāt cibis
est. Qđ si res cogat aliquādo copiosius his vti: pro
tinus sumendū medicamētū diacalamithes est:cu/
ius cōpositionē supra in quarto posui. Eius si co/
pia nō est diatrion pipereon petendū. Sin ne id q̇/
dem ad manū est:piper albū tūsum cribratūqꝫ dili
genter ac in pollinē redactū: ⁊ cū cibis esse ⁊ potio/
ni inspergere sed ⁊ cepas esitare tum expediet quin
etiā aliū si huc assueuerit. Antidotus quoqꝫ ex vipe
ris quā Theriacen vocant nō incōmode senib⁹ dat̃
potissimū vbi post obstruētes cibos:ea que obstru/
ctiones liberent ante hanc exhibueris. tum em̄ effi/
cacissimū ex Theriace presidium expectes. Qđ si ab
istiusmodi subducta aluus sit vtilissime Theriacen
postridie dederis. Atqꝫ vero ⁊ quā Ambrosiā ⁊ quā
Athanasiā vocāt aliaqꝫ id genus medicamēta que/
cunqꝫ ex predictis aromatis sunt cāposita. Seni tm̄
q̇ accurate sibi prospexerit:nusquā tali medicamen
to opus erit:sed siquādo extenuāte vict⁹ ratiōe ege/
bit satisfaciēt q̄ alio opere seorsum scripsim⁹: ī quo
de extenuāte victu disseruim⁹. Jam illud patere ar/
bitror panē quoqꝫ his exhibendū qui nec salem nec
fermentū nec subactionē:nec iustā coctionē desyde/
ret. nō autē aut istam publice laudatā similaginem
aut que ex ea fiunt. quippe oīa talia nō solum coctu
difficilia:sed etiā mali succi:visceraqꝫ obstruunt. Ac
nisi placentis que ex butyro ⁊ similagine fiunt: mel
affatim esset admixtū nullus cibus oībus homini/
bus nedū senibus:magis erat aduersus. Ceterum
quid noxijs salubria misceas: cum liceat melle per
se vti partim cocto partīꝫ crudo cū pane? Cura ṽo
maior habenda est de panis bonitate quā mellis.
Nā mel ꝑfecto meli⁹ fuerit qđ specie ac virib⁹ Atti
co sit simile. Qđ si tale nō datur: quolibet vtare mo/
do ne mali odoris sit neve cere qualitates aperte p̄/
ferat neve presertim qualitatē quāpiā extraneam.
Adeo vero panes id genus quale modo retuli:vtile
quicquā senis corpori nō cōferunt vt etiā sint alie/
nissimi:atqꝫ hoc amplius quo sint magis puri. Vi/
deo autē athletis in genus studio preparari. verum
his ad ea que moliunt̃ aptum est. Seni nisi multū
admixtū sit salis:nisi multū fermēti nisi diligētissi/
me sit coctū crassum efficit ac glutinosum succū: q̇
nec vlli alij est vtilis copiosius inauctus. Ergo ⁊ ob
structiones in iocinore liene:⁊ renib⁹ facit: maxime
quib⁹ in his viscerib⁹ vasorū exit⁹ angustiores na
tura sunt. Nam sicuti in ijs venis que palā oculis
subijciunt̃:nō parua amplitudinis diuersitas cer/
nitur tū alterius hoīs ad alterū:tū in vnius cuius/
libet partib⁹:sic in ijs q̄ intus latent:se habere pu/
tandū. hanc tamē differentiā priusquā experimēto
sit explorata:internoscere nō est. Experiētiā intelle/
go: quā ex eorum que sumunt̃ singulis facere licet:
ita vt si quis hec crassa sumere sit assuetus nec tamē
offenditur: latas habere predictorū viscerū venas
sit putand⁹. sin facile offēditur:angustas. Nouim⁹
em̄ senem quendā agricolam qui ampli⁹ ꝙ centum
annos ruri vitam egerat. huic plurimū nutrimenti
caprinū lac erat: quod alias cum mica panis in eo
macerata statim sumpsit:alias mel immiscuit:alias
coxit etiā thymi cacumina vna cum pane inijciens.
Hunc quidā imitatus videlicet tam longe vite cau/
sam ratus in lacte subesse:perpetuo ledebatur:quo/
cūqꝫ id modo sumpsisset. Nam primū illi grauaba/
tur os ventris:mox tendebant̃ in dextro precordia.
Alius quoqꝫ simili modo cū lacte vti cepisset de reli
quis nihil est questus(quippe qui ⁊ probe id cōco/
xit nec acidū aut fumidū ructū ex eo sensit:nec flatū
aut grauitatē in precordijs)septimo tm̄ quam sum/
pserat die iecur se sentire mānifeste grauatū dixit:q̇p
pe videri sibi quiddā in dextris precordijs ceu lapi
dem iacere sit vt ⁊ deorsum traherent̃ que supra es/
sent:⁊ tensio ad iugulū vsqꝫ pertingeret. Cōstat ita
qꝫ huic obstructum iecur fuisse illi flatu intumuisse.
Quinetiā noui cui ex diuturno lactis vsu calcul⁹ in
renib⁹ est natus:sicuti aliū quendā qui oēs dentes
amisit:lesitqꝫ. id vero alijs quoqꝫ multis contigit ex
diutino lactis vsu. Alij rursus citra noxā lacte ꝑpe/
tuo sunt vsi:imo etiā cū maximo fructu:veluti agri/
cola quē supra centū annos vixisse diximus. Ubi ei
nec qualitas lactis. vētris nature quicquā est aduer
sa:⁊ viscerū trāsit⁹ faciles propter venarū amplitu/
dinē sunt:qui ita sunt affecti:ij cōmodis lactis fruū
tur omnis eius incōmodi expertes. Porro cōmoda
lactis iam alijs ante me medicis dicta sunt:nēpe vē
tris moderata deiectio:succi bonitas:⁊ nutritio:pa
scuis quoqꝫ ipsis aīaliū quorū lacte vtēdū est:non
parū ad hec cōferētib⁹: quāq̄ sunt qui pascuorū rō
nem plane pro nihilo habeāt:quasi nihil parum ve
ad lactis bonitatē cōferant. Ceterū haud dubie vi
demus aīaliū quorū vsuri lacte sumus:si scāmonia
aut marinarū lactucarū quapiam vescant̃: in lacte
quoqꝫ laxandi vires inesse. Ex quo patet quod ex vi
tioso pascuo acre:acutū ⁊ austerū reddet̃ naturā vi/
delicet herbarū imitatū. Itaqꝫ etiā qui ante nos me
dici fuerunt:ipso rei vsu docti quedā pascua: vtiqꝫ
que lacti essent inepta αγαλακτα dixerunt. ita enim
grece appellant. de quibus ipsis quoqꝫ alibi tracta
uimus. Nunc hactenus saltē de his intellexisse abū
de est: animaliū quorū veluti optimi succi lacte sis
vsurus neqꝫ acria:neqꝫ acuta:neqꝫ admodū austera
debere esse nutrimēta. Illud vero vel me tacēte con/
stare arbitror:animal ipsuꝫ ⁊ florēte etate esse: ⁊ cor
poris habitu plane inculpato debere. Satiusqꝫ fue
rit alterū caprā:alterū asinā esse,earūqꝫ lacte vicib⁹
vti. quippe asine lac tenue serosumqꝫ est: capre me/
diocris substantie est. Itaqꝫ hoc nutriet magis:vbi
videlicet nutritione est opus. Illud oīno tutius est.
Nam ⁊ siquādo solum cum pane sumit̃: tum citius
subducit̃ tum minime est flatulentū sed nec in vētre
cogitur potissimum si prius salis aliquid ⁊ mellis
immiseris. Oportet autem non huius modo: sed
etiam relique omnis auxiliorum materie vires seor
sum predidicisse qui ipis recte sit vsurus:ne sepe no
bis de ipsis eadē repetere sit necesse. Ac nunc certe
mihi videor longius quā pro re proposita de lacte
vinoqꝫ disputasse. Siquidē prestitisset cōmoditate
eorū in senes explicata:q̇ iaꝫ tū facultates vtriusqꝫ

publicas:tum priuatas differentias didicisset:hunc
ad materie delectū remittere:vtiq; de vino tantisper
prefatos qđ que calidiora sunt:queq; vrinas mouēt
ea senibus magis cōducāt.De lacte vero:qđ nō om/
nibus sit exhibendū:sed ijs solis qui id probe cōco/
quant:nec vllū ex eo symptoma in dextra precordio
rum parte sentiāt.Sed qm̄ interim propter multoꝝ
ad legēdos eos libros in qbus prolixi⁹ de presidio/
rum materia disserit̄:fastidiū longiores esse subinde
cogimur:merito(vt arbitror)nunc quoq; cōdonabi/
tur nobis tractationis modus si exacta breuitate in
vniuersali methodo minime vtimur. Illud tamē nō
ignorandū:fieri nō posse vt tuto quis comprehēsis
materijs eiusmodi solū doctrina vtatur:qualē modo
de lacte vinoq; tradidim⁹. Imo qui his optime vti
volet:didicisse hunc prius opꝫ propriā de omni ma
teria tractationē in qua tum publicas materie vires
estimauim⁹:tū p̄uatas eius differētias vsq; ad vlti/
mas species.Neq; em̄ de ceteris oībus q̄ scire opus
est ei q̄ senis sanitatē tutabit̄:expedit hoc opere fuse
tractare:sed satis est de quibusdā.s.que senib⁹ maxi
me sunt necessaria:ita determinasse quemadmodum
pauloante de lacte vinoq; egim⁹: de quibusdā etiā
breuius quā vt de his fecim⁹: sicuti rursus de alijs
in totū nihil dixisse:quanquā cui extendere sermonē
cordi est:potest omniū que in senibus abūdare solēt
meminisse:atq; ad hunc modū dicere.Ceterū satius
est ⁊ de reliquis dicere que senū plerisq; incidunt:vt
sunt raucedines:quos brāchos ⁊ destillatiōes quas
coryzas grece vocāt:⁊ calcul⁹ i renib⁹:⁊ articulares
morbi:⁊ podagre:⁊ asthmata:aliaq; id genus. Atq;
ad raucedines quidē ⁊ destillationes:victus rōnem
hanc:medicamenta vero hec cōparare oportere : ad
calculū vero ⁊ reliquorū singula hec. Atq; ad cū mo
dum de reliquis disserens:nō diligens modo videbi
tur:sed etiā in senum curandorū scientia doct⁹. Ue/
rum sicuti nec horū quicquā scribi in tractatione de
senum curatione cōuenit:cum presertim ex morboꝝ
curandorū methodo:quisquis in hac sit exercitatus
ea liceat sumere:ita rursus nec cū sola cōmunia dixe/
ris:ibi desistere : sed ipsis propositis aliqua mox ex
particularibus subijcere : que maxime proposite di/
sputationi sunt accōmoda:ceu ipsi fecimus.Nā qm̄
in ijs cōmentarijs quos de tēperamētis scripsimus
indicatum est senium indubitato frigidum esse: non
tamen indubitato siccum:vtpote nonnullis id humi
dum esse affirmantib⁹:conuenit sane vt ijs que de se
num tēperamento demonstrata sunt: ad hanc artis
partem quā de ipsorū ductu nunc instituim⁹:hypo/
theseos loco acceptis:ipsarū reꝝ scopū ab illo suma
mus:ac nōnulla particulariū tractem⁹:partim exer/
cendi discentis causa : partim ad inuentionē eorū q̄
cōsoluto omissa sunt:futura veluti exēpla:propterea
qđ nō oēs ita sunt solertes vt ex solo vniuersali pre/
cepto ipsi particularia inueniant:sed q: ad ea veluti
manu ducat:desyderēt. Quippe quib⁹ exercitata ra
tiocinatio est:vbi senis corpus quātū ad ipsas par/
tes attinet:frigidū siccūq; esse audierint : facile autē
serosis ⁊ pituitosis excremētis obviriū infirmitatem
impleri:hec quidē conabunt̄ emittere : solidas autē
ipsas calfacere atq; humectare.Uerū qui excremen/
torū copia decepti:indefinite pronunciarūt senum tē
peramentū esse humidū : ij protinus in ipso promo
agendorū cōsilio falluntur: dū senum corpora siccā/
da putant.Itaq; ex cibis eos potius qui siccant: ex/
hibent:veluti ex oleribus brassicam potius quā ma/
luā:aut blitum aut lapathū:aut atriplicē: aut lactu/
cam.Ex leguminibus pre ptissana lentē:⁊ pre faba
miliū ⁊ pre zea panicū.Ex fructibus amygdalas: et
terebinthi semen potius quā cucurbitas : ⁊ cucume/
res maturos ⁊ pruna ⁊ mora.Jam ex carnibus eas
que ferarū sunt potius quā cicurū: ⁊ salitas poti⁹
quā recētes.In tota deniq; victus ratione:quoꝝ vis
humida est hec fugiunt quoꝝ sicca est:hec amplectū
tur:quanquā contra prorsus res ipsa postulat: cum
prosint his maxime humectātes cibi. Uerū qm̄ ho/
rum etiā frigidi quidā tēperamenti sunt: proinde q̄
pituitā in ventre illico gignūt:ac primis venis hinc
videlicet noxij sunt visi ijs qui nec vniuersum senū
tēperamentū nouerunt : nec caput victus eorū ordi/
nandi vident. Quippe nec oleū nec dulcis aque ca/
lens balneū:nec vini potio his prosit:si humectatio
nis non indigent.Jam quod moderato motu ⁊ som/
no indigeāt satis magna documēta sunt quo victus
eorū dirigi cōsilium debeat. Quare siquādo propter
pituitā cogimur aliquid ex ijs que incidant ac disse
cent petere:reuertendū sine mora ad humectantē vi
ctum est.Pari modo siquando propter obstructiōis
suspicionē ad cibos medicamentave que obstructos
meatus liberēt cōuertimur:quo minus tamē humi/
di tēperamēti cibi sint:nec illo ipso die cōmittēdum
multoq; magis postero die eidem proposito herēdū
ac far cum melle exhibēdū aceti:que aliquid ei miscē
dum:vtiq; cū ptissane ritu preparamus:aut ex mul/
so vinove phalerno sumere iubendū:aut lacte vt pre
dixi vtēdū aut ptissana bene cocta que piperis pol/
linem accepit.Ita vero ⁊ maturi fici pre ceteris fru/
ctibus sunt eligēdi:hyeme vero carice.Panis quoq;
ita vt dixi preparat⁹:aut cū melle : aut cum mulso:
aut cū vino aliquo idoneo. Ueluti eīn exēpla clarita
tis causa hec apponimus:vt qui perlegerit: ad vni/
uersalē scopum quo calor humectatioq; petunt̄ intē
tus:iudicare de materia simili modo queat.Quoniā
autē tum pituitosum tum serosum excrementū in se/
num corporibus colligitur : ⁊ vrinas moueri quoti/
die conuenit:non tamen per pharmaca: sed apio : et
melle:⁊ vinis que id prestare valeant:⁊ aluū soluere
potissimū oleo ante cibū absorpto:sed ⁊ oleribus ex
oleo garoq; ante cibum assumptis. Ac quotidie qui
dem tum per hec abunde aluus quibusdā soluitur:
tum ex ficis:vtiq; cum hi habent̄:⁊ prunis: ac alijs
id genus que estate autūnoq; vigent:hyeme ꝟo ⁊ ca
ricis:⁊ prunis damascenis ijsq; aut elixis:aut i mul
so cui plusculū insit mellis:maceratis. Eritq; id me
lius:si mel atticum sit.Longe autē ad deijciendā al/
uum damascenis hispana prestant. Quin oliuas ex
muria presumere aliquando licet. Aloen vero(quod
multos senum quibus siccus venter est:facere vide/
to)haudquaquā suaserim . hanc alij in pilulas fin/
gunt cū brassice succo:alij tantū puluerē eius alicui
inspergūt liquori:qui alijs aqua est: alijs mulsum.
Diuites eā que cū cinamomo cōficit̄:accipiūt.Me/
dicamentū id alij hierā dialoes:alij amarā vocant.
Habent vero id alij siccū : quo potioni inspergant:
alij melle modice exceptum nō cocto. Uerū nullo ho
rum senib⁹ est opus:nisi maior aliqua necessitas vr
geat.qppe si iam cōprehēsis aluus soluitur:etsi non
quotidie:saltē alternis diebus:nullū plane medica/

mentosum dari debebit. Qđ si biduo adstrictus venter: tertio die nō soluitur: sat eo tēpore fuerit mercurialem herbā: ⁊ marinā brassicam (greci thalassocrā ben vocant) ⁊ cnicum in ptissana: aliaqꝫ que modice medicamentorū vim optinēt: dedisse similiter ⁊ terebinthi resinā. Sumit̄ autē ea aliquādo nucis ponti ce magnitudine: aliquādo duarū triumve. Quippe nō modo aluū soluere citra noxā potest: sed etiā viscera oīa iecur lienē renes pulmonemqꝫ abstergere. Porro ijs que prediximus varie vti expediet: neqꝫ vno tantū delecto id perpetuo exhibere. Cui nāqꝫ assuefacta spatio sumentis natura erit: eius vim cōtennet. Ergo variare vices tum predictis opꝫ: tum vero eoꝝ medicamento qđ ex caricis conficitur. Sunto autem hec pingues auferaturqꝫ ipsis ea que foris circuit pellis: pari modo ⁊ cnico: mox ambo simul tundantur. Esto autē ⁊ carica cum cnico pari pondere. Licebit vero hic quoqꝫ medicamentū experiri ac prout se ad sumētis naturam habet: alias plus alias minus cnici immittere: sumere vero duarum triūve caricarū magnitudinis modū. Ex ipsa vero (vt dixi) experientia inueniet sibi ipsi quis talium oīm legitimū modū: cū vēter alijs magis: alij minus medicamētis sit obediēs. Ceterū nullū eorū que dicta sunt medicamētorū exhiberi admodū copiose debebit. Siquidē nōnulli in p̄sens gaudent si copiosius desederint. verū quāto magis sunt vacuati tāto his vēter sequētibꝰ diebꝰ magis adstringit̄. Quo fit vt ip̄e: si q̄ sunt quibꝰ in diuturnis morbis vēter sistitur (quales potissimū hyeme cōtingunt: q̄busqꝫ post longā infirmitatē in cōualescētia similis affectꝰ incidit) ijs aluū duco nō acribꝰ per inferiora infusis: sed tantū oleo. Qđ etiā sanis quoqꝫ vbi vēter adstringit̄: securus interdū infundas: quippe quo ⁊ siccius excrementū madescit: ⁊ transitꝰ efficit̄ lubricus: ⁊ corpus ipsum senis emollit̄: duris alias pellibꝰ similiter rigēs. Nō tamē sunt hec senis qua senex est propria: quippe cū etiā sint ijs qui a longis morbis cōualescūt: vtilia. Quid igit̄ ꝓpriū est senis qua senex est? Nēpe qđ tēperamēto eius conducit. Id em̄ est cuius culpa senescimꝰ alius alio tēpore citius seriusve prout vel natura ab initio sumꝰ cōparati: vel ex vite exercitio vel ex victus ratione vel morbo vel solicitudine vel alio id genus immoderatiꝰ siccati. Est em̄ id qđ oēs hoies proprie senectutē appellāt: nō aliđ quā siccū ⁊ frigidū corporis tēperamētū: annorū multitudinis ratiōe ꝓueniēs. Accidit aūt interdū ⁊ ex febrili morbo. Atqꝫ id etiā ex morbo senium appellamus: sicuti in libro de marasmo diximꝰ: quippe cū eiusmodi affectꝰ marasmꝰ quidā sit: qui nō in animalibus modo verūetiā stirpibus visitur. Tradita vero iaꝫ est in primo huius operis volumine prouenientis in nobis senectutis necessitas. Ergo tum ex illo: tum ex ijs que de tēperamentis: atqꝫ etiā ex libello quē de marasmo scripsimus: instructior quispiā ad eam artis partē que de senū ductu agit reddi poterit. Siquidē omnis affectionis corporalis prouidētia in duobꝰ cōsistit nēpe propria eius internoscēda essentia: ⁊ materie p̄sidiorū viribꝰ: vt statim in proposito nunc senio: q̄ scienter pernouit affectū cū siccitatē quādā cū frigiditate esse: si quidē q̄ humectāt pariter ⁊ calefaciāt: presidiorū materias norit: is idoneus senum medicus fuerit. Quadruplex vero materie genus cum sit que sumunt̄: que gerunt̄: que educunt̄ que foris admouent̄: vtiqꝫ ex singulis eligere oportebit que calefacere humectareqꝫ possint. Sed ad hoꝝ cuiusqꝫ cōmodū vsum exercitatio que per exēpla fit: maxime est vtilis. Scio ergo aliquādo me pueri thoracē qui ab reliquarū partiū symmetria: id est debita conueniētia: nō parū aberat eiusmodi remedij genere ad iustam perduxisse mensurā. Cinxi illi lato modice cinctu oīa que sub thorace ad coxas vsqꝫ sunt ita tēperans: vt tū citra offensionē hereret: tū nec laxū q̇c quā relinqueret: nec etiā premeret. Exercitatiōes vero iniunxi ⁊ que per tota obeunt̄ brachia: ⁊ vociferationes quas phonasi ἀναφωνήσεις appellant. In vtrisqꝫ ꝟo cohiberi anhelitū iussi. Id fit cum thoracem ipsum vndiqꝫ valēter impuleris: anhelitū autē sic cōpresseris: vt quā prius attraxeris spiritū totū intus retineas. Itaqꝫ etiā ampliꝰ inspirauerit opꝫ qui hoc cōmode faciet: quādoquidē quo ampliꝰ sit aeris qui cōpellit̄: hoc magis thorax distentꝰ dilatabitur. Quod autē ipse quoqꝫ vociferationes tum magne faciēde: tum in acumen tendende sint: id minime est obscurum: si modo vniuersas thoracis partes valenter exercitari in animo est. Atqꝫ hec quidē gliscentū adhuc corporū ea que natura male condita sunt ad iustam cōueniētiā symmetriāqꝫ restituēt. Eadē modice etiā ijs qui perfectā iam magnitudinem consecuti sunt: proderūt. Verū in sene nihil tale moliēdū: vtpote cui feriari īfirmas partes vtiliꝰ esse dicimꝰ. Vtiliꝰ ꝟo his est ⁊ cōsueto ope exercitari: etiā si modice noxiū sit. Contra iuuenibus ea mutare que nocent: tentandū est etiā si a pueris his maxime insueuerint. Possunt enim eorū vires moderate factā mutationē sustinere: sperarique potest in reliquo vite tēpore fructū aliquē eos ex meliore cōsuetudine percepturos. At senex si posset longo tempore sensim malam consuetudinem mutare: propterea quod quo tempore meliore frueretur: habiturus nō esset: frustra laborē insumeret: nō aliter quā si quis artē discere quāpiā octogenuarius inciperet. Sicuti vero senum ipsorū inter se nō parua differētia est siue id ex etate spectes siue ex corporis affectu: ita ⁊ eorū qui natura icciore frigidioreqꝫ sunt si ad mediocrē statum cōpares nō parū intēperiei discrimē inuenies tum ipsorū inter se tum vero ad senes. Atqꝫ humectare quidē hos profecto calefacereqꝫ cōueniet: ceterum audacius hec facere in ijs qui per etatem maiori exercitio sunt ferundo ceu quorum valide adhuc vires sunt. Quippe primū quo omne remediorum consilium dirigitur: eiusmodi intēperies corporis est nō senium aut etas aliqua. Verū quoniam affectuum naturā per cōiecturam accipimus: idcirco etatem quoqꝫ consyderamus. Porro eadem vtilitas ⁊ cōsuetudinis noscende est: preterea extrinsecus incidentium causarum: quas procatarcticas grece vocāt. Quippe ad certiorē affectuum notitiā talia omnia nobis conducunt. Remediorum tamē insinuatio: ex his non prestatur. At empericis talia totius concursus: quā συνδρομην vocant: pars esse cēsentur. que syndrome in ipsa curatiōe est obseruata haudquaquā ex ijs que fieri affectus postulat inuenta. Quo rationabiliꝰ Hippocrates de agnoscēdo presagiendoqꝫ plurima scripsit: vtiqꝫ in particularibus nos exercens. Qđ etiā optimi medicorum post eum fecerunt: nō ignari huic nullo negocio in-

nẽtum iri remedia qui eius qđ curat corporis egri sani ve affectũ exacte norit. Siquidem vt sepe testati sumus incipiendũ ab illo medẽdi precepto est cõtraria esse cõtrariorũ remedia. vbi vero remediorũ materiã cõpertã habueris: ac simul vires eius intellexeris: male affecto corpori semper cõtraria: optime se habẽti similia viribꝰ esse adhibẽda. Quinetiã intẽperies ipsas quecunqꝫ adhuc intra sanitatis fines subsistunt: si corrigere studebis cõtraria quodãmodo victus ratione curabis: qđ tamẽ per multum sit ociũ. Nã si in negocio sint: similibꝰ vteris: potissimũ cũ ita fuerint corpora assueta. Porro accidit alterũ horũ plerũqꝫ magis: ceu naturis ipsis ea que sibi sunt accõmoda: sua sponte citraqꝫ doctorẽ eligentibus. Atqꝫ hactenus male affecto corpori cõtraria exhibebimus: quoad pristinũ statũ cõsecutũ sit. Ceterum ea victus ratio que intẽperies corrigit: longiꝰ plerũqꝫ procedit propterea qđ similibus maiore ex parte morbis tẽtamur: qui calidiore natura est: calidos morbos facile incurrẽte: q frigidiore frigidos ⁊ reliquis pro ratione. Faciliꝰ itaqꝫ quicquid intẽperatũ est: ad propriã naturã redit: quã ad optimũ tẽperamentũ venit. Quippe id cũ in medio oĩs intẽperãtie sit: quisquis cõueniẽte nature sue morbo laborat ab eo longius abest. qui dissimili minꝰ. Ergo nec assuetudines ipse tametsi praue sunt: displicẽtibus adhuc sibi corporibꝰ mutãde sunt. Quin nec ꝑ summã sanitatẽ semper id tentandũ: sed tñ cũ is cui mutande sunt a ciuilibus negocijs maxime vacat. Hec itaqꝫ cõmunia omniũ tẽperamẽtorũ precepta particulatim variantur: prout intẽperantia queuis ab optimo tẽperamento recessit. Nec mirũ sane est si intemperate nature que in medio exacte sanitatis ⁊ morbi sensibilis cõsistũt: etiã ad ordinãdi victꝰ modũ sint ancipites. Sed nec illud mirãdũ ab ijsdẽ adiuuari ledique homines videri. Nã contra si oẽs inter se similẽ corporis statum optinerent: vtiqꝫ mirãdum tum esset aliquos iuuari lediqꝫ ab ijsdẽ. Sed quoniã contrarij inter se multoꝝ hominũ corporis status sunt: ratione non caret qđ ex contrarijs etiã vtilitatẽ percipiant. Quo magis de medicis omnibus mirari cuipiã licet quicunqꝫ nullo prius naturarum facto discrimine de sanitate tuenda scribere sunt aggressi. Sicuti eñi fieri non potest vt vnũ calopodium ad oẽs homines sutor accõmodet: ita nec medicus vnã oĩbus vite speciẽ que conducat. Hac igitur de causa quidã saluberrimũ esse affirmant: abunde quotidie exercitari. Quidam nihil obstare quo minus in quiete prorsus degatur. Et sunt quibus lauari maxime salutare videtur: alijs minime. Quinetiã de vini aqueqꝫ potione: itẽqꝫ de alijs ad eundẽ modũ: non ijs modo que ad salubrẽ victus rationẽ pertinẽt: sed etiã morborũ remedijs pugnãtissima inter se scribũt: adeo vt vel vnũ quippiã qđ oĩbus his inter ipsos cõueniat: rarũ inuẽtu sit. Ceterũ vsus ipe docet tñ ab ijsdem ipsis aliquos ledi iuuariqꝫ tñ a cõtrarijs pari modo. Equidẽ quosdã noui qui si triduo se ab exercitatione abstinerẽt protinus egrotabãt. Alios in perpetua quiete degẽtes tñ scdam valetudinẽ tueri. Atqꝫ horũ ipsorũ alios minime lauare: alios nisi lauissent: illico febricitare sicut Premigenes Mitylenꝰ. Atqꝫ qđ hec quidem ita fieri cernant: etiã ij qui solo vsu artem colligunt nouere. Nemo tñ eorũ ita vt in morbis notas prodidit: quibꝰ quis intentꝰ quã quisqꝫ victus rationẽ postulet: inuenire posset. Quippe in paucissimis inuenias exacte traditas quas empirici syndromas: id est cõcursus vocãt: quẽadmodũ in peripneumonia ⁊ laterũ cõpũctione: sed pleriqꝫ morborũ coniecturalẽ habẽt dignotionẽ: vt qui nõ ex certorũ incidentiũ collectu noscant: sed hominẽ desyderent qui oĩno corpis affectũ calleat: quiqꝫ oĩa que eiusmodi affectui ꝯsonẽt inuenire singulatim queat. Quippe qđ ꝓpositũ est: nos ipsa ratione ducti adhuc iuuenes inuenimꝰ. Unde etiã manifestũ est vsum quãtũuis longũ sine ratione talia inuenire nõ posse. Nam de Premigene cũ audirẽ nisi lauaret oĩno febricitare: collegi ratione eũ fumida excremẽta gignere: que trãspiratu emitti postularẽt. ceterũ cũ densior cutis esset quã vt ea trãsmitti oĩa sineret: collecta sub cute calorẽ excitare: itaqꝫ etiã balneũ eiusmodi naturis vtilissimũ esse: nõ ob id modo qđ fumidũ euocet: sed etiã qđ humectet idqꝫ dulci humore. Ergo placuit explicata quoqꝫ manu Premigenis thoraci iniecta cuiusmodi esset caloris qualitas explorare. Ut vero acrẽ mordacẽqꝫ cõperi: nõ dissimilẽ calori eorũ qui cepas ampliter comedissent: multo adhuc magis cuentꝰ causam probe cõiectasse mihi ꝑsuadẽs: percontabar ecquid sudoris illi citra balneũ incideret. Negantiqꝫ id iam firmiorẽ habere me affectus eius notitiã mihi ꝑsuasi. Quinetiã alios quosdã vidimꝰ quibꝰ mordax calor erat similiter vt huic: non tñ hi vna balnei intermissiõe febricitabãt: ꝓpterea qđ ꝑ sudores excremẽta his vacuabant. Premigeni preter naturalẽ habitũ etiã victus ratio vel semel intermisso balneo febricitandi occasio erat. Nã plurimũ domi versabat: ibiqꝫ scribẽs vel legẽs ꝑseuerabat: ꝓpterea qđ Peripatetice discipline incũbebat: in qua nemini sue etatis erat secundꝰ. Scimꝰ ⁊ ijs q minime nã tale excremẽtũ aceruãt: instãtẽ laborũ diligẽtiã curãqꝫ gignẽdi eiꝰ cãm esse. Itaqꝫ etiã alteri cuidã cui eque atqꝫ illi mordax calor erat: tametsi balneũ vno die intermitteret: cõtigit nõ febrire: ꝓpterea qđ nec studijs deditꝰ erat: ⁊ negocia sua per vrbẽ inãbulãs obibat: emẽs vẽdẽsqꝫ multa: etiã pugnãs subinde: in qbꝰ sudare coactꝰ est. Ideoqꝫ etiã alterũ quẽdã ex ijs q estate quotãnis acuto biliosoqꝫ morbo laborãt: multos iam annos seruaui: exercitari vetans. Nã cum calido siccoqꝫ tẽperamẽto esset sicuti Premigenes: etiã exercitatiõe vtebat preceleri tum ꝓ sole ac puluere. Cõtingit ergo ei ⁊ calorẽ immodice augeri: ⁊ cutẽ dẽsari: atqꝫ ad trãspiratũ ineptã reddi. que ambo vbi cõcurrerunt: nimirũ corpꝰ cui acciderũt: paratũ ad febrẽ reddũt. Ergo qđ in medendi arte semper vsurpare soleo: id nunc dicã: Facillime quidẽ qđ queritur ratiocinatio inuenit fidẽ vero eius experiẽtia cõprobat. Quanquã illud multo maxime mirandũ est: cũ Hippocrates moneat calidis naturis vtilius esse in ocio agere: quã exercitari: nõ paucos tamẽ medicos esse qui ne norũt quidẽ cuiusmodi tales homines sint: sed iuxta oĩbus exercitationes iniungãt. E diuerso nõnullos esse quibꝰ nihil ad sanitatẽ cõducere exercitationem placeat. Sed ⁊ tertiũ ab his genus esse. qui assuetis exercitari: id permittãt: nõ assuetis interdicant. Quorũ nemo plane nõ errat: minime tamẽ ij qui tertio loco dicti sunt. Quippe qui cuilibet rei insuescunt magna ex parte nature sue conuenientẽ consuetudinẽ deli-

sunt: propterea qꝺ ab ijs que nō conueniant: subin
de lesi: ipsa repudiāt. Aliqui tñ vel dulcedine victi:
vel pre nimia demētia se ledi nō sentientes: in malis
cōsuetudinibus persistūt: verū hi pauci: plures qui
nō persistūt. Quo magis rationabile est minus erra
re medicos eos qui oēm cōsuetudinē seruandam cē/
sent. Qui vero nihil ad sanitatē interesse putāt: exer/
citatus quis cibū sumat: an cōtra: itē qui oēs exerci
tādos putāt: hos peius ꝯsulere ꝙ qui predicti sunt.
Horū vero ipsorū: si inter se cōparentur: minus in/
cōmodi sunt qui ante cibū perpetuo exercitandum
esse putant. quod ⁊ Hippocratē precipere aliq̇ sunt
rati. labores enim cibos precedere: in Aphorismis
legi. nō videntes hoc loco de ordine cū locutū exerci
tationis ⁊ cibi: nequaquā illud affirmare: quod om/
nibus hominibus hec ambo conducant: imo quib⁹
exercitari expedit: precedere exercitium cibos debe/
re. Quod autem nō omnibus prosit: ⁊ in libro de vul
go grassantibus morbis: aperte testatus est: vbi cali
das naturas q̇escere censet: ⁊ in Aphorismis tecti⁹:
sub vniuersali precepto vbi contrariorum contraria
esse remedia proponit. Porro fieri potes vt pugnare
aliquando videantur huiuscemodi precepta: nō de/
ficientibus qui omnem motum ipsi moto corpori cō
uenientem exercitationem nominent: alijs tantū eū
qui vehementior sit: ita vt priore significato: omnes
homines exercitationē cōsyderare neminem lateat:
secundo vero significato nō ita se habere. Eorū nan/
ꝗ qui in carcere sanitatem suam tuentur: parū apte
mihi mentionem facere quidam videntur: quippe q̇
spatio prorsus pereunt: si omnino tum vngi: tū la/
uari prohibētur. Quod vero ad paucos dies insalu
bri victus rationi resistunt: nihil sane miri. Si igitur
exercitationis vocabulo oīs venit motus: ⁊ qui in/
ambulauit: ⁊ qui perfrictus ⁊ qui lotus est: exercita
tus dicetur: dūmodo conueniēte modo presenti cor/
poris statui sit motus. Quod si quis etiam ab his
sit prohibitus: omnino egrotabit. Qui em̄ ab his in
carcere prohibētur: eos nunc nō modo egrotare: sed
etiā mori videmus si diu sint inclusi. Sin vehemen/
tiores tantum motus exercitationes vocentur: eo pa
cto verum sit nō egere omnes homines exercitatione
Statim enim Premigenes ille nullū requirebat vio
lentum motū: sed nec in porticu que est ante balneū
exiguam ante lauandū inambulationem: imo vnctū
esse ex oleo: ⁊ a balneo aquam detersisse: satis magni
motus sunt talis temperamenti homini. Hic vero ⁊
ante cenā ambulabat: ⁊ cum amicis disputabat: sim͡r
mane quoꝗ domi. Nusꝗ̄ igitur ex ipsa in totum de/
sidia adiutus quisꝗ̄ est. Sed cū quietem agere cali/
dis naturis Hippocrates suadet: vehementi motio/
ne vti vetat. Porro ipse multos qui propter eos mo
tus quos per totā estatem exercebant: in principio
autumni quotannis egrotabant: ipsis vetitis: sanos
reddidi: quemadmodum rursus alios a vehementi
exercitatiōe prohibui: alios a quiete ad exercitia tra
ducens: cum sepe ante egrotassent: in sanitate serua/
ui. Porro hi frigidiores sunt ijs qui temperati ⁊ me
diocres sunt: ⁊ affectu plane cōtrario ijs qui calidio
res siccioresꝗ sunt. Diximus autem temperamento/
rum notas nō solū in libro de tēperamentis: sed etiā
in libro de arte medica. Is em̄ vni ex libris nostris
est titulus. Mirandum vero de ijs medicis est qui
ne ea quidē que sensui euidēter apparent: agnoscūt.

Quis em̄ latissimū esse hominū discrimen nūc non
videt? Adeo vt eadem exercitia: ijsdemꝗ cibi: alios
bene: alios male habeant: nō secus quam in morbis
Quare sicuti quod nō omnes eadem requirant: eos
scire decuerat: ceu manifeste apparens: ita cū cōmen
tarios scriberent: determinare ac docere que quibus
vel conducerent vel officerent: par erat. Quid igitur
cause fuit cur eiusmodi determinationes: tametsi ab
Hippocrate proditas: omiserūt? Nempe quid aliud
quam perdita ambitio? dū dogmatū principes no/
minari: atꝗ inde gloriā cōsequi inter homines stu/
debant. Cuius causa illi nō eaquidem que manife/
ste apparent: sed opiniones quas ipsi vltro ponebāt
sequi voluerunt. Posteri vero qui in hos inciderūt:
persuasi plexiꝗ sunt: propterea quod nec quicquā
didicissent melius: ⁊ simul rudes: imperitiꝗ demon
stratiue scientie omnino essent. Qui nanꝗ hanc se/
quetur: facile tū vera dogmata a falsis discernet: tū
que certis determinationibus scripta sunt: ab ijs q̇
nō ita. Idem nimirū inscitiā eorū omniū dānabit: q̇
citra determinationē de dissidentib⁹ aliquid scripse
rūt. Quo magis: q̄nā esse determinatiōes debeāt: al/
tius repetentē: sed breuib⁹: diligēter audies: Quib⁹
mordax calor natura est: adeo vt fumida gignat ex/
crementa: ijs balneū salubre est: tū mot⁹ q̇ ⁊ exigu⁹ et
lētus sit. mult⁹ aūt ⁊ celer aduersissim⁹ est. Itaꝗ istis
nō semel modo: verūetiā bis die lauari ꝯducet: potis
simū estate. Esse quoꝗ boni succi nutrimētū: in quo
nihil insit acre. In sole aūt versari: ⁊ irasci: ⁊ multū
cogitare: his inimica sunt. Qui diuerse ab his natu
re sunt: (hi aūt sunt q̇ frigido ⁊ hūido tēperamento
sunt) valētiores mot⁹ desyderāt: ac victū in quo supe
ret qꝺ tenuē succū faciat. Is cuiusmodi sit: diximus
singulari libro. Hi ṽo nec si in sole exercites: ledunt͛
nec etiā si balneo abstineāt. Ac maxīa q̇dē est dictaꝝ
inter se naturaꝝ differētia. Aduersissimū em̄ est hu/
midū ⁊ frigidū tēperamētū: et qꝺ calidū est ⁊ siccū.
Maxima rursus est ⁊ calidi ad frigidū: ⁊ hūidi ad
siccū. Porro frigidū ⁊ siccū: senū tēperamēto quam
simillimū est. itaꝗ etiam celeriter senescūt eiusmodi
corꝑa. dictūꝗ de hoc tēperamēto supra abunde est.
Hūidū ṽo ⁊ calidū: fluxionū vitijs obnoxiū est. Ce/
terū qꝺ omnib⁹ intēperatis naturis cōmune prece/
ptū est: id expedit in hac quoꝗ seruari. Est aūt id vt
eas corrigas quidē ꝯrijs: sed dū plane in ocio sunt.
Serues aūt sim͡ib⁹: cū ꝓ negocia sibi vacare nō pos/
sunt. De exercitationib⁹ hmōi corpoꝝ ita statuēdū
est: plus q̇dē his laborandū esse: ꝓpter corꝑis hūidi
tatē: preceleri motu nō vtendū: ꝓpter calorē. Porro
attendēdū diligenter est cū ex segniore vite ratiōe ad
exercitationes se transferūt. Illico em̄ fluxionū ten/
tantur morbis: nisi pri⁹ sint vacuati quā exercitatio/
nes adeant. Quicquid enim in corpore concretum ⁊
crassum in humoribus fuerit: aut etiam modice fri/
gidū: id statim in spiritum vertitur ac funditur. Ita
ꝗ etiam vere tales nature maxime ijs morbis patēt
qui ex plenitudine oriuntur: quales sunt synanche:
cynāche: destillationes quos catarrhos vocant: he/
morrhoides: sanguinis ꝓfluuia: articulares morbi:
ophthalmie: ꝑipneumonie: lateꝝ cōpūctiones: reliq̇
deniꝗ oēs quorū gen⁹ est phlegmone. Quare etiam
occupare per veris initiū sanguinis detractiōe opꝫ:
aut per incisam venā: aut scarificādis malleolis. Qꝺ
si ita inanire recusent: purgandi medicamento sunt

nõ simplicis facultatis:sed qḋ trahere ⁊ flauã bilẽ:
⁊ pituitã:⁊ serosa excremẽta possit. Que vero de exer
citationũ ratione diximus:eadem ⁊ de balneo dicta
esse putandũ:quippe qḋ ipsum quoq; nõ tutũ est ni
si prius inanitũ corpus sit. Inanito vo vtile est:po/
tissimũ cuius lauacri aqua potabilis nõ est:sed in q̃
vis aliqua per halitũ digerẽdi subest. Vinũ aũt fri/
gidis siccisq; naturis vtilissimũ esse pri⁹ dictum est.
An vo calidis omnib⁹ idoneũ nõ sit:sed vtilior his
aque potio sit: sicut in libro de popularib⁹ morbis
siue Epidemion legimus:nũc estimandũ. Fortassis
eñ absurdũ omnino cuiptã videbitur:iuuenem qui
athleticus vel militaris sit:aut etiã fossor messorve:
aut arator:vel deniq; qui robustũ aliqḋ opus exer/
cet:aque tñ potione vti:atq; in hoc falli Hippocra/
tem:cũ calida temperamenta aque potionẽ poscere:
absolute pronũciet. Mihi vero Hippocrates nõ ab
solute id:sʒ de naturis summe calidis que vtiq; pro
pter intemperiẽ tales sint:dixisse videtur:nõ qḋ plu
rimũ habeant naturalis caloris:quẽ ipse augeri in
athletarũ exercitio cõfirmat. At qui ex intemperie ca
lidus est:is neq; athleta:neq; miles bonus:sed neq;
fossor messor aratorve:aut deniq; ad rustica vrbana
ve opera fortis vnq̃ euadet. Quippe valentiũ hoim
ea sunt munera. Porro tales nunq̃ fuerint nisi me/
diocri sint tẽperatura. Atqui si media tẽperie sint:vti
q; plurimus his fuerit naturalis calor. Ac tali qui/
dem nature mediocre ꝑfecto danduʒ est vinũ: sicuti
ipsa quoq; mediocris est. Atq; hactenus saltem me
diocre:qḋ ipsa mediocris est tẽperamẽti:qñ hãc quo
q; necesse est nõ solũ in senectute:sed etiã in remissio
nis tẽpore media tẽperatura frigidiorẽ euadere. Si
cui ergo vt in intẽperie que intra sanitatẽ cõsistat:ca
lidissimũ tẽperamẽtũ sit:huic omnino vinũ circũci/
disse prodest. Sed cũ triplex genere sit calidi tempe/
ramenti differentia:vna in qua reliqua cõtrarietas
(nempe que in humido siccoq; cõsistit) mediã tẽpe/
riem seruat:altera in qua siccitas subsultat:⁊ tertia
in qua vna cũ calido etiã humiduʒ redundat: vtiq;
in qua altera cõtrarietas medium temperamentum
tenet:nunq̃ fuerit vltime calor immodicus: quãdo
quidẽ huic siccitas statim superuenit. Ista vero non
ponit̃ a nobis sicca. At in qua siccitas calori est ad/
iũcta:in hac incidere aliqñ plurimus:vt in intempe
rie que cũ sanitate cõsistat:preter naturã calor potest
idq; longo tẽpore. Plurimã vero breui spatio:etiaʒ
que cũ humiditate coniuncta est immoderatã calidi
tatẽ:vt in sanitatis intẽperie:fieri licet. Ac ei quideʒ
quã primo loco diximus differentie:tñ diluti vini:
qḋ ὑδατώδεσ vocant:exhiberi sinemus:quantum a
summa intemperie ipsa recessit:reliquarũ autẽ neu/
tri:presertim cũ summa sit:quemadmodũ ostensum
est. Que eñ tales intemperies nõ sunt:ijs dandum
vinum est:sed exiguum ⁊ dilutum (tale porro est qḋ
colore quidem est albũ:substãtia tenue:) sicut e diuer
so frigidis intẽperantijs calidiora vina prebemus.
At qḋ calidissimũ quidẽ vinũ est:id frigidissimis in
temperantijs est vtile:reliquis vero qḋ portione re/
spondet. Neq; eñ eius tñ meminisse opʒ:qḋ contra
ria cõtrariorum sint remedia:sed etiã quãtitatis ra/
tionem in singulis cõtrarijs habere. Ergo sicuti de
medicamentis ostendimus nõ solũ estimandum esse
calidumne an frigiduʒ quicq̃ sit:sed etiam quoti in
his ordinis sit:ita ⁊ de vinis est agendũ:nõ solum
dilutum aut calidum deligentibus nobis:sed quod
vt ad intemperãtie speciẽ calore frigoreve suo conue
nienter occurrit ac respõdet. Hec vero dicta mihi de
ijs sunt qui mediã senectutis etatẽ agunt:vtiq; nec
ignorãti primã eius partẽ esse que ὠμογέροντων:id
est eorũ qui cruda viridiq; adhuc senecta sunt:dicit̃
propterea qḋ adhuc obire ciuilia negocia possunt:
secundã autẽ cui apte nomẽ ipsum inditur:eo quod
ipsa sit de qua dicitur: Vt lauit:sumpsitq; cibuʒ:det
membra sopori. Quod tamen in tertiã nõ cõuenit:in
qua Telephũ grãmaticum his terve mense lauari di
xi. Propter eñ virium infirmitatẽ assiduum hi bal/
nei vsum nõ sustinent. Accedit quod per habitus fri
giditatẽ mordacia hi excrementa nõ pariũt. Nomi/
nant eũ qui ad hãc partẽ peruenit:grece πεμπελον
sicuti aiunt qui vocabulorũ etymologijs gaudent:
ab eo quod est πεμπεσθαι τὴν εισ ἅδου:idest mittẽ
do in pompam que ducit ad manes.

¶ Galeni de sanitate tuenda Liber sextus: Thoma
linacro anglo interprete.

ALiud huius de sa
nitate tuenda speculationis argu/
mentũ hoc libro incohaturus:repe/
tẽda cẽseo eoꝝ q̃ hactenus tractata
sunt capita:q̃ vtiq; dicẽdis sunt ne/
cessaria. Igitur primũ dixim⁹ quid
sit sanitas:scḋo loco generalis eius descriptio posita
est:tertio quemadmodũ seruari ea possit:est proditũ
Ad hec illud adiectũ:animaliũ corpora ꝑpetuo mu
tari:inde que adeo necesse esse sanitatem eorum que
alias corrũpi periclitetur:nostre procurationis in/
digere anteq̃ tam notabilis mutatio fiat vnde iam
manifeste egrotent. procurationẽ vero nõ aliũde cõ
stare quã ex cibo potioneq;:quibus qḋ de substãtia
corporis decidit:reficiatur. Altera icurabilis esse de/
monstrata mutatio est:scilicet que pro etatis ratiõe
accedit:propterea qḋ cuiusq; animalis corp⁹ a pri/
ma genitura ad exitũ vsq;:toto interueniente tẽpore
siccescat. Ceterũ qui salubrẽ viuẽdi rationem igno/
rant:credibile est hos citius quã pro nature ratione
interire. Quoniã aũt (vt dixim⁹) necesse est omne ge
nitũ animal nutriri:substantia vero ciborũ vniuer/
sa in nutrimentũ nõ abit:ac proinde vitiosum quid
dam ex superuacuo eius relinquitur:qḋ proprie ex/
crementũ vocant:preparate a natura quedã corpis
partes sunt que id secernãt atq; emittant. Plurima
vero cũ sit in naturis corporũ differentia:rationabi
le est suũ esse cuiq; sanitatis tuende prouidentiam.
Primũ igit̃ eo homine qui optimo sit statu:pro ma/
teria tractationis ꝓposito:quẽadmodũ hũc quispiã
in sanitate custodiat:tradere studuimus. Cũ autem
varie occasiones sint quibus secunda valetudo varie
cõuellitur:eũ qui optimo corporis sit statu:vni sibi
vacantẽ ac ab omni ciuili negocio liberũ:in sanitate
seruare proposuimus. Atq; hunc quidẽ cũ in ꝑmis
quinq; libris quẽadmodũ quis a prima ineunte eta
te ad vltimã vsq; senectutẽ in sanitate custodiat:do/
cuerimus:nũc ad eos veniemus quibus per nego/
ciorũ qualitates esse:bibere:atq; exercitari debito tẽ
pore nõ licet. Preterea ad eos qui statim ab ortu va
letudinariũ corpis statũ sunt sortiti. Sane breuior

erit de his sermo quã prior: quanuis suapte natura longior sit: propterea quod plurimarũ materiarum vires q̃bus ad secunde valetudinis tutelã vtimur: p̄dicte iam sunt. Nã cũ frictione: balneo: exercitatione: cibo: potione: fomẽto calido frigido que: veneris tuz vsu tum abstinentia: ⁊ si quid aliud eiusmodi est: mutationes fieri corporis cernamus: vtiq̧ borũ omniũ vires (vt dixi) prius sunt prodite. Uitiosi autem corporum status genere duplices sunt: cuz elementares et primas corporis particulas: quas Aristoteles ὁμοιομερῆ id est similares vocat alij equabiliter alij inequabiliter attẽperatas habeant. Dico autẽ equabiliter temperari: cuz ad aliquã intẽperiẽ verse equabiliter corporis particule omnes: aut frigidiores iusto aut calidiores sunt reddite: aut sicciores: aut humidiores: aut p̄ coniugationẽ quedã calidiores simul ⁊ sicciores: quedã humidiores pariter ⁊ frigidiores ⁊ quedam humidiores ⁊ calidiores quedã sicciores ⁊ frigidiores. Quinetiã in instrumẽtaliũ partiũ cõpositione quedã equabiliter quedã inequabiliter sunt condite. Ac primũ quidẽ dicam hic quoq̧ q̃ status corporũ sunt maxime valetudinarij sicuti ⁊ prius q̃ maxime sanus esset ostẽdi. Uerũ is vnicus erat. etei in omniũ rerum genere qđ optimũ est: id vnũ est: vitiosa vero plurima sunt. Duplex tamen est eorũ secũdũ genus discrimen: ceu paulo ante dixi: alijs similli intemperie omnes partes habentibus: alijs dissimili. Atq̧ eorũ quidem que similez intẽperantiã habẽt ea pessima esse cõstat que has validas habent: ac potissimum frigidas simul ⁊ siccas. At quib⁹ inequaliter se habent corporis partes: hoꝝ numerare quidẽ varietates facile nõ est. Ceterũ illa quoq̧ duplici genere specieve: siue quouis alio modo nominare velis variare licet. Nam maxime quidem ea morbis patent quorũ principes maxime partes contrarijs tẽperamentis sunt affecte. Minus obnoxia valetudini sunt quibus diuerse a principibus partes ita se habent. Equidem aliquos iam vidi quibus venter frigidus erat: caput calidum: sicut contra quibus caput frigidum erat venter calidus. Uidimus autem ⁊ ex accidenti: nõ primũ nec propria temperamenti ratione: assidue afflictum bili ventrem: qui alioq̧ nõ erat natura calidus: eque vero ⁊ refrigeratũ alteruz: quãuis nõ esset natura frigidus. ad eundẽ modum ⁊ caput: ⁊ iecur: ⁊ lienem: atq̧ etiã alias partes aliarum quãdoq̧ intẽperantijs affici: cũ aut ipse haud quaquã sese in proprio tẽperamento essent: aut etiã contrariũ plane quã alie affectũ haberẽt. Primum ergo de ijs verba faciam qui equali sunt intemperie idq̧ ab ijs qui precalidi sunt: auspicatus. Sane dictum a nobis in libro de temperamentis est fieri nõ posse vt intẽperies quelibet sola diu duret: q̃n ipsa sibi ipsi alterã ex necessitate adsciscit. Indeq̧ factum vt plerisq̧ medicoꝝ quatuor tm̃ esse intemperãtias putarint: easq̧ cõpositas. Simplices vero ne esse q̃dem. Nam ⁊ calidã dum humiditates semper consumit: parere siccitatem. Et frigidã: duz nihil absumit: humoris incremento quodammodo conferre. Eodẽ modo ⁊ siccam: per eas etates quibus augescit animal: calidius ipsum semper efficere: quibus vero decrescit: refrigerare ⁊ siccare quidez solidas corporis particulas: cõgerere vero abundantiã excrementoꝝ. Simili modo si humida cum modice calida coierit: existere aliquando in vtraq̧ oppositione mediã temperiem. vtranq̧ oppositionem intellego: ⁊ que ex calido ac frigido cõsistit: ⁊ que ex sicco ⁊ humido. Erit autem medij temperamẽti (quod eucraton greci vocant) eiusmodi intemperantia: in ipso precipui vigoris tempore: quam ακμην greci vocant. sed ⁊ in remissionis tẽpore prout ipsi conuenit. Optimam nãq̧ tẽperiez in adolescentia corpus optinet. Relique omnes etates deteriores hac sunt: vt prius est ostensum. Atq̧ hoc etiã meminisse cõuenict: vnũ id quoq̧ ex ijs que dicta sunt. Cum enim duplices actiões in animalibus sint: certe corporales pueri precipuas optinẽt. que animi sunt: ea que a pueris ad remissionem vsq̧ succedit etas. Nec tamen est has etates annorũ numero circũscribere: quemadmodum nõnulli fecerunt: nisi forte in latitudine quadam. Ergo pubescere quidem incipiunt aliqui vbi quartumdecimum annum expleuerunt. Quidam vno post anno: aut etiam amplius. Initiũ preterea remissionis nõnulli habent statim a trigesimo anno. Nonnulli post quintum ⁊ trigesimum. Ac robur quidẽ omnib⁹ minuitur post ipsam summi vigoris etatem: nõ tamen hi sanitatem amittunt: tametsi minus hanc quã ante laudabilem habent. Ceterum hanc habent: nõ solum vsq̧ ad initium senectutis: verumetiam in ipsa senectute tota. que ipsa quoq̧ quibusdam naturalis esse morbus videtur. Cum enim nec dolore anguntur vllo: nec vllam actionem earum quibus ad vite munia vtimur: aut penitus amiserunt: aut omnino imbecillam habent: vtiq̧ sani sunt: sanitate que senectuti sit congrua. Meminisse enim profecto oportet eorum que de sanitate demonstrata sunt: nempe qđ ampla sit eius latitudo. Jam si tertia quoq̧ corporis affectio est: quam neutrã Herophilus appellat: que in ijs qui e graui euaserunt febri: conualescendi tempore cernitur: ⁊ senili etate: omnino extra morbũ senes erunt: actiones tamen perinde vt ij qui in flore etatis sunt: firmas valentesq̧ nõ habebunt. Uerum si ad videndum: audiendum: ingrediendum: aliaq̧ faciendaq̧ seni expediunt: nullo deficitur corp⁹: etiã hoc rationabiliter senis sanitatem nomines (vtiq̧ totum hoc iungens: senis sanitatem) nõ absolute sanitatem. Hec enim propter ipsam actionum virtutẽ integra est: ⁊ de qua queri nõ possit. Senuz sanitas querimonijs nõ vacat. Quanuis enim omnes actiones habet: nullam tamen validam habet. Atq̧ adeo illa pars artis que de senum ductu instituitur: hunc tantum consilia dirigit: vt sanitatem eorum q̃tenus fieri licet tueatur. Corpora vero que a prima statim genitura pronum ad morbos statum sortita sunt: ea plane ad senectutem nunq̧ perueniunt: aut siquando peruenerunt: vno saltem diutino morbo penitus laborant. Proposuimus autẽ in hoc libro de ijs disserere qui vitioso corporis sunt statu: atq̧ hos quemadmodũ sanos plurimũ tueamur: disquirere. Ergo initio ab ijs sumpto qui parem in omnibus corporis partibus intemperiẽ habent: primum de ijs agamus qui calidius temperamentum sortiti sunt: ceterum in humiditate ac siccitate modice se habent. Ac talis quidem corporis natura ab initio statim magis apparet sana: quam ea que in vtraq̧ oppositione vitiosa est. Utrãq̧ oppositionem intellego: ⁊ que ex calido ⁊ frigido consistit: ⁊ que ex humido ⁊ sicco. Eadem dentes edet citius: ⁊ citius articulatã vocem proferet: ⁊ citi⁹ ingredietur: ⁊ singulis annis ad por

tionem increscet. postea vero quam adolescentie an/
nos compleuerit: exinde ad remissionem vsq₃ mani/
feste calidior apparebit: sic vt tum morbis: tum sym
ptomatisq₃ a bili oriuntur: facile fit obnoxia. Mul/
tus nanq₃ calor dum humorē absumit: siccius tem/
peramentū reddit. At cū florens iam etas item cali/
da sit: nimirū composita eorum temperies: calida si/
mul siccaq₃ erit. In talibus autem temperamētis bi
lis abundare tū pallida tū flaua solet. Ergo qui hac
natura sunt: ad etatem vsq₃ adolescētie similiter edu
candi ijs sunt qui optime sunt nature: de quibus di
ctum in precedentibus est. Postea vero quam abso/
lutum eorum corpus fit: considerare oportet vtrum
ne bilis excrementum illis per aluum expellitur: an
ad superiorem ventrem fit propensum. Si em̄ deor/
sum feratur: constat nō debere esse solicitos. Sin su/
periorem ventrem petat: per vomitum est emittēdū
scilicet longe valere iussis philosophis ijs qui vome
re ex aqua tepida post exercitationes ante cibum ve
tant. Nā vino nec ipse sane tum esse vtendum suase/
rim: nisi difficulter id faciant ex aqua. Quippe eius/
modi quedam corporum nature sunt: quibus vtiq₃
vinum dulce: sed vbi aquam prebiberint: est concedē
dum. Preterea etiam magis vbi temperamentū eo/
rum ab initio calidius sicciusq₃ fuit: vomitio peten/
da est: propterea quod magis etiam hi biliosi sunt
in precipui vigoris etate. Quin ꝛ exercitari his vti/
lius est: nō acutis exercitationibus ꝛ precegetis: sꝫ
potius tardis ꝛ mollibus. Sunt enim omnes q̄ hoc
statu sunt: graciliores. Acute vero exercitationes cō/
sensu gymnastarum omniū extenuant: sed lente con/
tra corpus implent. Sunt vero ex ijs qui impense ca
lido tēperamento sunt: ꝛ qui exercitari prorsus non
desyderant: sed abunde his satisfaciāt inambulatio
balneum: ꝛ mollis ex oleo frictio. Acre nanq₃ ꝛ mor/
dax calidum id est quod ab his exhalat: non hume/
ctans: quale ατμώδες greci vocant: nec suaue: citra/
q₃ morsum. hos vero a cibis quoq₃ balneum iuuat.
Quidā vero eorum incredibile est quam etiam obesi
sunt redditi ex tali victus ratione. Antiquū autem
vinū inimicū his est: albū vero ac tenue idoneū est.
Estimandū autem in omnibus est qui a cibo lauan
tur: num in dextera precordiorum parte: vbi situm
iecur est: dolorem aliquem aut grauitatē aut tensio/
nem sentiāt. Eiusmodi nanq₃ corporum status ioci/
noris vitijs tentari solet si balneo post cibum vtan/
tur. Ac siquando eiusmodi aliquod vitium sentiunt:
illico dandū aliquid est eorum que obstructū iecur
liberent: abstinendūq₃ ab ijs cibis qui crassum effi/
ciunt succū: ac potissimū si ijdem glutinosi sint. De
his dictum abunde nobis est in tribus libris quos
de alimentorum viribus scripsimus: preterea in eo
libro quē de euchymia ꝛ cacochymia: id est de cibis
boni ꝛ mali succi: edidimus: itemq₃ in libro de exte/
nuante victus ratione. Quippe qui dolorem in ioci
nore sentiūt: ijs tali victus ratione vtendum omni/
no est quoad dolor se remiserit: ꝛ dextra precordia le
uia quodammodo sentiant. Utile sane fuerit ꝛ liquo
rē in quo macerata sit apsinthij coma: offerre: preter
ea qđ tū ex ea: tū ex aniso ꝛ amaris amygdalis con/
ficitur: qđ etiā bibere ex oxymelite prestat in eo tēpo/
re qđ inter surgendū lauandūq₃ interuenit. Nam et
postq₃ cōfecta sunt que ex ventre ad iecur redduntur
talia exhiberi prestat: ꝛ temporis aliquid eorū ope
ri ante cibum sumendum dari. Non inutile est ꝛ me/
dicamentū quod diacalaminthen vocant: cuius cō/
positionem in quarto horū commentariorū scripsi
mus. Uerum in biliosis temperamentis cauere opor
tet huius assiduū vsum. Sed ꝛ siquando horū quisq₃
piam eo propter iocinoris obstructiones vtitur: vti
lius est ex oxymelite id bibat. Porro alimēti species.
siquis horum temperamentū vertere in melius stu
det: contraria esse intemperantie debet. Sensim vero
id fiet citra noxam: si ꝛ presit medicus: ꝛ qui curatur
ita sit a negocijs liber: vt omnia suo tempore pagat.
Nam qui in rebus ciuilibus versatur: ꝛ multis nego
cijs distringitur: huic tutius est vt nec tentet tempe/
ramentum suum mutare: sed accommoda sibi nutri
menta sumat. Porro apta sunt humidis quidē hu
mida: ꝛ siccis sicca. Nutritio enim fit cum is qui nu
trit cibus: corpori quod alit: assimilatur. Citius au
tem assimilantur sicca siccis: ꝛ hūida humidis. Qui
bus vero equale temperamentū est: ijs quanto iucū
dius fuerit quod comedūt: tanto vtiq₃ fit magis nu
triens. Atqui inequalem temperiem sunt sortiti: ita
vt his aliud iocinoris temperamentum sit: aliud vē
tris: aut alicuius eorum que circa iecur sunt: ijs di/
uersum est quod assumptu iucundū est: ab eo quod
cuiq₃ particule est idoneum. Quoniam autem osten
sū est duplex esse quod singulis cōueniens est: aliud
quod secundū simplices qualitates: aliud quod se/
cundū totam substantiā: qđ simplicibus qualitatib⁹
maxime aptū est: id qualenam sit: superius paulo est
cōprehensum: idq₃ seu mutare intemperiē per ociū
velis: seu cedere cogaris ꝓpter negocia. Quod ex to
ta substantia idoneū maxime est: sola experiētia dis/
cernitur. Ac maximā quidē vim hꝫ ad ea que edūtur
bibūturq₃: nō in ventre modo: sed etiā toto corpore
cōficienda: totius substātie cōuenientia: cuius ratio
ne nutrimenta animalibus ꝛ varia: ꝛ speciebus mul
tū inter se diuersa: habētur: cum nulla similitudo sit
eius qđ ex palea ꝛ herbis accedit: ei qđ ex ossibus et
carnibus. nulla societas ei⁹ qđ ex pane est: cū eo qđ
ex cicuta ꝛ veratro. nā ꝛ hec animantiū quibusdā nu
trimenta sunt. Fiunt aūt ꝛ qualitatibus cōueniētie:
vtiq₃ si seruare tēperamentū studes: hūidis naturis
humectāte cibo maxime quadrante: siccis vero: eo q̄
siccet. sin alterare placet: cōtrarijs. In eo autē qui est
in calido frigidove ad intemperantiā lapsu: contra/
ria dare semp expedit: cū ꝛ efficacissime eiusmodi in/
temperies sint: ꝛ (vt ita dicā) magis quāq₃ ex siccita
te ꝛ humiditate cōsistunt potentes: quippe cū facile
similibus nutrimētis in morbosam intemperantiā
abeant. At si siccius qđuis mēbrū efficias: nihil ma/
nifeste ledes. pari modo nec si hūidiori suā hūidita/
tē serues. Euidēti vero argumēto tibi ꝛ etates sint.
Que em̄ a prima genitura adolescentiā vsq₃ haben/
tur: hūidissima ijs caro est: senili etati: impense sicca.
Meminisse vero in hmōi sermone opꝫ eorum que in
opere de tēperamētis sunt scripta: sꝫ ne quis existi/
met qui superuacuis excremētis onerantur: hos hūi
do tēperamento esse. que res eos qui senectutē frigi/
dā ꝛ hūidā putarūt: falsos habuit. Nō em̄ ipse par/
ticule senū humidiore tēperamento sunt: sed ipse ca/
pacitates que inter corpa patēt tū senū tū eorū qui
humidis morbis laborāt: superuacua hūiditate im/
plentur. Porro cuiusmodi sicc⁹ morb⁹ sit: certa scia
cognoscet qui librū quem de marasmo inscripsimus

diligenter relegerit nō semel bisve nec transcurrens
sed singulis insistens atqꝫ intentus. Sane q̇ hec cō
mode leget:hunc exercitari prius conuenit in scōo
de tēperamentis libro in quo demonstratū est senis
tēperamentū siccū esse. Uerū quod in presentia no/
bis propositū est calidius iusto corpus:si quidē in
prima constitutione mediū humiditatis siccitatisqꝫ
habitū habuerit:oino id in incrementi statu(quaȝ
ἀκμὴν vocant)siccū efficitur idqꝫ tū magis tum cele
rius:si etiā natura siccius erat. Sed ⁊ senescet idē
citius : quanto vtiqꝫ ad summū incrementū perue/
nit citius. Nā cū omnes in remissione etatis siccesci
mus:ratio est vt qui natura sit sicciori:in senilis intē
perantie siccitatē citiꝰ perueniat. Hi ergo in preci/
pui vigoris etate potissimū humidā victus ratio/
nem postulant.cuius formulā proxime descripsimꝰ
perficitur eñ humectantibus cibis ac balneis:tum
exercitationū ⁊ que preceleres ⁊ queꝗ multe sunt ab
stinentia. Hi adeo estatis tēpore ⁊ citius lauātur ⁊
a cibo iterū.prodest his ⁊ frigide potio. At venus
siccis tēperamentis est inimicissima. Uitande quaȝ
maxime his sunt exustiones:⁊ lassitudines ⁊ solici/
tudines ⁊ vigilie:⁊ motus omnis celer. Iracundia
vero cum biliosas naturas maxime accendat : acu/
tas febres parit. Itaqꝫ que victus ratio ijs laudat᷑
qui status incrementi tēpore tēperie sunt calida hu
miditatē tamen ab ortu mediocrē habebant:hec ijs
qui natura calidi sunt ⁊ sicci:magis conuenit. Nec
dubiū est quin modus quoqꝫ excessus superātis ele
menti in primis consyderandus sit. Siquidē eate/
nus intendere:remittere aut augere victus speciem
oportet:quatenus supra naturalē habitū aucta di/
minuta ve sunt tēperamenti elementa. Quapropter
si eorū q̇ natura humidiores calidioresqꝫ sunt:mu/
tare tēperamentū ad frigidiorē sicciorēqꝫ speciem li
bet:contrariā his victus rationē exhibeas opȝ. sin
id custodire placet:similē. Sane eiusmodi nature in
puerili etate fluxionū ⁊ redundantie morbis maxi/
me tentantur:itēqꝫ putredinis. Quo magis ⁊ pluri
bus exercitationibus ⁊ exacta ventris concoctione
indigent. Quicquid eñ in hoc corrumpitur:id toti
corpori morborū putredinis occasio fit. Itaqꝫ ⁊ an
te cibū bis terqꝫ hi si lauent:ac calidis sponte ortis
vtantur: maximū inde cōmodū sentiunt. Quippe
huc dirigitur in his consiliū:vt ipsas animalis par
ticulas seruemus humidas. Que res omnis tēpera
menti cōmunis est : si modo cōtraria ratio oim ani/
mātiū corpora citius ad senectutē perducit : ipsaqꝫ
sit cuius culpa oē genitū corpꝰ mortale fit. Quippe
si fieri posset vt tēperamentū corporis humidū per
petuo seruaret᷑: verus sophiste cuiꝰ inter initia ope
ris memini sermo esset: qui sibi auscultātē promisit
immortalē fore. Sed qm̄ nature progressum qui est
ad siccitatē effugere corpori nō licet : vt ante docui/
mus:iccirco senescere nobis corrumpiqꝫ necesse est.
Erit tamen id maxime diuturnū:q̇cquid erit mini
me siccatū. Uerum cum humida victus ratio excre/
menta:⁊ succorū abundantiā pariat:difficile est ita
mediocritatē seruare:vt neqꝫ morbi incidant : neqꝫ
senectus maturet᷑. Quod tamē ad ipsius tēperamē
ti rationē attinet:q̇ maxime sunt humidi:ij maxime
sunt longeui. Iidē ⁊ sanitate vbi corpꝰ ad robur p/
uenit plus ceteris fruunt᷑ : ⁊ ceteris qui parē etatē
agunt:valentiores ad extremum vsqꝫ senium sunt.

Ideoqꝫ ferme tū medicis oibus tum philosophis q̇
corporis elementa diligenter inuestigarunt: tēpera
mentū id laudatū est. Imo etiā vnū id proinde secū
dum naturā se habere quibusdā est visum. Nā quā
quā in principio sit deterius:tēpore tamen reliquis
prestantius euadit. Quo magis qui tuende huius
corporis sanitati preficit᷑: ijs que ab ipso defluunt
prospicere debebit tū exercitatione(vt dixi)tū bal/
neis ante cibū pluribꝰ:tū vero ijs que per ventrē ⁊
vrinas reddunt᷑:excernēdis. Nec prohibet preterea
quicquā quin ⁊ apophlegmatismis ⁊ purgationibꝰ
aliquādo vtatur:anteqꝫ oia cibis boni succi ac vini
potione qd̄ vrinas promoueat. Et de calidis quidē
tēperamētis abunde dictū est : de frigidis deinceps
agendū. Sunt porro ⁊ horū tres summe differētie.
Nā aut modice se habēt in altero cōtrariorū pari:
ita vt nec humidi sint nec sicci:aut alterū in his re/
dūdat:vtiqꝫ vel siccū vel humidū. pessima tamē me
rito sicca tēperatura est. Quippe qd̄ tēporis spatio
senescentibus accidit:id his statim ab initio contin
git. Ergo istos humectare calfacereqꝫ oportebit. Id
fiet exercitatione modica : ⁊ nutrimēto humectante
ac calido:preterea vini calidi potione:⁊ somno libe
raliore:illud interim prouidentibꝰ nobis: vt excre/
mēta oia que vel ex cibis vel potiōe prouenīūt quo
tidie expellant᷑. De veneris vsu dictū supra est eā oī
bus q̇ sicco tēperamēto sunt:inimicā esse. Nunc vo
etiā ex hoc numero potissimū aduersa est ijs qui su
pra siccitatē frigidi quoqꝫ sunt. Nā innoxia venus
ijs tm̄ est q̇ calidi humidiqꝫ sunt:tū vero q̇ genitura
naturaliter abundāt.de quibꝰ inter inequalia tēpe
ramēta mox dicet᷑. Malū vero ⁊ illud frigidū tēpe/
ramentū est:qd̄ cum humiditate cōiungitur : maxi/
meqꝫ id fluxionū morbis est obiectum. Succuritur
huic ⁊ balnei abstinentia:⁊ exercitio : ⁊ tenuiore vi/
ctu ⁊ vnctionibꝰ que modice calefaciant. quarū for
ma narrata prius est : vbi de lassitudine egimꝰ. At
qui frigidi natura sunt:ceteꝝ in sicci humidiqꝫ tēpe
ratura modice se habēt:minꝰ ij vel ad sanitatē : vel
ad corporis robur sunt inepti: quā qui in illis sunt
intēperati. horū igitur excitare firmareqꝫ calorē ex/
pediet. In humiditatis vero siccitatisqꝫ specie : tota
victus ratio media est exhibēda. Atqꝫ hec mihi oia
de ijs dicta sunt quos equalis intemperies premit:
hoc est quibus omnes corporis partes ad calidius
vel frigidius: humidius:vel siccius similiter sunt in
clinate. De ijs vero qui inequalē corporis constitu/
tionem habent.non potest paucis dissceri:propterea
qd̄ numerose horū varietates sunt : cum alijs alia
particula male tēperata sit. Sed ⁊ si duas tm̄ quis
intemperatas habeat : harū quoqꝫ varietates non
pauce sunt.proindeqꝫ cum prius docuero quenam
ijs exhibenda sint quibus inculpatus quidem est
corporis status:viuunt autē vitam seruilē : siue ne/
gociosam:siue quouis modo aliter appellare placet
ab ijs vero : quenā ijs qui equalē intēperantiā ha/
bent in simili viuendi genere:transibimꝰ dehinc ad
eos qui inequalē in corporis partibꝰ statū habent.
Ergo salubris ⁊ inculpatꝰ corporis status in lati/
tudine(vt sepe dictū est)intellegi dȝ:sicuti etiā ipsa
sanitas. Nā neqꝫ sanus esse quisquā nostrū videri
potest:ea saltē q̇ oīno inoffensa inculpataqꝫ sit:sani/
tate neqꝫ iculpabili esse corpis statu. At sanos eē di
cunt q̇ nec parte aliqua corpis dolēt: ⁊ ad vite mu/

nia haud quaquā sunt impediti. Pari modo ⁊ corporis statu illeso esse:cū nec ab externis occasionibꝰ facile in morbos incidunt:nec ab internis. Illo nimirum pro re certa prius definito:assidue egrotare aliquos nō ob propriū corporis statū: sed propter vitiosam victꝰ rationē:dum aut in desidia vitā exigūt:aut nimiū laborāt aut in ciborū qualitate quātitateve aut tēpore peccāt:aut exercitiū aliqd̄ noxiū exercent aut in somni modo aut veneris immodico vsu falluntᷣ:aut etiā egritudine animi:curisqꝫ parū necessarijs se macerāt. Quippe nō paucos nouimꝰ eiusmodi de causis quotānis egrotare: quos tn̄ nō dixeris vitioso corporis esse statu sicut eos q̄ quum nullo horꝫ que recensui:deliquerunt:tamē perpetuo egrotant. Ergo primū propositus sermoni is esto q̄ corporis statum in latitudine inculpatū habet qui qꝫ alteri viuens:toto die ministrat: aut maximo magistratui:aut monarche:ceterum ad extremū diei liber a domino discedit. quo loco rursus definiēdum nobis est quem finem diei dicimus:quādo alias lectori sermo noster imponat:nisi certa limitatione sequetur. Si eñ dixero dissolui tum primū hominem ad corporis sui curam:cum sol occidit: nec adiecero quo die id velim circane solstitiū an brumā an circa equinoctia an alio quopiā tēpore quod dictis interuenit:non possunt cōmoda precepta tradi. Rome eī maximi dies ac noctes paulo maiores quindecim equinoctialibus horis sunt. contra minimi: paulo intra nouem. In magna vero Alexādria maximus dies quatuordecim horarū est:minimus decem. Ergo qui in breuissimis diebus:⁊ longissimis noctibꝰ a ministerio occidēte sole redit: huic fricari per ociū ⁊ lauari ⁊ modice dormire licet. Porro nemo est cui nec in maximis:nec etiā his licet aliquid mediocriter agere. Nec ipse profecto quenquā noui tam infelici vite sorte. Antoninꝰ enim qui imperatorū quos ipsi vidimus:prōptissimus ad curā corporis venit: breuissimis diebus sole occidēte in palestrā ingredi tur:longissimis autē hora nona: aut ad summū decima. Quare lꝫ ijs q̄ illi in diurnis officijs adsistūt: vbi discessere:reliquo diei tēpore corporis curā agere:ita vt sole occidente ad somnū se cōuertāt. Nā cū minima nox nouē horas equinoctiales equet:abunde his fuerit si id totū tēpus in somno sumpserint. Ergo videndū est assuetusne per anteactā vitā exercitationis talis minister fuerit:an citra exercitationem lauari. Nā sunt qui ne frictionē quidē sibi adhibeant:sed protinus perfusi oleo:balneū ingrediātur aut etiā strigili tantū arrepto:quo sudorē in ipo balneo destringant. Ac nōnulli quidē hanc consuetudinem modice ferunt:ita vt aliqui eorum nec assidue egrotent:nec longo tēpore: vtiqꝫ quibus libera corporis trāspiratio est: εὐδιαπνευστους greci vocant. eosdē aliqui tum medicorū:tum gymnastarū: areosyncritus grece appellant. Quin dictum ⁊ ab Hippocrate est huic generi hominū sanitatem magis cōstare. Ait eñ: Raritas corporis ad trāspiratum quibus plura per cutim feruntᷣ:salubrius. quibus pauciora:minꝰ salubre. Hāc corporis nr̄m ad aliā cōsuetudinē trāsferre nō opꝫ: sed nec vllā oīno aliā naturā nisi que longo iam tēpore egrotat. Nō siqua assidue egrotet:disquirere in ea causam cōuenict. Ea inuenietur:si initium inquisitiōis ab egritudinis specie ceperimus. Quicquid enim eorum que in ipso sunt:corpus affligit:duplici id occasiōe oritur:aut redundantia: aut succi vitio. Ac si quidē redundantie vitijs egrotare videbitur:huc vniuersa tendet victus eius ratio:vt succos ad conuenientem modum reuocet. sin ex succorum vitio:vt pares eos faciat. Prius autē specialiter dicetur quēadmodum prospiciendū mediocritati sit:que in quātitate spectatur. post quēadmodū equalitati que in qualitate consistit. Itaqꝫ iam de priore agamus: ducto tandē ad principiū sermone. Ubi qd̄ ex corpore exhalat:minus est ijs que accepit: redundantie oriri morbi solent. Ergo prospiciendū est vt eorū q̄ eduntur ac bibuntᷣ:respectu eorū que expelluntᷣ: conueniens mediocritas serueᷣ. Sane is modus seruabitur:si ponderabiᷣ a nobis in vtrisqꝫ quātitas. Qui eñ balneū statim ingrediuntᷣ:ijs postea frictiōe vti atqꝫ etiā prius paulū dimoueri:qui vero hec prius obierint:paululū etiā hec ipsa inaugere suadebimꝰ detrahere vero de nutrimēti vel quātitate:vel qualitate:vel etiā vtraqꝫ. Qui eñ celeriter notabilē abundantiā aceruant:ijs de vtraqꝫ:qui nō celeriter: aut nō notabilē ijs de altera demptū esse sat fuerit vtra videlicet homo ipse potiuꝫ voluerit. Ac quēadmodum de quātitate demaᷣ notū est. De qualitate demitur cū exigui nutrimēti cibus aponiᷣ. Siqdeꝫ nō pauci suilla nutriti:celerrime copiā aceruant cū alias requirat id nutrimentū tū frictiones: tum exercitationes plane vehemētes. His igiᷣ olera ⁊ legumina que nō multū corpori adijciāt:preterea pisces ⁊ aues:que multū item nō nutriant:exhibenda sunt. Qui vero vitiosos cōgerunt succos:ij nō peride vt qui redundantiā cogunt:vni tantū rei sunt intenti:quandoquidē nec vnica est vitiosi succi spēs. Alij eñ magis frigidū pituitosumqꝫ eiusmodi succum cōgerunt:alij magis calidū ac biliosum:nōnulli magis aquosum:alij rursus magis melancholicū id est qui magis atre sit bilis. Horū ergo cuiqꝫ abstinendū ab ijs cibis potionibusqꝫ est qui eum quē colligunt succū facile gignāt. Porro dictū abūde de his est in tribꝰ libris qui de ciborū viribus sunt inscripti:item in alio quē de ijs qui bonū malūve succum gignūt:inscripsimꝰ. Est ⁊ preter hos alius de ijs qui extenuant cibis:vtilis profecto ijs qui crudum cōgerunt succū:qui crassus quidē oīno est: nō tamē perpetuo glutinosus. Sane oībus his cōmune auxiliū est alui deiectio:potissimū vero quibꝰ est naturaliter adstrictior. Cōmunis porro est ⁊ veneris cōueniens mediocritas. Quibus eñ inculpata corporis cōstitutio est:nō debent ij (veluti siccis supra preceptū est) a venere omnino abstinere. Illud tamē cōsyderationem desyderat: semelne die:an his sit ijs qui eiusmodi vitam agunt:comedisse: ex vsu. Eius cōsyderationis caput est ⁊ corporis ipsarꝫ natura:⁊ ab hac in victus ratione consuetudo:⁊ tertio ab his si mutare victus rationē videbitur: quo pacto eius mutationem homo ferat. Atqꝫ ab ipsa quidem natura:eius quod conducet significatio datur. Et eorum quidē quibus biliosus venter est: sicuti dictum nobis in quarto iam est:⁊ nunc nihilominꝰ dicetur primi semper ciborū ac potionū sint q̄ aluū deijciāt. Ex vinis quidē dulcia ⁊ q̄ mollire vētrem possunt. Nō eñ oīa eius sunt generis. Ex cibis olera cū oleo ⁊ garo. Uitāda vero ex vinis sunt austera. ex cibis q̄ adstringūt:nisi si firmādi oris ventris

causa:post totā comestionē exbibeantur. Jd autē ex-
perientia quocꝫ discernendū est. Sunt eñ quibꝰ ad
stringentiū vsus adeo aluū non cōprimit: vt etiā ad
deijciendū cōducat: propterea qđ os vētris roborat.
Quod euidētissime in ijs qui imbecilliꝰ id optinent:
cernitur. Quicūcꝫ vero palestre exercitijs ante bal-
neū sunt vsi priusqꝫ districte negocijs vite se addice-
rent: ijs vt ab ipsis abstinuisse est incōmodissimū ita
vt similiter vtantur preter incōmodū: etiā fieri oīno
nequit. Ergo exercitatione que apotherapia dicitur
(de qua supra egimus) istis vtendū censeo: ⁊ simul
de suille carnis modo nōnihil demendū. Quoniā ve-
ro (vt ante dixi) sunt quibus ante balneū esitasse ali
quid est melius: dicendū deinceps est tum de hora
qua facere id debent tū quātitate eorū que sumēt ac
qualitate. Ergo quod ipse facere insueui diebus ijs
q̇bus pp vel infirmos visitādos: vel ciuilia negocia
putaui me serius ad balneū accessurū: id dicere non
grauabor. Ponatur dies quo id fit tredecim horas
equinoctiales lōgus. in decimā vero corporis curā-
di spem esse. Hoc casu visum mihi est circa quartam
horā simplicissimū sumendū esse nutrimentū: q́ vti-
qꝫ solus est panis. Atqꝫ ipse quidē ita feci. Quibus-
dam vero pane solo vesci sine opsonio nō placet: sed
eum cum palmulis: oliuis melle aut sale: sumūt. sunt
etiā qui post eum bibūt. Ego vero nec a tali cibo vn
quā bibo: ⁊ solū panē comedo. Sit autē cuiuscꝫ eorū
modus: is qui decima hora cōcoctus esse possit. q̇p-
pe si exercitari cupiant: eo maxime pacto citra noxā
se exercitēt. siquidē nō leue incōmodū nōnullis acci-
dit cum repleti cibo se exercitant. nonnullis eñ ⁊ ca-
put implet᷑ vaporibꝰ: ⁊ in iocinore aut pōderis sen-
sus aut distētiōis aut vtriusqꝫ percipit᷑. Ergo cū ta-
le quippiā incidit: succurendū ei quāprimū est si ie
cur obstructū sit ijs que in vijs eius herentia impe-
ditaqꝫ expediant. Si caput repletū est ambulationi
bus sed potissimū ante cibū. Nihil tamē vetat quin
⁊ post cibū. Ceterū has qꝫmaxime lentas esse expe-
dit illas q̄ ante cibū sunt magis his quidē citas: nō
tamē quales festinabundi vsurpamus opero aliquo
vrgente. Que vero iocinoris meatus obstructos ex-
pediunt eadē tarditati cōcoctionis cōducunt. horū
optima sunt oxymeli: ⁊ diatrion pipereō in quo nul
lum immixtū sit medicamentū nō familiare. Ad hec
tenuatorius victus. hec eñ tarditatē cōcoctiōis cor-
rigunt ⁊ obstructiones iocinoris liberant. Ubi vero
corruptio ciborū in ventre accidit: quibus id qđ cor-
rumpitur: in aluū descendit ijs maximū id cōpēdiū
ad sanitatē est: quibus vero nō descendit ij prouocā
di ijs sunt q̄ leuiter deijciūt: cuiusmodi sunt diospo-
liticon (vticꝫ cum pari cum reliquis pondere nitrū
immixtū habet) ⁊ quod ex ficis ⁊ cnico cōponit᷑ alia
qꝫ que ex cnico vel epithymo cōficiuntur. Porro ijs
qui ita sunt affecti etiā vomitus ante cibū conducit.
Consulendū vero his est ne quid fumidū: aut male
olens aut denicꝫ facile corruptibile nutrimentū acci
piāt: sed que boni succi sint (medici euchyma vocāt)
potius eligant. Scriptū vero de his alibi est in ijs q̄
de boni malicꝫ succi cibis prodidimus: preterea in
illis tribus quos de ciborū facultatibus inscripsi-
mus. Percommodū vero ijs qui ita se habent homi
nibus est ⁊ si ex cōueniente interuallo aluum subdu-
cant per ea que modice purgent: cuiusmodi est quaꝫ
medici dialoes picran grece vocant. Si vero longo
tempore vitiosum succū augeri sinas: grauis q́spiā
morbus ipsis incidet. Sane possunt eiusmodi sibi
curā impendere ijs diebus quibus publicū aliqđ fe
stum celebratur: quo nimirū liberi a seruili ministe-
rio sunt. Uerum multi per intēperantiam adeo nihil
agunt quo quod vitiosum in corpore collectū est cor-
rigant: vt etiā magis ipsum accumulent: dum vitio-
so victu in ipsis festis vtunt᷑. Quo fit vt alijs eorum
diutini morbi incidant: a quibus tota vita explica-
re se nequeunt (cuius generis mala sunt ⁊ podagra
⁊ articularis morbus ⁊ calculus) alijs acuti: sed q́
vel singulis annis infestēt: vel certe alteriꝰ omnino.
Aliqui vero etiā bis ita in vno anno laborant. Ars
vero que sanitate tuende presidet ijs qui sibi parue-
rint constaturam sanitatē promittit. Qui vero pare
re recusant: ijs perinde est ac si oīno non esset. Recu-
sant autē alij: ab ipsa in p̄sens voluptate victi: quos
incontinentes intēperantesqꝫ nominant. alij ambitio
ne: quā greci hodie ομοιομερη id est vanam gloriam
vocant. Quorū is erat qui quiduis potius sustinuis
set: quā picem sibi toto corpore continenter illini sua
dētibus id medicis pro gracilitatis remedio. hec ei
nonnullis propter totius corporis in sicci frigidicꝫ
excessu intemperiem oritur. nonnullis vero propter
digerentis in corpus: vel nutrientis: vel etiā amba-
rum facultatum naturalem imbecillitatē. Porro oī
bus qui ita sunt affecti: auxiliatur vnguenti genus
quod a grecis hodie dropax dicitur: vtpote quod ⁊
distribuendo in corpus alimento ⁊ nutritioni cōdu-
cit. Et sane multos ex ijs qui prius graciles fuere vi
dere licet hoc remedio obesos redditos: potissimū q̇-
bus digerendi facultas infirma erat: nutriendi ve-
ro firma: sed que per apte materie penuriam: affatiꝫ
nutrire non potuit. quod ei nimirum ex deducendi
in corpus alimenti defectu: incommodum accedit.
Uerum aliqui per ambitionē (vt dixi) ne (sicut deli-
cati: aut qui forme plus satis indulgent) pice vngi
videantur: refugiunt eiusmodi auxilium: atqꝫ aliud
quippiā sibi a nobis excogitari gracilitatꝫ remediū
iubent: cum tamen nullū sit quod huic possit equari
prodesse tamē possunt etiā hec: si ante balneū manu
nec adeo molli: nec rursus aspera: corpus perfrices
quoad ruborem contrahat: deinde dura frictione nō
multa cutem cogens: densam eam duramqꝫ efficias.
ab his: si mediocri exercitatione vsum: ac lotū: citra
tamē longā in solio morā: hominē abstergeas: ad iā
dicte frictiōis sicce formā: mox vngas oleo exiguo: ac
cibum offeras. Quippe studiū in his est: vbi bonū
sanguinē in corporis molē attraxeris: vt tum nutri-
cem vim firmes: tū ne quod attractū est exhalet pro-
spicias. Ac firmatur quidē nutriendi vis excitato in
carnibus calore. Non exhalabit autē qui attractus
in has sanguis est: si oleo vnxeris: vtpote quod em-
plastici medicamenti vim habet. Quod si etas non
reclamet: etiā si frigida lauatione vna cum predictis
vtetur: magno fruetur cōmodo. Contra vero in ijs q̇
immodice sunt obesi: minuenda digestio est: augēda
vero corporis exhalatio. Porro minuet᷑ digestio assi
dua ventris deiectione: nempe assuefacientibus no-
bis nutrimenti instrumenta: quecuncꝫ continent: ca
statim pessum impellere. Corporis autē exhalatio
inaugebitur celeri exercitatione (cuius generis cur-
sus est) preterea vnguentis ijs que euaporandi vim
habent: fricando quāplurimū. Sane frictionē mollē

esse cōueniet:ac que laxū corpus efficiat. Ipse nāq;
prepinguē quēdam paruo tēpore ad mediocritatē
carnis reduxi:celeri primū cursu vti cogēs:dein su-
dorē linteo vel molli admodū vel admodum aspero
detergēs.ab ijs vnguentis euaporantibus que ho
die acopa medici iuniores vocare solent:largissime
perfricui:ac post eiusmodi frictionē:ad balneū per-
duxi.a quo nō protinus cibū dedi:sed quiescere in-
terim iussum:aut etiā cōsuetū aliquod munus obi-
re:rursus ad balneū secūdo egi.postea ciborū multi
tudinē qui parū nutrient:apposui:eo cōsilio vt satu
rarent illi quidē ceterū exiguū nutrimēti in totum
corpus summitterēt.Sed ⁊ alias que totū occupant
corpus intēperies simili ratione colligere cōueniet:
primū eorū que agi oportebit:inuento scopo: mox
materijs q̄ ea p̄stare q̄ant.Nā nūc cōpēdio sermo om
nis semel peragat̄ ad eos qui tū frictionū tū exerci
tationū tū balneorū rationes memoria tenent:itē q;
ciborū ⁊ medicamentorū. Ac de frictionibus exerci
tationibusq; in hoc opere supra est dictū : de cibis
v̄o alibi atq; etiā de medicamētis. Quippe doctri-
na que methodo id est via rationeq; traditur: cū cō
munia generaliaq; cōplectitur: ad multa particula
riū tū facile recordabilis:tum vero cōpēdiaria effi-
citur.Ego vero cū non tantū vniuersalia ponā: sed
etiā particulariū exēpla his apponā:absolutissimā
me arbitror tradere doctrinā. Iā ad inequales cor-
porū status accingi tēpestiuū videt̄. Ea porro etiā
valetudinaria omnino sunt. Sane īequales status
trifariā fiunt:prout compositio corporis nostri tri-
plex est:vna ex primis elemētis:ex quibus constant
ea que Aristoteles ομοιομερι id est similares p̄tes
nominant.Scd̄a ex his ipsis similaribꝰ.q̄ ipsa quo
q; rursus sensibilia dissimilariū partium elementa
sunt : ex quibus instrumentaliū cōpositio consistit.
Tertia ab his totius corporis cōpositio ex ipsis in
strumētalibus est:ac facillima quidē tum ad discer-
nendū tum vero ad curandū. tertia est difficilior se
cunda.maxime lubrica prima est. Cōmodius ergo
a tertia incipitur:que faciliorē se ⁊ ad cognoscendū
p̄bet:⁊ ad custodiā:vt statim in capite(neq; eñ alie
num est ab eo cepisse)qd̄ intēperate nature sit adeo
vt multa excrementa gignat:vnde ledi subiecta mē-
bra cōtingat:in quodcūq; excremēta ꝓcubuerint.
Ac prōptissime quidē in os ⁊ nares impetū excre-
menta faciunt.decidunt vero ⁊ in oculos : nōnullis
etiā in aures.Sed excremēti in os decursuz tum gu
la excipit:tum aspera arteria. appellant hanc greci
⁊ βροΥΧον cuius summa pars que ori coniungit̄:
(λαρυΥξ autem grece dicitur) instrumentū est vo
cis:vt in libro de voce est indicatū. Ergo is larynx
ab ijs que capite decidunt madefactus : principio
quidē raucā vocē facit:procedente vero tēpore par
uam.Si vero longius etiā procedit malū:totā adi-
mit.Quippe cū larynge arteria quoq; ipsa vna hu
mectatur.Quod si acris fluxio fit:nō solū ad vocem
inepte predicte partes fiūt:sed etiā grauissima que-
dam erosio his accedit:que talis est nature: qualis
sunt quas subinde in cute citra externā causam le-
sa factas videmꝰ. Ita vero ⁊ pulmo his exulcerat̄
⁊ morbꝰ tabes dicit̄ : grece φθον At si in gulā ⁊ vē
trē fluxio feratur:que quidē frigida est:in frigidam
intēperiē corpora mutat.que calida:in calidam.hec
vero etiā exulcerat spatio.In ter initia vero appetē
tiam ⁊ cōcoctionē labefactat . At frigida quidē flu-
xio tarditatē cōcoctionis:⁊ cruditatem:⁊ acidos ru
ctus creat.quod si etiā corrupta fit:alimentū quoq;
in corruptelam vertit:q̄ vel fumidos vel acidos:vel
alterꝰ cuiusquā dicibilis indicibilisve qualitatis
ructus emittat.Si vero inferius se noxa recipiat:et
ieiunū:⁊ crassius intestinū:qd̄ colon vocant:affligit
Quinetiā vasa que sunt in mesenterio: ⁊ per que fit
in iecur cibi digestio:tangit. Ac nōnullos quidē de
syderiū appetitus excipit. Alios appetētie a natu-
ra aliene(quas caninas appellant) aut etiā viciosi
cibi ↄcupiditas : qualis grauidis quas κιττῶσαι
grece vocāt:accidit.Sane nō latet vuā quoq; ⁊ pa-
risthmia:⁊ paruhides ⁊ antiades ⁊ dētiū erosiones
⁊ vlcera ⁊ putredines in ore saniē hancq̄ a capite i
ipsa decidit cōsequi. Ac pleraq; medicorū pars aut
columellā incidūt:aut medicamēta quibꝰ expui fa-
ciant qd̄ in pulmonē per asperā arteriā defluxit:ex-
hibent.Alij vētri prospiciūt. Alij dentibꝰ ⁊ ori aut
etiā ijs que in naribꝰ cōstitere prouidēt: vt de ocu-
lis auribusq; taceā qui ipsi quoq; in nō paucis le-
duntur:cū satius(arbitror)esset ipsuz mali ceu fon
tem tollere:caput ipsum firmādo:aut si hoc pre ma
gnitudine naturalis intēperantie nō liceret:saltē il-
li prospicere: ab ipsa scilicet vitij specie prouidētie
significatione semper accepta . Nec cōmittere vt qd̄
nōnulli medicorū faciūt:q̄ omni capiti medicamen
tum qd̄ ex thapsia ⁊ sinapi cōponit̄ applicāt: id ip̄ i
quoq; facerēt:quādo si ex calida ītēperie caput ma
le habet:talia medicamēta noceant. Expedit igitur
hos frequenti balneo potabilis aque fouere: quo ⁊
calidos vapores qui in capite sunt:euocemꝰ : ⁊ to-
tum capitis tēperamētū meliꝰ reddamꝰ. Calidarū
autē que sponte nascunt̄:noxiꝰ his vsus est.siq̄dem
que ex his sulfureose: bituminoseve sunt:ee ꝓptera
qd̄ calfaciūt : inimicissime calido naturaliter capiti
sunt. aluminose vero q̄m angustos habitꝰ meatus
claudūt.Solis autē ijs spōte natis citra noxā vtan
tur:si tamē ipsis vtēdū:que vtiq; dulces sunt.sic eñ
tuto dixeris.nā qd̄ vtile etiā aliquid ex ipsis proue-
niat:id vero nō perinde tuto dixeris : q̄n nec calide
fortasse forent si oīs calefaciētis medicamētose vir-
tutis essent expertes.Satiꝰ autē fit eiusmodi aquas
experiētia discernere:q̄n etiā rare īuētu sunt:apud
nos stadijs ab vrbe paulo plus centū:in Prusa mi
nus decē.Ergo q̄ apud nos est in Allianis(ita eñ
locū appellāt)vniꝰ tota rōnis est:atq; est vno fonte
manās.q̄ v̄o in Prusa est:diuerse.Itē diuersus me-
dicamētose aque fons : eque vt apud nos ī Licetis.
Quibꝰ v̄o caput vehemēter calidū estuāsq; est : ijs
p̄stat etatis tēpore rosaceo perungi: qd̄ ex rosis tm̄
ac sine frōdibꝰ fit cōfectū.Atq; in hoc ipso genere il
lud p̄stantiꝰ est:qd̄ ex crudo oleo(qd̄ omphacinū et
omotribes grece vocāt)iniectis rosis cōponit̄ . Qd̄
longe etiā meliꝰ est si salis oīno fit expers.Sūt capi
ta q̄ ꝑ arteriarū tēperamētū in virgines(q̄ grece
scotomata vocāt)⁊ capitis dolores incidūt . ī q̄bus
etiā arterias īcidere solemꝰ. Sed hoc genꝰ proposi
te artis limites egredit̄ . Que tamē ex nimis acuto
neruorū sensu assidue dolēt:q̄ a capite orti plurima
sui parte:os vētris texunt:pars etiā ad reliquū ven
trē descēdit:his sane mederi ꝓposite iā artis officiū
est potiꝰ tamen consiliū est id agere quo minus hec
vllo modo incidant cauēdo ne aut biliosus humor

in ventrē prorsus confluat:aut quā celerrime inde ex-
pellatur. Atq; vt ne prorsus quidem cōfluat:cōsulu-
eris:si citius cibum exibeas. Ubi enī totius corporis
biliosus temperamentū est:venter imbecillus:vtiq;
cibo qui ventrē roboret(eustomachū grece vocant)
firmari postulat. Ubi enī ita nō prospicitur:defluūt
in eū quas corp⁹ aceruat:superuacue sanies:quos
greci ichores vocant. Ex quarū vapore nō solū ca-
pitis dolores nōnullis oboriuntur:sed etiā suffuso-
rum quos hypocheomenos vocant symptomata.ali-
quibus vero ⁊ comitialis conuulsio. Horū itaq; om-
niū vniuersa victus ratio:ad frigidius potius humi-
diusq; mutanda est. Quod aūt in ventrē confluit:id
vomitione:ac ventris solutione expellendū est. Sto-
machus vero cibis quidem quotidie priusq̄ bilē cō-
trahat:firmandus.purgetur vero medicamentis ex
maiore interuallo:apsinthij coma:⁊ cōpositione ex
aloe quam picran vocant.quippe hec quod !alti⁹ in
tunicas biliosi vētris se recepit: expurgat:apsinthio
parum id prestare valente. Est enim apsinthio vis
tantū detergendi abstringendique:ac talis que(vt
sic dicam)sordes tunicarum ventris detergeat:non
si quid altius in eo imbibitū est:foras extrahat atq;
expellat:sicut aloe. Que autem post hanc ventri ex-
trinsecus admouentur vnctiones:ex modice adstrin-
gentes sunto:vt melinum:masticbinū:⁊ nardinum:
⁊ alia id genus. Ac estate quidē potius melinū:hye-
me nardinū. Nam id medium est inter melinū ⁊ vn-
guentuꝫ nardinū.hoc enī calfacit:potissimū cū lamo
mum liberalius immixtum habet.illud refrigerat.
Est autem opulentis mulieribus ⁊ quod prestanti-
us nardino vnguentū sit:nempe foliatum: preterea
que spicata vocant:que ventrem ⁊ roborare possunt
⁊ calfacere. Si vero nō modo caput calidam saniem
ventris partibus transmittit:sed etiā venter ipse ca-
lidam intemperieꝫ habeat.vtiq; qui frigefaciant tū
cibo tum potione semper vti conueniet:atq; eā quali-
tatem in his pro temporū anni ratione intendere va-
rie ac remittere:nusq̄ tamen ad contrariā peruenire
id quod in ijs qui medij temperamēti erant:fecim⁹:
hyeme calfacientes:estate refrigerantes. Ad eundem
modum si vtraq; pars frigida intēperie sit affecta:
semper calfacientibus tum cibis:tum potione:tum
vnctione vtendū est:varie tamen ea pro temporum
ratione intendenda remittendaq; sunt. Porro diffi-
cilis cōnexio est quoties vel in calidum ventrem fri-
gida ⁊ pituitosa sanies defluit: vel in frigidū calida.
Atq; harū duarū alterā semper expert⁹ sum magis
ad curandū rebellem:nēpe in qua frigidi pituitosiq;
succi in calidū decidūt ventrē. Pessimus vero is sta-
tus est:cū homo ea cōpositiōe naturaq; est:vt nec vē-
trem facile solubilē habeat:nec vomere ex facili pos-
sit. Corrūpunt enī pituitosi hūores:si diu sint in vē-
ctione ꝓcedētes siue trahendū siue detrahēdū siue impellēdū aliq̇d fuerit fieri nō pōt vt sine motu scd̄z locū fiat actio. Itaq; si corpus adeo fuerit molle. vt ⁊ humidū ⁊ fluidū atq; infirmū sit ip̄m neq; similiter trahere neq; cōtinere neq; excernere pōt. Nā in oibus eiusmodi functionib⁹ necesse est eos q̇ agunt ⁊ firmos esse ⁊ intentos. Humiditas aūt nō ꝓhibet quominus ea que inter se iuncta sunt alterentur presertim si cū humiditate calor quoq; cōueniat. Neq; vlla qualitatū agētiū res vicinas perinde alterare videt̄ atq; calor. Hinc manifestū est qd̄ corpus vehementi tum calore tum humore p̄ditū quā celerrime alterabit id est ⁊ cōcoquet simul ꝓpriū alimentū et sibi assimilabit. Durū vero sed ita durū: vt sicuti nō facile flectit̄ ita tuto firmat̄ id ⁊ trahere vehemēter quidlibet ⁊ impellere violēter ⁊ detinere fortiter poterit. neq; eñ labascit cuz tendit̄ vt ea q̄ sunt valde mollia. Neq; vllū subest periculū ne frāgatur immo dicc extentū. Deniq; quicq̇d semel cōplectendo app̄hēdit: id retinere pōt. Quū sic agere haudquaꝙ possint ea q̄ vel ob siccitatē vix flectunt̄ vel ob humorē nimis sunt mollia. vt enim illa ad amplexus sunt inepta ita hec debili ansa innixa facile elabi sinunt ea que cō prehēderūt. Igitur optime nutriunt̄ calida ⁊ humida corpa alterāt eñ ꝙ celeriter ⁊ alliciūt ad se se alimentū mox in intimis partib⁹ reponunt deinde assimilant. Pessime oīm frigida ⁊ sicca Neq; eñ alterare possunt neq; suscipere neq; apponere neq; assimilare. Iam calorē celeriter alterare posse antea dictum est: atq; in hac re cōsistit concoquendi ratio. Quod vero humidissimū ideq; mollissimū corp⁹ facile in sese recipiat id qd̄ alteratū est admonitiōe potius quā ꝓbatiōe indiget. Similiter qd̄ durū ⁊ siccū nihil ꝑmittat ad se ingredi priusquā ⁊ frāgat̄ ac velut exulceret̄. Itidē qd̄ corpora humidiora tū facilius tum celeri⁹ ⁊ adhereāt ⁊ coalescāt: duriorū vero alia haudquaquā alia nō facile sic afficiant̄ neminē latere puto. Atq; vt es ferrū aurū ⁊ lapides silentio preteream⁹ de plūbo loquamur. Quippe manifeste cōstat plūbū cū plūbo haud quaquā coalescere nisi prius calfacta fundant̄. Ita ꝙ pueri alij q; quoruz corporis temperamētū ⁊ calidius est ⁊ humidius in his que ad cōcoctionē appositionē adhesionē atq; nutricationē ꝑtinent optime degūt. Etenī ⁊ cōcoctio ⁊ nutricatio alterationes esse cēsent̄. Appositio fit quū cibus in roris speciē redactus ab alito suscipitur. Adhesio aūt est alimenti cū alito cōglutinatio q̄daz dū in vnū coalescunt. In his oibus nō mediocrem p̄het vsum ad assimilationē ipsius alendi corporis humiditas. q̇ppe q̄ cōstitutionē alimento habeat similē. Digestionis autē ꝑ corpus in pueris instrumēta licet ad obeundas functiones parum sint valida sunt tñ satis idonea nihilq; ipsis deesse videtur. Nā vene moderatā fere soliditatē ⁊ robur obtinent. At retentrix in ipsis facultas imbecillior dep̄henditur quā ob rem celeriter excernunt siue grauet eos aliq̇d siue aliā quālibet ꝑpetiant̄ molestiā. Porro expellēdi facultas pueris itidē vt hec modice imbecilla est: ꝙꝙ retentrix facultas nō soluz in pueris verum etiā reliquis omnibus expultrice videtur imbecillior etiam si fuerint equales: idq; ob t̄pis quo actio perficitur prolixitatē: longiori enim tempore indiget retentrix potentia quo suo munere fungat̄. Expultrix vero breuiori tempore actionē suā perficit: quippe que vnico impetu id qd̄ molestū videtur: impellere: abijcereq; potest. Quemadmodū eñ in externis rebus videmus hominē vt ꝓijciat a se onus aliqd̄: satis fortē: eundē tamē nō posse ipsuz tota die portare. Ita internis quoq; instrumētis vsu venit: vt facili⁹ a se ꝓpellant id qd̄ molestū est: ꝙ multo tēpore retineāt. Igitur pueri (nā de his nobis sermo est) vt alteratricis facultatis robore iuuenes supant ita in adtrahēdi facultate sunt ipsis lōge inferiores quāuis ne in hac quidē deficiat eos q̇cq̄: qd̄ ad eius muneris functionē desiderari possit. In duabus reliquis facultatibus iuuenibus vincūtur: ꝙꝙ nō deprehēditur expultricis imbecillitas: idq; ob tēporis breuitatē: quo suo fungitur munere: quippe crebri⁹ ⁊ vomunt: ⁊ deijciunt ꝙ iuuenes: nō ob expultricis potētie robur: sed ob retentricis imbecillitatē. Atq; in cōcoctionibus que ad ventriculū pertinēt: si hūida molliaq; sumpserint: ea perinde vt iuuenes cōcoquere possunt: dura vero deterius cōficiunt. Etenim puerorū calor: ad vaporis naturā: iuuenū ꝟo: ad siccitatē magis accedit. Atqui hūidiora corpa: hūidioribus indigēt alimentis ficciora ficciorib⁹. Igitur si cōcoctio est alteratio alimenti: ad propriā aliti qualitatē: cōsequens est: hūidiores molliores q; cibos pueris esse magis peculiares: iuuenibus vero aridiores Senes ad oēs fere functiones: corpus male affectuz habēt: q̇ppe qui iuuenib⁹ sunt aridiores: p̄terea frigidi sunt. Igit̄ neq; ꝓbe cōcoquūt: ob caloris penuriā: neq; nutriūtur: partim ob siccitatē: partim ob alteratricis facultatis imbecillitatē. Iā digestio ꝑ corpus ipsis ⁊ tarda ⁊ imbecilla est: nimiꝝ instrumētis veluti torpētibus ob frigiditatē. Deiectiōes ꝟo: que quidē breuib⁹ interuallis eueniūt potētie imbecillitatē nō arguūt: q̄ ꝟo lōgiori spatio: male ꝑficiuntur. Ceterū ad functiōes practicas: durū ⁊ calidū instrumētū magis idoneū est: frigidū ꝟo ⁊ humidū maxie imbecillū. Reliq̄ due cōiugatiōes: inter has medium locū obtinēt. Atq; si etates spectes: frigidū simul et humidū corp⁹ haudquaꝙ dep̄hēdētes: iā eñ dictū est: senū corpora esse frigida ⁊ sicca. Porro inter prauas temperaturas: alie secundū naturā propriā alicui cōueniūt: Alie ex acquisitis prodeūt affectib⁹: vt exēpli caussa: phrenitis morb⁹ est calidus ⁊ sicc⁹: atq; ob hoc ad practicas functiōes valētissimus. Contra: lethargus imbecillus: quippe qui abūdanti: frigidoq; humore partes irrigat. Atq; hmōi est quedā aque intercutis species: maxie ea que tū leucophlegmātia: tū anasarca noīatur. Deniq; frigidū vbiq; debili⁹ est: ⁊ torpidū: siue siccitas: siue humiditas frigori iūgatur. Haud aliter inter naturales potētias retētrix robustior quidē videtur in aridioribus calidioribusq; instrumētis: imbecillior ꝟo in humidioribus frigidioribusq;: siue statim a ḡnatione ita fuerint affecta: siue succedente tēpore hmōi affectiones acquisiuerint. Porro aīaduertere in singulis partibus opz: quātū recedāt a mō: vt exēpli grā: nerui: tēdones: musculi: sindesmi. i. ligamēta: quāto sicciores tāto robustiores esse necesse ē. Nisi adeo modū excesserint: vt ⁊ vix flecti possint ob duritiē: ⁊ veluti friabiles videant̄ ob siccitatē. Atq̇ vbi sic affecti sūt: cōuulsiōe corripiunt̄. Cōtra: nālia istra: q̄ sūt hūidiora: eo sunt ad nutricationē magis idonea: ēt si ad extremā hūiditatē ipsoꝝ tēperamētū ꝑueniat: ad cōcoctionē vero nō sunt aptiora: neq; seipsis: neq; aridioribus:

q̄bus similis fuerit calor. Nisi siccū aliq̄n cibū exhi
beas instrumento sicco ⁊ squalido non liberaliter ei
misces humiditatē. Ceterū ⁊ ad digestionē ꝑ corp⁹
⁊ ad excretiōes corpora admodū dura sunt inepta
quod haud facile vel dilatant̄ vel cōtrahuntur quo
rū alteꝝ attractionē alterū excretionē ꝓmouet. Sꝫ
rem omnē in paucos scopos cōtrahētes summatim
pstringamus. Calor auctus ad omnē alterationem
efficacissim⁹ est nisi ad tantā vehementiā increscat.
vt eliquandi vim assequat̄: nam tū primū redditur
oīno inutilis. Frigiditas nulli functioni vtilis est.
Siccitas ad robur ⁊ firmitudinē confert nisi adeo
fuerit aucta: vt corpora rigida immobilia ac friabi
lia efficiat. Humiditas ad nutricationē quidē miri
fice facit ceteris vero functionibus omnib⁹ aduer
satur ea excepta qua corpus augmētū recipit huic
em̄ efficacius quā nutricationi auxiliat̄: qui enim
probe augmentū cōsequi voluerit: vt extendat̄ facile
⁊ inflectur opus est. Sed nō ab re fortasse fuerit hoc
loco finem huic operi imponere. Neq̧ em̄ (vt iā an
tea dictū est) oīa particulatim persequi: sed ad stu
diosorum exercitationē multis exemplis ad cōplu
res symptomatū tū species tū genera sermonē indu
cere ꝓposuimus. verū q̄z non ad tantā creuit liber
magnitudinem quin plura capere possit: dicamus
ea quoq̧ que hactenus fuerūt omissa. Siue e nari
bus siue auribus siue palato siue oculis siue fauci
bus siue vtero aut ex reliquarū partiū quacūq̧ ali
quid profluit: eius tum quantitatē: tū qualitatē cō
siderare atq̧ excretiōis modū in causas iam dictas
reducere oportet. Sic enim inuenientur symptoma
ta que a similariū intemperie ortū habēt itidem in
strumentorū morbi: insuper qualis quantaque fue
rit materia. Veluti (exempli causa) tum distillatiōis
tum grauedinis (hec coryza illa catarrus grecis no
minatur) causa est cerebrū vt pars quidē similaris
vel a frigore vel a solis ardore ad intemperieꝫ redu
ctum: vt instrumentū vero quatenus a plenitudine
infestatur. Igitur queadmodū profluuiū in ventre
per cruditatem fieri solet: ita dictorū affectuū vterq̧
in cerebro. Nominam⁹ autem destillationeꝫ vbi ad
os excrementū defluxerit grauedinē vero si nares in
festet. Raucitas (greci branchū vocant) ob destilla
tionem imbutis faucibus fieri solet. Si ad gurgulio
nem fluxio deriuetur aut vuā (vt vocant) parit aut
alias in tumorē ipsum attollit. Si in adenas que in
fine oris vtrinq̧ sibi inuicem apponunt̄ antiadas
facit. Si in partes illis adiacētes paristhmia. Atq̧
defertur fluxio a capite nonnunquā in ventrē nōnū
quaꝫ in asperā arteriā vtrilibet mirifice nocens. Ve
rum de huiꝰ fluxionū noxis maiores nostri accura
tius scripserunt ⁊ nos in medendi methodo de ipis
amplius dicemus. Porro de his qui vel e pulmone
vel thorace expuunt iam antea in libro de crisibus
diximus. Ceterū neq̧ mensiū suppressionē neq̧ pra
uas expulsiones omniū que ex vtero profluere solēt
difficile fuerit iuenire si similes tibi scopos ꝓposue
ris. Etem̄ nōnunquā vteri ipsius corpus si solidum
fuerit aut durū causa est cur menses supprimantur
duratur autē vel illico ab origine adeo vt nil vnquā
expurgare queat nisi vel medicamentorū vel tpis be
neficio ad meliorē trāsferatur constitutiōeꝫ. Aut tra
ctu tpis post gnationē idq̧ pro illius affectus rōne
quo crebri⁹ vterū infestari cōtigerit. Atq̧ vitiosa ēt
venarū angustia ꝓtinus in vtero cōtrahit̄ cōformā
te eā muliere. Cui ꝓportiōe r̄ndet ea quā adiacētis
corpora faciūt: constipatio: q̧ꝙ hec accidit interdū:
vbi citra culpā crassi⁹ euaserit corp⁹: intēperies aūt
vteri ⁊ a nā oriē: ⁊ affect⁹ quosdā comitat̄ queadmo
dū ⁊ dēsitas. At detinent̄ ēt nōnūq̧ mēses ob nām
ipaꝫ: quū vel crassū fuerit excrementū: vel viscosum.
Supprimunt̄ ēt nōnūq̧: h vtile fuerit excrementū:
obstructis ob hmōi hūore vasis: q̄ ad veterū descen
dāt. Preterea vniuersi corpis occasiōe: mulier inter
dū nihil expurgat: interdū pl⁹ iusto: interdū min⁹ nō
nunq̧ ēt depravatū. Nihil oīno excernit: ob multas
exercitatiōes: ⁊ victū tenuē: ⁊ quū ad alias ptes re
punt hūores. Min⁹ excernit: easdē ob caussas: sꝫ re
missiores quā pro nāli cōsuetudine. Pl⁹ aūt ob diu
turnū ociū: ⁊ victū opiparū. Ceterū depravate ꝑ ve
terū fluxiōes (noiatur ꝟo q̄cq̄d hmōi est flux⁹ mulie
bris) fiūt expurgato ꝑ hāc partē vniuerso corpore.
Atq̧ talē semp refert speciē id qđ excernit̄ quale est
id qđ in aiante redūdat. q̄ppe rubrū excremētū san
guinis sanie declarat: albū pituitā: palidū: amarā.
Preter iādicta: est aliud ex vtero depravatū proflu
uiū: ob affectū aliquē ipsiꝫ infestātē euenies. Insu
ꝑ mēses interdū supprimunt̄: nō ob sanguinis pe
nuriā: quā vel multa exercitatio (vt dictū est) vel te
nuis induxit: neq̧ ob affectū in vtero cōsistētē: sꝫ pro
pter robustas vires: sanguine ad alias ptes irruen
te. Verū (vt nup dicebā) haud difficile fuerit queli
bet (ni fallor) in his cōmētarijs versatū: ⁊ iam circa
multa exercitatū: hmōi p seipsuꝫ inuenire. Etem̄ ne
minem latet, qđ nōnūq̧ aut maior mēsiū copia fluit
quā antea: aut minor: aut oīno nihil fluit: aut prauū
est q̄ effluit ob ꝓprios vteri morbos: siue ipsi⁹ cor
nua ceruis: siue totū spatiū afficiat̄: atq̧ sub hac di
uisiōe steriles quoq̧ cōprehēdi possunt. Iā priapis
mus est: cū masculinū pudēdū intumescit ⁊ inflatur
inuito hoq̧ caussaꝫ hoc symptoma spūꝫ inflātē. Go
norrhea aūt (idest seīs ꝓfluuiū) si pudēdo nō inten
to euenerit: retētricis facultatis in seminarijs vasis
imbecillitatē sequit̄. Si ꝟo intēto pudēdo acciderit:
cōuulsiōi quodāmodo fīlis erit affect⁹. Atq̧ de his
nō opꝫ diuti⁹ disserere. Trāseam⁹ itaq̧ ad reliquuꝫ
symptomatū gen⁹: qđ ne ipsum q̄dē multo sermone
indiget: ob eaq̧ iā de ꝯsequētib⁹ se inuicē sympto
matis p̄dicta sunt: atq̧ sic finē huic opi imponam⁹.
Colorū vicissitudinē (vt summatim dicā) faciūt suc
ci a nāli sua spē aberrātes: aut in ꝓfundū subeūtes:
aut cutē veluti illucentes. Particulatim ꝟo causse ob
quas succos ad hmōi: tū mot⁹: tū affect⁹ peruenire
opꝫ: sūt animi affectiōes: aeris nos ambiētis vel ad
calorē vel ad frig⁹ pmutatio: corpis etiā affect⁹ vel
calidiores: vel frigidiores. Itē sanguis vel pauc⁹ vel
plurim⁹: tū foras elat⁹: tū intro reuulsus. Huc acce
dit ēt qōlibet hūorū vicīū (greci cacochymiā vocāt)
ad suā ipsi⁹ speꝫ vniuersi corpis calorē pmutare po
tēs: vt in morbo regio: aq̄ intercute: elephāte: itē lie
nis ⁊ iocineris imbecillitas: q̄bus decolorate q̄libet
ptes ꝑ portiōe r̄ndēt. Porro a nāli figura deflectūt
ptes: imodice vel replete: vel inanite: vel a ꝓprijs se
dib⁹ remote: aut reuulse. Causse ꝟo singlāꝝ affectio
nū plures sunt: quā vt presentia debeant explicari:
quamq̧ eas haud difficulter inueniet is: qui non
oscitanter: ea que hactenus prescripsimus plegerit.
Neq̧ nō facile dephēdet caussas ob q̄s corpoꝝ alia
grauiter olēt: alia remollescunt: alia durant̄ alia al'r
pro portione illoꝝ afficiuntur. Verū nō opus est in

iis diutius immorari.enim diximus de ipsis in vltima parte libri:cui titulus est de symptomatū differentiis. Atq₃ libri de symptomatū caussis: hoc loco finis esto:si vnū dūtaxat addiderimus:cuius demōstrationē in libro de symptomatū differētia in hunc locū distulimus. Nēpe que symptomata seinuicem necessario sequant̄:⁊ que necessario quanquā ne id quidē videt̄ mihi lōgo egere sermone.quippe satis fuerit vnico exēplo huius rei methodū ōndere: multitudinē eorū q₃ particulatim dici possent:abiiciendo. Itaq₃ animaduerte: vtrū ab vna caussa pficiat̄ effectus an a pluribꝰ. Si ab vna:vt caussam efficientem sequat̄ necesse est. Si a pluribꝰ:nō est necesse:atq₃ hec methodus in omni re cōmunis est. Haud aliter de symptomatis quoq₃ tibi cōsiderandū est.qppe qḋ ab vno dependet:necessario cōsequit̄: vbi ṽo aliē qdā causse ad secūdi symptomatis gnationē accedūt:ip₃ nō necessario cōsequit̄ ad primū.neq₃ enī cruditatē(greci apepsiā vocāt)necessario sequit̄ inflatio: vel mordicatio vel humida aut multa deiectio: vel nausea:vel fastidiū vel īmodica appetētia vel ad functiōes ignauia:vel lāguida mēs:vel capitis grauitas vel vigilia vel cordis dolor. Neq₃ etiā morbꝰ comitialis neq₃ deliriū neq₃ stupor neq₃ vernus. Sil'r neq₃ mestitia neq₃ aliud aliqḋ tristitie: genꝰ. Ac multo minꝰ melācholica. Neq₃ etiā colica neq₃ renū aut lienis aut iocineris aut thoracis aut articulo₄ dolor itidē neq₃ inequalitas neq₃ horror neq₃ rigor:neq₃ febris. Quāquā tū horū:tū reliquorū symptomatū fere oīm nullū est qḋ nō aliqñ cruditates sequi videat̄. Verū ⁊ cruditatis magnitudo: ⁊ differētia:tū hominis natura:tū sensus vel acutꝰ: vel obtusus:itē singularū corporis partiū ⁊ robur ⁊ imbecillitas faciūt vt alias aliud symptoma cruditati superueniat. Quippe magna cruditas tū maiora tū plura inducit symptomata. Minor ṽo pauciora minora q₃. Sil'r ⁊ cruditatū differētie:si frigide fuerint ⁊ ad pituite nām declinauerint:alia possunt inducere symptomata. Si ṽo ad nidorē ⁊ calorem: alia itē si sint mordaces:aut nō mordaces ꝑterea si vel resoluant̄ in spiritū inflare potentē vel nō resoluant̄. Atq₃ hominis nā(vt dixim⁹)vel cōfert vel reluctat̄ symptomatū gnationi:vt exēpli caussa:si obtuso sensu fuerit vēter neq₃ rosione admodū cruciabit̄:neq₃ dolebit:neq₃ multa deiiciet excremēta. Atq₃ q̄ ita fuerint affecti:neq₃ cordis dolorē:neq₃ capitis iniuriā facile subeūt. Qui ṽo acuto sensu ꝑditū vētriculū hñt:ii ad oēs iniurias subeūdas sunt parati principe parte e supnis mittente symptomata. Sed qḋ verbis opus est.qcūq₃ pars cruditatē fecerit:illa noxā sentiet:q̄ fuerit maxime ībecilla. ꝓinde nullū symptoma necessario seq̄ cruditatē: dici pōt. Vbi ṽo alimētū p corpꝰ nō digerit̄:siue priuatio siue ībecillitas fuerit actiōis:atrophiā:necessario inducet.queādmodū ī singulis ptibꝰ alteratricis potētie noxa. Preterea expultricis facultatis circa excremēta:aut sanguifice potētie aberratio(nā ⁊ ipsa expultricis functiōis symptoma est)necessario prauí coloris inducit symptomata:vocatur q₃ alterū ipsorum icteus:id est morbus regius:alterū qḋ melācholico excremēto cōstat:nomine caret. Ad hunc modum in omni symptomatū genere inuenies que semper ⁊ que non semper: seinuicem sequuntur. Sed ne prolixior sim:huius operis finis hic esto.

¶ Gregorius Valla Placentinus Nicolao Masino Cesennati Artium medicine q₃ doctori doctissimo: Salutem dicit eternam.

Quod amorē erga me tuū:singularē q₃ doctrinā tuā Nicolae Masine magnipēdam quidē sed quanti te faciā nullo adhuc aperuerim argumento idest vt ensem vagina tectum semper gestare:vel lyrā que reticet ⁊ qui nō tendit arcus. Mecū ergo reputāti: quidnā prestare possim:vnde meū esse mutuū erga te amorē cognosceres:succurrit Galeni ac admirandi medici Hippocratis interpretis doctissimi morborum presagiture opusculum vtilitatis non contennende latinū tibi faciendo tuum posse animum oblectare ab egrotantium cura non modo non distinendo:sed ad ipsam potius impellendo:quod q₃ tuum possit animum morte filie proximai exulceratum mulcere:⁊ inuectum merorem si non penitus leuare ac abstergere: saltem quiret reddere leniorem:te a moribundis cogitationibus ad immortales reru₃ scientia [reuocando. Nā cui demū medico iam persuasum nō est Galeni precepta omnia esse eiusmodi vt a falsimonia atq₃ errore longissime absint:cuius post Hippocratē a quo totus pendet quotquot vsq₃ sunt medici tanq₃ diuinitus humano generi datū numen q₃ suspiciūt:admittūt:sequuntur:⁊ preceptis parent:⁊ cui vt par est tu quoq₃ obtemperas:hinc medendi arte excellis:stipendium q₃ in nobili ciuitate Cesenna solus promereri iudicatus es. Et perinde tibi etiam congratulamur:Galeni q₃ tui tibi presagituram concredimus:vt ab eo nostri diutius queas meminisse. Vale.

¶ Galeni Liber De presagitura: Georgio Valla Placentino Interprete.

De presagitura hic loqui cōstituamus q₃ vsus dierū ad alia est neutiq₃ ad cura₃ cōparauit. Primū igitur qui artē velit cōstituere presagiēdi:ante cōsiderare necesse est:quemadmodū cuiuslibet natura animalis suā habet vitā. Ita quodlibet egritudines vt sit impossibile quattuor diebus egritudinē solui: cuius naturalis sanctio binorum fit mensiu₃:fieri q₃ non potest vt celerrime soluatur. Verum quod multi fint medici qui futura presagiant:neutiq₃ a vulgaribus queritur:contingat ne quempiam futuri habere presagium:an haberi sit impossibile:⁊ perinde omnes tanq₃ receptum sit posse dici medicum percūctantur:quanam demum sanctione egritudo soluēda sit. Proinde in presenti traditione nil fuerit alienum:primo nos artem constituere presagendi. Na₃ cuncta alia ita oratione complectimur. Vnum quippe primo necessarium dictu si quod presagium futuri temporis obnixe teneamus. Deinde consideran

dum quo naʒ pacto quiſpiā inueniat que hec ⁊ quot
ſint:nō enim cūcta que circa languentem facta ſunt
totum habent neceſſarium. Tumultus vtiqꝫ ex vici/
nis noctu:canūue oblatratus:aut nūtij aliq̇ triſtes:
vigilare cōpellunt egrotantes:quoꝛuʒ nihil oꝛtū hēt
neceſſarium:nec ſtabile preſagiū. Quecūqꝫ igiꝭ egri
tudinis rōne cōficiuntur definitū oꝛtuʒ habēt ⁊ fir/
mum preſagiū:aut neq̇dem hec vna oīa. Poteſt nāqꝫ
ꝯfeſtim influere adhuc humoꝛ in coꝛpoꝛe qui in par
tem aliquā neceſſarius ad vitam. Queadmodū igiꝭ
alio ex ꝓpꝛio parte eunte ad impꝛopꝛiā ꝯſequiꝭ ne/
ceſſario abactā partē pꝛopꝛiā in extremo eſſe pericu/
la:ita mutari e veſtigio:⁊ languētis ſalus ꝓuenit in
expectata. Huiuſmodi igitur ſtatuū idem eſt pꝛeſagi
re tā inſtabile ꝗ̄ ſtabile:neutiꝗ̄ interitū integre poſ/
ſis inuenire in q̇bus ſuperflua ac redūdantie ampli
us nō diffluūt. At irrūpentiuʒ in quēpiam locū:eoꝝ
nec pꝛeſagire futurā foꝛmā contingit an ne?qō certe
ſint nature poteſtates ꝑ quas animal adminiſtraꝭ:
qualiſqꝫ ⁊ que ipſaꝝ differentia. Enimuero ēt que/
cūqꝫ coꝛpoꝛi animal inferunt ſuperflua citra multi/
tudinem immenſam taliaqꝫ ſanctionē per euntē ha/
bebunt concoctionis pꝛopꝛiam:ſi ſinguloꝛū dumta/
xat cuiuſlibet redundātie naturam indagauerimus.
Ita nimirum contigerit ipſoꝛum quidpiam redun/
dantis concoctionis artificioſe conſequi coniectura:
conctis ſcilicet erga languentem ex ſententia recteqꝫ
peractis. Nam quecumqꝫ in aliquo delicta fuerint:
aut moꝛbi ſolutionem tardant: aut moꝛtem pꝛeue/
niunt eoꝛū in cauſaʒ inſiſtentes:idqꝫ licet in omni ra
tione ſi quicꝗ̄ aliud meminiſſe ſolū:namqꝫ a pꝛeſtā/
tiſſimo medico adueniunt pꝛeſagia ipſo curante lan
guentem nec vtiqꝫ hallucinato. Deuenire autem me
dicos in tale pꝛeſagium quale pꝛonunciant vates:ri
diculum eſt. Illi ſiquidem aiunt ſinendum ſi ita eue/
nerit hominem conſeruari non adijcientes ſi modo
cuncta recte peracta fuerint:hi etenim huiuſmodi ꝑ̄/
ſagiuʒ pꝛonunciant omnia foꝛe egrotantibus ex ſen
tentia. Uerum medicus neutiꝗ̄ ita futura pꝛonun/
ciat:ſed ſi omnia facta ſint vt conueniunt:intra ſeptē
dies ſi ita contingerit ſolutum iri moꝛbum: at ali/
quo pꝛeueniente errato tam ⁊ ſi paruum ſit poſſe de/
labi ſolutionem ex ſeptimo in nonum. ſin adhuc ma/
ius in vndecimum:ꝙ ſi multo maius in quartumde
cimum. Si vero admodum ingens pꝛo ſalute con ſe/
cuturum vite periculum ſiquidem te tuto attendit:
duo medicus que ſibi inuicem e regione aduerſanꝭ
moꝛbum ⁊ naturam:impꝛimiſqꝫ vt homo vite ſalu=
tem conſequatur:vel aboleri pꝛeſagium inter diſcer/
nendum vtrum validius. Deinde poꝛro ex vtriuſli/
bet poteſtatis quantitate ſanctionem inſtituit. Nec
mirandum ſi illius robur conſiderans victoꝛiam in/
dagauerit. Intuemur namqꝫ non parum multos pu
gilum ex pꝛimis motibus quos inter ſeinuicem mi/
ſcendo exercent:victoꝛem pꝛedicere ⁊ ſepenumero an
te ipſam victoꝛiam. quodqꝫ confeſtim aduerſarinm
ſibi ſuſternet:id nempe agunt cum perſpicunut inſi/
gni aliquo alterum altero eſſe validioꝛem. Pꝛeſagit
vtiqꝫ medicus ſanitatem atqꝫ interitum non alia in/
duſtria ꝗ̄ integre cognoſcendi languoꝛis ⁊ nature
firmitudinem. Ex his autem ipſis etiam vtriuſqꝫ
ſanctionem indagabit. Repentina namqꝫ moꝛbi na
tura ſolutio ⁊ vbi fuerit vis generoſa ⁊ firma:ſicut in
teritus feſtinus cum vires imbecille ⁊ moꝛbus po
tens:exceſſus magnitudo ſanctionis tempus indicat
ab huiuſmodi nimirum metis medicus pꝛeſagit:cu
iuſmodi conſiderationibus eſt intentiones diſcerne
nere plurimum ſane dictū eſt vbi de criſibus:at nūc
quoqꝫ dicetur. ¶ Uniuerſalis nempe doctrina quē/
admodum alioꝛum omnium:ita huius quoqꝫ eſt na
turam ex ſuis depꝛehendi poſſe actionibus:⁊ pꝛeſer
tim eis que in pulſibus:quādoquidem vitalis ſunt
iſti opus potentie moꝛbi magnitudinem ſuis indi/
cantes accidentibus. Quo alter ab altero ſuperetur
indigeſtiōibus ⁊ digeſtionibus. heqꝫ ipſe ex ſuis co/
gnoſcuntur ſuperfluitatibus: que in ventre quidem
ex eis que inferne excernuntur:que autem in vaſis
ex vꝛinis:q̄ poꝛro in toto coꝛpoꝛe ex ſudoꝛibꝰ. Ita de
mum in alijs omnibus quecunqꝫ in parte vna pluri
buſue conſtiterint:alie quidem in thoꝛace ⁊ pulmo/
ne ex repetitis tuſſibus:que vero in veſica ⁊ renibꝰ
ex eis que in vꝛinis appareāt. iecoꝛis poꝛro ſima et
meſenteriū quā vim habeant ex infernis deiectioni
bus:necnon que per ſuperioꝛem ventrem ⁊ſtomachū
vomitionibus. quecunqꝫ vero per palatum excernun
tur:necnon nares ⁊ aures quas cerebꝛum habeat vi
res oſtendunt. Ceterum de cunctis regula eſt nō poſ
ſe aliquē diſſolui languoꝛē pꝛiuſꝗ̄ in ſuperfluitati/
bus eductis concoctiōis cernatur exꝑ̄ſſio: idqꝫ ſiue
auris male habeat:ſiue oculus:ſiue guttur: vel quo
paucis abſoluā digeſtio celeritatē criſis tutam pꝛe/
tendunt ſanitatē:vt cruda ⁊ auerſa in malas inſur/
gentia abſeſſiones ꝗ improbas criſes : laboꝛes ve aut
diuturnitatē aut moꝛtē:aut eoꝛundem ſubuerſiones
minitantur hec de cognitione in pꝛeſentia; ſatis ſint
oīs ſiq̇dem de ipſis oꝛatio in ſuis fient traditionibꝰ
at in particularibus maximis exiſtentibus ⁊ pꝛope
modum cuncta pꝛecepta cōpꝛehēdentibus q̄ de pul
ſibus ⁊ criſibus. Ex quibus em̄ pꝛeſagit pꝛecipue ꝑ
hec tria oſtenſum eſt cenſeo finē habere oēʒ curādi fa
cultatē. Quādoquidē liberatos ab egritudinibꝰ ad
ſalubꝛem firmitudinē agere conuenit: ⁊ recidentes
in moꝛbos ante cuſtodire moꝛbos:ſed inſuper citra
repꝛehenſionem incolumes euadentes id perꝗ̄ obſer
uandum. Ac tres; he relique partes artis ſunt explo
rande quouſqꝫ eſt pauciſſimis cōpꝛehendendo quid
⁊ de ipſoꝛū cōſtitutione. Qm̄ igiꝭ ante ea dictuʒ eſt
tria eſſe cuncta genera eoꝝ q̄ contra naturā ſunt: cau
ſa ⁊ affectio ⁊ euenta pꝛeſeruatoꝛiū artis pars fue/
rit:quod pꝛofecto pꝛopꝛie etiam vocant pꝛeſeruato
rium iu pꝛimo genere cōſiſtens. Quippe qō cū mul/
titudo quepiā humoꝛū:aut impꝛobitas aut oppila/
tio:aut vis putrida coꝛpoꝛi ingenita fuerit:pericu/
lum eſt quantum necdum homo egrotarit. Eſt auteʒ
etiā cū extrema periclitanꝭ, difficulter admodū cauſe
tales diſcerni poſſunt:vtpote q̄ necdū hominē affi/
ciant tiſtitia:queadmodū cure non eſt rabioſi canis
virus cuius ſignū peculiare nullū in coꝛꝑe cōpꝛehē
ſum:eſt pꝛiuſꝗ̄ vicina moꝛſum inuaſerit meſtitudo.
Enimuero ob eiuſmodi cās ꝑcūctari neceſſe eſt me/
dico:eos q̇ oblāgueſcā ſingula q̄ obuenerint eis. Cū
igiꝭ copia aut malus humoꝛ ſubter coaleſcit ꝑ coꝛpo
ris turgiditatē:intraneum ue aliq̇ḋ fuerit oppilatū:
ea.i. diſcernere euētis q̇buſdā:q̄ media quodāmodo
ſunt inter eos q̇ ſani ſunt:⁊ eos q̇bꝰ cōtingit egrota
re. Nā q̄ ſanis ſunt nālia nulla coargui poſſunt. At
q̄ egrotātibus eueniunt cōtra naturam ac mendoſa.
Sed que his interiecta ſunt ex genere quidem ſunt

eorum que morbis eueniunt:ita nimirum exigua ma
gnitudinibus ꝛ potentia imbecilla:vt necdum ipsis
consuetas prohibere queant actiones.Nam siue ca/
pitis dolor:aut alterius fuerit membri ita pusilla q̃/
piam:vt non affligat lecto hominem: siue extrorum
precordiorumq; grauitas:aut capitis:aut quepiam
pars alia intranemue non tantū vt a consuetis ar
ceat exercitijs.Preterea ne alium quidem corporis
tumorem efficiat aut gratilitas:aut coloris abalie/
natio:aut admotus inertia:aut somnulenta affectio:
aut vigilia que non sint idonea actiones ab solitis
abigere exercitijs:necnon multomagis quepiam ap
petitionis abalienatio appetitione ciborū intenda/
tur:ambo namq; fiunt corpore integre valente sano/
q; sicut ab re sitis extinctio aut sitibundi stomachos:
aut aluo vellicentur:aut sese sentiant laboriosos ac
oneratos.Hec fere facies est euentorum eorum qui
in morbum subuellantur ac irrepant.at emendatio
ipsam efficientium affectionem colligenti dicere per
contraria quemadmodum ante demonstratum est:p
singulas vero partes eunti superfluum illius omitte
re conuenit definiendo vt est superfluum:siue vt quā
tum:siue vt quale:siue vt vtrunq;:verum qui possit
adire naturaliter alterans ex contrarijs:alterum qui
dem crassum ꝛ glutinosum attenuando:alterum ve/
rum tenue impinguando.Commune est ambo dige/
rere oppilationes dissipanter abstergendo.Toti por
ro generi contra naturam cuiusmodi virulenta ꝛ le/
tales aculei venenosorum animalium alterando:ac
exhauriendo alterationes quidē admittende ob cō
traria seu vniuersalem essentiam:seu ob qualitatem
vnam propriam.Exhaurire porro opus est ob venā
di:att rahendiq; potentias.Quibus autem quispiā
hec fecerit adminiculis ex ipsis assumendum affectio
nibus.nam si q uater pereque humores augeantur p
sanguinis a venis detractionem:prestantissima ma
ximaq; euacuatio:dei de fricatiōe ꝛ exercitatione:ꝛ la
uacris ꝛ media.Sed ita expedit si vnum redundarit
at solus qui flaue atreve bilis hūor:aut quod aquo
sum humoris serum eūandum:quidem:sed non simi
li modo.nam primis superfluitates venis expurges
hypelatis:in alijs aut per vrinas quidem que aquo
sa ꝛ tenuia:cathartis autem per purgationemq; bilio
sa verum contingit etiam tenuissima hypelatis eua/
cuare per vniuersum autem habitum quecūq; tenu/
ia per sudores ꝛ medicamina quecunq; cuti adherē/
tia arefacere fuerit idoneum:que porro biliosa pur/
gatiōe quidem catharsiq; primo deinde per cutē eua
cuatione.Quod si in cute humor affluat si salsus fue
rit expedit purgare:qui acutus euasit ipsum alterare
temptandum est nature conferentem ad ipsius dige
stionem.Multo autem magis adhuc dulce digeritur
facile ad digestionem agit:requies ꝛ mediocris tepor
paucorumq; ciborum succos bonos habentium mā
ducatio viniq; potus aliquantulum calefaciētis: cū
frictiones fieri potuerint mediocres:ꝛ aquarum cali
darum vomitus vsurpatus esculentaq; ac medica/
mina mediocriter calefacientia:discutiunt autem ab
stergendo oppilationes quecunq; vim attenuandi
habent esculenta ꝛ pocuIenta ꝛ medicamina.Ceterū
materias istorum vt inuenire ac perpendere conue/
niat vna de traditione explicauimus quam de sim=
plicium medicaminum potestate conscripsimus:di/
ctum est etiam de victu attenuante. Tempus igitur
possit oratione supersedere ab eis que ex egritudini
bus resumuntur:in quibus causa nulla est contra na
turam neq; dispositam affectionem:gratilitas autem
solum ex imbecillitate potentie:id propterea ad natu
ralem perductionem ita affectorum fomentum et fir/
mitudo est ex motu ꝛ cibis mediocribus comparata:
atqui materias quibus motus ꝛ fomenta erunt di/
ctum vbi de salubritate locuti sumus.Ceteruꝫ ne q̄d
oratione a nobis relinquatur intactum: proferetur
nunc quoq; doctrina salubris omnis traditionis:ne
duꝫ resumptiue traditionis appellate primoq; cuius
modi eius sit gens presentia custodientium:vel id so
lum differt a facultate curandi quod sensim corrigat
neq; enim qui in priore habitu corpus custodire mol
liatur arte opus prescriptrice preceptisq; inheren te:
sed vna eademq; causa est qua opus fit prius perce/
pta scientia:quod ꝛ distrahitur ꝛ permanet tale qua
le antea fuerat.Si hoc solum ipsi euacuare ꝛ distra/
here contingerit opus porro fuerit alimento ꝛ reple
tione.Sin materiaꝫ humor subalescat:improbe sup
fluitates sint euacuende.Exercitijs opus est inten/
tionem habentibus euacuare ꝛ purgare humorem
aut superfluitates concoquere:ꝛ insuper obseruare
causas omnes que eius sanitatem possint absumere
frigus estum laborem in digestionem crapulam vigi
liam mesticiam iram furores queq; sunt id genus.
Neq; enim oportet singula propositionis nostre ora
tione percurrere quam instituimus cuius iam nobis
erit modus adhibendus.Est siquidem nobis propo
situm discursim de cunctis medicine diebus verba
facere:sed notionum que circa finem sunt demonstra
re sicut in ceteris fieri solet artibus.Ita huius quo/
q; sit constitutio.Ac quia id iam factum ac pene con
fectum est medicine omnem capitulorum resumam?
orationem.Confestim etiam proportionem indican/
tes quam ad ceteras habet artes quecunq; sunt pro
phetice.¶ Est igitur medicina vna quepiam fectrix:
neutiquam vt edificatoria:sed tanq; oblanguentis
ruinamq; minitantis domus surrectrix:ꝛ ruptorum
vestimentorum emendatrix.Verum eum horum isto
rum constitutio esse sit demonstrata duplex modo si/
bi gignēte exemplum artifice:modo extra vtro existē
te artem medicinam secundi generis demonstraui/
mus:sibi ipsa disfingit exemplum inspiciendo per re
fectionem totum integre ipsum mollitur assumptum
surrigere.Quod sane a predictis artibus distingui/
tur:quod plurima natura exercente suppetat.Inspe/
ctionem certe omnem vnde erectus medicus corre/
ctor et subministrator est proportionem assequen/
do cum alijs effectricibus artibus.Similium namq;
partium cognouit essentiam:ortusq; modum instru/
mentalium.Necnon passionum inuentionem itidem
fecit:singulorumq; medendi modos.

¶ Galenus de Presagitura feliciter explicit.

¶ Georgius Valla Placentinus: Magnifico Constantino Priolo Veneto Senatori: Salutē dicit eternā.

Prisca cōsuetudo: Cōstantine priole Venete senator grauissime ad nostra vsq tempora tenuit insignis: vt de quacūq re scribētes: aut quos obseruātia colerēt: ac venerarētur: aut quos ꝓsequerētur amore singulari eos ad que ederētur volumina nūcuparent. Tū quo causa modo aliqua scribēdi fuisse videretur opportuna. Tū quo pōdus scriptis in ueberetur. Que sane causa vtraq nobis ad Galeni prestātissimi medici Presagium vt tibi latinū facerem⁹: vt te potissimū nūcuparemus: succenturiatur: cuius precipuā tota ciuitas prudentiā veneratur: probitatē amplectitur: cōsilijs fouetur: cui⁹ multis ꝛ am plissimis distractā reipublice: ꝛ ciuiū officijs senectutē bini filij Michael ꝛ Karolus tā ꝙ firmissime rei familiaris colūne: nec minus toti⁹ ciuitatis a te spes alie leuāt ꝛ a cunctis immunē labori bus prestant. Cū igitur tā nō maiore sapientia: Galenus medicus clarissimus in omni morborū genere bo na: malaq presagire videatur: ꝙ tu tua prudētia in hac administrāda ciuitate presagias: aut tuū referen tes ingeniū filij totidē preciosissime gēme: que admittēda: queq omittēda in munere familiari in amicorū preuideāt officijs atq presentiāt. Nō ab re duximus eminētissimi autoris presagiorū Galeni librū ad te mitti oportere. Prudentiā naq tuā scio qn̄ ꝛ hec nō minus de prudētia vsuq ꝙ doctrina emanarūt presa gia plurimū oblectabūt. Juuat siquidē sublime ingeniū plura: nouaq cōtemplari: ne vt in trito sermone adagio est rusticano per similes flamini saniorīq videamur qui nisi sua nō quit legere volumina. Proinde Clarissime Senator prudentie specimen ne te pigeat que precipit Galenus inspicere. Nam per otium ani mi remittendi: seu potius oblectandi causa: paucula iuuerit percurrisse. Vale.

¶ Egrotātes aut deis aut fortune causaꝫ attribuūt.

¶ Galeni Presagiū experientia confirmatum Georgio Valla Placentino interprete.

Quicunq prescisce re libuerit mortis nō diē modo: sed etiam horā considerare expedit quo potissimum tempore languens ab accessione vehementer affligatur nū inter accedendum tum impense obrigescat ꝛ estu cōflagret diuq ea permanserit intensio: pulsusq sit exigu⁹: ꝛ segniter somnū ceperit: somnulentusq fuerit: vel id genus aliud subierit detrimentū. id omne tempus suspectum habere oportet: vel si etiam ita mediocriter habuerit. At circa vigorē si egrotum deiectum aut cedentem aut merentē spectes: febris ve magnitudinem minime tolerantē plurimūq exestuantem ꝛ se tenebricum volutantem: et capite dolentem: ꝛ corde succumbentem: aut tali aliquo affectu vexatum suspectum id tempus tibi esse maxime oportet: si etiam accessionis principio ac vigore sint mediocria. Verum id si circa vigoris decessum fuerit anima cōsternetur: ꝛ sudores sint inequales: aut frigidi: aut circa caput: aut circa pectus insurgant: pulsusq obscuros ꝛ debiles efficiat: aliaq id genus id tempus expedit suspicere: neq tum desinendū quicq: neq dies mortis proferenda. Nam secunda die si contingat ꝛ quarta accessionem vehementiorem esse prima tertius ꝛ quintus ꝛ sextus diē mortis indicabunt. Quot de causis succenduntur febres? Quandoq aut ob additamentum idonee materie: aut: aut ob motum: aut ob astrictionem: aut putredinē: aut ob accessum caloris extrarij †. Ac ob additamentum quidem vt cum temperamentuꝫ nacto calidum adiectum fuerit piper sinapi allium ꝛ similia: ꝛ horum qualitas cordi fuerit inuecta ꝛ insitam succendet caliditatē febremq inflammabit. Ob motum autem dupliciter. Nam is: aut ab anima: aut a corpore suscitatur. Ab anima quidem: vt cupiditate ꝛ cura. A corpore autem: vt in labore inmēso. At ab strictionem cum ob glutinositatem aut ob quamplā crassitudinem exaruerint: obstructiq fuerint incerti corporis meatus: aut extrema vasorum: ꝛ in profunditatis difflatione febris fuerit incensa. Verum ob putredinem vt cum subiecta ꝛ redundans materia putruerit introrsus cordiq fuerit obiecta ac febrem succenderit ob accesum autem caloris alterius velut cuꝫ in solis ardore caput exestuauerit precipue tunicularis pituita per arterias cordi fuerit obiecta febremq succenderit.

†tal's extranei.

¶ Signa febris future.

Imminentis febris nuntius est hiat⁹: horror: oscitatio: nausea: somnulētia tussicula subaspera: extremorū mēbrorū infrigidatio: atq hec quidē extrinsecus presagia. A pulsibus aūt ex paucitate ꝛ inequalitate deprehēditur etiā qd̄ desideratꝛ ac iniectiōe quidē cū impēsior correptio frigitq cū aliquāta inequalitate atq exiguitate: at in ascēsu fere sunt ꝑhobi aucta diductiōe ad ꝑfectū vsq vigorē ſꝫ calore intēso: primū magnitudo augetꝛ: deide celeritas assumitꝛ. Nā cū satis succēsa febris cōflagrarit tū ingētes simulq celeres efficit pulsus: finaūt ipēsi⁹ ēt crebros. Quo nēpe pacto ante febres hiat⁹ ꝓgignunꝛ hiatāt ante febres egri ob cōcussionē ꝛ vim ipsos intēdētē. Nā queadmodū ex ahenis ad ignis violētiā positis vapor attollitur mult⁹ de feruēte in ipsis aq. Ita etiā ex eis q̄ introrsus in corpe sunt vapor exhalās intēdit pulcitq ac corpis musculos: solēt naq nerui tepefacti desidere atq ita fiūt oscitatiōes. At quo nā demū pacto capitis dolores in febricitantibus incitantur? nempe cū vene plene ꝛ a flatibus intumētes intersecte fuerint in caput dolores aduehunt vi ac tenorem internorum flatuum qui immissi dispersiq sunt.

¶ De significatione sudorum.

Febrē ꝙo sudorib⁹ dissolutū tri cognoscim⁹ ex eo qd̄ lāgor sit vigoris maximi: vt est qui causus noiatꝛ. Biliosus naq is demuꝫ est morb⁹ quē cū impēsi⁹ moueri oporteat rigor efficitꝛ: ꝛ pinde si vēter astrict⁹ fit vrina ve ꝑria subeūte crisi rigor erit expectād⁹. Sin amboꝝ fuerit astrictio nec vll⁹ ꝑsto ē vomit⁹ aut sanguis eruptio sudor

sudor mult⁹ ꝯsequatᷣ: necesse est ꝑsertim cū lāguētes ꝑciderint accessione icremētū capiētevt ea de cā magis incalescāt. nonnulla que corporis sit calida eua ratio qualis antea nō fuerit in dudum memoratis. Pulsus ingētes ꝛ sublimes ꝛ celeres in diductionē ꝙ poti⁹ ꝑperātes: ac velut vndosi cū arterie tunica atra humidaq; apparet. Toti⁹ vero corpis extrema superficies ꝑpruriscit ac remollescit: ꝛ qnq; ad horas refescit: atq; hec in critica accessione aduenīunt preeūte cōcoctione ꝛ critica die bona existente salubriū ac resoluētiū sudorū fuerint inditia. Non dubiū quin calorē esse expediat mediocriter sudoris solubilē: ꝛ ꝑ vniuersum corp⁹ sibi cōstare exinanireq; iurta ꝓportionē habitiorē alacrioreq; apit hoiem. ¶ At fridi sudores cū acuta fe. erūpētes mortē subesse minitantᷣ: at cū ardore morbi longitudinē coarguūt. Si a sudorib⁹ febricitantib⁹ fuerit initiū: boni ꝛ tertiani ꝛ quintani ꝛ septimani ꝛ nonani ꝛ vndecimani ꝛ quartidecimani ꝛ vigesimiseptimani et trigesimiquartani: hi nāq; sudores morbos iudicāt q̄ aūt ita nō sunt laborē significāt ꝛ lōgitudinē morbi ꝛ subuersionē. Ac vbi est corpis sudor: ibi quoq; dicito subesse morbū: ꝛ vbi est corpis frig⁹ aut calor ibidē est quoq; morb⁹: ꝛ vbi in toto corpe mutatio fueritq; refrigeratū corp⁹ aut rursus incaluerit: aut color ex alio ali⁹ emerserit: morbi lōgitudinē ꝓnunciat. Sudor ex somno fact⁹ citra manifestā cām corpus significat cibū assumpsisse plurimū. Qđ si cibi plurimi cā nō fuerit significat egere euacuatiōe febricitātiū corpa: sudor aduētāte febri: nec ꝺficiēte febri: malū lōgū nāq; morbū ꝛ hūiditatis figt copiā.

¶ De sanguinis detractione ex venis

In oī die noctis hora: vrgēte necessitate sanguinē detrahito: aduertēdo tamē in febricitantibus vigorē cessantē accessionis. In alijs aūt siue ex lippitudine: siue ex alia rōne citra febrim vbi sanguinis detractione ex vena opus sit: doloris aut inflāmationis cōsiderato magnitudinē: qua eni hora mitigatū dolorē inspexeris sanguinē de vena mittes: re nulla vrgente quo min⁹ fiat satius fuerit matutino tēpore de vena sanguinē detrahere: nec statim cum ex somno experrectus: sed posteaq; ad horam peruigilarint ac prius abluere: in aliquos ꝑstiterit et alios pri⁹ obambulare quo autem preoccupata custodie causa sanguinem de vena detrahere permittitᷣ etiā post aliqua consueta exercitia sanguis e vena detrahendus. Ceterum languoris magnitudo ꝛ viriū robur atq; firmitudo prime sunt sanguinis e vena detractionis consideratio nes. Proinde perspiciendū cuiusmodi ea sit naturalis hominis complexio ac atras habentibus venas ꝛ mediocriter tenues neq; albis neq; carne mollicu lis ad euacuandū minus parcendum est. Ac contra parcendum quando sanguinis parū habent: carnēq; dilabilē hac de causa neq; pueris sanguinē exvena detraxerit ad quartumdecimū vsq; etatis annum. At in maximis inflammationib⁹ validissimisq; dolorib⁹ nullū noui mal⁹ adiumētū ꝙ ad deficientem vsq; aīam euāre. ¶ Aduertēda sane est diligēter qualis sit pulsus eleuatio ab eo q̄ ipm attineat suffluente adhuc sanguine: quēadmodū in alijs vñ sanguis detrahitᷣ: siqđ agere expediat neqđ mō lateat deficiētis aīe qđ ad interitū aduehat. Qđ si tps fuerit vernū: locusq; nā tēperat⁹: ꝛ pueri nā ꝓciuna: detrahito sanguinē: ꝛ impensius vbi pericula insideant aut pulmonis: aut anginę: aut lateris: aut cuiuspiā alterius acuti ac vehemētis morbi detrahend⁹ vt dictū est sanguinis pulsu vsq; explorato: oē nāq; ꝑcussum mēbrū aduerteris nō annorū modo numero: s; etiā corporis habitudine formidanda vero frigidis tēporibus larga euacuatio ob consequentē refrigerationē neutiq; perscribi pōt singulorū hoim definienda euacuationis mēsura. Perspexi nāq; in nōnullis nec plus ꝙ sufficeret sanguinis libras sex ablatas esse: ꝛ confestim extinctā febrē: neq; vllā cōsequutam fuisse virīū exinanitionē. Quibusdā vero librā dimidiā citra lesionē: quib⁹ siquis duas modo exhausisset impensissime offecisset. Uidimus vnā quoq; alīqñ auferri ꝛ minus ac proposuisse. Reuulsionis gratia q̄ in rectū languentiū secat venas confestim perspicuam inspexerit vtilitatē: si quispiā annularis digiti venam secet: vt nonnulli mediam inter mediuz ꝛ annularem digitū venam: sinentes sanguinem effluere quoad sponte cessauerit lienē iuuari: vt in ancone venā secando interiorē: satis commode nāq; lieni prodest male habenti sanguinis detractio ex manu sinistra: atq; adeo profecto in pleureticis ī rectū lāguētis ex vena sanguis detractio vtilitatē frequēter demōstrat euidentissimā. At ex opposita manu aut prorsus obscurā: aut expectabilē ingentib⁹ oculorum doloribus succurrit siue humeralis appellata vena aut que ab ea deuians in ancone secta ꝑspicuam confestim auferendo vtilitatem. In latere aūt languente aut pulmone: aut septo transuerso: aut liene: aut iecore ac ventre paraxille ad anconem diffractionē peruenientē diductā secare quidē expedit: precipue ad emissionem que per fracturā cui insidet humerali vena discreta pariter auulsa. Tres nimirum hi modi sunt ad anconē sanguinis detractionis que extra: ꝛ intra: ꝛ que media: que igitur int⁹ infra collū languentibus vtilis que extra in facie aut in capite. At medias locus quandoq; quidē ambas habet diductas venas ad partes anteriores manus ꝓtensas: deinde hic copulatus: qñq; statim in seinuicem existentes ad influxionē distractionis. Incerta igitᷣ existente sua languentis mēbri vena ad mediam aliquā eundū diductio potius ꝙ in sua sectio facienda Est etiā cū diffractio īfra anconē que in brachio diducenda nihil prohibet: non apparentibus in ancone vt iam dicta omnia mēbra in ancone sanguinis detractionibus adiuuantur: ita inferioribus hisest vñin poplitibus ꝛ talis. Sunt aūt dictorū que ad coxendicē ꝛ vesicam ꝛ vuluā ꝛ renib⁹ alternātes: ideo in ancone qñq; sanguinis detractionibus obtemperant cū recēs fuerit inflāmatio ꝛ sanguinis vis multa: sin affectio sit quā proprie phrenite appellamus poplitē secare oportet: ꝛ in talis venas. Ut i vuluis iflāmatiōes sectarū in crurib⁹ venaꝝ adiumēto nō parum leuantᷣ enimuero euacuationibus ab ancone hus siquid sit infestū ꝛ obseruandū frigus expedierit alimētū exhibere mediocre ad trisaut qtuor mō dieculas: cum olim pestilentia ingēs aīam occupasset qua cadebant innumeri: tum ego secūdo die nulla facta remissione crus scalpendo ad binas libras sanguinis euacuationē fieri permisi ꝛ perinde deuitaui periculū: multi quoq; alij eo vsi adiumēto conseruati sunt: ꝑcipue qui large sanguinē euacuarūt. At etiā mediocres capitis aufert dolores: fauciūq;

inflammationes. At vetustiores tales casus sacrificationum sectionibus dissoluimus oportet vtiq; ex atrocibus morbis ad naturalem habitū perducere: neq; quicq̄ tam ad concinnā conuersionem agit q̄ ex scarificatione sanguinis euacuatio: inter indicem vero ⁊ pollicem secta vene ⁊ fluens sanguis quoad sponte constiterit vetustū dolorem: presertim si ei mēbro insederit curat. Purgatorum aūt ⁊ plus medio critate euacuatorū ⁊ refrigeratorū ⁊ resolutorū ⁊ cōuulsorū cessare purgationem expedit: aquāq; tepidā exbibendo vomere hortabimur: at prestabit illinire calido oleo manus ⁊ pedes: sistat nihilominus somnū ⁊ lauacrū. Ceterum non satis purgatis balnea congruentiora sunt: nam noctu purgantur: hos minus pascere conuenit: at tuto purgatis oua ⁊ balicam ⁊ sorbitiones ⁊ vinum dulce exbibere expedit quo intestinum purgātione moueatur per xeimum: conuenit etiam per posteriora lac immittere cū hircina adipe dulcive vino: atq; ita suffluentia ꝓponere clysterib⁹ admouēdo oīfariā purgationē.

¶ De adhibēda cautione in sanguinis detractione.

Qui detrahere sanguinē velit: aduertere debet ne stercus multum cohibeatur inter intestina. Proinde molli clysteri euacuandus eger ne vene ab intestiais venentur: attrahantq; putridam quampiam superfluitatum essentiam. Ex presenti igiť morbo qui sanguinis detractione egent: quouis tempore e vena sanguinem detrahemus vigorem ⁊ delirium: in febribus particularem custodiendo ascessionem. Si ꝯtinua sit febris omnino matutinum tempus accommodatius. Qui vero non presenti morbo occurrunt: sed cauendi causa sanguinis exquirunt detractionem: his vernum congruit tempus. In etatibus porro supra quartū decimum annum detractio facienda: sicut intra annos sexaginta. Nisi siqua modo efflagitans nos ingens vrgens vrgeat necessitas. In totūq; vires imbecille obseruande sunt: nec nos sub lingua venas vt in angine morbo oblique dissecamus astrictionē obseruando quemadmodum ⁊ in capite ⁊ in oculis ex morbis vetustis eo modum dispescunt. In pede autem sicut in ischiadis: aut ob anum supra interiorem talum vtiliter secant. Verū per morbos acutos detrahito ex vena sanguinem si vehemens appareat egritudo: ⁊ occupati morbo iā puberes sint roburq; eis adsit. Si igiť angina fuerit delige purgationem vel siquid fuerit pleureticum. Quod si de biliores appareant: si etiam plus sanguinis detraxeris clysteribus tertio die aluū exhauri: ac si tutus fuerit eger etiam inedia vtitor: detrahendus igitur ex vena sanguis brachij dextri vena interiore iuxta q; habitudinem auferendus sanguis etatisq; plus minusue considerandum: ꝯueniunt istorum plurib⁹ talia rubores faciei ⁊ oculorum vacillatio diductioq; manuum: pandiculatioq;: stridores dentium: pulsus: maxillarum contractio: refrigeratioq; extremorum: flatuū oblationes per venas quamprimū prope sanguis de vena detrahendus sublimibus cunctis existentibus mestis flatibus ⁊ fluxibus ad ferē dam opem id accommodatius. Ferēdū illud perpetuo est ad curam salubrem victum vniuersum q̄ medicina longe prestantins esse.

¶ Galenus de Presagio feliciter explicit.

¶ Capita corū que in primo libro Galeni de Crisibus continentur.

¶ Galeni de crisib⁹ liber primus interprete Nicolao Leoniceno.

Siue subitā in morbo mutationem: siue solū in melius momentū: siue eā que antecedit agitationē: siue integram omnē morbi solutionē: siue ⁊ eius cam tm̄: que bona sit crisim velit quis appellare nō est meū de his nisi quodam in transcursu hoc in loco determinare propositum sed potius quo pacto hec omnia optime quispiam cognosceret percutere instituí: optimū autem cognitionis eorum principiū qđ etiam futuri status: sic autem appellatur vehementissimum totius egritudinis tempus sunt enim oīa eius tempora numero quatuor: principiū: augmentum: ⁊ status: ⁊ declinatio. Quedam vero egritudines ob earum malignitatem atq; ob egrotantis imbecillitatem in tempore augumēti hominem occidere anticipant: sicuti ⁊ quedā alie in statu: si vero etiā in declinationis tempore aliquis morbus possit occidere non sine ratione quesitum est: sed de hoc procedente sermone determinabitur: has autem quatuor partes quidam vniuerse egritudinis tempora appellant: eandem autem ob causam tempora vocant vniuersalia: vt que a particularibus differant in que singule accessiones diuiduntur: diffiniuntur autem non dierum vt quispiam existimauerit numero: neq; enim fieri potest: vt morbus qui in quatuor diebus sit finiturus equalia habeat tempora partium cum eo qui vsq; ad quadragesimum diem debeat extendi ⁊ omnes quidem hucusq; consentiunt. Quo autem iudicare ac distinguere huiusmodi tempora oporteat: non etiam in hoc omnes inuicem cōcordāt sed nonnulli quidem si anticipent aut subsequātur accessiones considerant: hi vero ad earum longitudinem aspiciunt: alij ob magnitudinē quam etiam vehementiam nominant quidam ⁊ hec ipsa: ⁊ remissiones preterea cōnsiderant: deinceps inuicem altercantur cum liceat que diximus omnia coniungere:

ac preterea que dicent̃ vniuersa: hac eñi via vix q̇s-
piam exquisitam faceret presentis temporis conie-
cturam: si vero aliquid ex his indiscussum relinqua
tur tantum precognitioni nocebit: quantum vel ma
gnitudinis vel virium quod pretermittitur obtine-
bit: nunquid igitur morbus augeatur non ex eo tã-
tum coniecturari oportet ꝙ accessiones anticipent:
sed etiam earum longitudinem oportet anotare et
magnitudinem quoqꝫ ac morem: sicuti etiam in in-
termissione ⁊ declinatione hec eadem existimo con-
sideranda: voco autem intermissionem quando fe-
bris in quietem desierit: declinationeꝫ autem omnẽ
que eius statum subsequitur partem vsqꝫ ad secun-
de accessionis principium nam anticipatio sola per
seipsam non est sufficiens signum augumenti: q̄ se-
pius quandã morbi proprietatẽ ꝯsequitur potiusq̃
eius incrementũ cũ ⁊ quartane ⁊ tertiane ⁊ quotidia
ne febris quidam circuitus vsqꝫ ad integram solu-
tionem ita anticipasse visi fuerint. Consueuerũt au
tem medici tales febrium figuras anticipantes no-
minare sicuti alias vocant tardantes quecũqꝫ stati
ab initio futuri temporis aliquid posteri⁹ assumũt:
sed ⁊ in his plusq̃ proportio exigit vel anticipare vl'
tardare alterũ. Augmenti alterum declinationis in
ditiũ est: simpliciter autẽ vel anticipare vel tardare
neutrum oportet autem non solum aduertere nun-
quid secunda accessio consuetam anticipauerit ho-
ram sed nunquid etiam longitudo temporis eadeꝫ
aut magnitudo equalis aut que nunc adest sit ma-
igitur habere animū atq; ad ea que offeruntur bene
se gerere bonum:bonum etiam facilis anhelitus ⁊ fa
cilis tolerātia ⁊ pulsuum bonitas ⁊ facies similima
sanis decens accubitus ⁊ totius corporis equalitas
⁊ quecūq; alia Hippocrates in pronosticis scribit
cuiuslibet signi vim manifeste distinguens:quecūq;
enim simpliciter bona ⁊ mala nominat sepius talia
existunt atq; ab eo optima ⁊ pessima dicuntur ⁊ qui
bus presertim adiunxerit verbum valde talem vim
habent quod semper vnum quoddam ostēdunt aut
raro accidit vt non ostendant: hec igitur existente
inter signa differētia siquidem impossibile est distin
guere quando signa decretoria crisim ostendunt vel
quando ea que decernunt accidentia bonam aut
malam afferunt crisim frustra ea verba Hippocra-
tes pronunciasset his qui non rationabiliter leuius
se habent non oportet fidere: neq; vereri multum
mala que fiunt preter rationem frustraq; nos de cri
sibus tractare instituissemꝰ:si vō neq; aliud q̄cq̄ ex
oībus neq; hec frustra dicta sunt ab Hip. erit omni
no aliquod signū fidum quo id quod sm̄ rationē ab

eo quod preter rationem separatur sed quidnam hoc
sit libenter audirem ab his qui superbe veterem ne-
gligunt medicinam nos enim credimus veruȝ id esse
quod ab Hippocrate dicitur ꝙ coctiones crisis ce-
leritatem ⁊ salubrem securitatem significant: cruda
autē ⁊ incocta ⁊ conuersa in abscessus crisium defe-
ctus: aut vehementes labores aut mortes aut eorun
dē malorū reuersiones vnde ⁊ principij tēpus sicuti
etiam diximus antea non alio quopiam distingui-
mus illi autem nullum nobis principij tempus de-
derunt atq; ob id nequeunt discernere quando exi-
tialiter quispiam male se habet vel delirat. Quando
q; vero imminente iam crisi at similes vulgaribus
sunt neq; quem finem ea que fiunt sint habitura pre
noscentes neq; quid facere oporteat inueniētes sȝ de
his quidem etiam mox dicetur. Quomodo vero etiā
si nundū adsint vniuersalia morbi tempora quispiā
ipsa prenoscere queat quantum maxime ad vsum ar
tis sit necessarium hoc iam transigemus: propositū
enim est statim a primo die saltem tantum cognosce-
re ꝙ vel in primis quatuor diebus vel in secundis
egritudo decernetur nā vtrū in quartodecimo vel vi
gesimo die istud fiet nundū liquet verū ex hoc haud
magna sequitur in victus ratione mutatio quemad
modū si quarto vel q̄nto die crisis affutura esset ac ta
lē aliquis victū institueret qualis si quadragesimo
die morbus finiri deberet instituerer: hoc.n. maxime
esset absurdū ⁊ q̄cūq; medicus primo vel saltē secū
do die nō precognoscit morbū q̄ extra primā septe-
nariū neq̄at extēdi hūc per multū erraturū fit verisi
mile: si igit̄ vel semel vel bis tali errore delinqueret
venia dignus foret: si vero nullā esse futuri status ꝓ-
cognitionē opinat̄ hic nec minimā quidē medicine
artis partē est assequutus. Ego vero tantū absum vt
omne quod futurum sit penitus incognitū putē vt se
pe de eo certissimā haberi scientiā existimē. Quid.n.
si aliquis primo statim die nullū habens signū peri
culosum: verū insuper omnia salutaria acute quideȝ
febriciret. Urinā aūt mingat bene coloratam ac me-
diocriter crassam an nō in propatulo est medico q̄ in
artis operibus fuerit excercitatus hunc in primis
quatuor diebus crisim habiturum ⁊ eo magis si ne-
bula aliqua vel suspēsio optima ipsi afforet atq; etiā
tā to plus si bona subsidentia sed hoc quidē breuiter
dictum est non tamen breui tempore disci potest om-
nia enim ⁊ bona ⁊ mala signa cognoscere oportet il-
lum qui id certissime sit precogniturus quemadmo-
dum horū habens scientiam alebat Hippocrates ⁊
mitissime febres q̄ cū signis securissimis fiūt q̄rto die
finiunt vel prius: ac que malignitate excellunt ⁊ cum
signis grauissimis accidunt: quarto die occidunt: et
antea mittes quidem dicēs cōtrarias malignis ⁊ ꝙ
neutre quartū transcendūt diem ostendēs sed he qui
dem omnino soluuntur: he vero interficiunt: sicuti
igitur que omnia habet signa tutissima febris acuta
in prima periodo decretoriorū dierum solutionē hȝ
sic que isti proxime adiacet diem septimā non trāscē
deret sed que nam est hec? an illa vȝ cui non omnia
sunt tutissima signa dictum enim est iam et antea ꝙ
non idem sit superlatiue ⁊ simpliciter dicere quicq̄:
non igitur securum ⁊ securissimum neq; malignum
⁊ malignissimum neq; graue ⁊ grauissimum eandeȝ
vim habent: sit iam quedam a primo statim die fe-
bris acuta sed nō supreme simplicissima ⁊ cum tutis
simis signis simplex tamen ⁊ cum signis tutis quam
Hippocrates mittem nominat: ego hāc clarioris do
trine gratia simplicē voco fugiens ambiguitatē hec
febris ad secundum quaternarium progredietur: nū
quid vero vel quinto die vel sexto vel septimo finiet̄
procedenti sermone determinabitur: eodem modo
maligna et cum grauibus facta signis: nam ⁊ hec
quantum abest a malignissima et cum grauissimis
signis adueniente tanto et mortem afferet tardiorem
si quis vero simplices ⁊ simplicissimas et malignas
⁊ malignissimas febres distinguere nescit: neq; si re-
cte aut non recte de his Hippocrates dixerit vnq̄ po
terit experientia perpendere ꝙ si neq; signorum vi-
res intelligat sed simpliciter opinetur: hec quidem bo
na: illa vero mala tantūmodo esse adhuc magis tāq̄
vetule cantilenā que ab Hippocrate scripta sunt le-
get. Ego quidē talibus ab his cōmentarijs cēseo ab
cedendū: at qui libros prognosticos Hippocratis ac
curate legerunt. Istis deinceps verba faciam in pri-
mo quidē die: sic vero me audi continue totū ex luce ⁊
nocte tempus in viginti ac quatuor horas partitum
accipienteȝ vrina quidem sit exquisite aquea: febris
vero debilis hic homo in longum tempus protrahe-
tur sed quantum hoc erit in primis diebus cognosci
nō potest neq; cognitu vtile est: nam cuius gratia ta
li egemus precognitione iam id habemus victus sci
licet formam conuenientem instituere cum status
post plurimos dies sit subsecuturus singulis quideȝ
quaternarijs singula signa diligenter obseruans etiā
ipsum status tempus exquisita poteris assequi pre-
cognitione. oportet enī inquit a primo die cōsyderare
⁊ in singulis quaternarijs animaduertere ⁊ non la-
tebit quorsum vertetur morbus. Hec igitur in sequē
tibus plenius exequemur ad primi autem temporis
precognitionē qd̄ principiū nominamus ad quantū
temporis extēdetur iam magnū quodā in primo die
assumptū fuisse demōstrauimus quod in secūda die
manifestius adhuc distinguetur nam si eodem mo-
do se habeant febris ⁊ vrina non modo quod nondū
morbi augmentū inchoauit dicere possemus sed ꝙ
neq; ante septimam diem inchoabit siquidē didicisti
ꝙ vrina aquosa extremam habet cruditatem: quare
non solū possibile est principij tempus cognoscere
sed etiā precognoscere ad quid terminabitur. In his
igitur adeo diuturnis morbis tempus principij est
sufficienter longum: in peracutis autem maxime bre
ue: nam si statim in prima die in vrinis aliqd̄ signuȝ
coctionis appareat iaȝ principij terminus exijt. Nū
quid igitur nullū omnino habuit principiū: vel hoc
quidem impossibile: neq; enī contingit vt morbus ad
propriū statum perueniat sine principio ⁊ ascēsu: ex
treme autē breue est sepius vtrūq; tempus adeo vt
in prima die morbus perueniat ad statum. Talis igi
tur ⁊ tam velocis principij finem non oportet preco-
gnoscere sed satis est vt iam cum adest dignoscamꝰ.
Et quando primū ad ascensum cōuertitur intelliga
mus manifeste: est autē cōmunis horū principiorȝ
⁊ ascēsionū dignotio cum primis partibus accessio-
nis idē est.n. illiꝰ ⁊ totiꝰ morbi pricipiū ascēsꝰ: neq; eī
⁊ illa statim inchoat a statu hoc siq̄dē nemo vnq̄ vi
dit: neq; pōt animo cōcipi ꝙ in primo insultu statuȝ
obtineat ac si a fulmine foret percussus. Quō igit̄ in
primo die cognoscetur morbuȝ in statu consistere sed
quō aliter q̄ si affuerint signa coctionis. Tale enim

q̄d accidit in humorum crudoꝝ coctione quale et in mēbris inflāmationē patiētibus. Quodā autē in loco de his Hippocrates in hunc modum scribit circa puris generationē dolores ꝛ febres accidūt magis ꝙ iam facto. Sicuti igitur non cōtingit iam suppurata inflāmatione febrem amplius in statu cōsistere vel dolorē occurrere. Eodē mō neq̄ si quid optimū in vrinis subsidat siquidē nebula sola vel suspēsio bona facta fuerit nōdum tamē tēpus aduenit status et multo magis si nihil boꝝ affuerit nisi forte morbus valde biliosus extiterit. Quicūq̄ igitur oībus his q̄ a nobis dicta sunt sepius inuisendo egrotos mentem diligēter adhibuerit hunc nullū vnq̄ tēpus latebit sed si morbus acutus fuerit quādo presens fuerit ipsum exquisite dignoscet necnō haud ita multo post futuꝝ ꝓcognoscet. Si vero lōgitudinē habuerit multo antea illud venturū cōiectura assequet̄. Et quo proximius accesserit eo manifestius ꝓcognoscet: naꝫ in vniuersum ꝓcognoscere oportet ꝙ nisi manifestū appareat inditiū coctionis totū illud tempus intermediū est principiū morbi. Quantū vero desit presētio⁹ ex inditio illo manifesto coctionis ꝛ a morbi motu atq̄ natura ꝛ tēpore anni ꝛ regione ꝛ etate ꝛ temperatura ipsius egrotātis inuenies: si enim longus fuerit morbus verbi gratia: sicuti quotidiana febris ꝛ tarde moueri in hoc egrotāte videatur ꝛ quodāmō fumate ac suffocari ꝛ tempus anni hibernū fuerit et locus frigidus: etasq̄ ac natura egrotantis vergit ad frigiditatem multo est opus tempore intermedio ad hoc vt manifestum signū generet̄ quod tēpus totū principio est annumerandū: sit ita igit̄ vt hyberno tēpore incipiat febris amphimerina in corpore ita se habēte: quēadmodū diximus vna cum exquisite crudis ꝛ aquosis vrinis non modo neq̄ intra septimuꝫ diē sed neq̄ etiā quartūdecimū quispiā habere posset magnifestū signū coctiōis: sic autē appello ea que inter debilia sunt ꝛ pfecte coctionis inditia: perfecta igit̄ coctio est q̄n in vrinis subsiderit aliquid albū ꝛ leue ꝛ cōtinuū: debilis autē coctio quando vrina ex aquosa mediocriter subrufa facta fuerit. Et quidē si turbulēta apparuerit ꝛ talis permāserit ꝛ hec quoq̄ occulte ꝛ debilis coctionis est signū ꝛ rufa etiā ac tenuis ex eodē genere est sed nihil boꝝ iam principiū esse finitum osten[illegible]t: hoc eīn manifestius semper inditium expetit v[illegible]. nebulā albam: aut suspensionē equalem continuam atq̄ albam. Et quidē rubēs nebula ꝛ subsidētia talis ꝛ sine subsidētia bene colorata vrina ꝛ crassitudine mediocris principij finem manifestat: [illegible] ꝛ in laterum ꝛ pulmonū passionibus ea que proprie sputa vocantur vrinaꝝ subsidētijs assimilātur. Nihil vero omnino expuere sed tussim tātū modo [illegible] habere tale quid est quale in vrinis extreme crudū quod aquosum nominamus: ꝙ si ab eo quod est nihil exp[illegible]ere: ad expuere veꝝ hūida et oīo cruda fiat transmutatio liquet ꝙ debilis atq̄ occulta omnino est huiusmodi permutatio ꝛ nōdum finitum est primū egritudinis tempus quod principiū diximus nominari quando igitur hec quidē cessabit atq̄ integre ad augmentū morbus conuertet̄ q̄n ceperit spuere pauca cocta. Reliquum vero omne tempus abhic vsq̄ ad statū semper eo magis plura ac meliora atq̄ facilius expuente egroto: cū vero exquisite cocta fuerint ꝛ multa ꝛ sine difficultate educta: tunc status est tēpus: quando vero similiter quidem exquisite cocta ꝛ sine molestia educta atq̄ eorū multitudo decreuerit dolorq̄ non amplius affuerit tunc cessare statū arbitrādū: subsequitur. n. declinatio: supponamus igitur egrotū aliquem a morbo laterali habitū neq̄ expuentē aliquid ꝛ vrinas quidē mingentē tenues sed bene coloratas circa diem vndecimū expuere quidē incipiat: verum humida ac cruda hunc quidē ꝙ nemo diceret ante diem vndecimum esse in aliquo alio morbi tēpore ꝙ in principio omnibus manifestū: in vndecimo ꝟo fortassis videret̄ alicui manifeste transgressum: verum non ita se habet: nam dies vndecimus quartidecimi index existens secundi egritudinis temporis manifestū ac certū illud premonstrat: obseruans igitur quartūdecimū diē si preostensis concordat: ꝛ post hunc rursus decimum septimum: quoniam ꝛ hic vigesimi est index: quemadmodū in libro de diebus decretorijs diximus age iam in hoc die supponamus expuisse pauca quidem sed cocta egrū expuisse huic in die vigesimo possibile est aduenire crisim non tamen perfectam ob talem causum: quoniam non eādē vim habēt neq̄ inter indices primi cum posterioribus neq̄ primi decretorij cum vltimis: at valentiores quidem primi sunt sed iam in longum protracta egritudine ībecilliores redduntur: oportet igitur procedente morbo: ꝛ tum precipue quando sufficienter crudus extiterit magnam fieri transmutationē vt secura crisis speretur: magna autē est permutatio cum perfecte cocta mingūtur atq̄ expuūtur. Talia vero non supponebātur in die decimoseptimo [illegible]fuisse q̄re nec fieri poterat vt hic egrotus in die. xx. liberaretur aut perfectam crisim haberet: ideo mutationem aliquam effatu dignam fieri sat erat vt posset [illegible] aliquo ex sequētibus decretorijs diebus integra solutio aduenire: nūquid igitur solum suppositio quedā est hic sermo vel est etiā talis egrotus. Mihi quidē habere hec omnia que dicimus ille videtur de quo scribit Hippocrates in tertio epidemiorū ille ab Hippocrate scriptus egrotus a pestilēti cōstitutione ordine octauus. Ita autem omnis sermo se habet in abderis anaxiō qui habitabat circa portas thracias febris acuta inuasit hominē lateris dolor continuus aderat tussis sicca neq̄ expuebat primis diebus sitibundus erat ꝛ peruigil vrine bene colorate tenues ꝛ multe sexto die delirauit ad concalefactiones nulla fiebat remissio septimo die grauius se habuit: nam ꝛ febris intendebatur: neq̄ dolores minuebātur ꝛ tusses infestabant difficileq̄ habebat hanelitū octauo die venam in cubito secui sanguis mult⁹ effluxit qualē oportuit dolores remissi sunt: tusses tamen sicce insequebantur vndecimo die febres minores facte sunt paruus sudor circa caput exijt: tussesq̄ a pulmone humidiores decimoseptimo cepit pauca quedā concocta expuere vigesimo febre liberatus est post crisim leuius se habuit. Siticulosus vero erat neq̄ a pulmone optime erant expurgationes. Vigesimoseptimo febris redijt ꝛ tussis eduxit plurima ꝛ cocta vrinarum subsidentia multa ꝛ alba sine siti et bene spirans factus est: quarto et trigesimo die sudauit: per totum corpus per crisim febris soluta est: huic vero: ꝛ omnia alia quemadmodum nos supposuimus videntur aduenisse: et de vrinis quamuis non pluries: quemadmodum in alijs egrotis mentionem faciens sed bis tātūmodo in pricipio q̄dē ꝙ tenues essent in septimo ꝛ vigesimo

die sublimens vrinis inerat subsidentia multa ⁊ al
ba manifestus se facit primū exquisite coctas vrinas
minxisse dicere: propterea igitur: vt ⁊ antea dixi in
die vigesimo crisim: sed imperfectam quandam quo
niam in decimo septimo cepit pauca quedā cocta ex
puere nō tamē integra crisis subsequuta est: qm̄ ne
ꝗ exquisita coctio vrinarū aut sputorū ꝓpterea igi
tur inquit erat aut siticulosus atꝗ ex pulmone nō
erant optime expurgatiōes hic igitur nobis rursus
ad memoriā reuocans ꝙ recte dictū est que relinquū
tur in morbis post crisim subuersiones facere cōsue
uerunt septimi igitur ac vigesimi diei lege enarratio
nem q̄ ita se habet septimo ⁊ vigesimo febris rediit
tussis eduxit cōcocta plurima vrinis multa subside
tia alba sine siti restitit nā cū antea dixisset ꝙ in tem
pore intermedio post vigesimū diem ⁊ sitis remansit
ei ⁊ a pulmone nō erant optime expurgatiōes dein
ceps inquit ꝙ in septimo ⁊ vigesimo die facta sub
uersione febricitauit sine siti aūt restitit ⁊ optima ex
puere cepit ⁊ in vrinis subsidentiam habuit multā
ꝗ ac albam hoc igitur est quod prius dicebat: ꝙ vide
licet in morbis febrilibus tale quid accidit quale in
his que suppurantur inflāmationibus sicuti enim ⁊
ibi cū generatur pus ⁊ dolores ⁊ febres precipue cō
tingunt ita ⁊ hic dum coquuntur humores qui febrē
efficiunt: sic igitur ⁊ in anaxione quātū ex prima il
la crisi defecta relictū erat hoc rursus efferuescens in
coctionis tpe illā que antecessit crisim febrē genera
uit hoc vero a naturali calore nō aūt febrili prouenis
se dierū natura nō minime idicat dies enim vndecim
optime quidē sed debilis coctionis principiū fecit de
inde decimusseptimus signū coctionis manifestius
ostendit deinde vigesimus crisim defectam post hos
vero septimus ⁊ vigesimus integre coctōis inditia de
dit propterea ⁊ subinferens inquiet quarto ⁊ trigesi
mo die sudauit per totū sine febre restitit atꝗ ex to
to crisim habuit liquet enim ꝙ ī trigesimo quarto die
post vigesimū septimū concocte sunt simul ⁊ excrete
oēs egritudinis cause per vrinas quidē que febres
faciūt p sputa vero que thoracē infestant oportet aūt
huius meminisse sermonis vz ob presentia ⁊ ob illa q̄
dicenda sunt ⁊ hec tria inuicem differre arbitrādum
⁊ debilē coctionē ⁊ manifestam atꝗ perfectā debilis
enim in vndecimo manifesta vero in decimo septimo p
fecta vero in vigesimo septimo facta est post quē in
omnibus septem diebus morbus solutus est ⁊ totū
hoc tempus status fuit quēadmodū ⁊ in sequētibus
manifestius ostendemus hoc igitur sputū qd septimo
⁊ vigesimo die apparuit in primis morbi diebus si
quidē apparuisset cū optimā subsidentiā vrinis ha
bentibus fieri nō potuisset quin in prima septimana
morbus finiretur primos vz dies egritudinis aio
quos primos perfinit quaternarius ⁊ enim primum
morbi principium iuxta sm significatum in hoc cir
cūscribi tēpore prius dicebam ⁊ hoc est quod inquit
in laterali morbo sputum si statim appareat incipiē
tem breuiorem facit: nam cum principium tripliciter
dicatur secundum vnum quidem modum de primo
insultu qui latitudine caret secundum: alterum vero
de eo quod ad tertium extenditur diem quod solum
mihi tessalus somniare videtur: ⁊ preter hec etiā id
quod tanꝗ pars totius accipitur morbi quod ma
nifeste coctionis signa prefiniunt: de omnibus hiis
Hipp ocrates verba facit: quēadmodum ex his que
antea scripsimus liquet ⁊ in sequentibus cōmenta
riis manifestius ostendetur. Quod vero iuxta secun
dum significatum principium ostenderit: cum dixit
id sputum quod in lateralem morbum patientibus
apparet in principio breuiorem facere neminem la
tere arbitror: sed de his etiam in sequentibus distin
guemus: quo pacto vero quispiam aut iam presens
atꝗ perfectum id quod tanꝗ totius morbi pars prin
cipium accipitur cognoscere queat: aut iam futurum
precognoscere mihi iā videor manifeste demōstrasse.
Nam perfecti principii firmū est signum coctio ma
nifesta: futuri autem ⁊ ipsius morbi natura: ⁊ tem
pus anni ⁊ etas laborantis: ex superabundanti au
tem ⁊ regio in qua egrotat: ⁊ modus eius qui ante
cessit victus: cum nūdum morbo correptus esset spe
cialiora vero indicia futuri finis primo egritudinis
tempori coctionis inditia sunt: ⁊ quo pacto hec pre
cognoscere oporteat: quando maxime futura sint: di
cetur quidem diligentius: ⁊ in his que sequentur.
Dictum vero fuit etiam nunc ꝙ considerare oportet
quātum distant presentia cruditatis signa ab his q̄
aderunt in manifesta coctione: ⁊ quisnam fit in mor
bo motus modus hoc est vtrū acute aut tarde: veluti
succēsa moueantur. Utilissimum vero ad hoc magis
vero summopere necessarium exquisite scire cogno
scere: quantum inuicem distant ac superabundant: ⁊
coctionis ⁊ cruditatis signa: nam ⁊ cruditatis non
paruam inter se habent differentiam: adhuc autem
magis coctionis siquidem integre cruditatis indi
cia in primis quatuor diebus permaneāt longū erit
huic morbo principii tempus. Si vero mediocris
in ipso apparuerint: longum quidem ⁊ hoc erit sed
non priori. Similiter si autem parua fuerint crudi
tatis signa futurum etiam principii tempus pau
cum erit his addenda sunt: ⁊ illa que ab Hippo
crate dicta sunt lōgioris temporis esse significatiua
de quibus plenior nobis erit in sequentibus: sermo
nunc autem gratia exempli huius aphorisme memi
nerimus frigidi sudores: cū acuta quidem febre mor
tem significant: cum mitiori vero morbi prolixitatem
nam si in primis diebus preualentibus adhuc cru
ditatis signis talia signa apparuerint principii tē
pori addent: ⁊ liquet ꝙ etiam tempus ascensus lon
gius erit atꝗ eadem ratione status post multum tē
pus occurret. Sic autem ⁊ morbi solutio: quare non
solum primi temporis in primis diebus aliquam
habebis artificiosam coniecturā: sed etiam sequētiū
exquisitius autem ⁊ magis ipsa precognoscet si suc
cedentibus quaternariis mentem adhibueris: nam
primus qui debilis coctionis signum ostendit ipse
manifestius reliquum pricipii indicabit cū iam hoc
tibi sine vlla dubitatione constabit ꝙ vniuersum il
lud tempus in quo nullum est manifestum coctionis
signum primum est ex quatuor temporibus morbi
quod nos principium nominamus: nam si ad hoc
respexeris nihil erit amplius difficile inuenire si in
tot primis diebus ab his q̄ primo die apparuerunt
tot iam abscesserit quot erunt reliqua transigēda vs
ꝗ ad manifestam coctionem: inde autem ascensus in
incipit: sed in hoc vz aliqua defecta crisis appare
bit. Quēadmodū paulo antea in egroto qui latera
lem morbum patiebatur ostendi: vel si morbus expe
ctauerit integrum statum: sic ⁊ crisis integra erit. Se
pius vero neꝗ vlla fit crisis post status tempus: sed

paulatim morbus soluitur longo tempore coctionē recipiēs. Quo pacto autem anteq̄ fient hec futura precognoscere oportet in sequētibus cōmētarijs explicabitur: nā in ipsis liquido ostēdā quādo in ascēsibus quādo etiam in statibus morbus crisim habeat: ⁊ quādo sine vlla omnino crisi paulatim coctꝰ dissoluitur ⁊ claruȝ est ꝙ huiusmodi solutionē: neq̄ crisim nomino: si qua vero vniuersa fiat permutatio ⁊ multomagis adhuc eam que antecedit agitationē ita appellare consueui: ⁊ quidem harum precognitiones in sequentibus dicam. Melius enim non solum ꝙ in hoc tempore integram morbus habebit solutionem: sed vtrum cum magna aliqua pugna: vel sine vexatione atq̄ periculo aliquo intelligere: hec omnia in sequentibus commentarijs ostendentur: ⁊ preterea bonarum aut malarum crisium precognitiones integrarum quoq̄ ac defectarum: in horum vero omnium principio preponam ipsorum morborum inuadentium dignotiones. Quoniam enim et ab ipso morbo diximus oportere quedam de temporibus singulis noscere: ac preterea a statu anni: ⁊ ab alijs que diximus nisi eorum omnium status a primo die aliquam haberemus cognitioneȝ simile quodam multis medicorum iuniorum patiemur: nam sicuti illi vtrūq̄ ignotum circulo demonstrare conātur. vel ex his que magis obscura sunt manifestiora sic ⁊ nobis accideret: nisi vniuscuiusq̄ morbi formā: statim in primo die aliquo mō dignosceremꝰ. Optimum igitur si in ipso primo die: ⁊ hoc milies iam fieri posse ꝓbauimus ⁊ tertianos ⁊ quartanos ⁊ quotidianos circuitus in primo statꝰ die cōsyderātes. Si vero aliquādo in hoc manifeste dignosci nō posset: tunc coniecturam aliquam artificiosam habebimus ex qua bonam victus rationem instituere incipiemus. Exquisitiorem autem assequamur in secundo die: vel omnino in tertio vel quarto: ⁊ hoc igitur ipsum melius foret ostendere: ⁊ prebere indicia eorū quorum a primo die statim exquisitaȝ possumus habere cognitionem. Eorumq̄ etiam de quibus coniecturam aliquam non rudem habere posse speramus ⁊ tertio vel quarto exquisitius distinguere: rursus igitur incipientes a prima secūdum librum: reliqua etiam singula que promisimus conuenienti ordine prosequemur.

¶ Primi libri de Crisibus Finis.

Capita secundi Libri.

¶ Incipit secundus de crisibus Liber.

DIctum quidem etiam antea est ab initio sed ⁊ nunc etiaȝ melius est cōmeminisse: ꝙ siue vniuersam ex morbo transmutationem siue subitam tantum siue bonam siue eam que antecedit oēs veloces alterationes conturbationem quispiam velit nominare crisim non esse meum hoc in loco propositum definire sed quo pacto optime quispiā has oēs iam presentes dignosceret ⁊ futuras precognosceret id esse huiꝰ sermonis institutū. At cum id quod maximū atq̄ ad hec omnia summopere est necessariuȝ iam ostenderimus morborum scilicet tempora iam presentia cognoscere ⁊ futura precognoscere deinceps cuiusq̄ egritudinis cognitiones: ac precognitiones adnotauimus: ⁊ quoniam eas ex multis fieri demonstrauimus quorum vnum est ipsius egritudinis forma. Quo pacto ⁊ hanc optime quispiam posset primo die cognoscere ad hunc ꝯm librum tradere distuli si quispiam nobiscum affuit in curatione egrotantium ex prima accessione ⁊ quotidianam febrem ⁊ tertianam ⁊ quartanam ⁊ semitertianam et eam que ab ardore causon appellatur plurimosq̄ alios morbos prenoscentibus ex ipso opere huius contemplationis habuit experientiam: ꝙ si nunq̄ talibus predictionibus interfuit equum est hūc: neq̄ admirari de his que dicemus anteq̄ veritatem in ipsis experiatur sed neq̄ etiam damnare priusq̄ vniuersum sermonē nostrū auscultauerit atq̄ vsu ipso explorauerit audire quidem atq̄ intelligere ea que dicuntur omnibus cōmune est ita enim a me clare explicabūtur vt neminem latere possit sermones auteȝ nostros experiētia cōprobare siq̄dē nobiscū futurus est illi erit q̄ facile ꝙ si ipse ꝑ seipsum explorare voluerit nō eq̄ expeditū: verū ⁊ in pulsuū differentijs dignoscēdis exercitatū esse oportet atq̄ omniū artis operū sufficientem habere experiētia veram em̄ cognitionē non ex his q̄ male opinant̄ sed ex hisqui recte pertractant comprobari fit verisimile: hos igitur solos ad disciplinam atq̄ eoruȝ que docentur iudicium sermo noster admittit reliquos vero qui medicine arteȝ adeo dedecorarunt vt eaȝ sex mensium fecerint disciplinā hos neq̄ iudices neq̄ discipulos adhibet: alteruȝ enim non possunt alterum nolunt: dicendum igitur iā quo pacto quispiā in primo die morbi naturam agnosceret: diem autem per totum hunc sermoneȝ nostruȝ in eo accepimus significatu: vt non solum lucem sed noctem etiam complectatur: sicuti ⁊ menseȝ ex triginta diebus constare dicimus

nõ id tp̃s tãtũ quo sol supra terrã fertur appellãtes diẽ sed etiã illi tp̃s noctis adijciẽtes: sic etiã quodã-modo annũ dicim⁹ tricẽtos ⁊ sexagintaquinq̧ dies cõplecti sicuti aũt de diei nomine ⁊ de eius significatu distinximus eodem vt arbitror modo ⁊ de egritudine ostendere oportet ꝙ ẽ dispositio ledẽs operationẽ ⁊ ꝙ duplex sepe cõsistit: hec vero vtraq̧ in libris de morborum differentijs sunt demonstrata: simplicem itaq̧ dispositionem nemo qui perspicaci sit intelligẽtia ĩ primo die ignorabit: h₃ eñ propria inditia. Eã vero que cõmixta est non oĩbus per initia contingit agnoscere: neq̧ vero absurdum est ad duplicis dispositionis cognitionẽ duobus opus esse diebus: sicuti si triplex fuerit tribus. At vero vnã simplicem ignorare dispositionem absurdũ ⁊ maxime turpe oportet itaq̧ in oĩbus dispositionibus simplicibus exercitari: vt ex his singulis iam perfectas prõpte noscam⁹: nã nisi in hoc accurate antea laborauerimus: neq̧ ĩcipientem ⁊ paruã adhuc existentẽ agnoscemus sicuti neq̧ oliuã vel ficum vel quercum nuper e terra pullulantem poteris vnquã internoscere si iam ꝑfectas plantas ignorauerís sed ꝙ hoc etiã maius est neq̧ ipsas iam perfectas simplici ter cognoscere sufficit sed nisi iam perfectas precognoueris nullam ex his que nuper nate sunt separatim internosces: non tamẽ neq̧ statim neq̧ quãprimum. Cũ in istas incideris sed sicuti ex perfectis singulas nõ semel neq̧ raro cõspicatus adhuc sufficiens ad prompte cognoscendũ factus es. Eodem arbitror mõ te oportet ⁊ ex his que nuper nate sunt singulas non semel neq̧ bis sed sepius contemplando sufficientem ipsarum habere notitiam. Quare si quid eorum que hoc in loco scribuntur ad exercitationẽ referre tentaueris: prima autem te experientia fefellerit: nõ propterea statim desperaueris tanq̃ res sit impossibilis neq̧ ab exercitatione discesseris: priusq̃ sepius in eadem exercitatione perstiteris: neq̧ eñ qui sagittandi artem meditatione assequi student: l₃ sepius in principio aberrent a metauides ob id suũ exercitium intermittere: aut propter aberrationẽ animo contristari. Qñ igitur sagittãdi artem minimam existentẽ: adeo vt etiam a mancipijs cõmode pertractetur: nemo statim incipiens assequi integre potest q̇d de arte Asclepiadũ existimare oportet que tam multa indiget contemplatione ⁊ tã exquisita ac laboriosa in operibus exercitatione: siq̇dem vnus ex eorũ numero fueris: qui pro rebus pulcherrimis atq̧ honestissimis laborare institueris ꝑmũ omnia que dicentur in singulis morbis diligenter perdisces: deinde in ipsis operibus exercitaberis deinde ita de his iudicium ferre tẽptabis nunq̇d vere an falso dicta sint. Quot si vt diximus ociosam et secordem vitam degeris vel laboriosam q̇dẽ sed circa deteriora diuitias honorem ⁊ ciuilem potentiã veritati preferẽdo melius tibi fuerit: neq̧ hãc contẽplationẽ attingere neq̧ in plenum ceno puteũ aquã purã infundere nam ⁊ aquã ⁊ puteũ vna destrues neq̧ quicq̃ iuuabis: simplicẽ igitur morborũ singulorum dispositionẽ: iã eñ ad veritatis amicã me conuerto primũ ipsam ꝑ se ipsa₃ cognoscere stude ac circa hoc te exerce nõ ex his solũ que ipsi extrinsecus adiacent qualis est cõtẽplatio multorũ sed primũ q̇dẽ ac maxime ex his que ꝟm propriã insunt substãtiã deinde tã ex his que sepius accidunt veluti in ea febre que tertiana nominaꝛ nõ hoc tantũ aiaduertes: si tertio quoq̧ die fiant accessiones in infebricitationẽ desinẽtes: nam si due tertiane vel due quintane febres sint singulis quidẽ diebus due tertiane accessiones habebũt: due autem quintane tertio quoq̧ die quare vel duas tertianas vnã putabis quottidianam vel duas quintanas vnã tertianã sed formã ipsam febriũ te inspicere iubeo: neq̧ eñ insultibus accessionũ similes sunt neq̧ accessionibus neq̧ statibus neq̧ remissionibus neq̧ in caloris qualitate neq̧ in motu arteriaꝝ neq̧ ĩ his q̃ supueniũt accidẽtib⁹: si igiꝛ neq̧ tertianã ipa₃ ꝑ seipsam neq̧ quotidianã vnq̃ ĩspiceꝛ licuisset obscura foret earũ dignotio s₃ qm̃ tertianã separatĩ datur ꝯtẽplari: quãdo incipit atq̧ ꝓgreditur: ⁊ iam perfecta soluitur eodẽq̧ modo quottidianã nõ admodũ difficile est ab vna quottidiana duas tertianas distinguere: age igitur primũ incipe exercitari in veris atq̧ exquisitis typis: neq̧. n. aliđ quicq̃ frustra scripsit Hippocrates neq̧ illud etiam ꝙ exquisite tertiane longissimus terminus est septẽ circuituũ. Quenam igitur est hec tertiana exquisita: nullũ. n. eius inditium scripsit Hippocrates tale vt etiã vulgaribus esset manifestũ. Sed si ego te manu duxero facile intelliges quã vocet exquisitam tertianã ꝙ si te per volumina circũuolui permisero anteq̃ cõmode introducaris nõ modo nihil vtile disces neq̧ de tertiana neq̧ de aliquo alio morbo sed mille erunt que obaudies. Cum igitur legeris in aphorismis morbos qui tempore estatis maxime abundãt esse febres continuas ⁊ adurentes ⁊ tertianas plurimas primũ aduerte ne hoc ipsu₃ obaudias ꝙ estatẽ intelligit non que preter naturam se habet qualem aliquando ait in cranone fuisse cum pluuie violente per estum toto tempore descendissent sed si ordinem aliquem ac modum in singulis temporum statibus adnotasti tu nunc ad memoriam reuoca ꝙ hyems quidem pre omnibus anni temporibus humidissima est ac frigidissima: contraria vero ipsi est estas siccissima ac calidissima: si vero contra hyems quidem sicca: estas vero humida fuerit temporum status haud secundum naturam se habet neq̧ igitur estiue egritudines tempore estatis tunc abundabunt: neq̧ enim existimare debes ꝙ propter temporũ appellationes singule egritudines accidãt tales scil₃ vel tales sed propter circũfusi aeris temperaturã: nã q̃lẽ hic nãm habuerit ita etiam nos afficit secundũ hoc igiꝛ viebat Hippocrates cum ver autumno simile factum fuerit autumnales egritudines expectare oportet: calidum vero ⁊ siccũ estiui temporis statũ esse oportet qñ exquisite suã naturã seruauerit sed si hec ita se habent liquet ꝙ estas que maxime talis existit plurimas afferet febres tertianas: nũquid igitur temporis status calidus ⁊ siccus magnum ꝓuentũ febriũ tertianarũ efficiet regio autẽ calida et sicca nõ etiã pluſq̃ frigida ⁊ hũida earũdẽ ferratior erit hoc etiam oĩno clarũ est s₃ nõne egrotãtis temperatura hoc quoq̧ est necessariũ: ꝙ si victu calidiori ac sicciori etiã vsus fuerit hoc est laboribus pluribus atq̧ vigilijs ⁊ curis atq̧ tristitijs cibisq̧ paucioribus ac biliosioribus nonne etiam ex hoc ipse se ipso biliosior reddetur et ideo calidior ac siccior nam ꝙ ex causis calidis ac siccis flaua bilis aggregari consueuerit didicimus ab Hippocrate: tum ex multis alijs tum ex his quibus eam estate dicit abundare hec a me dicta sunt et iam tertiane febris

generationem didicisti que enim in estate aduene/
rit calida ⁊ sicca cum etiam regio talis fuerit et labo
rantis nã similis ⁊ victus qui antecessit ad idẽ per/
duxerit hec potest esse febris tertiana ⁊ nos quidem
hucusqꝫ biliosam febrẽ sermone genuimus: nũdum
autẽ cõuenienter tertianã:nam si febres continuas ⁊
adurentes quas greci causones vocant: ⁊ tertianas
plurimas ⁊ estas ipsa ⁊ alie quas antea cõmemora
uimus cause singule faciunt cõmunis est vsqꝫ ad hoc
cum febribus adurentibus tertiane generatio sed et
hoc ita se habere videtur et ipsa tertiane accessio ab
acutissimis maximeqꝫ adurẽtibus febribus nullo re
linquitur sed quo differt ꝙ in hac per totũ corpꝰ bi/
lis defertur:atqꝫ ideo vehemens fit rigor bilisqꝫ sup
uenit vomitus:vrine atqꝫ sudores biliose sunt:dictũ
ꝓo ⁊ de his alibi est in alijs vero adurẽtibus febri/
bus que nullam habent intermissionẽ flaue bilis hu
mor in vasis vna cũ sanguine cõtineri ostendebatur
atqꝫ hoc ipse a tertianis differunt q̄uis eo q̇ vtrun/
qꝫ facit morbũ humore cõmunicẽt ꝙ in his quidem
intra venas cõtinet̃:in illis vero cũ vehementer mo
ueat̃ per singulas corporis partes disseminat̃ quo
fit vt delationis impetu ipsa per seipsam expurget̃
eadem cã est cur febris ex sudoribus atqꝫ vomitibus
finiatur in adurentibus autẽ febribus singule acces
siones ad infebricitationem non perueniunt:quoniã
qui eorum cã est humor nõ expurgatur sed cum etiã
in his bilis vehementius agitatur ac veluti efferue/
scit iãqꝫ a natura inualescente compellitur tunc ri/
gor superuenit ⁊ febris soluitur:nam a febre aduren
te inquit Hippocrates habito superueniente rigore
solutio:ꝙ vero nõ modo cã frigida sed ⁊ acris ⁊ cali/
da rigorem possit efficere in libro de causis acciden/
tiũ ostendimus addentibus nobis eos in quibus ca
lidũ atqꝫ acre medicamentũ superimpositũ vlceri ve
hementer momordit atqꝫ inde natus est rigor ⁊ q̇ su
perfluitatibus pleni sunt fuliginosis deide balneas
ingressi horruerũt:sic em̄ ⁊ febricitantes ⁊ qui vehe/
mentem cruditatem patiũtur:⁊ omnes quorum cor/
pus superfluitatibus acribus redundauerit siue in
balneis siue in locis vehemẽtius a sole calefactis si/
ue quocũqꝫ alio motu agitentur statim quidẽ vide/
mus horrere:⁊ si diutius in eisdem perstiterint ad ri
gorem cõcussumqꝫ perduci:qm̄ vbi ad balneas atqꝫ
exercitia ventũ est qui interim humores cũ quieuerãt
vehementius moueantur:hi em̄ oẽs agitati ⁊ ꝑ sen/
tientia corpora violenter delati ꝑcutiunt pũgunt ac
feriunt atqꝫ hinc sensum inequalem rigorem cõcussũ
qꝫ inuehunt:hec q̇dem igitur alibi dicta sunt. Tertia
na vero febris que ex flaua bile mota ortum hꝫ ratio
nabiliter statim ab initio rigorem affert non medio/
crem hoc ipso primũ a quartane rigore differẽs:qm̄
pungi videt̃ ac percuti corpus. Talis em̄ est in tertia
nis febribus rigoris sensus sicuti in quartana febre
similem frigefactionẽ hꝫ eger qualis ꝓpter gelu tem
pore hiberno sentitur:nã ⁊ illud ostensum est ꝙ in q̄r
tana febre atra bilis redundat sicuti in quottidiana
pituita. Tertianam igit̃ exquisitã febrem fieri non
contingit sine rigore vehementi pungente ac ferien
te carnem. Quartana autem febris neqꝫ primo die
statim cum rigore inuadit vehementi:nam progre/
diente ipsa atqꝫ aucta vna etiã rigor augetur sensus
qꝫ egrotãtibus adest non quasi pungãtur sed potius
contũdantur cum quibusdam veluti refrigerationi/
bus vsqꝫ ad ossa tendentibus:nã ita eos audire licet
dicentes ꝙ videantur in ossibus pati laborẽ ⁊ carnẽ
habere cõfractam. In quottidianis autem non ante
cedit rigor neqꝫ statim ab initio neqꝫ in progressu sꝫ
solum frigefactio:nũquid igitur hec sunt tertianaꝝ
febrium inditia vel neqꝫ pulsus vllam habent cũ q̄r/
tanis similitudinem:hec enim paruos ⁊ debiles ⁊ tar
dos ⁊ raros adeo facit pulsus in inuasionibꝰ vt nul
la altera dispositio:tertianis vero parui quidem ac
debiles tardiqꝫ ac rari cũ inuadunt pulsus necessa/
rio adsunt. Verũ tarditas ac raritas nõ parũ ab his
abest qui in quartanis accedunt:nam in quartanarũ
principijs videbitur tibi quodammodo arteria esse
alligata atqꝫ ad interiora retracta neqꝫ liberum ha/
bere ascensum:in tertianis vero neqꝫ aliq̇d tale per/
cipitur tarditasqꝫ prope accedit ad eũ qui secundũ
naturã est motus. Cum vero quartane febres inua/
dunt q̄uis egrotus iuuenis fuerit talis fit motꝰ arte
rie qualis in etate decrepita:his igitur omnibus le/
gittime tertiane differt accessio ac ꝓterea certꝰ ordo
atqꝫ equalitas pulsibꝰ inest:neqꝫ em̄ in his aliqua
in vno motu adest inequalitas neqꝫ etiã in collectio
ne:quãuis hoc rarum sit ⁊ quod paucis accessionum
principijs soleat accidere. Jam igitur hec febris cũ
primũ inuadit neminẽ illorũ latebit qui sepius ipaꝫ
sunt contẽplati sed ⁊ adhuc magis in his qui vocã/
tur ascensus atqꝫ augumẽta:nã equalem ⁊ liberam
habet pulsus celeritatem:statimqꝫ ad magnitudinẽ
atqꝫ vehementiam excitatur hisqꝫ omnibus frequẽ
tiam respondentem neqꝫ ipsis vllum adest inflamma
tionis signum. Jam igitur ⁊ sitim inuehit ⁊ hominẽ
exurit ⁊ paulopost in vigore consistit calorqꝫ equali/
ter quaqꝫ versum extenditur nihiloqꝫ plus thorax
extremitatibus calet:⁊ si manum apposueris in pri
mo quidem occursu obuius fit calor multus atqꝫ
acris quiqꝫ veluti quodam cũ vapore efferat̃ paulo
vero post a manu superat̃ nũ vt in febribꝰ malignis
adurentibus accidit:contra em̄ ille grauiores ac mo
lestiores quanto diutius perdurant apparent ⁊ iam
bibendi tẽpus adest agrotanti ⁊ statim post potum
plurimus vapor calens per cutẽ exalat sudoris nun
cius bilisqꝫ superuenit vomitus venterqꝫ soluitur et
biliosum mingunt nunc quidẽ vnusquisqꝫ exquisitã
tertianam agnosceret incipit enim sudor vaporosus
ac calidus quemadmodum in balneis totũ ꝓo ipsis
corpus equaliter sudat talisqꝫ est pulsus:q̄lis in his
qui bñ valentes exercitantur ⁊ balneãtur velox scilꝫ
ac magnus ⁊ vehemens ac frequẽs:erat autẽ ⁊ stati
ab inito equalis sed preter hec omnia ⁊ ad infebrici
tationẽ desinit:vniuersumqꝫ accessionis tempus vl/
tra duodecim horas non extendens:nam hoc tẽpus
longissimũ est in veris tertianis sepius aũt aliq̄n sep
tem horas accessio cõtinet nonnunq̄ citius aut tar/
dius sed non multo finitur hanc quidẽ febrem si nũ
dum noueris esse exquisitam tertianam :sed expecta
ueris deliram illa appellatum diatritum iam nõ esse
thesalicus asinus sed potius lapis:si vero etiam ip/
so egroto mingente vrinã subruffam ⁊ subflauam ⁊
paulopost crassitudine mediocrem:vel albã nebulaꝫ
vel suspensionem optimam fecerit iam non etiam la
pis simpliciter fores sed is qui molaris nominatur
siquidem hanc esse tertianam ignorauerís ⁊ exquisi
tam tertianam que vltra quartum circuitum non ꝓ
gredietur. Ruffa vero vrina existente neqꝫ suspen/
sione

sione aliqua neq; nebula in primo circuitu apparē
te ad septē circuitus extendetur: inter oēs autem ter
tianas illa simplicissima est que omnia illa nuper a
me dicta exquisite tertiane signa premōstrauerit in
vrinis etiam subsidentiam albam ⁊ leuem ⁊ equalē
statim in primo fecerit die: neq; eñ hec vltra tertiū
progredietur circuitum: nunquid igitur postq̄ di/
ximus omnia legitime tertiane signa quandam ve/
luti ipsius genealogiam per capita facientes: iā ad
aliud transgrediamur. Accessio siquidem incipit cū
vehementi rigore faciens quales diximus pulsus
deinde paulopost augetur properatq; ad summum
rigorem cū his que diximus oibus deinde soluitur
eo quo diximus modo ipsius vero generatio anni cō
stitutionem aridam ⁊ calentem requirit ⁊ vt summa
tim dicam estima. Etatem vero consistentem ⁊ natu
ram biliosam que in laboribus vigilijs curis ⁊ in/
edijs extiterit ⁊ si tibi libet his etiam adde propter
lapideos methodicos quod consueuit pariter Ar/
chygenes adscribere sit scilicet ita vt presens consti/
tutio multas tertianas per populum vagantes fece
rit: vt artificiosis inditijs vulgarem quidem veram
tamen coniecturam adiungens fidem precognitio/
nis adaugeas nunquid per deos nondū etiam dice
mus hanc esse tertianam: sed lanificum diatritū id
est tertiam diem expectabimus quam delirus The
salus inter mulieres educatus sub patre scelesto la
nas cedente male audebat dicere in Hippocratem ⁊
reliquos medicos veteres superbe inuehens qui oīa
medicine Theoremata stantia ac firma pronuncia/
uit tertianam febrem inuadentem nequit agnoscere
sed diatritum expectat hoc siquidem admirabile est
que quidem non erant certa hec certa esse dixit oīa
autē que vere certa erant ignorauit: sed huius qui/
dem vetule nec meminisse conuenit. Postq̄ vero exq̄
sitam tertianam iam patefecerimus ad exquisitam
quartanam transire temp⁹ est cuius principiū qua
le sit iam diximus antea ꝙ videlicet nihil simile ha/
beat in rigore ac pulsibus cum initio tertiane nunc
reliqua transigamus: sed neq; id ratione caret vt pul
sus qui in accessionibus sunt q̄uis antea enarratos
iterum repetamus: si eñ cognoueris pulsum egrotā
tis naturalem vel in altero ipsius morbo per initia
accessionis affueris nihil amplius expectabis quin
febrem inuadentem quartanam esse pronuncies: nā
eximia quedam ad tarditatem ac raritatem conuer
sio fit. Ego quidē nonnullos meos familiares quo
rum pulsus exquisite cognoueram: iam ingruente ac
cessione contemplatus ꝙ tale principium nullius al
terius q̄ quartane febris fore contingeret demōstra
ui atq; ita euenit. Tu vero si artis que circa pulsus
versatur magnam non habes peritiam deinde rari/
tas ac tarditas eorum te aliter lateret securius ta/
men velles discernere precepta Hippocratis hoc in
loco ad memoriam reuoca qui tempore estiuo ter/
tianam: autumnali vero quartanam abundare asse
uerat: primum vero hoc ipsum considera: nunquid
autumnus frigidam ⁊ siccam ⁊ inequalem habue/
rit temperaturam ⁊ tunc magis sperabis quarta/
nos circuitus in ipso fore frequentiores: post hec si
regio ipsa talium febrium sit generatrix: ⁊ si egrotā/
tis natura atre bili obnoxia sit talisq; ratio victus
antecesserit que huiusmodi humorem aggregauerit
⁊ si eo tempore quartane febres populariter fiant:
hec autem cum illis que deinceps dicentur obsigna
bis si homo lienosus fuerit vel febres erraticas pas
sus sit si augmentum ⁊ status plurimum contrarij
fuerint tertianis febribus: ⁊ secundum caloris mo/
tus ⁊ pulsuum ⁊ preter hec omnia si tenues albe et
aquose vrine fuerint: nam he omnino tertianarū vri
nis dissimiles sunt: tertianam quidem a quartana
qui primo statim die nescit distinguere: neq; omni/
no medici meretur nomen: quotidianam autē a ter/
tiana discernere facilius est: neq; enim primo statim
die cum rigore inuadit sed progressu temporis refri
gerationes potiusq̄ rigores ipsis adueniunt: neq;
vllus ordo autem equalitas pulsibus assidet cū pri
mū accessiones fiunt: nouimus autem ꝙ ⁊ in augmē
tis motus velocitas magnitudoq; atq; vehementia
que omnia tertianis perspicua adsunt quotidianis
non adsunt: sed neq; deurunt neq; nudari corpora
⁊ palia iactari cogunt: neq; multum aut frequenter
respirare: aut veluti flāmam ex ore efflare frigidūq;
potum expetere: verum isti cum febricitent minime
sitiunt: vrineq; ipsis in primis diebus tales sunt: q̄
les quartanis incipientibus adsunt: atq; in primis
diebus minime sudant: sed progrediente tempore
hoc etiam illis aduenit: a tertiana quidem adeo ma
nifeste differt vt nihil cum ea simile habet: ad quar
tanam autem propius accedit: sed ⁊ ab hac differt
manifeste primum quidem pulsibus quos in egro/
tis familiaribus quispiam deprehenderet: sed ⁊ ri/
gore etiam atq; alijs extrinsecis omnibus propter
que accidunt: nam ⁊ natura egent humidiore vitaq;
ociosa plena crapulis: sic igitur ⁊ in pueris assidue
fiunt: ac perrarum est quin ⁊ os ventriculi ⁊ epar in
ipsis male afficiatur: sed ⁊ cruditates antecedūt plu
rime ⁊ coctionis more ⁊ acidi ructus ⁊ cū primum
febrire incipiunt precordia vltra nature habitū pe/
nitus intumescunt: magna vero ex parte inflantur
ac distenduntur color his cum paliditate: alb⁹ etiā
cum accessio declinauerit: taliūq; egritudinū hiber/
num tempus ferax est ⁊ status temporis humidus
⁊ eiusdem nature locus ⁊ accessionum principium
tardius mouetur: ita quidem quotidiana tertiana ⁊
quartana primo die inuicē discernuntur: cōtinuas
autem febres que idem genus cum illis quas nuper
diximus habent quispiam exercitatus: neq; in pri/
mo die agnoscendi ac distinguendi facultate care/
bit. Secundo vero die si mentem adhibuerit: neq; si
etiam fuerit inexercitatus: voco autem febres conti
nuas idem habere genus cum singulis intermitten
tibus cum tertiana quidem exquisita: exquisitam ar
dentem: cum quotidiana vero eam que quolibet die
facit accessionem sed nunq̄ desinit in infebricitatio
nem: sic ⁊ cum quartana illam que quarto quoq; die
similiter: nam exquisita febris ardens cum omnia
alia seruet exquisite tertiane inditia eo solo differt ꝙ
neq; cum rigore inuadit: neq; ad infebricitationem
desinit. Que vero quotidie accessionem facit quādo
⁊ tempus anni: ⁊ constitutionem: ⁊ etatem: ⁊ naturā
corporum: ⁊ regionem: ⁊ victus rationem anteceden
tem: ac preterea pulsuum formam: calorēq; eundem
habuerit cum exquisitis quotidianis non peruene
rit autem ad infebricitationem idem genus cum il/
lis obtinet: eodem modo ⁊ que quarto quoq; die ac
cessionem facit sine vlla media interposita febris q̄e
te eiusdem est generis cum quartana: ⁊ palam est ꝙ

neqꝫ rigor in ea accessiones antecedit: neqꝫ sequetur
sudor: sicuti neqꝫ in febre ardenti fit horum neutrū
neqꝫ statim ab initio: neqꝫ deinceps vsqꝫ ad crisim
fieri possibile est: in his igitur dignoscendis pri-
mum se quispiam exerceat: atqꝫ inuicem distingue-
re studeat simplices atqꝫ impermixtas eiusdē gene
ris febres quas ob hoc ipsum legitimas atqꝫ exqui
sitas veteres medici nominarunt. Nā que in sola fla
ua bile febris accenditur sine aliquo visceris vitio: si
quidē manente adhuc intra vasa bile accendat᷑ exq̄
sita febris ardens nuncupatur: si vero per totū cor-
pus deferatur tertiana: sic ⁊ si ab atra bile fit febris
cū mobilis est quartana fit febris. Cū vero immobi
lis illa que quarto quoqꝫ die excrescit: sicuti si ex pi-
tuita ortum habeant: vel quotidiane sunt: vel q̄ sin-
gulis diebus accenduntur: nam que ad infebricita-
tionem desinunt febres. Eandem hypothesim cū cō
tinuis: de quibus diximus habent vno solo differen
tes ꝙ per venas: vel totū corpus in eis deferuntur
humores: quare ⁊ reliqua ipsis comparia adsunt: q̄
vero cum rigore vel sine rigore: ⁊ vomitibus quibus
dam vel sudoribus fiunt: vel sine his differentiā ha
bent continuam quidem nomino febrem que ad in-
febricitationē anteqꝫ ex toto soluatur nō desinit. Cū
vero neqꝫ declinatio aliqua sensibilis apparuerit:
semper vero a primo principio febris vsqꝫ ad crisiz
similis perseuerauerit. Erit ⁊ hec ex genere febrium
deurentium: ab eisdem vero acutie differet: sed neqꝫ
in primo die vel secundo possibile est huiusmodi fe
brem prenoscere: neqꝫ aliter vtile: sufficit enī genus
agnoscere quot scilicet biliosa sit: atqꝫ perurens ⁊ p̄
acuta: neqꝫ enī si etiā synochon ipsam nominaueris
vt quidam medici faciunt appellationis ratione a
febribus adurentib⁹ differt: sicuti neqꝫ ob id ꝙ tres
synochi differentias agnoscentes proprium singu-
lis ipsorum nomen imposuerunt has quidem epac
masticas idest increscētes: has vero paracmasticas
idest decrescentes has aut acmasticas ⁊ omothonas
idest in eodem vigore: atqꝫ tenore perseuerantes no
minantes iam ex hac diuersitate appellationum dif
ferre secundum genus est existimandum. Quare ne
qꝫ ad presentem tractatum eorum dignotio plurimū
confert: he enī oēs in prima septimana dijudicantur
hoc vero in presenti est necessarium aliquam totius
morbi constitutionis ac crisis in primis diebus as
sumere cognitionem: si enī exquisita tertiana fuerit
intra septem circuit⁹: si vero exquisita febris ardēs
intra primam septimanam necessario finietur: oīno
aūt diuturne sunt: ⁊ quotidiana intermittens: ⁊ illi
adherens continua: sicuti ⁊ quartana ⁊ que per q̄r-
tum diem excrescit: quare tria erunt vniuersa simpli
cium febrium genera singula vero ipsorum in duas
primas differentias secabuntur: vel enī intermittē
tes vel continue febres erunt: ⁊ primo die statim in
uadentes dignoscentur. Alie vero in ascensu: alie in
summo earum vigore: quedam in primis declina-
tionibus: vel febre vacantibus intermissionibus:
Quod si morbus compositus fuerit non eque faci-
le dignoscentur. At hic maxima intelligētia atqꝫ exer
citatio est necessaria. Intelligentiam igitur ꝓpriam
suapte natura possidens vel minime possidens quis
piam accedet: exercitationem autem ea que nunc di
cetur meliorem nemo reperiet. Oportet enim ipsum
ad hoc exercitari vt simplicem febris speciem agno-
scat: atqꝫ ita deinceps ad compositas transgredi: sim
pliciter vero compositum genus febris constituitur
in prima quidem sectione: vel quia he quas dixim⁹
febres citra alicuius membri passionem commiscen
tur: vel quia ex membri cuiuspiam inflammatione
accenduntur. Nam in vtraqꝫ harum differentiarū.
Alteram rursus sectionem fieri contingit: nam q̄ ci-
tra membri passionem consistunt dupliciter commi
scentur. Aliquando quidem duplicitate: nonnūquā
vero per se totas confuse. Membra quoqꝫ inflam-
flammata: ⁊ ipsa quedam veluti complicantur. Tā-
tummodo quedam autem veluti confusionem quā-
dam habent dispositionum: primum igitur exercita
ri oportet ad hoc: vt complicationem cognoscamus
deinde ipsam confusionem a febribus incipientes:
febres quidem complicantur vnius generis cū alijs
eiusdem generis vel vnius speciei cum alijs eiusdez
speciei: contingit vero nonnunquam vt etiam diffe-
rentes: nam quotidiane tertianis: ⁊ his quartane et
que eandem speciem seruant inuicem plerūqꝫ cōpli-
cantur quo fit vt sepius idem homo tres quartanos
habeat circuitus: sed hos quidem non est difficile
agnoscere. Quandoqꝫ vero aliqua ex intermitten-
tium genere cum continua complicata difficillimaz
vixqꝫ explorabilem facit mixtionem de qua dein-
ceps dicemus si prius omnes quas proposuimus
simplices differentias transegerimus: nam sicuti fe
bres ita ⁊ patientia loca mixtionem recipiunt vel
quia differentia membra propriam singula febrem
accendunt: vel dispositio mixta veluti inflammatio
nis que erisipelati aut erisipelatis ꝙ inflammatio-
ni commiscetur: sed in his omnibus mixtionib⁹ di-
gnoscendis exercitari oportet quando iam exquisite
omnes earum formas simplices tenuerimus: alia
enim est forma febris ex latere et ex pulmone atqꝫ
epate orte: sicuti etiam omnes alie febres que ex in
flammatione partium diuersificantur: sed ⁊ alie rur
sus forme sunt earum que ex erisipelate accidunt et
febris ardens maligna vel pulmonis aut epatis
aut ventriculi erisipelatibus aduenit: distingue-
re autem oportet in singulis egrotantibus: pri-
mum quidem si sine loci passionem sit febris: vel
ex humorum putredine: vel quia solus spiritus
sit alteratus: deinde si membrum patiens febris
sit causa: et que nam sit eius dispositio: vbi ve-
ro horum notitiam exercitatione comprehenderis
tunc eorum omnium mixtiones inuenies. Nun-
quid igitur nunc a me exiges vt vel de patientium
locorum vel febrium omnium complicatione te-
censeam: et ipse rursus operis damnabis proli-
xitatem: hoc enim admirandum plurimi hominuz
patiuntur vt pauca discere expetant et nihil pre-
termitt. Decem igitur Archygenis de febrium di-
gnotione volumina: cum dicant esse longa solum le-
gere compendium instituunt: neqꝫ hoc ip̄m omnes
sunt autem qui et illum damnant quoniā volumen
integrum de febris notione conscripserit: atqꝫ ideo
hunc nolunt attingere siue quicquam audire aut di
scere quantū Erasistratus in febris notione aber-
rauerit. Cū vero exigūt sibi aliq̄d de febrib⁹ enarra
ri: primam statim differentiam omnino non admit
tunt: quod videlicet quedam ex locorum passione.

Quedã aũt sine illa cõsistũt: idẽ etiã circa crises patiuntur si q̃d p̃termissum fuerit reprehendẽtes: verbotũ tñ damnantes prolixitatẽ. Cũ hec duplex sit veluti hoc loco distinguã: quarũ vtrãq; cũ ipsi vituperent magis tñ sermonũ carpũt breuitatẽ: hanc quidẽ vt q̃ aliquid ex his q̃ sunt necessaria pretermittat: vel saltem obscuram tradat doctrinã prolixitatẽ v̾o q̃ oĩa enarrat oportuna atq; vna falsas aliorũ opiniones refellit longas esse nugas autumant: eosq; qui soluz vtilia docent collaudant: rursusq; aduersus eos qui hec tantum dicunt cõtrarias aliorũ opiniones obiciunt temeritatemq; reprehendunt eorũ qui sine demonstratione aliquid proferentes dignum putant vt eis fides adhibeatur: non tolerant autem vel eos qui vtilia latius edocent: quare neq; mirandum si eos: qui de crisibus sermones habentur: eodem modo accusabunt breuitatem quidem vituperando vt que simul obscure doceat ⁊ multa pretermittat: neq; plura audire sustinendo: atq; insuper quod paulo ante dixi reprehendendo. Nam ⁊ de patientibus locis archygenes tres libros conscripsit: optime quidem omnium qui circa eandem materiam fuere versati: hec igitur si in presentem tractatum transferre tentarem: atq; his preterea addere: que a nobis inuenta sunt prolixitatem operis accusabunt. Et si etiam de febrium differentijs omnia hoc loco transigerem: multo etiam⁹ magis viderer illis esse prolixius. Quot vero nullus scribendi modus mordacitatem possit effugere tam est antiquum vt etiam Plato huius rei meminerit: his vero ita se habentibus mediam sermonis formam eligere: optimum mihi videtur. Quid autem est medium? Quod ego mihi video: attingere omnia illa demonstrans que oportet ex necessitate cognoscere qui recte precursurus sit morbi solutionem qualis quoue tempore futura sit: non omnia quidem hoc loco transigens: sed ea enarrans que ab alijs obscure sunt tradita: que vero pretermissa hec addens. Quecunq; autem manifeste ac recte sunt a veteribus scripta transcribere: aut his q̃ sunt ab eisdem male dicta contradicere vt longum opus euitaui. Postquam igitur cum in primo sermone aphorismum Hyppocratis exponeremus illud ostendimus quot ex ipsius morbi natura non paruam licet occasionem accipere ad futura prenoscẽda mirum vero multis videtur si in primo die quispiaz morbi speciem agnouerit demonstrare tentauimus: id quidem forte fore diffile: non tamen impossibile est viamq; qua hoc facere oporteat exposuimus hic mihi scilicet a sermonis prolixitate abstinere visum fuit atq; eos qui hec vellent exquisite cognoscere in Archygenis commentarijs de locis patientib⁹ exercitari iubere: atq; insuper in commentarijs de typis ⁊ febrium notis: nam ⁊ forte nos in eosdem locos tractatus edemus: vt ⁊ que a veteribus nostris sunt inuenta transigamus ac quedam que non recte sunt ab Archygene scripta subtrahamus: omniaq; dilucide aperiamus: quod vero ad presens attinetur in illis oporteret exercitari. Rursus igitur quantum huius interest operis illius repetentes nos transigamus. Interest autez viam tradere exercitationis de compositis morbis qualem nuper de simplicibus fecimus: exquisitas enim febres: siue intermittentes: siue cõtinue statim a principio noscere datur: que vero ex mixtione aliarum variantur: atq; adulterantur difficile quidem est in die prima non tamen impossibile agnoscere: plurimas quidem in secundo vel tertio vel omnino quarto die exquisite possumus inuenire: nulla enim est neq; species: neq; genus morbi quod circa tertiam vel quartam diem cuius nature sit nõ possit innotescere. Inuadat igitur febris aliqua horrida simul atq; omnino inequalis in pulsibus atq; in eo qui totum corpus calore sentitur: vt sepius prope statum esse existimetur: vel medium augmenti obtinere. Rursus vero horrida fiat: ⁊ pulsus minores simul ⁊ debiliores ac tardiores ⁊ rariores habeat: ⁊ calorẽ quidẽ ab extremis partibus recedẽtem: circa vero ventrem: atq; thoracem redundantem hanc non absq; ratione quispiam hemitriteum fore speraret vel potius iam esse: a multis v̾o in tertio die noscetur: sed hec quidem mixta est ex biliosa et pituitosa febre: de quibus antea sermo habebatur non iam inuicem complicatis: sed per se totas confusis: que autez ex complicatione fit quadrupliciter cõsistit vel tertiana ac quotidiana commixtis vel ea q̃ singulis diebus accessionem facit continua alteri q̃ per tertiam vel tertiana ei que singulis diebus accessionem facit continue: vel quotidiana ei que per tertium cõtinue nulla ex his mictionibus in primo die exquisite cognoscitur. Secundo vero instante die agnoscere facile est ac multo magis tertio rarumq; est vt quarta dies ad id sit necessaria: fiat enim si ita contigerit in prima die accessio vna cum rigore. Deinde calida atq; deurens febris accendatur ardenti similis ac sitibunda atq; ad statum celeriter properet pulsus equales habens magnos atq; veloces vehementesq; atq; frequentes: sit autem vna cum pulsibus ⁊ calor equalis omnino: deinde cum vomitu ⁊ sudore finiatur: ⁊ quedam infebricitatio succedat iã manifestum est huiusmodi accessionem esse tertiam periodi propriam: fiat autem ⁊ in sequenti⁹ die quotidiane accessio: neq; enim de eisdem milies est necessarium dicere hic mentem adhibere oportet ad horas accessionum vt aliquid de die tertio prenoscas: nam si tertiane febris accessio circa primam horam fieri debeat: circa vndecimam autem quottidiane: sic quidem manifesta erunt vtriusq; principia ⁊ magis si longiori interuallo disiungentur: si vero vtraq; eadem hora inuaserit mixta erit omnino accessionis forma: ⁊ ei qui inspicere diligentius quiuerint: quedam apparet facta confusio quottidiani ⁊ tertiani circuitus. Distinguit autem eos manifeste quarta dies cũ tamẽ sint artifici etiã ĩ secũdo cogniti: adhuc aũt difficilior intermittentium cum continuis mixtio vt pluribus omnino impossibilis videat᷑: simul enim ⁊ febrem intermitti atq; haud sine febre hominẽ esse ex tali accidit cõmixtiõe quo nihil minus possibile esse videtur: sed si q̇s ⁊ hic exquisite possit agnoscere vtriusq; febris naturam manifeste comprehendet ꝙ neq; huiusmodi mixtio est impossibilis: nuꝑ igitur quedam mulierculaꝫ in paribus diebus horridam habebat accessionem semitertiane exquisite propriam imparibus diebus vero mane alteram quandam eam que precesserat longe minorem vt altera die semitertiane febris accessio superaccessionem aduenire videretur quod in tali febre fieri consueuit: circa octauaꝫ vero horam diei altera inuadebat accessio cum rigore vehemẽti omnia exquisite tertiane febris inditia afferens. Iam vero hec confracta sudoribus

ac bilis vomitu hora tertia noctis mox extendebatur ad diei paris horā secundā ⁊ cū iā quieti appropinquaret rursus illo horrida atqꝫ inequalis accessio succedebat quā in paribus diebus fieri diximꝰ: deinde per totū diē maligne cōpressa: ac rursus adaucta vix occidente sole ad statū perueniebat ac declinare incipiebat hora quarta noctis: deinde mane rursus superabundantes reliquias augumentū inequale vsqꝫ ad octauā superueniebat horā: ⁊ cū deinde iam manifeste statū obtinere febris videretur iā febrē hāc altera semitertiane febris exquisite accessio suscipiebat: hāc nos febrē statiꝫ die scḋa ex cōplicatiōe semitertiane febris atqꝫ tertiane factā agnouimꝰ: longe vero certiorē tertia dies prebuit cognitionē atqꝫ in spem venimꝰ alterū tertiane febris circuitū cito finē habiturum: alterum in longiꝰ tp̄s debere protendi qḋ etiā cōtigit: ⁊ tūc aperte visum est in reliqua parte egritudinis sola superesse semitertiana que principiū quidē totiꝰ circuitꝰ in die pari faciebat: in die vero impari superaccendebatur: tales quidē mixtiōes nō est vniuscuiusqꝫ dignoscere. Si qua vero febris in prima die exquisite tertiana deprehensa: deinde die sequenti similem priori oīno fecerit accessionē hec longe cognitu facilior est duplex existēs tertiana: sic autē ⁊ due ⁊ tres quartane sepiꝰ inuicē ꝯplicantur quas accessionū forma a quotidianis distinguit: neqꝫ enī ꝙ singulis diebꝰ accessio fiat hoc sufficiens signū est ad febres quotidianas indicandas sed ⁊ feb. ipsius ⁊ accidentiū forma: opꝫ igitur in vnaquaqꝫ re primuꝫ artificē fieri quibus verbis vsus est quidā ex nostris preceptoribus admirandiꝫ: demū sic ipsa aggredi opera. Artificem autem fieri est primū quidē ⁊ maxime totiꝰ artis subiecte materie simplices vires agnoscere mox ipsarum composituras quot ⁊ quales sint nam de medicamentorum compositione atqꝫ vsu eadem est doctrine via: quemadmodum in commentarijs de ipsis scriptis ostendimus cum duplex materia medicis adsit altera in qua aduenit finis qui est ipsa hoīm corpora: secunda vero auxiliorum a qbꝰ fit finis ea quidem que est de medicamenti tractatio ad secundam materiam attinet: atque nunc instat ad primam: nunc enī discere oportet in his que de febribus sermones habētur ꝙ tria sunt omnia que ex humorum putredine febrium accenduntur genera: quedam enī ex flaua bile heqꝫ plurime sunt: quedā vero ex atra: quedam ex pituita consistunt: hic vero sermo haud parui momenti est: quid nam parientibus dictis humoribus febris accenditur: neqꝫ enī his secundū naturā se habentibus: sed in hoc sermone etiam illud ostenditur ꝙ non sit admiratione dignū si ex frīdis nā hūoribꝰ putrescētibꝰ febris accēditur: ⁊ ꝙ oīs aliarū febriū varietas ex horū fit commixtione sic ⁊ que ephimere ⁊ ectice febres dicuntur alia duo genera sunt ab his que acute febres noīantur separate ⁊ ꝙ febris acuta vel aliquo dictorū humorū putrescente vel mēbro inflammationē patiente fit ⁊ ꝙ inflāmationis vocabulū non secundū antiquā consuetudinē sit audiendū: hec vero oīa multis digna admiratione videntur: quēadmodū ⁊ id qḋ paulo ante dicebamus si queat vnq̄ intermittenteꝫ cum continua cōmisceri sed nihilominus hoc si possibile sit nulla quiete egrotanti adueniente solū intermittentes misceantur. At ⁊ hoc manifeste ostendimꝰ non tertianis tantum vel quotidianis intermittentibus sed ⁊ quartanis accidere. Cū enim plures inuicem cōplicantur: siue eiusdē generis sint: siue diuersi secūda plurimū anticipat aduenire anteq̄ prima in quietem exquisitā desierit: deinde rursus tertia eodē modo succedit anteq̄ ⁊ hec ad infebricitationē perueniat: hoc ꝟo maxime accidit in longioribus accessionibus: nam in his que intra primum terminum desinūt: ita aūt voco duodecim horarum spatiū vel multos necesse est cō plicari circuitus vel eā q̄ ex intermittentibus cōponitur febrem impossibile est ad continuitatem peruenire: multa vero earū que ita complicantur febrium medici qui circa talia nō sunt exercitati: siquidem acutiores videātur omnes vocant semitertianas: si vero tardius moueantur erraticas. Cū enim semel potestatem acceperint ⁊ in semitertianis plurimas fieri remissiones existimādi ⁊ in erraticis principia inordinata omnes hoc modo febres quarum cōpositionem non agnoscūt vel semitertianas vel erraticas nominānt: cum tamen sepius manifestū habeāt proportionis similitudineꝫ: sicuti adolescēs qui circa autūni finem cum in prima die circa quintam horam cepisset febricitare vna cum rigore breui: deinde vespere profundo parum sudauit mox hora septima noctis anteq̄ omnino sine febre fieret parum rigoris habuit: postea cū paululum sudasset in secūdo die mox circa horam decimam iterum facta accessione: ac deinde cum similiter sudasset in nocte: deinde tertio die hora secūda cum rigore cepit febricitare, anteq̄ prioris diei declinatio in quietē desineret nobis igitur omne febris formā diligenter cōsyderātibus visa fuit trium cōplicatio tertianarum: nam ⁊ que primo die ceperat hora quinta ⁊ sequēti nocte rursus hora septima: ⁊ que in secūdo die hora decima ⁊ pulsus ⁊ caliditatē omnia ꝓpria tertianis habebant: sicuti etiā rigores atqꝫ sudores: nulla ꝟo ex his ad quietē perueniebat q̄m sequētes tertiane accessionis principium anticipabat: sicuti si nulla altera febris successisset horis tribꝰ aut q̄tuor alijs homo sine febre perstitisset: triū quidē tertianarū cōplicatio in secūdo statim die nobis visa est manifeste: ꝙ autem anticipādo accessiones facerent tertio die primū cognouimus: nā hora secūda febris inuasit nō quinta. quēadmodū in primo: tertiani vero circuitꝰ inditia omnia his que in primo die apparuerant attulit manifestiora ab hoc vero die: deinceps obseruantes omnes inuenimus accessiones duabus aut tribus horis anticipātes quare ⁊ illa que prime proportione respondebat in circuitu quinto die oriēte sole facta est: septimo vero multo celerius veluti circa horā noctis nonā: deinde que post hāc sm̄ eandem proportionem in hora noctis septima ⁊ que sequuta est hora quarta: atqꝫ ab hinc rursus que successit quarta ⁊ que post hanc quinta: deinde iterum sexta: deinde octaua que erat decima a principio accessio facta est sm̄ vero similē huic proportionem ⁊ alie due post septimum circuitum non solum nō anticiparūt: sed etiā tardius aduenerūt quādo ⁊ mihi ⁊ alijs oībꝰ manifeste apparuit semitertianā febrē esse putarāt quātum sua opinione aberrassent: nam cum accessionū ꝓlixitas ad octo horas contracta esset ipsoqꝫ accessionis insultu nō ampliꝰ anticipāte sed potius retardāte duabus iam horis: tunc accessiones ad infebricitationem deuenerūt: atqꝫ ita paulatim de longitudine minuētes quieuerūt primum

quidē que leuissima erat: deinceps que magnitudi/
ne secunda erat ⁊ tertia vehementissima inter ipsas
q̄d ⁊ ipsum non mediocre fuit inditium ꝙ statim ab
initio tres tertiane extitissent sed cuiꝰ gratia hec oīa
dicta sunt ad hoc rursus redeo ꝙ oporteat exercita/
ri vt exquisite noscamꝰ oēs simplices dispositiones
adeo vt cū sole consistūt primo die statī facile ip̄as
agnoscamꝰ. Inuicē vero ⁊ sibi ip̄sis cōplicatas: et si
non in primo die saltē in secūdo vel tertio vel omni/
no quarto discernamꝰ: nos igitur haudquaꝙ̃ latue
rūt tres iste tertiane in sc̄do die non ob aliam causaꝫ
nisi ꝙ earū naturā exquisite noscebamꝰ: tale enī q̄d
accidit in morboꝝ notitijs q̄d nobis oībꝰ in tota vi
ta contingit: nā eos amicos qui nobis familiarissi/
mi sunt ex longo interuallo statim ac primo intuitu
cognoscimꝰ: si vero quēpiā semel vel bis tantū vide
rimus vel sepe quidē non tn̄ continue non iam eque
istos neqꝫ ex longo interuallo nec primo intuitu sta/
tim cognoscimꝰ. sed nonnunꝙ̃ diu ambigimꝰ ac du
bitamus: nūquid iste coriscꝰ: an socrates sit ita ⁊ in
morbis res ipsa se habet singuli propriā habent fi/
gurā quā quispiā sepiꝰ contēplatꝰ prōpte dignoscit
ac precipue cū sola fuerit ac simplex: earū igitur fe/
briū que sine loco patiente ex hūorū accendūtur pu
tredine tres sunt prime ac simplices forme ⁊ earū .s.
que ex pituita ⁊ que ex atra bile ⁊ que ex amara or
tū habent quas si q̄spiā studuerit exquisite dignosce
re singulas seorsum ac solas non iā ampliꝰ difficul/
ter earū mixtiones inueniret: earū vero que ex locis
patientibꝰ accidunt iā forma cōposita est. Quedam
enī loci iudicia pre se ferunt: quedā aūt eiꝰ que ipsuꝫ
offendunt cause veluti in morbo laterali locꝰ quideꝫ
patiens est mēbrana que costis subtenditur: ⁊ cū in/
flāmata sit necessario dolorē infert: qm̄ neruosa est:
sed ⁊ hunc pungentē ⁊ longe extensum. Qm̄ pars il
la que patitur mēbrana est. Tales vero sunt sentien/
tiū mēbranarū dolores ⁊ quidē: qm̄ eadē pars vnū
expirandi instrumentis necessario aīal difficilē ha/
bebit anhelitū. Quoniā vero cordi proxima est: hūc
quoqꝫ facile inflāmabit: si vero hoc febricitabit aīal
sicuti qm̄ pulmoni proxima est facile suū illi cōica/
bit affectū: cū presertim adeo rarū ac molle sit mem
brū q̄d omnē substantiā humidā facile possit admit
tere tussiet: igitur homo non tn̄ statim oīno spuet: sꝫ
si quidē multū ac crassum ab inflāmatione deflure
rit cū tussi expuet: si vero paucū ⁊ tenue irritabitur
quidē necessario ita vt tussis moueatur non tamen
expuet anteꝙ̃ collectū simulꝰ atqꝫ concoctū ad multi
tudinē crassitudinēqꝫ peruenerit sed hoc quidē dis/
positionis inditiū est huius: non aūt mēbri patien/
tis nā cum passio sufficienter angusta fuerit ⁊ velu/
ti alligans in seipsa vniuersum fluxum cohibuerit
tunc facit morbos laterales qui sicci nominātur sed
cū satis relaxata fuerit atqꝫ ad pulmoneꝫ dimiserit
tunc iam isti magis tussiunt atqꝫ expuunt: hoc igitr̄
formā inflāmationis nō aūt patientē indicat locū.
Nunq̄d vero magis pituitosus sit vł biliosus hūor
his qui inflammationem facit ex accidentiū forma
cognosces: et enī spumosa ⁊ flaua ⁊ ruffa ⁊ rubra et
pallida ⁊ nigra expuunt: ex his vero que quidē spu
mosa sunt fluxum maxime pituitosuꝫ ostendunt: fla
ua autē biliosum impermixtū. Que vero ruffa sunt
amarā quidē ⁊ ista bilem: sed non paucam serosam
superfluitatem cum flaua bile commisceri significāt
⁊ multo ampliorē quando pallida expuerint sic⁊ ni
gra atre bilis fluxū ostendunt: sicuti que magis ru/
bra sunt: plurimū quidē sanguinis: minimū autem
amare bilis in eo qui inflāmationē facit humore cō
tineri significant: atqꝫ ideo inter oīa sputa hec sunt
mitiora sicuti nigra magis exitialia. Et quidē in hi
sce omnibus accidentibꝰ magnitudines dispositio/
nis magnitudinē indicant: breuē aūt indicāt dispo
sitionē accidentiū paruitates: non igitur omniū oīa
inditia sunt: sed singula vnū q̄ddā peculiare demon
strant: nāqꝫ ⁊ duorū vel triū rerū significationes esse
videntur si ea diligenter perquisieris: altero quideꝫ
suorū accidentiū patientē locum: altero vero disposi
tionē: altero ipsius magnitudinē: altero eorū aliquē
casuū qui subsequuntur significare reperies: pulsus
igitur laterali morbo laborantium hec omnia indi
cat: sed non eodē modo oīa: sed qua quidē duram tē
tionē pre se fert neruosum esse locū patientē ostēdit.
Qua vero serre instar significat esse inflāmationis
affectū. Qua vero velox simul ⁊ frequens ac magnꝰ
ad inflāmationē consequi febrē. Qua vero singula
que diximus maiora aut minora existūt vel magnā
esse vel paruā ostendunt dispositionē: mihi vero hec
exēpli gratia dixisse sufficiat: neqꝫ enī nunc de locis
patientibus agere proposuimus: sicuti neqꝫ de fe/
bribus vel typis vel causis: sed horū singulorū me/
mini simul viā quādā volēs ostendere qua sit ī ipsis
exercitādū quā si quis exercitationē habeat ⁊ si nos
propriū de his que diximus tractatū non scripseri/
mus quispiam ⁊ ex his que in alijs scripta sunt vel
ipse per seipsum si perspicaci ingenio fuerit ⁊ diligē
tiā adhibuerit. Quod superest possit inuenire: simul
aūt ⁊ vtilitatē volens demonstrare eoꝝ q̄ dicta sunt
cōmemoraui ⁊ de febriū differentijs ⁊ de typis ⁊ di
spositionibus ⁊ causis: ipsisqꝫ patientibus partibꝰ.
Nā in his omnibus exercitatum esse oportet qui de
beat in primis diebꝰ diligenter nouisse egritudinis
formā: vel enī simplex est febris vel composita vel cū
loco patiente: vel ephemera vel ectica. Quod si sim/
plex fuerit omnino humoris inditia afferet: ex quo
genita est: si vero composita ex quot simplicibus fe/
bribus erit constituta totidē humorū numero mul/
titudinē īdicabit. At si hoc illud etiā significabit nū
quid morbus diu durabit vel cito finietur: nā si hu
mor pituitosus extiterit necessario diuturnus erit:
longe vero magis si atre bilis naturam referet. At si
ad flauā bilē pertinebit non erit diuturnus. Sic et
locus patiens: qui quidē motu multo exercetur: ca/
lidusqꝫ est ac rarus ⁊ principatū gerit acutiorē mor
bū futurū portendit: qui vero neqꝫ in motu cōtinuo
est frigidusqꝫ ac densus ⁊ sine principatu est ad lon
gius tempus extendi debere significat eodem modo
⁊ dispositio: si quidē difficilem motū habuerit: frigi/
diorqꝫ fuerit ⁊ dēsior diu duratuꝝ: si aūt facile mo/
ueatr̄ calidiorqꝫ fuerit ac rarior cito solutū iri. Eodē
mō ⁊ de cāis iudicādū est. Quare si q̄s diligēter agno
uerit totā morbi hypotesim nō paruam habebit ad
prenoscendum portionem. Eas igitur que cum ma
gno ⁊ repentino certamine fiunt morborum solutio
nes: quas precipue crisis nominari dicebamus. Ea
rum que ex calidis humoribus febrium accendūtur
proprias esse est existimandum post has quecunqꝫ
membrorum sunt principatum habentiuꝫ facile mo
biles ⁊ calide dispositiones. Ephemere vero ⁊ ectice

febres:⁊ sine magna perturbatione ⁊ minime subi/
faciunt perturbationes:sed qm̄ ⁊ has per abusionē
aliquando crises appellant de istis etiā deinceps di
cetur:nunc vero finez imponere statuimus presenti
sermoni ad vnū omnia que antea diximus caput re
digentes subitas in morbis transmutationes.Sive
lis prenoscere necessariū est primo principij ⁊ ascen
sus:ac status ⁊ declinationis habere cognitionem ⁊
precognitionem:hec aūt ipsa assequeris ⁊ ex egritu
dinis forma ⁊ anni tempore vna cum illis que hijs
correspondent:ex circuituum etiam proportione: at
q; etiā ex mox apparentibus:ex morbi quidem for/
ma ad has tres simplices:⁊ primas febres inspiciēs
ad eā scilicet que ex pituita ⁊ atra bile ⁊ amara gene
ratur:primum igitur in his dignoscendis exercea/
ris que exquisite sunt atq; legitime:sic em̄ aliqn̄ po/
teris etiā cōpositas inuenire. Tūc vero exq̄site sunt
atq; legitime qn̄ ⁊ etas ⁊ anni tp̄s ac status: natura
q; atq; ea que antecessit ratio victus:presentia q; ac
cidētia ⁊ oia simpliciter que antea dixi humoris na
ture conuenire affuerint.manentibus igitur i venis
humoribus continue ex ipsis febres generant̄:si ꝟo
moueant̄ ac per totū corpus deferantur:he que cuz
rigore atq; horrore vehementi incipiunt : cū sudore
vero oīno ad infebricitationē desinentes: est antē ex
ipsis tertiana quidē ⁊ que per tertiū accenditur bre
uis temporis:sicuti quartana ⁊ que per quartū diez
accenditur longi.Minus vero ꝙ hec lōgi quotidia
na:⁊ que singulis diebus facit accessionē si has noue
ris expedite cognoscere:haud quaq̄ difficulter eas
que ex quorundā locorum passione consistunt inue/
nies:nā in omnibus inflāmatis particulis humoꝝ
impactio que locū bene difflari prohibet statim qui
dē humores putrefacit simulq; calorē quendā malū
accendit qualis ⁊ in reliquis oībus putrescentibuз
oritur:hui⁹ igitur caloris mod⁹ cū simplex fuerit ea
rū alicui quas diximus febriū necessario assimilat̄
vel potius si verū velim⁹ dicere vna ex illis eit vl̄ ad
amarā bilē vel ad atrā vel ad pituitā attinēs:audi/
sti aūt Hyppocratez quodā in loco dicentē:ꝙ hos vo
cant acutos morbos quorū febres magna ex parte
continue sunt quare si seorsum ac per se singulas fe
bres noscere meditaberis haud quaq̄ difficulter:ne
q; cū pulmonis:aut splenis aut epatis aut ventricu
li inflāmatio aliqua affuerit formā ipsius cognosces
totiusq; morbi vsq; ad solutionē longitudinē preco
gnosces:oīno em̄ fluxus qui inflāmationē efficit:vl̄
flaue bilis est vel atre vel pituite.Si igit̄ impermix
te multeq; flaue bilis fuerit:tunc facit erysipelata et
eos qui herpetes noiantur:sicuti nigre vel cancros
phagedenas aut elephantes aut aliquē ex his adeo
incurabilibus morbū:quecūq; vero ingruēte pitui/
ta in tumorem attolluntur he inflationes nuncupā/
tur.Simplex igitur ⁊ solus vnusquisq; horū quos
diximus humorū qualibet harū quas cōmemora/
uimus facit egritudinem:sanguini vero permixtus
atq; confusus.Deinde in particulam aliquā decum
bens:vel duritiei:vel inflationi vel erisipelati sil̄es
facit inflammationes duritiei quidez is qui atre bi
li miscetur:erisipelati vero similes qui amare infla/
tioni autem qui pituite cum vero ipse secundum na/
turam se habens sanguis impactus in loco fluctiōi
obnoxio putruerit:hic quidem affectus inflāmatio
est simplexq; ex ipsa febris accenditur similis maxi/
me ephemeris que ex inflammationibus inguinum
accidunt:nam ⁊ ipsa iguinis inflammatio ex bono
sanguine fit:liquet aūt ꝙ cuz hic putrescere ceperit
nō ampli⁹ optim⁹ remanet:sed iam ad amare bilis
nām transit:atq; in hoc illud seruatur triplex eē ge
nus vniuersum simpliciū febriū.Que em̄ ex sangui
nis putredine fit iā quodāmodo biliosa est siquidem
in naturalib⁹ sermonib⁹ recte oñsum est ꝙ sanguis
a moderato calore generatur:flaua autē bilis ex ma
iore:atra vero ex sufficienter immodico:quicq̄d igit̄
pingue ⁊ leue in sanguine est fit flaua bilis.Crassuz
vero ac veluti fex qn̄ immodice calefactū inaruerit
atra flaua etiā bilis aliqn̄ in atrā conuertit̄ cū assa/
ta fuerit duplex:est em̄ eius generationis mod⁹ oñē
sus:oēs igitur que in particula aliqua febres accen
duntur vnū aliquē ex dictis simplicē vel cōpositum
habebunt characterē simplicē quidē qn̄ sufficienter
preualuerit vn⁹ aliquis ex humorib⁹ dictis nō sim
plicē vero qn̄ alteri⁹ cōmixti potētia apparuerit:nō/
nunq̄ aūt non solū apparet:sed equaliter dominat̄
⁊ nōnūq̄ tres simul viribus equalibus cōmiscētur
sed sicuti qui scit ⁊ vinū ⁊ mel ⁊ aquā seorsum exq̄/
site discernere neq; horū ignorabit tēperaturā. Eo/
dem vt arbitro modo neq; qui facultatem habuerit
eas quas ante diximus febres singulas exquisite no
scendi earum mixtionem ignorabit quare omnium
talium principium est optimū tres illas febres pos
se exquisite discernere.Quotidianā tertianā ⁊ quar/
tanam.Similes enim ipsis oīno sunt continue eius/
dem generis adiacentes non igitur ad plures atq;
obscuras intentiones sed paucas ⁊ manifestas oēm
tibi redegi exercitationē in his enim exercitat⁹ haud
quaq̄ difficulter in primis diebus formā egritudi/
nis perspectam habebis duo quidē genera febriuз
quo pacto quispiam ab initio cognoscat exposui:di
co autem duo genera febrium ⁊ quod occasione mē/
brorum quorundam patientium:⁊ humorum tātū/
modo accenditur reliquum est vt de tertio febriū di
camus genere quas ephemeras appellari diximus
sunt autem ipsius tantummodo spiritus passiones
absq; humorum putredine aut membri inflāmatio/
ne nisi inflammatis inguinibus accidant.Earū au
tē generationis sunt occasiones vigilie cruditas et
tristitia ⁊ timor ⁊ ira ⁊ cure deustioq; ac refrigeratio
lassitudo ⁊ ebrietas ⁊ quecunq; similia sunt quomo
do igitur ⁊ has in primis diebus cognoscere opor/
teat deinceps expono communiter omnium pulsus
ad celeritatem ⁊ frequentiam promouetur ⁊ nōnun
q̄ ad magnitudinem exquisite autem seruat eaz que
secundum naturam equalitatem atq; mollitiē et or/
dinem sic ⁊ vrine nonnulle quidem suspensiones nō
nulle vero subsidentias optimas habent quedā au/
tem nebulas omnes vero bene colorate sunt sicuti ⁊
in omnibus calor vaporosus sed quibusdam statiз
quidem in primo contactu quibusdā vero posterius
atq; omnibus ipsis absunt maligna accidentia : de
quibus nos docuit Hippocrates in prognosticis:h̄
igitur communica signa sunt omnium febriū ephe/
merarum propria vero singulis que a me dicta sunt
in primo libro artis curatiue ad Glauconem.Nunc
vero incohoabo sermonem ab affectibus anime a cu
ra timore et ira et tristitia : siquidem remanentibus
adhuc anime affectibus consideratio fiat ex pulsi/
bus maxime tentandum est facere dignotionē quē/

admodum in libris de pulsibus scriptuz est post aūt
etiam ex alijs inuestigandū ꝙ si illi quidē affectus
sedati fuerint dispositio vero remanserit debile qdez
⁊ hic in pulsibus inditiū inuenies. Earū q̄ febre an
tecesserunt passionum tibi aūt etiā sine pulsibus reli
qua omnia sufficient cōmunes em̄ oibus vrine ruffio
res adest aūt his quidē qui ob tristitiam febricitant
acritudo potius ꝙ̄ multitudo caloris sicuti his qui
ob iram contrario modo sed ⁊ tenuitas corporis in
his qui tristitia aut cogitatiōibus vexati sunt: mani
festius apparet ⁊ oculorū cōcauitas ⁊ quedam inso-
lita decoloratio: hec quidem cōmuniter ⁊ omniū alio
rū qui quocunqꝫ modo cogitationibꝰ impliciti fue-
runt inditia sunt sed precipue ex oculis discernendi
sunt: ex his enim etiam insanis licet anime affectum
coniectura cōprehendere: in agris aūt manifestiora
signa ei qui inspiciendi habeat facultatem sic quidē
eos qui propter disciplinas aut meditationē aliquā
cogitarunt Eos aūt qui nimiū vigilarūt distinguit
decolorationis modus nam subtumida ipsis facies
inest ⁊ oculorū motus: manifesti vix em̄ attollūt pal
pebras. Et humiditas etiam sicciores em̄ tristatis ⁊
cogitantibus concauitas vero cōmune omnium acci
dens est tristitie vigile curarum nō tamen ⁊ ire huic
em̄ neqꝫ oculoꝝ cōcauitas neqꝫ decoloratio manife-
sta ⁊ calor etiam amplior ⁊ qui celeriter ex ꝓfundo
efferatur ⁊ pulsuum magnitudo non diminuit quē-
admodū in vigilijs tristitijs ⁊ cogitationibus. Qua
re iram quidē ab ipsis manifeste distingues illas ve
ro inuicē quemadmodum antea diximus. Eorū ꝟo
qui ex lassitudinibus febricitant cutis est siccior plus
ꝙ̄ in alia aliqua febrium ephemerarum: sed hoc qui
dem omnibus qui ex lassitudine febricitant commu
ne est in eo accessionis tempore quod vsqꝫ ad statum
protenditur reliquo vero plurimis quidem quicūqꝫ
non supra modum fatigati sunt humiditates quedā
vel vapor calidus ex profundo attollitur. Quibus-
dam vero etiam in his que statum subsequuntur tē-
poribus siccitas remanet: fit vero hoc maxime his q̇
supra modum fatigati sunt vel frigefacti vel deusti
vna cum lassitudine: ⁊ pulsus etiam non eodem mo
do in vtrisqꝫ se habēt: parui enim his qui supra mo-
dū sunt fatigati: magni vero alijs sunt atque ex den
sata ente febres oriūtur: densatur autem vel frigefa-
cta aut qualitate acerba subito ipsam inuadente ve-
luti accidit ei qui aqua aluminosa se balneauerit he
sole ex omnibus febribus passio astricta sunt: licet āt
ipsas ex tactu cognoscere sicuti ⁊ aridas febres q̄ ex
lassitudine fiunt: neqꝫ em̄ ⁊ harum densitas tactum
lateret exercitatum sed ⁊ caliditatis motus est quo-
dammodo rediens: nā in primo insultu mitis appa
ret acrior autem postmodū euadit si perdurauerit:
sed neqꝫ vrine ruffe in talibus neqꝫ corporis tumor
collapsus neqꝫ oculi concaui ⁊ sicci vtiqꝫ fierent sed
sunt quibus ⁊ humidiores ⁊ prominentiores ꝙ̄ secū
dum naturam fieri videntur. Pulsus ꝟo non quem-
admodum in tristitia ⁊ cogitationibus vigilijs atqꝫ
immoderatis exercitijs minores. Earum vero febriū
ephemerarum que ex inflammationibus inguinum
accendūtur pulsus maximi sunt veloces atqꝫ frequē
tes calorqꝫ plurimus ⁊ post statum statim ex profun
do attollit̄ sed suauis: nā acre ac mordax minime oim
his febribus adest ⁊ rubida facies magna ex parte
ipsis inest ⁊ maior tumor vrine subalbe. Cōmunis
vero his febribus inest equalitas pulsuum: na in ex
ipsis pauce admodum eam que secundum vnaz per
cussionem inequalitatem ostendunt sed neqꝫ he val-
de manifeste neqꝫ liquido: dicta a me sunt ⁊ febrium
ephemerarū inditia: de ecticis aūt nō est presentis
tēporis sermo: nulla earum enim in primis diebus
sed in progressu temporis fit. Quare de his quidem
in sequentibus disseremus; hic vero finem libro fa-
ciemus.

¶ Libri Secundi de crysibus finis.

¶ Capita Tertij Libri.

¶ Incipit Tertius de crisibus Liber.

PRopositum no-
strum est sicuti ⁊ prius dicebatur
omnis in morbo mutationis pre-
sentis quidem cognitiones: futu-
re ꝟo precognitiones dicere. Qr
vero sex modis iste fiunt: tentan-
dum est de singulis separatim scri
bere hac prius facta memoratione ꝙ sex sunt in mor
bis mutationum differentie vel enim subito ad sani-
tatem veniunt: vel subito interimunt vel paulatim
horum vtrumqꝫ contingit: vel mixtim paulatim qui
dem vel scilicet morbo decrescente vel egri viribus
dissolutis: mixtim vero quando subita aliqua ad me
lius vel peius cōmutatio facta fuerit: deinceps vsqꝫ
ad omnimodam solutionem vel mortem reliquum
tempus fuerit adsumptum. De prima igitur que re-
pente fit permutatione dicamus quoniam omnium
quas antea diximus optima est atqꝫ ideo ipsam per
excellentiam crisim nominamus quoniaz natura oīa
que preter naturam sunt superante exquisite perfici
tur. Ex alijs autem permutationibus: que quidem
ad citam mortem terminatur mala crisis. Que vero
aliquam effatu dignam faciunt mutationem non ta
men integram solutionem imperfecte crisis vocantur
sicuti ⁊ que paulatim vel scilicet virtute debilitata:
vel morbo contingunt ꝙ̄uis dissolutiones simplici-
ter non tm̄ crises nominātur. Sola igitur subita ad
sanitatē ꝯuersio simpliciter crisis noiat̄. At q̇dē oino

fit in subitis quibusdam excretionibus manifestis
aut effatu dignis abscessibus. Quecunqꝫ eñi aliter ꝗe-
uerint malignius retrocedunt: antecedit autẽ huius
modi excretiones ⁊ abscessus non mediocris pertur
batio in corpore egrotantis: nam anxietates: et vigi
lie: ⁊ dementie: ⁊ graues somni: ⁊ difficiles anhelitꝰ
⁊ hãlucinationes: ⁊ difficiles sensus: ⁊ dolores capi
tis colli: ⁊ stomachi: ⁊ multorum aliorum membroꝝ
nonnullis vero aurium sonitus: ⁊ splendores qui-
dam vani ante oculos apparent: ⁊ lachryme inuolũ
tarie effluunt: ⁊ vrina retinetur: ⁊ labrum agitatur:
aut aliquid aliꝺ tremulũ fit obliuio: ⁊ presentiũ igno
rentia: ⁊ vehemens accidit rigor ⁊ plurimũ accessio
consuetã horã anticipat: ⁊ multus estus sitisqꝫ intol
lerabilis sequit̃ clamant ⁊ saliunt: sicuti furentes: ne
qꝫ possunt in eodẽ situ recũbere. Deinde multus su-
dor erũpit aut vomitꝰ aliquis nõ paucꝰ insequitur
aut venter subito solutꝰ est aut abundans fluxꝰ san
guinis aut hec oĩa simul contingũt vnde nõ paruus
imminet timor inspicientibꝰ: ⁊ quispiam hõ vulga-
ris quũ istis adesset ipsa re cogente ita pronuncia-
uit ꝙ iudiciũ de vita egrotãtis tũc ageret̃: neqꝫ eniꝫ
medicorũ aliquis primꝰ inuenit id nomen sed oĩno
necessariũ est vt ꝗ presens erat cõturbaret̃: atqꝫ ideo
exclamaret ⁊ crisim .i. iudiciũ rẽ ipsam noĩaret. De-
cet aũt medicũ generosum: neqꝫ turbare: neqꝫ futuꝝ
euẽtũ ignorare: meliꝰ aũt fuerit si se ad ꝑnoscendam
futurã crisim exercuerit: neqꝫ eñi ista cognitio ꝗ ha-
betur de p̃ntis crisis euẽtu multũ distat a precogni
tione eiusdẽ future sꝫ ex eadẽ cõtẽplatione vtraqꝫ re
cte perficit̃: ⁊ iã hec oĩa dicta sunt partim ꝗdẽ in .j. li
bro de diebꝰ creticis .i. iudicatorijs partim ĩ duobꝰ
libris ꝗ istũ antecedũt. Dicã ꝟo ⁊ nũc oĩa summatiꝫ
ꝗ vel presentẽ crisim quo euasura sit ostẽdũt ⁊ futu-
rã ꝑmõstrãt: primũ ꝗdẽ ⁊ maximũ inter oĩa est cõsi-
derare coctiones ex vrinis ⁊ excremẽtis ⁊ sputis: si-
cuti ego millies dũ fientibꝰ crisibꝰ interessem nemi-
nem vnꝙ vidi intereũtẽ ꝗ ꝑcedẽtibꝰ coctionibꝰ cri-
sim habuisset: nõ tñ vigor equalis oĩbꝰ signis est tri
buẽdus sed in morbis ꝗdẽ thoracis atqꝫ pulmonis
precipue sputa sunt aĩaduertẽda nõ tñ vrinaꝝ ꝯtẽ
platio negligẽda sed ⁊ excremẽta sunt inspicienda.
Si ꝟo tñ febricitẽt sine alicuꝰ visceris passiõe aut
inflãmatione epatis vel renum vel vesice vel splenis
maxĩe vrinis aĩm opꝫ adhibere: sicuti si circa ventri
culũ passio sit primũ excremẽtis alui: deĩde neqꝫ vri
ne sunt negligẽde: sem p. n. quũ febris affuerit vel ex
sola hũorũ putredine accẽsa: vel ex mẽbro inflãma-
tionẽ patiẽte precipue vrinas inspiciẽdas cẽseo atqꝫ
inde coctiones agnoscendas: sicuti ⁊ prius definiui
mus: primũ ꝗdẽ ⁊ maximũ instantis crisis inditiuꝫ
sunt coctiones: secũdũ aũt ꝙ ab aliqua die indicato
ria antea ĩdicet̃ cui annexa est diei indicãtis poten-
tia. Deinceps aũt ⁊ spẽm morbi ⁊ morẽ spẽm ꝗdẽ si
tertiana vel quotidiana vel feb. ardẽs vel pleuritis
vel peripneumonia. Morẽ aũt si moderatꝰ ⁊ mitꝭ vl̃
prauꝰ atqꝫ malignꝰ. Deinde si forme morbi excretio
respõdeat: si. n. sit fe. incẽdẽs vel sanguis e naribus
ꝓfluat vel post vehementẽ rigorẽ sudor multꝰ ⁊ ca-
lidus ꝑ totũ corpꝰ emanet: aut per vomitũ: aut per
aluum aliquid biliosum excernat: ita ⁊ tertiana vo-
mitibus ⁊ excremẽtis biliosis ⁊ sudoribus toto fluẽ
tibus corpore finiri debet: plurimũ autem pituita ĩ
quotidianis febribus excernatur ⁊ multi in toto cor
pore sudores fiant: finit aũt ⁊ phrenitim sudor opti-
mus ⁊ precipue si ex capite multus ⁊ calidus fluxe-
rit sudãte simul reliquo corpore. Cõtingit autẽ ali-
quãdo ꝙ etiã per sanguinẽ e naribus profluẽtẽ sĩ-
miter finitur nõ tamẽ lethargus aut peripneumo-
nia fluxũ sanguinis amat inter ipsas aũt pleuritis
mediũ obtinet locũ: minus eñi ꝙ̃ febris incẽdẽs et
phrenitis: magis aũt ꝙ̃ peripneumonia atqꝫ lethar
gus profluuio sanguinis soluit̃: soluit aũt lienis ⁊
hepatis inflãmationes sanguis e naribus ꝓfluens
quũ hec viscera vna cũ acutis febribꝰ habẽt inflam
mationes ⁊ oẽs que ꝭm precordia fiunt calide atqꝫ
acute inflãmatiões fluxu sanguinis finiunt̃: opꝫ aũt
per directũ fluere sanguinẽ. Ex dextra quidẽ nare
hepate patiẽte vel locis ꝭm dextrũ hypocũdriũ po-
sitis ex sinistra vero cũ liẽ ⁊ pars eiꝰ aliqua laborat.
Iuuat aũt ⁊ sudor optimus oẽs que sunt iuxta pre-
cordia greci hypocũdria vocãt inflãmationes. Hepa
tis vero gibbe quidẽ partes quũ inflãmationẽ pa-
tiunt̃ tribꝰ precipue modis excretionis obediũt flu
xibus sanguinis e nare dextra ⁊ sudoribus opti-
mis ⁊ vrinis abũdãtibus: caue aũt partes excremẽ-
tis biliosis atqꝫ sudoribus: nõnũ ꝙ̃ ꝟo ⁊ vomitibus
magis aũt expetũt ꝑ vrinas expurgari ꝙ̃ gibbe he-
patis ꝑtes oĩa ea que vel in partibꝰ renũ vel vesice
laborãt: sicuti loca que ad thoracẽ ꝑtinẽt ⁊ pulmo-
nem sputis: sudores ꝟo oĩbus febribus ꝓprij sunt
⁊ precipue incendentibus. Iuuant aũt nõ parum ⁊
efferuescẽtes inflãmationes qñ sicuti ⁊ antea diximꝰ
vna cũ coctionibꝰ emanarint: finiũt aũt ⁊ quotidia
nas febres simul vomitibus atqꝫ excremẽtis pitui-
tosis adiũctis ⁊ quartanas etiã si atra simul ac va-
ria excernãtur. Semitertianas ꝟo si biliosa simul ⁊
pituitosa finiũt aũt parotides lethargos ⁊ reliquos
oẽs capitis affectꝰ. Alijqꝫ decubitꝰ oẽs febres diu-
turnas secure finire ꝯsueuert̃: sꝫ nõdũ de diuturnis
morbis dicere ꝓposuimꝰ: nã repẽtine mutatões acu
torũ sunt quarũ optimã qualis sit: nũc enarramus
ꝙ vꝫ oĩno sine coctione nõ est ⁊ ꝙ in aliquo die iudi-
catorio fit ac preterea ab aliquo indicatorio ante in
dicat̃ ⁊ etiã crisis modũ facit morbo cõuenietẽ pre-
ter hec aũt hortor hoc loco vt egrotãtis etatẽ atqꝫ na
turã necnõ antecedẽtem victũ locũ ve in quo egrotat
⁊ ante presentem tẽporis cõstitutionẽ consyderes: si
eñi quẽadmodũ morbus biliosus: hec singula bilio
sa sint oportet bilem in excremẽtis expurgari: sicut
si pituita supabũdauerit pituitã oportet euacuari.
Varijs aũt humoribus superfluentibus variã etiã
oportet esse euacuationẽ. Quũ ꝟo hec vniuersa bene
tibi fuerint explorata: tunc ex euentu reliqua sunt
consyderanda. Si eñi egrotante crisim passio febris
soluatur atqꝫ alijs accidentibus liberetur et melius
fuerit coloratus pro ratione euacuationis cum me-
lioribus pulsibꝰ ⁊ ad surgẽdum roborẽ hec optima
crisis est. Si ꝟo ex his aliquid desit tñ ab optima
deficit quãta est eius qꝺ deficit vis: sic quidẽ digno-
scere opꝫ optimã crisim presenteꝫ futurã ꝟo hoc mo
do morbi natura cõsyderãda est an ad amarã bilem
pertineat vel atrã aut pituitã vel mixtas habeat si-
gnificationes: scripta aũt in libro precedẽte horũ in
ditia: post hoc aũt tempus anni ⁊ laborantis etas: ⁊
tẽperatura: ⁊ ꝗcũqꝫ alia eiusdẽ sunt ordinis de ꝗbꝰ
pauloãte sermonẽ habuimꝰ: vñ facta de vno mẽtiõe
reliquoꝝ etiã vel si silẽtio ꝑtermittãt̃ meminisse opꝫ.

Nam longum esset omnia percurre: post hec autem
accessionum circuitus sunt consyderandi: si vel ꝑ ter-
tium vel ꝑ quartum vel per singulos dies eueniant
vel nullo modo eueniãt: sicuti in his accidit febribus
que proprie synochi nominantur: si enim propera
uerint ac semper ꝓportionaliter anticipauerint ho-
ram ac multo vehementius infestauerint ⁊ per tertiũ
occursauerint cito crisim subsecuturam denuntiant:
si vero lente moueantur atq̃ eadem inuaserint hora
⁊ singulis diebus fiant post longius tempus crisim
futurã significant: in his autem deinceps q̃d ⁊ maxi
mum est coctiones inspicere oportet ⁊ harũ precipue
effatu dignis trãsmutationibꝰ mentẽ adhibere. Si
eñi in diebus indicatorijs fiant inditio sunt ꝙ sequẽ
tes iudicatorij dies egrotum morbo liberabunt sum
matim eñi (vt in precedentibꝰ sermonibus diximꝰ)
vniuersa morbi cõstitutio per quattuor dicta genera
manifestatur: de quibus diximus Hyppocratem in
aphorismis disseruisse ĩ hũc modũ: accessiões aũt ⁊
cõstitutiones ostẽdunt morbi ⁊ anni tẽpora ⁊ circui-
tuũ adinuicem incrementa. Deinceps ita inquit sed
⁊ ex apparentibus veluti in morbo laterali sputum
si statim superueniat incipientem quidẽ breuiorem
facit: si vero mox apparuerit longiorẽ: in presenti aũt
tractatu de signis mox apparẽtibꝰ que quidẽ signa
morbi coctionẽ ostẽdũt plurima diximus: ⁊ quo pa-
cto ab his que signa atq̃ accidẽtia iudicatoria vo-
cant᷑ differãt explanauimꝰ. Si igit᷑ ea memoria reti
nens spero te facilius precognoscẽdi ac dignoscendi
optimã crisim facultatẽ ex hoc sermone adepturuȝ.
Reliqua eñi cõiectura quadã artificiosa cognoscũt᷑:
optimã ꝟo crisim quã etiã solã crisim vocari diximꝰ
nõ ꝑ cõiecturam: sed firma cognitione quispiã com-
prehẽderet: oĩa eñi ĩ talibꝰ morbis statim ab initio
secura vident᷑. Quũ igit᷑ talia integre fuerint in pri
mo quaternario criũm futurã denũtiãt: sicuti ⁊ Hip
pocrates in ꝓgnostico hisce verbis ostẽdit. Mitissi
me eñi febres ⁊ que cum securis signis fiunt quarto
die finiunt᷑ vel prius neq̃ eñi cõtingit febreȝ omnia
signa securissima habẽtem: neq̃ illã in qua sunt oĩa
maxime perniciosa: alterã quidẽ nõ liberare: alterã
autẽ nõ occidere in primo quaternario egrotãtem:
veluti si hec quidẽ parũ ab extreme ꝑniciosis discef-
serit. Illa ꝟo a maxime salubribus hmõi febres se-
ptimũ diẽ nõ cõtingit trãscẽdere. Si ꝟo crisis vehe-
mens ⁊ cũ cõflictatione futura sit aut potiꝰ modera
ta: vel neq̃ crisis oĩno sed solutio simpliciter nõ am-
plius ex ꝑniciosis signis ⁊ salutaribꝰ: sed potius ex
alijs precognoscit᷑: duo aũt sunt ⁊ hoꝝ genera ma-
gnitudo ⁊ morbi motus in quibꝰ ab initio diligen-
ter opȝ exercitari vt ipsa noscamus: ac facile a more
ac morbi specie distinguere valeamꝰ: sed speciẽ ipsaȝ
quo quidẽ pacto dignoscamus in secũdo volumine
diximus: nam tertiana ⁊ quotidiana ⁊ quartana ⁊
pleuritis ⁊ peripneumonia ⁊ phrenitis sunt species
morbi. Si ꝟo benignꝰ aut malignꝰ sit morbꝰ ex sub
sequẽtibus accidẽtibus noscit᷑ q̃ oĩa fere Hippocra
tes in ꝓnosticis enarrauit. In his aũt annumerare
oportet coctionis ⁊ cruditatis signa: magnitudo ꝟo
⁊ morbi motꝰ ab his diuersa sunt. Debiles quidem
⁊ parue febres q̃n q̃ valde maligne sunt: ⁊ alie cali-
de atq̃ incẽdẽtes vt aliq̃n stomachi angustiã ⁊ calo
rẽ ⁊ sitim intolerabilẽ afferãt nihil tñ habẽt nõnũq̃
periculosum: dictũ aũt ⁊ prius est ꝙ siue vehemẽtiã

siue magnitudinẽ morbi quispiã velit noiare nihil
differt ab hisce vero oĩbus differt motus ⁊ ex tempore
partium accessionis cõprehenditur. Cum enim vna
queq̃ accessio quattuor habeat partes: principium:
augumẽtum: statum: ⁊ declinationẽ vel has oẽs bre
ui tempore accessio percurrit: vel tarde: vel nõnullas
quidẽ citius: nõnullas vero serius. Si igitur omnes
celeriter peragit manifestum vnde fit ꝙ ad crisim ꝓ
perat ⁊ omnino hmõi febris est de numero intermit
tentium: neq̃ enim contingit vt illa que omnes cele
riter peragit amplius continua permaneat: sicuti ne
q̃ vt que in omnibus partibus prolixitatem seruat
sit intermittẽs. Liquet aũt ꝙ eam quidem que ad in
febricitationem desinit voco intermittentem: cõtinue
vero febris omnino pars aliqua ꝓtenditur. Contin
git autem vt due vel omnes longe sint febris quidẽ
que proprie synochus nominatur longus est status:
magis autem tota hec status est: eius vero que non
est synochus nõ tamen desinit in infebricitationem
quum status alijs temporibus longior existit motꝰ
est velox: ꝙ si breuior fuerit tardus est motus: quum
igitur ⁊ morbi species: ⁊ magnitudo: ⁊ motꝰ: ⁊ mos
fuerint distincti: ⁊ species quidem ex proprijs acci-
dentibus cognita: magnitudo vero ex eorũdem quã
titate. Motus vero ex tempore partium accessionis:
mos autem ex accidentibus superuenientibus his
quoq̃ adiuncta consyderatione temporis anni ⁊ na
ture ⁊ similium nũquid morie᷑ eger aut saluabitur
ad hec tria respiciens inuenies ad speciem ad morẽ
⁊ magnitudinem: sed maxime morem inspicere opȝ.
Utrum vero per crisim terminabitur morbꝰ aut nõ:
primũ quidem ex motu ac magnitudine inspicies.
Deinceps autem ex specie ipsius: deinde ex anni tꝑe
⁊ ex alijs que eiusdem sunt ordinis ⁊ ex superueniẽ
tibus quidem accidentibus nõ omnibꝰ. Sed ex his
q̃ pauloante memoraui q̃ vel vna cum crisi ab initio
inuadũt vel paululum anticipãt ipsam que critica
proprie nominamus. Nam cum superuenientia acci-
dentia trifariam diuidant᷑ in ea .s. que moram mor
bi natura ostendere apta sunt ⁊ que nõ solum signa
sed etiam causas crisis posuimus: primum quidem
ex his simplex est genus: nam quedam ipsorum pra
ua: quedam vero optima omnino existũt: secũdũ ꝟo
⁊ tertium nõ semper neq̃ idem facere neq̃ ostendere
aptum est: sed ꝯm morbi tempora variat᷑. Diximus
autem de omnibus his in primo libro: doctrine igit᷑
manifestioris gratia adducatur ad exẽplum aliquis
egrotus qui in primo die habeat signa manifesta.
Salutis huic enim omnino in primo quaternario fi
nietur morbus: vtrũ vero per solutionem vel crisim
magnitudine ⁊ paruitate distinguitur: nã si magna
fuerint omnino crisis subseq̃tur: si vero parua solu
tio tãtũmodo: nam si febris synochus fuerit ac nul-
lus error acciderit (semꝑ eñi hmõi opȝ meminisse) in
quarto die sperãdum est crisim futurã: si ꝟo cõtinua
fuerit magnitudinẽ ac motũ inspicere opȝ: contingit
enim in tertio vł quinto die crisim fieri: in tertio q̇dẽ
si morbꝰ sit magnꝰ ac motũ velocẽ habeat. In q̇nto
autem si neq̃ magna mole: neq̃ velocitate moueat᷑:
opȝ eñi crisim in ideȝ tẽpus incidere cũ accessione ⁊
ita raro accidit vt in die leuiore fiat crisis adeo ꝙ vi
detur Archigenes his tãtum in toto sue vite tꝑe id
obseruasse. Ego vero vsq̃ ad hãc horã semel solum
⁊ hec causa est. Queadmodũ diximꝰ in libris de die


duci poſſit. Sic equidem quoſdā colicos vocatos ſa/
naui: dato in potu medicamēto ex aloe: q̄ppe conijci
ens: mordacē humorem ad affecti inteſtini tunicas
defluxiſſe: dato medicamēto: ſperaui oīno huiuſmo/
di diſpoſitionē fore quietiorē. qd̄ vbi contigit: intel/
ligēs recta me ductū cōiectura: rurſus plus ipius ex
hibui. Sed quid me ad hanc coniecturam promoue/

Iuuantia. Noxia.

rit: opere preciū fuerit enarrare. Vidi hominē a cali
dis: tum cibis tū medicamētis: atq; ab omni calorifi
ca victus ratione irritari: rurſus iuuari ab alimētis
boniſucci ⁊ temperatis nominatis. Inſuper inediā
ei noxā inferre: doloris ꝟo ſpeciē: percontanti mihi:
mordacem eſſe reſpōdit. qua de re multo magis ſpe/
rans: ad veram me perueniſſe notitiam: auſus ſum
amarū ei medicamentū exhibere. Poſtremo conſpi/
ciens hominem mirifice adiutum: que fuerit diſpo/
ſitio: efficaciter me deprehendiſſe putaui. ¶ Fuit al/
ter quem cibi concoctu faciles irritabant. hic de pre
cedētibus interrogatus: reſpōdit: ſe in hāc deductū
diſpoſitionē ſumpto purgante medicamento. Rur/
ſus interrogās: quid ipſum ad ſumendū medicamē
tum promouiſſet: intellexi mordaces: edaceſq; dolo/
res: multo tempore ventriculuȝ infeſtantes: fuiſſe in
cauſa: cōiectans itaq; viciatū fuiſſe a purgāte medi/
camento inteſtinū: ac diſpoſitū ad fluxiones: vt faci/
le reciperet ex hepate redūdātes humores: qui dein/
de corrūperentur: cibum exhibui haud ita facile cor
ruptibilē: ⁊ aſtringentem: vnde ⁊ mordaces dolores
mitigati ſunt: ⁊ nihil poſtea excreuit: quū antea pro/
tinus: vt mordacitateȝ ſentiebat: corrupta quedam:
⁊ liquida: ⁊ fetentia excernere cogeretur. Quūq; mul
to poſt mordicationem tempore ea deijceret: ad ſupe
riora inteſtina diſpoſitionem ipſam pertinere cōiect

quēadmodū ecōtrario: vbi celeriter a mordicatione
sequebatur excretio: dispositionē ad inferiora rettuli
intestina. Hos igit̄ iniecto clystere illos vero dictis
iā cibis exbibitꝭ sanaui. quippe certo sciebā qd̄ ꝓxi
me vētriculo ꝑtes exbibitis supne: tū cibis tū poti/
bus que ꝟo nō ita multū a sede distāt: inferne inie/
ctis medicamētis prōptiꝰ adiuuarent̄. Atqꝫ si alter
quispiā intestinorū affectus est distinguere oportet.
¶ Sūt em̄ note q̄dā affectibꝰ ꝓprie: quedā vero ad
partes affectas ꝑtinēt: vt cōcoctio vitiata vētriculi ē
accidēs: at ciboꝝ ad fumosum vel acidū ructū ꝯuer
sio ad causas ⁊ affectꝰ ipsos referēda est. Sic aūt de
intestinis ⁊ tp̄s exitus ⁊ excremētoꝝ species atqꝫ ac
cidētiū differētia cū ijs q̄ precesserūt simul ⁊ affectū

Dysen/teria.

ipsum: ⁊ partē in qua cōsistit ostēdere possunt. Ergo
age vt ꝑ vētrē excremēta q̄dā deijciant̄: aliq̄n quidē
ramēta: aut veluti mēbranarū rasura: aut cructum
aliquid: ac aliquādo simul oīa intestinū vlcere affe/
ctum nemo dubitauerit. At ꝟo vtrū in exilibus inte
stinis: an crassis vlcus cōsistat: nōdū manifestū est.
Sed vt nuꝑ dicebamus ⁊ ex rasura ⁊ exitus tēpore:
⁊ (vt tertiū addat̄) ex mixtione cū stercore: vt modo
magis modo minꝰ interdū neq̄q̄ misceat̄: distingue
re opꝫ. Quippe ifimarū partiū vlcera: nullas oīno
notas h̄nt alui excremētis admixtas: earū ꝟo ꝑtiū q̄
paulo altiꝰ collocate sunt: vlcera mixtas quidē cum
stercore h̄nt notas: sꝫ id leuiter dūtaxat. Quēadmo
dum si multo sint altiores: vehemētior erit mixtura:
precipue ꝟo in supremis intestinis: vlceris note ve/
hemēter stercori vident̄ admixte. Porro accidit in/
terdū: vt ex vno īdicio simul ⁊ locus ⁊ dispositio de/
p̄hēdant̄: aut locꝰ vna cū causa: veluti locoꝝ note:

Quinqꝫ modis locꝰ de/p̄hēdi tur.

⁊ ab actione lesa: ⁊ excremētis ⁊ positu ⁊ doloris ꝓ
proprietate: ⁊ ꝓprijs accidētibꝰ sumunt̄. Affectuū
ꝟo: ⁊ ab excremētorū specie: ⁊ loci natura: ⁊ doloris
ꝓprietate: ⁊ ꝓprijs accidētibus. ¶ Sane actio lesa:
affectā partē indicare pōt: ⁊ q̄dē hoc modo: si em̄ ac/

Quat/tuor modis affectus de/p̄hen/ditur.

cidēs aliqd̄ circa cernēdi officiū euenerit: oculū affici
cōstat: verū an ꝓprio affectu an per consensum: aut
vtroqꝫ modo laboret: alia consyderatiōe inquirendū
est. ¶ Excremētoꝝ species affectā partē īdicat veluti
iam antea dictū est: ⁊ per partiū ipsius essentiā: et ꝑ
cōtēta in ipsa. Ac positꝰ quoqꝫ: affectā partē nimirū

Actio lesa.

commonstrare sufficienter potest. quippe durus in
dextra precordioꝝ parte tumor: non lienis: sed ieci/

Excre/menta.

noris affecti nota est quēadmodum si fuerit in sini/
stra non hepatis: sed splenis affectuꝫ portendit. Ac

Positꝰ.

positus interdum: vbi similiter se habent excremēta.
affectā partē cōmonstrat. Si em̄ mēbranose tunice
frustulum excernatur: id vlcus esse alicubi ostendit.
verū in qua sit particula: ex positu discere poteris.
Nam si vomendo fuerit reiectum: aut gule: aut ven/
triculi: si tussiendo gutturꝭ aut aspere arterie: si screā
do faciū: si cū vrina eius fistule: si a sede: aliculꝰ inte
stinorū: si ꝑ mulieri pudēda: vteri affectuꝫ portēdit.
At ꝟo constat: ꝙ singuli dolores: pro positus varie/
tate: affectum locum ostēdere possunt. Hoc etiam pa
cto: ea que supra proposuimus distinguere oportet.
Quippe apparentibus per vomitum vlceris notis:
animaduertendum est vtrum anteriores partes cir/
ca precordia: aut posteriores circa dorsum: dolor ali
quis infestet. Etenim q̄ in anterioribus percipit̄ vē
triculū q̄ ꝟo in posterioribus gulam occupare cense
tur. Had aliter os ventriculi a spacio ipsius distin/
guēdū est: quippe deuoratis quibusdā acribus: hoc
quidem in ore ventriculi: aut in parte inferiore mor/
dicationē excitat: illud vero in thoracis meatu. Dia
em̄ hec positu definiūtur: quēadmodū alia ex dolo/
ris specie. Verū de doloribus latius in secūdo libro
dicemꝰ. Sed nūc exēplū aliquod afferre: opeprecīuꝫ

Prop̄a accñtia

videtur: quomodo scilicet affectus locus: ex proprijs
accidētibus innotescat. Nam supra diximus: singu/
la que vulneribus adnascunt̄: propriā ostensionem
habere: id vero in presentia subijciendū est. Ore qui
dem ventriculi affecto: fastidiū infestat: per hepatis
vero imbecillitatem: excrementa per aluum deiecta:
aque in qua carnes nuper mactate: ablute fuerunt:
simulantur: item maxille rubre apparēt in peripneu/
monicis. ¶ Quin etiam proprie affectuū ipsorū no/

Excre/menta.

te: in excrementis deprehendūtur: vt ramentū: vlce/
ris. si in vrina sabulosum residet: lapidis. cucurbite
vero seminibꝰ similia excremēta: latorū vermiū indi
cia sunt. ¶ Atqꝫ a locis ipsis: morborū indicia sumū

Locus.

tur: eo ꝙ quibusdā solis: morbꝰ hic accidat: quibus/
dam vero solis: nūq̄ eueniat. quippe soli oculi: suffu
sione laborant. lapis in renibus: ⁊ vesica: dūtaxat na
scitur: atqꝫ (vt nōnullis placet) etiam in colo. Lūbri/
ci in intestinis gignuntur. Rursus impossibile est: vt
abscessum cor sustineat. quemadmodum neqꝫ pul/
mo: neqꝫ copule: dolorem. ¶ Ab accidentium quoqꝫ

accñtis ꝓpria.

proprietate: affectuū indicia oriuntur. Nam quibus/
dam per tabificos morbos vngues adunci euadūt.
Intempestiuus horror cum febre: inflāmationis ad
suppurationē transeuntis: indicium est. Lingua ni/

Color corꝑis.

gricans: ardentem febrim portendit. Sic etiam colo
ris in vniuerso corpore proprietas. alia quideꝫ per/
hepatis: alia ꝟo per splenis affectus apparet: ita vt
doctum medicū haudquaq̄ possit fallere: sicut ne co
lor quidem quem hemoroides induxerunt. ¶ Cete/
rum pauce admodum sunt ipsorum affectuum note:
que non simul locum affectum ostendant. Etenim vt
actionum noxe: affectam dūtaxat particulam: ita ea
rum differentie: ipsius affectum declarant. ¶ Hec er/
go sola sunt affectuum propria signa: que per acci/
dens ipsos sequūtur: id vero clarius in vniuerso hu
ius operis discursu patebit. Necnon videbuntur cō
munes quoqꝫ note: que simul ⁊ affectum: et sedem

ꝓpriꝰ affectus

affectā: aut duos affectus: aut duas particulas indi
care possint. ¶ Huic itaqꝫ libro in presentia finē īpo/

Affectꝰ ꝑ cōsensum.

nere statui: si de proprijs affectibus: ⁊ ijs qui per cō
sensum eueniūt: aliquid addidero. admonens impri
mis ꝙ affectus: qui a reliquis medicis primarij vo/
cātur. equidē cōmodius proprios affectus appella/
uerim: quāq̄ nihil refert: si eos primarios nomina/
re volueris. Quippe satius est rerū differentias in/
telligere: quā cōtendere de nominibus. ¶ Sane quū
vel vapores viciosi: vel ipsi quoqꝫ humores: a vētri/
culo ad caput ascendunt: mens leditur. primogenio
igitur cerebrū affectu tū laborare: dicet nemo: quāq̄
omni affectu carere ipsum: haudquaq̄ defendi pōt.
Verū id qd̄ de huiusmodi affectibꝰ in cōfesso est: qd̄

Per cō/sensum affici.

scilicet per cōsensum afficiant: verissimū est. quippe
ex hoc vocabulo (per cōsensum affici) partē nō peni/
tus ab affectu esse liberā: sed ipsam cū alia affici: de/
claratur. Atqui melius: clariusqꝫ enarraueris: si eam
partem que per consensum afficitur: ab altera affici
dixeris. ¶ Igitur quod multi medicorum veluti som
niantes obscure intellexerunt: atqꝫ ipsum vtpote nō

intelligentes haudquaquā clare enunciauerunt id equidem veluti instituto operi perquam necessariū docere aggredior inde sumpto initio. Sūt nonnulle actiones que idonea indigentes materia ipsam ab alijs partibus preparatam accipiunt. qua de re interdum optima ratione fit vt nulla existēte in actionis cuiuspiam ꝓprijs instrumentis noxa ipam perire contingat defectu scꝫ materie ex qua fieri cōsueuit veluti in voce res sese habet. Nam in libro queꝫ de ipsa conscripsimus ostensum iam est quod exufflatio materia quidem vocis est sed efficiunt eaꝫ cō misso thorace inter costales musculi. Igitur his nihil agentibus animal vocem amittit ꝛ quidē nullo interdum in ꝓprijs vocis particulis apparente affectu. Sunt vero huiusmodi partes summatim quidem loquendo totū guttur. Si vero particulatiꝫ explicare volueris sunt tres cartilagines a tribus mote musculis quibus accedunt nerui a cerebro demissi. Est preterea in gutture ligula (greci epiglotida vocant) hec maxime propriū vocis instrumentum est. Etenim quum moderate ꝛ aperitur ꝛ committitur vocem efficit. quāquam vocem reddi impossibile est nisi vehementer spiritus egrediatur. id vero ad intercostales musculos pertinet. ¶ Cecidit quidaꝫ ab alto ita vt dorsi initium affligeretur is tertio die exiguam admodū vocem emisit quarto deinde die omnino obmutuit: resolutaq; simul fuerunt crura manibꝰ omnino illesis sed neq; spirationem amittebat neq; difficulter spirabat. Quum enim tota sub ceruice spina esset resoluta accidit thoraci vt ꝛ septum transuersum ꝛ musculi superni numero quideꝫ sex mouerentur. quippe nerui ex spinali medulla que in ceruice est ipsis adueniunt. At intercostaliū musculorū nerui per quos exufflationem fieri diximꝰ oēs affecti erant. Quum itaq; frustra medici negocium subirent circa crura quidē vtpote resoluta circa guttur vero propter vocis affectum equidem id interdixi atq; affecto duntaxat loco curationem adhibui. Proinde finita tandem spine inflammatione a septimo die vox restituta est iuueni ꝛ crura motionis facultatem recuperauerunt. Huiusmodi ergo noxe speciem magis proprie per consensum euenire dixeris ꝙ vbi ab humoribus in ventriculo contentis caput dolore tentatur. quippe per huiusmodi dispositiōes eleuatur ad ipsuꝫ aliquid: sed in dictis nuper dispositionibus nihil noxiū ad crura defertur. Nam contra priuantur ea facultate quam antea spinalis medulla ipsis suppeditabat. Guttur vero quum vox ablata est non omnino priuatur spiritu. quippe spirare animal per ipsum etiandum videmus. At vero vocem amittit: que quidem fieri solet cū affatim plurimus spiritus per guttur animalis foras effertur. Sed de nominibus contendere ceteris permittamꝰ. Nobis enim res quas illi penitus ignorāt ꝑtractare satis fuerit. Quippe aliter dolet caput vbi contētis in ventriculo humores eleuantur qui simul ꝛ calfacere ꝛ distendere caput possunt. atq; aliter ꝑ suffusiones apparent visa quedam neq; calfactis neq; intentis oculis sed solo vapore per ipsos transeunte. Preterea aliter cecutire videtur is cui meatus a cerebro descendens obstructus est ꝙuis huic quodāmodo similetur aliter ille cui propter spine inflammationem resoluta sunt crura: atq; aliter is cui vox aut perijt aut vitiata est. Etem̄ ad crura facultas q̄ dā sꝫ citra essentiā descēdere ꝓhibet: ad oculos vero cū essentia. verū ad guttur ꝙuis materia ꝑueniat sufficiēs tamen ipsius quātitas haudquaq; accedit. Qui vero ob intercostaliū musculorū ꝑforationem obmutuit is totaꝫ vocis materiā amisit. Porro quēadmodū crura ꝑ dictas spine dispositiones resoluūtur ita etiā guttur vocalibus neruis vel incisis vel laqueo interceptis (Vocare autē vocales neruos cō sueui eos quos ipse inueni. Naꝫ p̄ceptores mei eos dūtaxat q̄ ad arterias ꝑtinēt: cognoscebāt) atq; ob horū quoq; vicia vox perire solet. qm̄ ꝓprij gutturis nerui quos equidē recurrentes noīare sum solitus ipsorū eēntie pars esse censent. Sed quū ad multas alias ꝑtes distributi ꝑueniant nullam habeo aliaꝫ magis ꝓpriam appellationē ea qua vocales ipsos nominaui. quippe ad instrumenta vocem concinnātia proprie pertinēt. Atq; idem est modus quo gutturis musculi leduntᷣ siue recurrētes siue hi qui iuxta arterias sunt viciuntᷣ. vtrinq; enī facultas desyderatᷣ sine qua ipsi a cōsilio ꝛ volūtatis īperio moueri possunt minime. Et quidē incisis musculis q̄ ligulam (id est epiglottida) mouent animal penitus mutum euadit: sed neq; simili omnino modo neq; etiaꝫ in totū diuerso ab eo quo lesis neruis vox perit. Nā vtriusq; noxa hoc cū altera habet cōmune quod ligula continuitate quā ad mouens principiū habet priuatur. id vero fieri solet siue neruus siue musculꝰ incidatᷣ aut laqueo intercipiatᷣ aut contundatᷣ aut quōlibet aliter vicietur. Equidem vocem viciatam fuisse memini adeo vt pene perderetur infrigidatis vehementer neruis recurrentibus quū per hyemem ceruix fuisset incisa. quod quum intelligerem calorificis remedijs naturalem temperaturā neruis restituens vocem reuocaui. Ceterum vt ob materie p̄uationem perforato thorace ita etiaꝫ aspera arteria tota incisa vox perit q̄d nullus supersit spiritus qui ad ꝓprium vocis instrumentū trāsmittatur. Idem efficit sed alio modo loquens colla circundatꝰ verū hic non solum mutum reddit animal sed etiā suffocat tollendo scilicet spirationē. Arteria autem dissecta voci quidem nocet sed animal respiratione non priuat. Angina vero vocata quū sit internarū gutturis partium inflammatio strangulationi proportione respōdens: respirationem tollere potest ipsiꝰ meatum obstruendo. Idcirco vocalis instrumenti maxime ꝓprius affectus est ac deinceps externorū ipsius musculorū noxa est. Ceteras partes oēs quarū meminimꝰ non ꝓprie sed per consensum potius afficit. ¶ Quū ex ceruice quidā choeradas (vulgo scrophulas appellāt) in profundo incūbētes excideret vnguibus eas euellens imprudens ob ignorantiaꝫ simul recurrētes neruos distraxit atq; hoc pacto puerū liberauit a scrophulis sed mutū reliquit. ¶ Quidā alius in alio puero sectionem faciens ipm similiter semimutum reddidit leso videlicet altero dūtaxat neruo. Mirabantᷣ vero oēs quopacto neq; aspera arteria neq; gutture affecto vocem ledi contingeret q̄ quū rubētes neruos (me ostēdēte) cōspicerēt admirari desierūt. Quibꝰ igitᷣ ꝑtibꝰ vel materie vel facultatis copia nō trāsmittitᷣ actionē ledi ꝓbabiliᷣr dixeris ꝑte ipaꝫ faciēte neq̄ꝙ lesa. At vo si vlᷣ a vaporibus vlᷣ humoribꝰ aliūde ad ipaꝫ veniētibꝰ ledatᷣ eaꝫ nō recte dixeris illesaꝫ. Neq; minꝰ etiā ꝓbabile est partē vel materia vel facultate p̄uatā ledi vtiq; si of

Vox.

Vocis instrumēta.

Vox viciata.

Suffusio.

Nerui recurrētes.

Angina

Choerades.

ficium suum quũ hec reciperet scd̃m naturam exer/cere posset. Proinde ex huiusmodi in vtramq̃ ptes conatu dialecticorum ꝓblematũ consyderatio neq̃ ad affectuum notitiam neq̃ ad curationez neq̃ etiã ad futurorum euentuum presagia quicq̃ vtilitatis afferre posse videtur. Animaduertas ergo velim quo modo equidem curationem ex affecti loci notitia inuentam hac consyderatione neglecta narrare aggredior. ¶ Occurrit mihi quidam medicamentum tribus digitis adhibitum ostendẽs dixitq̃ triginta iã diebus sensificam ipsorũ facultatem se amisisse ille/sa seruata motione sed nihil presidij ab impositis medicamentis percipere. Ego vero id quod in huiusmodi casibus facere consueui ne nunc quidẽ obliuioni tradidi. quippe vocato medico qui digitorũ curationem susceperat interrogaui cuiusmodi remedia adhibuisset que quũ intelligerem ad hanc rem esse idonea causam inuestigare cepi cur nullum ab ipsis homo ꝓsidiũ consequeretur inquirens itaq̃ q̃ precesserant accidẽtia inueni ipso dicente neq̃ inflã mationẽ neq̃ refrigerationez neq̃ ictũ precessisse sꝫ ipsum paulatim sensuz ꝑdidisse. Captꝰ itaq̃ admiratiõe rursus iterrogaui nũ supiorũ partiũ aliqua icta fuisset. ille respondit digitos quidem non fuisse ictos sed dorsi initiũ fuisse afflictũ. Deinde quomo/do ꝛ quãdo id accidisset quũ interrogarẽ respondit se quũ Romã ꝓficisceretur a vehiculo decidisse ac non multo post digitorum incepisse affectũ quocir/ca coniecturã feci neruorũ qui primi a septima ṽte/bra ꝓcedũt partẽ quãpiã ob ictũ fuisse inflãmataz ac nũc durã habere dispositionem. Id vero intellexi doctus ex arte secãdi corpa q̃ꝺ nerui per ꝓpria li/neamẽta veluti vene exoriri videnť adeo vt vnũquẽ q̃ exquisite vnũ esse putares queãdmodũ ꝛ venam. Uerũ protinꝰ ab origine multi sunt simul cõercti q̃ cõibus vinculis cõteti a cerebri mẽbranis exoriunť. Ergo neruorũ qui a ceruice ꝓdeunt vltimi exigua pars ad minores peruenit digitos ꝑ cutẽ ipsos continentẽ ac pterea per medij digiti medietatẽ dispsa. Nõ vero ceteros medicos in maximã duxit admirationẽ quod scꝫ media pars afficeretur id mihi ꝓsua sit potissimũ eam tantũ nerui partem que in cubito ab ipso egrediens in iam propositis digitis finitur esse affectam. Igitur adhibitum ei medicamentum abijcere iubens illi ꝓcipue spine pti q̃ in affecta particula principatum obtinebat ipsum adaptaui. Sequuta q̃ est res vt aspicientibus videbatur ꝛ admirabilis ꝛ inopinata q̃ digiti manus adhibitis spi/ne medicamentis essent curati ꝛ ab affectu omnino liberi. Sed orta est inter medicos questio quenã sit eiusmodi neruorũ dispositio vt per ipsam seruato eorum motu sensus pereat. Equidem id ipsuz dicebam quod priores medici dicere solebãt q̃ꝺ scilicet sentire per affici moueri vero ꝑ facere aliquid expli/catur quapropter vt quis moueatur opus est robore sed vt sentiat vł minima facultas sufficit. Cũq̃ recte me hunc dixisse sermonem putarent quid igitur (inquam) vidistis ne aliquando contrarium serua/to sensu vt motus deficeret. Tum ceteris fere omnibus se nunq̃ conspexisse dicentibus vnus id confiteri audebat ac nomie laborantis citato testes quoq̃ adhibere pollicebatur. Quum vero hoc supradictis repugnare videretur in motis quidem partibus nõ vero sentientibus (etenim quod ad hãc ratiõẽ per/tinet fieri haudquaq̃ potest vt perdito sensu motus a volũtatis imperio prodiens seruetur) rursus orabant vt causam explicarẽ quãobrẽ vtraq̃ appareãt Ea vero (q̃uis nõ ignorent ij qui neruorũ dissectionẽ didicerũt) talis est. Omnis ab impetu ꝓdiẽs motus ad musculorũ officiũ ptinet q̃ppe nerui per se si ne musculo nullã huiusmodi in animantis particu/lis actionẽ efficere possunt sꝫ ꝑ musculos oẽs a cõsilioꝝ volũtate ꝓdeũtes motus ꝑficiũt. ad ptes vero mouendas musculi ipsi aliq̃n quidez manifeste perueniunt aliquando vero per medias tẽdines quas aponeuroseis (id est a neruis ortas) aliqui cõnominant. Atq̃ ex hoc genere sunt tendines quibus digiti mouẽtur haud absimiles his qui toni ab Hippocrate nominanť rotunde scꝫ. Si itaq̃ musculorum neruos affici contingat motus digitorũ perit: si ve/ro eos qui ad cutem perueniunt tãgendi sensus corrumpitur. Sed vbi tota resoluuntur membra cũ vi/delicet cõmune principiũ affectum est simul et sen/sus et motus pereunt: atq̃ tum locum primario affectum ex lesorum neruoꝝ multitudine dũtaxat inuenire poteris idq̃ si exq̃site cognoueris cõia ipsoruz ꝓ̃cipia que in neruorũ dissectiõe percurrimus cuz nullus ante me huiusmodi dissectionẽ accurate tractasset vtpote nemine non plus minꝰ errãte. Igitur solus ille qui in ipsis fuerit exercitatus exquisite cõsyderare poterit in qua vertebra spina sit affecta si/ue tota siue altera eius pars afficiatur. Nã accidit vt dextra pars dũtaxat afficiatur altera omnino il/lesa aut econtrario vt illa manente integra sola sini/stra affectum sustineat. Atq̃ hac ratione interdũ tota pars sinistra resoluitur dextra parte manente ille sa interdum cõtra dextra pars dũtaxat et afficitur ꝛ resoluitur. Ubi vero nõ affecta spina tantũ vnꝰ nerui processus lesus est eas dũtaxat partes resolutio consequitur in quas neruus ille distributus ẽ. Accedit enim interdum vt duo aut tres duntaxat neruoꝝ processus afficiantur quum interim spinã nulla noxa infestet. Sic affectus erat is qui per reliquas quidẽ manus partes omnes ita fuit resolutus vt neq̃ sentiret neq̃ moueretur sed in tribꝰ solis digitis sensum habebat integrum. Porro cuidã alteri nõ soluz ij manserũt illesi sed etiam eorũ musculorũ in quos neruorum propago sub septima vertebra exorta distribuitur motiones seruate sunt. Atq̃ alius ob ca/sum ab alto vehementer afflictus solos eos muscu/los resolutos habuit qui huiꝰ nerui ptes suscipiũt. Idẽ etiã in ijs dũtaxat cutis partibꝰ sensuz amisit ad quas ꝓdicti nerui ramusculi demittunť. Igiť si scire desyderas in qua vertebra sit affectus an in sola nerui cuiuspiã propagine an in spinali quoq̃ medulla resolutos musculos consyderare oportet ac simul eã partem que sensum amisit. nã spinali medulla in aliqua vertebrarum affecta omnes ptes inferiores resoluunť. Nõ si in altera parte ledatur altera manẽte illesa partes dũtaxat que illi e directo respondent resolutio infestabit. Si vero nerui radix afficitur relique ptes oẽs affecto loco inferiores q̃bus singuli nerui distribuuntur resoluentur. Hec si accurate didiceris nullo negocio circa resoluta membra relicta spina occupaberis huic enim adhibitis remedijs partem affectam curabis. Sic etiam si nõ circa spinam sed in regione illaz sequente neruus afficitur partim ex musculis partim ex cute querende

Marginalia: Dialectica ꝓblema. — Digiti resoluti — Paradoxũ. — Sensus amissus illeso motu. — Motꝰ volũtarius. — Tendines. — Toni. Paralysis.

sunt note. Cutē quidē facile est cognoscere: nā oculis subijcitur. Musculi vero ex actione que perijt deprehendūtur. Proinde necesse est: circa musculorū sectionē: te exercites: vt cognoscas: cuius actionis quilibet sit instrumentū. Sic em̄ duntaxat discernere poteris partes: quarū actio perit: nullo morbo corporalē ipsarū essentiā infestante: aut in quibus precedit morbus: vel fiens: vel factus. Verum morborū genera ⁊ differentias oēs ex altero didicisti libro: qui de morborū differentijs inscriptus est: atq; similiter ex alio accidentium differentias: at de causis vtrorūq; etiā separatim scriptū est. In vno quidem de morbis: in tribus vero de accidentibus: in quib⁹ exercitari op₃ eum: qui facile voluerit inuenire: discernereq; ⁊ causam: ⁊ affectum: ⁊ sedem affecta₃. Etenim fieri nō potest: vt omnia per concursum doceantur: quāuis eorum: qui ab experientia empirici vocantur: huiusmodi fuerit opinio. Qui vero accurate ⁊ p̄cedētia ⁊ p̄sentia cognouerit accidentia atq; sic ad curationis viam ⁊ rōnem ab experientia traducitur inueniet ⁊ locū affectū ⁊ simul ipsam dispositione₃. Sed id magna ex parte accidit partibus que in intimo corpore constituuntur veluti paulo ante de his qui sensu₃ ⁊ motum perdiderunt ostendimus. ¶ Atq; non ab re fortasse fuerit narrare quedam que iam facta fuerunt cuiusmodi hec sunt. ¶ Puer annorum fere sex inuitus per aluum excrementa deijcere incepit resoluto de repente circa sedem musculo. Quinetiā seni quondam huiusmodi euenit accidens atq; rursus alteri puero etatis fere annorum quatuordecim excrementorum inuita per aluum excretio superuenit infestante simul vesicā dolore atq; alteri vrina quoq; fuit suppressa. Cōtra alter vrinam inuitus excreuit atq; alter non solum vrinā sed alui quoq; excrementa inuitus deiecit. In ijs omnibus ea que precesserunt scrutari oportet. Nam in totū aut refrigeratam aut ictam ipsorum spinam arbitrandum est. Sed frigus quidem vni duntaxat affecto musculo nocet ictus vero magna ex parte pluribus noxam infert. Nam perrarum est: vt icta spina vnus afficiatur musculus quonia₃ nerui ex spina orti in plures musculos diuiduntur. Verum vbi ob ictum affect⁹ est musculus: si superueniens inflāmatio ob negligētiam induretur resolui ip̄m cōtingit q̄q; id raro accidere videatur. At vero frigus sepenumero vnū ledit musculū maxime eū qui in superficie sedis est: siue sederit quis super lapidē frigidū siue in aqua frigida supramodū fuerit versatus. Igitur puer cui⁹ ⁊ vesica ⁊ sedes ledebatur cum in fluuio pisces venaretur sic fuit affectus. Nonnullis etiam in aqua frigida natantibus itidem accidit. Nos itaq; sic affectos curare op₃ calorifica auxilia locis affectis adhibēdo. Quib⁹ vero neruo₄ a dorsi spina ortorum quispiā fuerit affect⁹ eius principio adhibēda sunt remedia. Sepenumero etiā vbi ab alto loco quis cecidit aut vehementem fortemq; ictum spina subijt inflāmatio ad plures partes extēsa nō solu₃ musculis sed vesice quoq; noxam intulit: quibus ob vesice ipsorum affectū vrina supprimitur. Sunt quibus non solū vrina sed alui quoq; excrementa penitus retinentur affectis scilicet intestinis. Nam vt musculi affecti actiones a consilio et voluntate pendentes ita ⁊ vesica ⁊ intestina naturales actiōes ledere possunt eo q; ipsis commissis excernuntur ea que continent. Atq; in hac re plurimū differunt naturalia ab animalibus instrumentis. siquide₃ naturalibus cognatam actionis vim esse animalibus vero instrumētis eam a principio (veluti lumē a sole) ipsa₃ defluere iam ostensum est. Ergo vt magneti lapidi vis inest qua ferrum attrahere potest ita naturalia quoq; instrumenta omnia facultatem habent qua actionē suā perficiunt. Proinde si permanēs fuisset ipsorū essentia neq; arterijs neq; venis indiguissent: verum q: nutrimento egent seruareq; oporteat intimi caloris temperaturā hanc ob causam ⁊ venis indigebant ⁊ arterijs. Sic etiam musculi vt essentiā suā seruare possint non secus q; naturalia instrumenta ⁊ venis ⁊ arterijs indigent. At quia cognatū sensus ⁊ motus principium non habent idcirco neruos p quos hoc ipsis influat desyderare videntur idq; solis exemplo qui splendore₃ omnibus rebus quas illuminat affert. Quamobrē solis partibus que ⁊ sentiendi ⁊ mouendi vim habent accidit vt ipsis interdum haudquaq; affectis nihilominus eorum actio pereat: id quod naturalibus instrumentis accidere non solet: quoties enim horum actio leditur semper primario affectu laborant. Verum animalibus instrumentis omnibus naturale quoq; munus debet quippe ⁊ arteriarum ⁊ venarum adminiculo indigent ad essentiā ipsorum seruandā. Ideo accuratissime intueri ac discernere oportet que accidentia eis ea ratione qua aut naturalia aut animata sunt soleant euenire: veluti alterari (vt ita dicam) a vicinis ipsis vt naturalibus alteratione vero sentire vt animatis euenit. Sic oculis quoq; sepenumero contingit. Nam vapores a ventriculo elati ipsos omnino alterant: verum tam exigua alteratiōi non ab oibus sentitur nisi syncerissimam habeant sensifica₃ facultatem. voco autem syncerissimā que minimas quasq; res cernere potest.

Vrine suppssio.

Aluus astricta

Naturalia instrumēta.

Aialia instra.

Magnes.

Syncerissima visio.

¶ Galeni de affectorum locorum notitia liber secundus.

Scopus est iubente semper Erasistrato exercere mentem cū in alijs artis operibus tum vero in ea quā nūc p̄posuimus affectorū locorum notitia. Circa quā tres sunt exercitatiōis modi. Vn⁹ circa singulas corporis p̄tes quas locos nominant Alter circa causas ⁊ dispositiōes. Tertius est de accidentium differentia. ¶ Igitur a locis sumptus modus huiusmodi est. Affecto cerebro huiusmodi separatim eueniūt accidentia. Vētriculo affecto hec sunt propria. Colo affecto hec. Atq; in reliqs similiter ¶ A dispositionibus ⁊ causis talis est. Inflāmationis seorsu₃ huiusmodi sunt accidētia. Scirri hmōi Refrigerationis hec. Plenitudinis hec. Cruditatis (.i. corruptiōis cibo₄) hec. ¶ Ab accidētib⁹: vt hoc doloris genus hasce dispositiones portendit aut hosce locos: tussis vero has ita ⁊ vomit⁹ sanguinis profluuium fluor alui conuulsio horror frigus delirium. Quum em̄ hec omnia inter se hoc pacto distinguuntur facile intelligetur quid vel bene vel male dictum fuerit. Qd̄ em̄ sic sese res habeat plane disces si singula consyderaueris.

Exercitatiōis modi tres.

Locus.

Dispositio et causa.

Accñs.

¶ De his que ab Archigene scripta sunt: putante ex doloris specie sedem affectam posse discerni. Cap. j.

Ita protinus quum in hoc genere abun-
daret Archigenes: ex dolorum differentia:
affectas particulas declarare tentauit: pro-
inde dolorū modos exquisite speculemur.

Stupidus dolor.

¶ Nam stupidum quidem dolorem: neruis euenire
dicit: ſꝫ plane peccat. quippe stupor a frigida dispo-
sitione oritˀ: nō neruorum duntaxat: sed etiā venarū
arteriarū: carnis mēbranarū: tunicarū: ⁊ cutis. Igi-
tur si ob id: ꝙ hec oīa ꝑ neruos sensuꝫ habēt: ad ner-
uos dispositionē refert: cur nō reliquas oēs neruorū
differētias: ꝓprie ad neruos pertinere dicit? Quip-
pe vt dolor: tristis sensus est: ita voluptas: blādus ē
sensus. Ergo nō solū stupor in neruis est: verū etiāꝫ
reliquorū doloꝝ oīm: quos ipse quoqꝫ Archigenes
descripsit: vnusquisqꝫ. Nō si rem accuratius inspexe-
ris: haudquaꝙ̄ doloris species dicendus est stupor:
veluti neqꝫ vlceris species: inflāmatio. Sꝫ duarū po-
tius rerū: in his quidē vlceris ⁊ inflāmationis: in il-
lis vero doloris ⁊ stuporis concursus est. Eteniꝫ stu-
por refrigeratio insignis est: idcirco corporibꝰ ita dis-
positis: ⁊ sensus ⁊ motus difficultatē inducit. Quē-
admodū cōpleta refrigeratio: ⁊ sensum ⁊ motū oīno
tollit. Sed ꝙ stupor dispositiōis sit nomē: nō sensus:
aut doloris: sic dicēte Hippocrate declaratˀ. Stupor
enim mediocris: dolorē soluere potest. Nam stupor:
refrigeratio est: vt plane videre est in his: qui in hye-
me ꝑ frigora ꝓfiscuntˀ: atqꝫ in refrigerātibus quoqꝫ
medicamētꝭ. Nā si extrīsecꝰ īmodice adhibeantˀ: par-
ticula ipsa stupida euadit: que sensum quoqꝫ omni-
no amittit: si vehementissime refrigeretˀ: idqꝫ nō solū
a medicamēto: sed etiā a circūfuso nobis aere. Equi-
dē noui quosdam adeo refrigeratis pedibus: vt im-
primis quidem sensus periret: sequentibus vero de-
inde diebꝰ: emortui pedes putrescerēt. Ergo vt ꝑfe-
cta refrigeratio: ⁊ sensū penitꝰ aufert ⁊ motū: sic mo-
deratior: ⁊ sensꝰ ⁊ motꝰ difficultatē īducit. Noīatˀqꝫ
(vt dixi) hmōi refrigeratio: stupor. Itaqꝫ stupidꝰ do-
lor dispōnes efficit frigidas siˀ ⁊ dolorosas: indicāte
id noīe: nō doloris (vt dixi) differentiā: sed dolorē si-
mul: ⁊ frigidā dispositionem: aut ab ipsa inductam
particule: ⁊ sensus ⁊ motus difficultatem. Constat
autem ꝙ cōstrictas vehementer particulas: atqꝫ eos
quoqꝫ: qui torpedinem animal: dum adhuc viuit: te-
tigerint: stupor infestare solet. Et quibus membruꝫ
aliquod stupidum fuerit: ij quicquid tetigerint: ob-
scuro: ⁊ hebeti sensu percipiūt: neqꝫ moueri possunt.
si vero moueri cogantˀ: dolēt. At citra hoc quod mo-
ueri tentent: affectum ipsum stuporis haud obscure
sentiunt: sed tum nequaꝙ̄ dolent. Proinde male Ar-
chigenes enunciauit: stupidum dolorem ad neruos
proprie pertinere. Stupor enim dispositionis: nō lo-
ci affecti indiciuꝫ est.

Dolor. Voluptas.

Stupor

Torpedo.

¶ Atqui paulo post rursus Ar-
chigenes duobus in locis proprie ipsum ad muscu-
los pertinere ait: in quorū altero sic inquit. Nerui au-
tē contorti: distenduntur: ⁊ indurantur: atqꝫ hi stupi-
dos inducunt dolores: atqꝫ dure intendūtur. Dein-
de paulo post: in hunc sermoneꝫ prorūpit. Musculi
autem carnis neruorūqꝫ propriorum: ac deniqꝫ arte-
rie mixtura constantes: in doloribus referūt: stringē-
tes (vt ita dixeris) atqꝫ late distenti: ac stupide pulsā-
tes. In hoꝝ sermonū priore neruos ait stupidos īfer-
re dolores. In altero vero musculos stupide pulsare
stupidū nō ad affectus: sed ad partes: referens. Sed
vt dicebam: stupor nō particule cuiuspiā: sed dispo-
sitionis proprīꝰ affectus est: que quidē dispositio in
omnibus corporibus fieri potest: sed nō in omnibus
sensibiliter apparere. quippe in his duntaxat appa-
ret: que suos affectus sentire: ⁊ pro voluntatis impe-
rio moueri nata sunt. Ceterum his: que manifeste in
musculis apparent: sermo ipsius repugnat. quinetiā
indistincte prolatus est: ac fortasse nō intelligit: nu-
ꝙ̄ in corpore carnē ipsam per se inueniri. Nam mu-
sculi quidem in plurimis vel capitibus vel extremis
partibus neruosi sunt: vbi etiam tendines inueniū-
tur. Id vero quod in medio cōtinetur: omnes homi-
nes carnē nominānt: nemine intelligēte: ꝙ quū exqui-
site dissecatur: carnem haudquaꝙ̄ manere: sed cū te-
nuissimis quibusdā: veluti fibris: in quas neruosum
genꝰ resolutū est. Voco autē neruosuꝫ genꝰ: in vnicā
appellationē cogēs: tū vincula: tum tendines. quip-
pe ex ijs per carnē dispersis: musculoꝝ ostendimus
essentiā cōsistere: que vt permanere posset: venis indi-
gebat ⁊ arterijs. Atqui citra dolorē pulsare: ad solas
arterias pertinet: animali etiā duꝫ bene valētē. Vbi
vero ingens oborta est inflammatio: vel erysipelas:
vel abscessus: arteriarū pulsum cū dolore sentimus:
quū antea per bonam valetudinem: neqꝫ cū dolore:
neqꝫ sine dolore ipsuꝫ sentiremꝰ. Quinetiā euenire vi-
demus: vt duabus precipue occasionibus: vehemēs
dolor inflāmatis partibus inferatur: quū mouētur:
aut quū a re quapiā comprimūtur. Inflāmato igitˀ
omnino musculo: duplici modo: productis arterijs:
dolorē sentimus. Nā ⁊ mouentur: ⁊ ab adiacēte car-
ne comprimuntur: ⁊ ipsam cōprimunt. Atqꝫ hic est
modus quo partes inflāmate pulsant: quam veterri-
mi quiqꝫ solū vocāt pulsuꝫ. Posteriores vero oēꝫ ar-
teriarū motū: quē sensus ꝑcipere posset: similiter no-
minauerunt. Sed nō protinus stupide pulsare: inse-
parabiliter: aut omnino proprie: ad musculos perti-
net. quū ne pulsare quidē cū dolore: pulsu id omni-
no (vt dictū est) declarante. Nā in scirris: ⁊ edematis
qui proprie tumores appellantur: atqꝫ in intēpera-
turis: que sine tumore consistunt: motus arteriarum
dolorē haudquaꝙ̄ excitat. Ac ne per inflāmatos af-
fectus qdē: nisi quū maiores effecti sunt: dolor infe-
stat. Etenī sine musclo: arteria iflāmatoriū sustinēs
affectū: ipsa per se cū dolore pulsat. Dico aūt inflam-
matoriū affectū: vt simul cū inflāmatione: ⁊ erysipe-
las: ⁊ abscessus intelligatˀ. Quū ergo huiusmodi af-
fectus maiores euadūt: pulsus accidēs esse censetur.
Nō si aliqñ in ijs pulsus: ipsi scilicet laborāti: stupi-
dus esse videatur (hic enī stuporis affectū sentire po-
test) tū scire licet dispositionē in musculi neruis cōsi-
stere: sed ita cōsistere: vt ad paralysin (id est resolutio-
nē) tēdāt. Quippe stuporis dispositio: īter resolutio-
nē: ⁊ integrā valetudinē media est. At pulsus cū do-
lore factus: cū inflammatorijs affectibus notatu di-
gnis numerari dꝫ: idqꝫ semꝑ in ipis arterijs: atqꝫ in
cōtinētibꝰ ipas partibꝰ: quū ob āgustiā eas ꝓmunt
⁊ ꝑtē affectā: q̄ sentire nata est: veluti ꝑcutiunt. ¶ Sic
ergo pulsatorius dolor eueniet in peripneumonia: i
laterali vero morbo minime: idqꝫ ob partiū naturā.
Nāqꝫ pulmo sensum nō hꝫ: morbꝰ ꝟo lateralis mem-
brane costas succingētis: morbꝰ est q̄ vbi costis qdē
vicina est necessario cōprimitur. At media ipsiꝰ pars
cōprimi non potest: sed inflammationis dūtaxat ra-
tione dolet. Atqꝫ in hoc spacio arterie sunt: que per
intercostalia vocata spacia: ⁊ per crassas: laxasqꝫ co-

musculorū cōpositio.

Vincla Tēdies

Arterie pulsant sine dolore.

Dolor ab iflāmatiōe.

Pulsus

Inflammatorius affectus.

Paralysis. Resolō

Peripneumonia.

Pleuritis.

starum partes extendūtur:ac in ꝓfundo, magis de
litescunt:⁊ succingentez costas tunicam haudquaꝙ̄
attingunt. Ergo quāuis dolor infestet:nō tamē sen/
tit omnino laborans:harū arteriarū:in laterali mor
bo motū. Nā inflāmatis interdū intercostalibꝰ mu/
sculis:arteriaꝝ ꝓductionē:dolorē inferre necesse est.
atqꝫ idcirco laborās īpetu vexabit̄:atqꝫ ꝑ īflāmatio
nis magnitudine:sentiet in ip̄a pulsationē. Ob hāc
ꝙ̄ cām:vbi vehemēs fuerit pulsatio:suppurat̄ ꝑticu
la:ꝯsequēte suppuratiōe īgētes dūtaxat īflāmatiōes
Cōstat igit̄ ex his q̄ iā diximꝰ:ꝙ ⁊ pulsatoriꝰ:⁊ con
strictoriꝰ:a medicis vocatus dolor:ꝑ inflāmatorios
affectꝰ sit:atqꝫ in corporibꝰ sensibilibꝰ:idqꝫ vel ꝑ se
vel ꝓp̄ꝛe:vel primario affectis arterijs (noīet em̄ q̄/
libet vt voluerit) in reliquis partibꝰ sensibilibꝰ oībꝰ.
At vero neqꝫ in hepate:neqꝫ in renibꝰ:vnꝙ̄ huiusmo
di pulsatio apparet:qm̄ nullus ꝑ totū corpꝰ ipsorū
neruꝰ dispersꝰ est:veluti ne ꝑ pulmonē q̄dē. Quocir
ca grauitas in ipsis sentitur:quū tumoris p̄ter nāz
genus aliqd̄:ea infestauerit. Nā in hoꝝ viscerū quo
libet:adiacens mēbrana ꝑ quā neruꝰ dispgit̄:sensu
potit̄. Quia ꝟo a tumore q̄ est in viscere:ipsa extēdi
tur:doloris speciē appellatiōe dotauit. Proīde Hip

Hippocrates.

pocrates primꝰ oīm scripsit:in renez dolor grauis:
Post hūc vero optimorū medicorū nō pauci:nō acu
ti doloris:sed grauitatis sensuz in p̄dictorū viscerū
inflāmationibus fieri dixerūt. Em̄ vero nō ab re mē
brane:ꝙuis vehemēti inflāmatione laborēt:nō pul
sant:vtpote quibꝰ nulle sunt arterie:quēadmodū ne
calor quidē. Atqꝫ eadē rōne:neqꝫ adenes:quibꝰ nul
le sunt arterie. Etem̄ huiusmodi partes:quū inflam
mate sunt:vnico duntaxat doloris modo vexantur:
extensionis. Quippe huiusmodi doloris species:a
nullo sentiētiū corporū:in huiusmodi dispositiōibꝰ
separari potest. Relique vero doloris species:q̄bus/
dā partibus accidere possunt:quibusdā nō possunt.
Igitur meminisse eorū semper oportet:ac cognoscere
singulorum locorum naturaz. quinetiā intueri:quis
vnicuiqꝫ parti modus doloris peculiariter cōueniat
quis vero ꝯtra. Proinde resumētes rursus ipsos di
camus. Quippe vnus doloris modus est:qui per in
equalem intemperaturam in affecta parte consistit:
vel nulla re ipsam extrinsecus attingente. Alter qui
ob tensionem fit:nō soli affecte parti proprius. Nam
vicinas quoqꝫ partes interdum infestat. Est item do
lor qui a tangentibus duntaxat:in affectam particu
lā trāsfertur:quuz videlicet vel cōpressa:vel afflicta:
vel a re quapiā superueniēte vulnerata dolet. Quip/

Dolorꝫ modi.

pe doloris modus:qui a motu ꝓcedit:quemadmo/
dum pauloante de arteria dictū est:a re quadam me
dia dolorē efficiēte pēdet:etem̄ hec vicinis accedēs:
motā a se partem tendit:cōprimit:affligit:vulnerat.
Si vero nulli inciderit:eā sola tensione:dolorē effice
re necesse est. Partes itaqꝫ tote ab alijs mote:si nihil
extrinsecus ipsas tangat:nullo:preter euz qui neces
sarius est:dolore afficiuntur. Ceterū alibi me frequē
ter dixisse memini:primas doloris species duas eē:
quū affatim tēperatura alteratur:atqꝫ quū soluit̄ cō
tinuitas. Que cū iam dictis haudquaꝙ̄ pugnare vi
dentur. Nāqꝫ pars intenta:aut compressa:aut cōtu/
sa:aut vulnerata:dolet ob continuitatis solutionem.
Neqꝫ em̄ quū acu quispiā vulneratur:altero affectu
laborat:quaz si ab acri humore facta fuisset erosio.
vtpote per vtrunqꝫ affectum corrupta continuitate.

Igitur nō eandē doloris speciē excitāt:mordax hu/
mor:⁊ plurimus. Nam ille rodendo dolorez excitat:
hic vero tēdēdo:flatuosi spiritꝰ exēplo:ac veluti vri/
na vesicā intēdit quum nō redditur. Uerum in erysi/
pelate:⁊ inflammatione:atqꝫ in totum in affectibus
inflāmatorijs:non solum quia intente sunt:partes
laborant:verum etiā quia intēperatura affecte sunt:
ac ne hac quidē:exiguā:ad dolorem inducēduz:vim
habente. Id quod declarant hi:qui per vehementem
hyemē profecti:manus ad ignē affatim calefacere tē
tant:intolerabilē nimirum sentiūt dolorē:⁊ quidem
maxime in vnguiū radice. Porro memini: mihi ipsi
accidisse dolorē vehementissimū:vt videre mihi vide

Galeni colica.

ret in intimo ventre terebro perforari:in eo potissi/
mū spacio:per quod a renibꝰ ad vesicaz vreteras ꝯsci
mus extendi. Iniecto deinde rutaceo oleo:quum id
paulo post excernere tentarē:excreui simul grauissi/
mo cū dolore:humorē vitreū a Praxagora appella/

Uitreꝰ humor Praxagoras.

tum:quippe vitro fuso:tū colore:tū substātia:haud
absimilis est:atqꝫ id alijs quoqꝫ accidere conspexi.
Qd̄ vero hic humor sit frigidissimus:iā a Praxago/
ra dictum est:qui ob hoc vitrei nomen ipsi imposuit.
Id enim haud obscure percipitur sensu tactus tum
ipsorū qui illū excernūt:tū aliorū quoqꝫ qui ꝯfestim
ipsum tetigerūt. Sed dignū vtiqꝫ admiratiōe ē:quo/
modo frigidꝰ excidere possit:neqꝫ ab excretiōis vio
lētia quū excidit:calidꝰ euadat? Equidē putabā la/
pidē in altera vreteraꝝ impactū:adeo erat:vt mihi

galenꝰ deceptꝰ.

videbatur:doloris ipsiꝰ species ꝑforāti similis. Atq̄
vacuato humore:doloreqꝫ sedato: manifeste consta/
bat:neqꝫ lapidē fuisse causaz:neqꝫ in vreteris:aut re
nibus:sedē fuisse affectā:sed in intestinis potius pre
cipue vero crassioribus. Neqꝫ em̄ vt a tenui corpore
breui temporis spacio exire poterat:sed a profundo
quodā ⁊ quidē crassiori corpore:quā sit tenuium in/
testinorum tunica:ferebatur. Hmōi dolores:oēs fere
medici colicos nominare vidētur:quāꝙ̄ ab ea parte
qua dolor sentit̄:nullū indiciū sumi pōt:qd̄ magis
colō quā tenue intestinū dolor afficiat. Nā hmōi do/
lores:perinde ac si terebro partes ꝑforentur : mole/
stare solēt:narrātibus ita infirmis. Sūt alij dolores
per quos palus videtur infixus:qui ⁊ ipsi corpꝰ affe
ctū:crassum esse significāt. differunt aūt inter se:aut
multitudine:aut crassitudine:aut rei dolorē faciētis
facultate:siue ea hūor fuerit:siue spiritus flatuosus
quippe paucus plurimo:⁊ tenuis crasso:⁊ ꝑmanēs
moto:minorē dolorē excitare solet. Atqꝫ qui ad vehe
mentē refrigerandi vim haudquaꝙ̄ accedit:vehemē
tissime refrigerante minus cruciat. Uerꝫ hoc doloris
genus:ad crassum intestinū referendum est:siue pa/

Lapis renum.

lum ibi infixū:siue a terebro perforari locū quis pu/
tauerit. Atqui huiusmodi dolores:ab eo quo lapis ī
pactus est:discerni non possunt:nisi quis accidentia
que postea consequuntur expectauerit. Quamuis ob
huiusmodi ignorantiam:quod ad doloris mitiga/
tionē attinet:nullā laborāti noxā inducamus. siqui/
dem vtriusqꝫ doloris presidia:omnia cōmunia sunt:

Philonis antidotum. Nephritidis note. Urina cruenta.

⁊ quidē calorifica imprimis siue ea extrinsecus ad/
hibeantur:siue inijciantur. Deinde nisi mitigatꝰ do
lor fuerit:eorum medicamentorum:que dolorem ob
tundere possunt:aliquod adhibendū est:cuiusmodi
est id quod a Philone institutum est. Ueruz si lapis
dolorem excitauerit:ipso vacuato dolor quiescit:isqꝫ
interdum solus:interdum vna cum cruore excerni/

tur.etem̄ radit ea corpora per que transit:maxime si vel asper:vel acutus fuerit lapis:ac si postea vrinas inspexeris:fabulosa quedā subsidere inuenies. Quod si in colo affectus constiterit:neq lapis:neq cruor: neq arena:sed humor aliquis:vt ita dicam: subside re videtur. Atq alia:que ad affectum intestinu3 per/ tinent:apparent accidentia.

Colice signa.

Protinus eni3 inflatio quedā:⁊ extensio:⁊ flatus perplures:precipue ex al/ uo:⁊ tormina:⁊ excrementa flatibus plena videbun tur. Ea autem discernere licet:si super aquam natēt: ac bubulo stercori similentur:quin etia3 cibi tum cu piditas tum concoctio:deterior euadit. Intueri etia3 oportet ⁊ precedentia ⁊ presentia:⁊ ea que per conti nentie communitatem consequuntur.pars eni3 que primario afficitur:ventriculo cōtinuitate quadā co/ heret. Insuper colicos nominatos affectus : magna ex parte precedit:⁊ cruditas ⁊ spiritus flatuosus:et vomitus:⁊ nausea:que multo tēpore inanis perma/ net:⁊ in precordijs mordacitas:⁊ fastidiu3:⁊ fames plurima. Igitur ex huiusmodi quidem doloribus:ij qui vehementissimi sunt:haud ab re in crassis inte/ stinis consistere putantur.qui vero mitiores sunt:ex duobus alterum necessarium est:aut quod a leuiori causa oriant̄:aut quod in tenuib⁹ cōsistāt intestinis.

Dysen/teria.

sed qui mordaces sunt:a mordaci humore intestinū erodēte:fieri solent. Ergo dysenteriam semper hu/ iusmodi dolores precedūt:vtpote per quam intesti/ na exulcerantur:quā vel solam:tū recentiores medi/ ci:tum antiquorum nō pauci:dysenteriam nominānt.

Crueta dysente ria.

Quāuis nonnulli:non solum hanc:sed aliam quoq que cruenta:ob excretorum speciem:nominatur:dy/ senteriā appellāt. Nā interdu3 syncerus:plurimusq sanguis interdū veluti limus ipsi⁹ ⁊ fecis nō parua quātitas excernit̄. Verū hec nō intestinorū:sed affe/ cti iecinoris accidēs esse censetur.

Sāguis a toto corpore

Ea vero per qua3 syncer⁹ multusq sanguis excernit̄:vniuersu3 corp⁹ plerūq euacuat:haud sec⁹ q̄ hemorrhoides:aut mu liebre pfluuiū.

Hemor rhoides

Men/strua.

Sed hec postbac pcurrere in animo est. Rursus ergo ad dolorū spēs redite oportet eas em̄ in hoc libro psequi potissimū pposuim⁹.

Dolor punctorius.

¶ Igi/ tur iterū incipiamus a punctorio vocato dolore:cir ca mēbranas maxime:tanq radice innitente dolore ita vt pūgi videant̄:extēdit̄ vero plurimū circa hāc partem dolor:atq hoc modo in laterali morbo dolo/ rē punctoriū esse:⁊ in inflāmatione pulsatiuū:apud oēs fere medicos in cōfesso est.

Pulsatiuus dolor.

Hemo/dia. stupor dentiū.

¶ Verū hemodia qui dē(id est dētiū stupor)nihil sīle cū mēbranosis cor/ porib⁹(vt Archigenes scripsit)habere videt̄.haud em̄ ignoramus ori duntaxat:neq toti tn̄ ori:eā acci dere:sed dentes:gingiuasq infestare solet affect⁹qui dā:quē hemodiā vocamus.hāc vero oratiōe quidē3 enarrare impossibile est. sed cū quispiā ⁊ austeros:⁊ acidos cibos ingesserit:ita vt affectus aliqs sequat̄ in dētibus:⁊ gingiuis:eā oībus accidere scim⁹. siqui dē videm⁹ nos magna ex parte similes esse in affecti bus tolerandis:ita vt ab ijsdē causis:eadē sustinea/ mus. Hūc quidē affectū in ore dūtaxat fieri scimus.

¶ Sūt alia dolorū gnā ab Archigene pscripta:q̄ neq dū sūt cognosci:neq dū pferunt̄ intelligi possunt. veluti holcinos(id est tractorius)austerus:aut dul/ cis:sensim acidus:salsus:viscosus:ferus : stringens: Atq huiusmodi nomina in libro de pulsibus scri/ pta posteritati reliquit:que auditores nihilo doctio res reddere possunt:eo quod doctrina queq ppria

Nomia

desyderat nomina. Si enim de saporibus:aut omni no de proprijs lingue sensilibus disseramus:dice/ mus vtiq austerum:⁊ acerbum:⁊ stringentē:⁊ mor/ dacem:⁊ salsum:⁊ dulcem:⁊ amarum. Si vero de ta/ ctilibus:humidum corpus:⁊ aridum:⁊ calidum:et frigidum:⁊ asperum:⁊ leue:⁊ molle:⁊ durum:⁊ acu/ tum:⁊ obtusum. Haud secus de visilibus quoq:ru brum: flauū:nigrū:album:fuscum:aut aliud quid/ piam huiusmodi. Quod si appellationes ipsorū per mutaueris:quid dicas auditorū itelliget nemo:velu ti de astringente:aut austero dolore.quippe fieri nō potest:vt quid sit dulcis dolor:intelligatur. Nam do lor semp molestare laborantē solet.atqui dulcia que que iucūda sunt. Igitur quā verissimū est. Archige/ nē circa medice artis opa fuisse studiosum:quo pa/ cto tn̄ in huiusmodi nomina inciderit:quu3 sepenu/ mero inuestigauerim:inuenire non potui. Videam⁹ ergo quid manifeste ex ipsis colligere possimus:velu ti paulo ante de stupēti labore iam fecisse videmur. Nam iustum est vt obscura nomina in dubio dereli cta:inutilia reputent̄:perinde ac si nūq scripta fuis/ sent. Que vero clara sunt:indicēt̄ nō ratione dūta/ xat.sed multo etiā precedēte experimēto:quāquā hu iusmodi indiciū pdifficile est:nā plerumq alijs nos credere oportet:qui suos affectus ob animi lango/ rem:neq consequi plane:neq si consequantur : eos enarrare possunt:aut quia oratione quid patiantur declarare omnino nequeunt(quippe nō exiguas ea res vires desyderat)aut quia affectus ipse ineffabi/ lis est.

Ineffa/bile.

Ergo relinquitur:qd̄ nemo singulorū dolorū species cōscribere pōt:nisi ipsemet passus fuerit:sit/ q medicus:qui interpretādi alijs facultatē habeat ⁊ qui prudenter:⁊ sine mollicie:cōprehendere possit suos affectus:du3 laborat. Atqui nemo inuentus est qui per totum etatis sue decursum:omnes affectus sustinuerit:etiam si perquam morbosus fuerit. Pro/ inde non possum non mirari:quū eorum proprieta/ tes ab Archigene scriptas lego:ita scilicet ipso nar/ rante:tanq omnes passus fuisset:quamq nō admo/ dum morbosus erat Archigenes. Si em̄ vnā aliquā partem:⁊ infirmam:⁊ morbidam habuit:nō protin⁹ omnibus laborauit.veluti nec reliquorū mortalium vllus. Neq em̄ inuenire est hominē eundē:qui simul ⁊ caput habeat infirmū:⁊ thoracē:⁊ pulmonē:⁊ he/ par:⁊ lienē:⁊ ventriculū:⁊ intestinum ieiunum:⁊ co/ lum:⁊ vesicam:atq ex reliquis partibus singulas. Videtur itaq quod Archigenes proprijs quibus/ dam consilijs:⁊ quidem dialecticis potius:quā affe ctuum ipsorum experientia fulcitus:pro virib⁹:do/ lorum species explicare voluerit.

¶ Quod ea que ab Archigene dicta sunt:aliqua ve/ re ⁊ absolute ⁊ clare:alia omnino obscure imperfecte indistincte ⁊ falso dicta sunt. Cap.ij.

VErum vt studiosi maiori a nobis copia do tati recedāt:proposita eius oratione:vt ve/ ra quidem atq aperta dūtaxat eligant:ip/ sisq credant:eos qui in arte exercitant̄ mo neo ⁊ hortor.que vero ab ijs abhorrere videbuntur ea preterite opu3. ¶ Igitur Archigenes quū repreben disset Asclepiadē dicentē in articulari morbo neruū affectū:dolore haudquaq cruciari:qd̄ nihil omnino sentiret:carnem autem:quamq non afficitur:dolere tamen:vtpote a parte vicina compressa3. Postea ad verbū ita scribit. Porro vasa vehemēter cōpressa:ca/

Archi/genes.

pitis dolores sine inflãmatiõe obortas arcent veluti
Barbaricũ vinculum.
probibita in ipsa incursione id qđ barbaricum vin-
culũ tum maxime perficere põt. Spbacelodes vero
Spbacelodes bemicranie.
bemictanias dissectio eorum sed maxime arterie cir
cũscribit. Hec eñ si sup̲auerit pulsatoriũ turgidũq;
dolorẽ inducit ac rotunda euadit horrorem plane
excitans quẽadmodũ vene quedã veluti indurãtur
Nerui vero intorti distendunt̃ ac indurantur. atq;
hi torpentes inferũt dolores dura distẽtione cruciã
tes ⁊ ꝓfundos ⁊ infixos ⁊ angustie plenos et mini
me fusos. ¶ Mẽbrane in latum discurrentes ⁊ ine-
quales dolores excitant atq; crebro ita laborant vt
bemodie (id est dentiũ stupori) simile quidpiam ha
beant trãsmissionis videlicet asperitatẽ. Ita sup̲fi-
cies quoq; ⁊ mẽbrane in media carne cõtẽte que di
laniantes quoq; dolores inferũt. ¶ Dolores vero a
mẽbranis ossa circũdantibus dependẽtes p̲inde af
fligere cõperiunt̃: ac si in ossibus ipsis consisterent.
¶ A venis graues ⁊ descẽdẽtes ⁊ equaliter infixi do
lores suscitant̃. ¶ A carne aũt ⁊ fusi ⁊ laxiores: qua
propter nõ adeo extendi vident̃ sed arbitrant̃ labo
rans sensuz asperis quibusdã rebꝰ ipleri. ¶ Muscu
li qđ ad dolores ꝑtinet ex carne neruo atq; arteria
quoq; mixta idiomata referũt stringẽtes (vt ita di
xeris) ⁊ cũ capaci latitudine intẽti ⁊ torpide salien-
tes. Ex reliq̃s vero vlcerosus quidẽ polor et in vlce
ribus leuiter acutus: ⁊ maxime dulcis ⁊ q̃ prurigi-
nẽ inducere põt ad sup̲ficiẽ ꝑtinere vr̃. ¶ Pũctoriꝰ
aũt ꝓfundas ꝑtes infestat cũ sinus accesserit. ¶ Sti
mulãs aũt partum eorũ q̃ in loco sunt aliq̃d affectũ
esse declarat ꝑtim cõtra vtpote q̃ haud quaq̃ ꝓfun
das ꝑtes occupat. ¶ Lacerãs aũt est q̃ in fik̃ibꝰ cõsi
stit. ¶ Hic est p̃mus Archigenis sermo ex libro p̃mo
de locis affectis quo docere conat̃ quomodo ex do-
lorum differentijs partes affecte possint inueniri.
¶ Igitur rursus ab initio ip̃m] examinemus. Num
Spbacelos.
incassum dixerit spbacelodes, bemicranias vasoruz
dissectio intercipit. Sed quos dolores nomiet spba
celodes inuentu difficile est. nõ eñ inter oẽs conue-
nit quid hec vox spbacelos significet. Sunt eñ qui
dicunt ipsam vebementẽ dolorẽ declarare. Alij tan-
tum inflãmationis excessum: vt partẽ ad corruptio
nis periculũ inducat que dispositio a nõnullis can
Cangrena.
grena appellatur. Alij partis affecteꝰ corruptionem
ipsam spbacelon dici volunt. Alij cõuulsionẽ. Non-
nulli non iam factã cõuulsionẽ sed que per inflãma
tionis magnitudinẽ expectatur. Alij etiã nõ simpli-
citer cõuulsionẽ sed eã que neruosorum corporũ in-
flãmationi sup̲uenit. Alij simpliciter fortẽ tentionẽ
alij putredinẽ. Ergo vocabulũ spbacelodes in iam
ꝓposita. Archigenis orõne scriptũ ad tantã p̲uenit
obscuritatẽ vt nihil p̲ ip̃m] explicari posse videatur
ipso nusquã in alij s libris medicorũ nominũ enar-
rationẽ cõscribẽte. ¶ Per pbũ aũt circũscribit fortas
Circunscribere.
se intelliget quispiã ab eo veluti celeriter ⁊ ex toto sa
nari: ac subijciamꝰ vt ita dicatur. Nã quid facere po
terit is qui intelligẽre cupit ea que ne is quidez qui
scripsit intelligi voluit. ¶ Deinde pulsatorium ⁊ tur
gidũ dolorẽ arterias inferre dicit cum ipsi videlicet
per spbacelodes bemicranias primogenia affectio
Dolor pulsatiuus.
ne laborãt. In primis itaq; qualis sit pulsatoriꝰ do
lor enarrare tentemus quãuis ante nostrã enarra-
tionem omnibus medicis notus sit. siquidem ingẽ-
tium inflãmationum accidẽs ipsum esse perhibent.

Turgidus autẽ dolor est: qui a parte primario affe
Dolor turgidꝰ.
cta: veluti a radice incipiẽs: celeriter in partes adia-
centes transfertur: id vero nõ solũ in bemicrania: vt
Archigeni placuit: sed i cephalea quoq; vocata: eue
nire solet. Et eñ in hac nõnũq̃ arterie primario affe
cte hmõi (vt inq̃t Archigenes) dolore vexantur. Ita
vt fateantur nõnulli: vasorũ ipsoꝝ se dolorẽ sentire:
quod interpretari tentans: arteriã subhorrentẽ: fieri
rotundã dixit. Igitur inquirẽdũ est: vtrũ veluti per
Spbacelodes bemicranias: arterias affici dicit itel-
ligẽdũ sit ab eo: simili quoq; modo affici venas: vtpo
te per hũc solũ morbũ: veluti varices obtortas: an cõ
mune sit accidens venarũ: vel quomodolibet affecta
rũ: vel dũtaxat inflãmatarũ. Ex eo eñ ꝙ sermoni de
venis: iũgit sermonẽ de arterijs: par est: vt ꝯijciamꝰ
de eodẽ affectu ipsuz fuisse loquutũ. Ex eo autez qđ
subide in vniuersuz de neruis: atq; de alijs huiusmo
di partibꝰ scribit: nõ adaptans vni morbo sermon ẽ
eadem ratione putandum est: itidem de venis quoq;
fuisse dictuz. Itaq; in hac ambiguitate satius fuerit
vt existemus in eo sermone quẽ de bemicrania ꝯscri
p̲sit: simul cũ arterijs: ipsum venarũ quoq; mẽtionẽ
fecisse: atq; reliquorũ instrumentorũ sine vllo distin
cto affectu: neq; in neruis: neq; in ijs partibꝰ: que il-
los deinceps cõsequunt̃: in quibus dixit venas gra
ues: ac detrahentes: atq; equaliter informatos dolo
res inferre. Verũ hec nõnihil ambiguitatis cõtinẽt.
¶ Quod vero deinceps sequitur vbi dicit nerui vero
distendũtur: ⁊ manifeste cõtorti indurantur: recedit
eñ ab bemicranica dispositione: definiẽs id in vni-
uersuz ad neruos quomodolibet affectos pertinere:
quod plane falsum est. Neq; eñ quilibet neruorum
affectꝰ: ipsoꝝ essentiã indurat: atq; intorquet. Sunt
eñ nõnulli: per quos laxiores euadũt nerui: quẽad-
modũ p̲ alios quosdã aridiores. Qui etiã sepenume
ro vbi nullã sensu p̲ceptibilẽ habent differẽtiam: ita
vt exquisite sani videãtur: nihilominus neq; sensum
neq; motuz: prestent subiectis corporibus. Itaq; in
solis fortasse inflãmatiõibꝰ: aut inflãmatorijs mor-
bis: aut preter naturã tumoribꝰ: dixit neruos ⁊ idu
rari: ⁊ intorqueri. At ne in ijs q̃dez manifeste app̲et
neruos intẽdi. Nam ⁊ laborãtibꝰ ipsis: ⁊ nobis aspi
cientibus: intenti nerui apparẽt. quapropter nisi cu
rentur: ⁊ cõuulsiones ⁊ distẽtiones ad ipsos sequun
tur. Atq; oĩm que in tumorẽ attollũtur: cõmune ac-
cidens esse videt̃ vt intendant̃. Nã ⁊ arterias: ⁊ ve-
nas: vbi per summa mẽbra: orta inflãmatiõe: panꝰ
Panus
exurgit: intẽdi videmus. Plerũq; etiã totũ vas inten
tum videtur: ac rubere magis: et calere: atq; maiori
dolore (si tangat̃) affectũ. Itaq; ꝯstat totũ inflãmari
incipiẽdo ab ea parte que primario affecta est: vsq;
Inflammatiõis accĩntia
ad alas: ⁊ inguina. Proinde recte dixerunt oẽs fere
medici: inflãmatis partibus: accidit vt rubescãt: ten
dantur: renitant̃: intumescant: ⁊ doleant. Neq; (vt di
ximꝰ) nõ oĩbus: sed his dũtaxat accidit pulsus: que
arterias habẽt notatu dignas: ⁊ partẽ sensu p̃ditã:
aut vbi ad notabilẽ magnitudinẽ inflãmatio attolli
tur: tũc eñ pulsatoriũ dolorẽ sentiũt laborãtes: vel
nullo exĩte sensibili vase in affecto corp̲e. Sed inter-
rogabis me fortasse: que sint singulorũ instrumento-
rũ ꝓpria accidẽtia? Id vero iã antea neq; semel dũ-
taxat explicatũ est: quod videlicet ꝓprie actiõis no
xa: qualicũq; sit specie: cuiuslibet partis ꝓpriũ ẽ ac-
cidẽs. Neq; eñ aliud eis necessario accidẽs: neq; ẽt

noxarum

noxarū differētie existūt. Nā dfie quidē variantur: pro affectus: tum specie: tum magnitudine. Accidē-tis vero ad viciatā actionem pertinentis: siue gen⁹: siue species aut vtrūq; nominare volueris semp per manet. Ceterū satius fuisset Archigenem q̄ oia via ꝛ ratione se explicaturū ꝓfessus erat abūdanti⁹ hec persequi: sed alia quoq; permulta negligēter admo dū tractauit: quorū nō pauca in plurib⁹ alijs libꝫ cōscripsim⁹: quēadmodū ꝛ posthac deinceps dicen-tur: sed breuiori quidē cōpendio ea que exacte alibi fuerūt exarata. Logiori vero disputatione hic tracta būtur ea que alibi breuiori stillo ꝑcurrim⁹. ¶ Nunc vero reliquas dolorū differētias: quarū in ꝑscripto sermone Archigenes mētionē fecit ꝑsequamur. Qd̄ em̄ peccauerit dicens stupidos dolores neruis eue nire: qd̄q; stupor nō vni⁹ cuiuspiā partis sit affect⁹: sed cause poti⁹: ac dispōnis rōnē habeat: iam antea dictū est. Quod vero dolores dure distendentes in ipsis fieri dicit recte dictū est: quāquā melius erat si simpliciter dixisset non addendo dure. Nā neruorū dolores vtrinq; vehemēter distendere possunt: quia ad vtraq; extrema tendūtur: tū id a quo incipiūt tū illud in quod finiūtur. Nō secus q̄ chorde in citha-ra: que sepenumero vbi nimis intenduntur disrūpi so lent. Quapropter cithariste: quū istrumēta sua post vsum reponere voluerint chordas relaxāt. Nā pla-ne constat eas a contrarijs: tū causis: tū dispositiōi bus intendi: siue humidus fuerit ambiens aer vt ri-gare ipsas ꝛ implere possit: siue vehementer aridus. Ab vtraq; em̄ ambientis aeris temperatura ad vlti mā tensionē perueniūt. Proinde recte dixit Hipp. neruoꝝ ꝯuulsiōes ꝛ a plenitudine ꝛ ab inanitione euenire: vtpote per quas nerui immodice.f.tēdunt. ¶ Sꝫ quod profundos dixit esse dolores. id ab acci-dentibus que plurimis ex neruis eueniūt sumptum est. Etēi quū vene quidem semp priores in suꝑficie sint: deinde post eas arterie quib⁹ postea nerui sub-dūtur: idcirco laborātes tēsionē in imo sentiūt: quan q̄ multe tendines: que ob id quod neruosa sunt cor-pora a nonnullis plane nerui nominantur nō profun dos sed in superficie dolores habent: si quādo ipsas quoq; sic intendi contigerit: vt sunt ille que digitos extendūt: sunt aūt ꝛ que ipsas incuruant: in superfi cie quidē sed nō similiter vt extendētes. ¶ Porro Ar chigenes neruorū dolores infixos esse dicte: quū hu iusmodi dolores spēs: vt antea dixim⁹ ad colon ma gis pertineat. Atq; accidit etiā auri cū quadā pulsa tione: atq; dentibus molaribus: quietiā oculis: sꝫ i-fixus dolor neruis minime euenire potest: etei q̄plu rimū vtroq; extenduntur: ꝛ ad supernas ꝛ inferiores animātis partes. ¶ Qd̄ vero deinceps ab Archige-ne dictū est neruos angustie plenos habere dolores inepte quidē dictū est. Nam nihil amplius declarat q̄ quū dicit ꝛ minime fusos: re vera enim minime fu sos idē est: quod in latitudine porrectos dolores ner ui nō habēt sed magis circūscriptos: vtpote ꝑuenīē te ipsoꝝ tensione: ꝛ ad supnas ꝛ ad inferiores par-tes: magis vero sursum vsq; ad caput. Ac tū primū ipsos vniuersi corporis: ꝛ cōuulsiones ꝛ distētiones comitantur: nulla nerui tentione huiusmodi accidētiū aliqd̄ inducere potēte: antea quā caput ipsum attin gat. ¶ Post hec consequenter scripsit Archigenes de mēbranis: quod in latitudinē perueniant ipsis do-lores quū afficiuntur: qd̄ quidē verū esse fatemur. Qd̄

Neruorū distē tio.

Hipp.

Dolor ꝓfūd⁹.

Dolor infixus

Dolor āgustie plenus.

vero aliquid hemodie (idest dētiū stupori) simile ha beant falsum est. Neq; etiam in totū verū est: quod membranarum dolores sint inequales: siquidem cō trarium magis veritati cōsonat: quippe ex propria ratione videntur equales inducere dolores: eo q̄ vni uersum ipsarū corpus equale est. Nā q̄ ob commu-nicationem cum vicinis inequalitatem quandā af-fert id interdum per accidens euenire solet. Quū ei ad affectam ipsarum partem circuniacentes ꝛ ducū tur ꝛ tenduntur dissimilem fieri dolorem necesse est: vbi enim intenta particula magis sensifica est ibi do lore vehementiore cruciantur. Ubi vero sensum ha-bet hebetiorem ibi minus dolent. Atq; ex eo quoq; quod vel attingunt: vel non attingūt id quod in par ticulam ipsam tendit: non ab re dolorum differētia deprehenditur. Atq; hac ratione nonnulli pleuretico rum iugulum dolent: porrecta in hunc locum mem-brana costas succingente. Aliquando tamen non ad iuguluꝫ: sed ad precordia dolor transit: ꝑcepto ipsi⁹ sensu in septo transuerso: vtpote quod necessario mo uetur quum pleuretici respirant: idq; omnib⁹ tho-racis partibus magis. Quum enim veluti radix do loris in costa consistit: tum laborantes musculis qui illic sunt respirare pigritant: quare tū soli septo trāf uersa natura respirationis officiū ꝯmittit: quemad modum in bene valentibus qui libera vtuntur respi-ratione contingere solet. Igitur quum in partibus que costis sunt inferiores oritur inflammatio: septū transuersum intentum magis dolet: quū vero in par tibus supernis: tum iugulum potius dolor infestat. Nam septum transuersum quia mouetur: iugulum autem quia durum est: cause rationē obtinet. ¶ Ubi vero ingens in epate oritur inflammatio: aut vbi ipsum induratum est: dolor qui tum iugulum in de-xtra parte infestat: concaue vene magis q̄ membra-narum tentionem sequitur. Quum autem dixit: hoc modo sepenumero superficiem quoq; separatim do lere: plane declarat id esse quum membrane affectuꝫ quempiam habent. Unde Archigenes dixit ipsas do lores habere hemodie non dissimiles. Quia enim si mul cum hemodie proprietate: stuporis etiam sen-sus percipitur vt ab eadē causa vtroq; affectu depē dente. Membrana autem que in superficie cuti sub strata est sepenumero stupēti dolore afficitur: vtpote que ab externis causis: ꝛ quidem frigidis: celerius noxam subit. Idcirco deceptus Archigenes disposi tionis communitate: ceteras membranas hemodie simile quidpiam habere dixit: ac sepenumero super-ficiem quoq;: non secundum affecte particule essen-tiam facto dolore: sed ob membranarum ipsarum essentiā que exanguis est ꝛ frigida: quapropter fa-cile a frigidis affectibus infestantur. Quia vero affe ctum ipsum huiusmodi dolores comitantur: idcirco sepenumero dixit fieri huiusmodi dolores: nō veluti per affecte particule essentiam: sic enim inseparabi-les essent: sed per accidens superuenientes. Substra ta igitur cuti membrana: que cum ipā simul excoria tur dolores facit tensiuos ꝛ torpidos: mēbrane vero que in media sunt carne: veluti dispersos dolores ex citant: sunt enim plurime ꝛ inequabiliter insite: atq; eam circundantes. Quūq; aliquando e diuerso con tra naturam tendi carnem cōtigerit: huiusmodi do lores euenire necesse est. Sane a multis exercitationi bus: aut tensiui aut vlcerosi ꝑueniūt dolores: qui

Pleuretici.

hepatꝭ iflāma-tio.

totos musculos occupare consueuerunt:inter quoꝝ partes:carnes quoqꝫ numerantur. Verū de huiusmodi doloribus:satis in salubribus preceptis iam dictū est. ¶ Sed qḋ mēbranarū que ossibus adiacēt dolores profundi sunt(idest in intimo corpore sensum excitantes) ⁊ ossiū ipsorū veluti dolentiū inducūt imaginem haudquaꝗ̄ mirandū est. Nam ij a ꝗ̄ plurimis ostocopi(idest ossiū labores) nominantur ⁊ magna ex parte ab exercitationibꝰ euenire solent: ꝗ̄uis interdū vel a frigore vel plenitudine fieri possint. ¶ Insuper venas dixit graues ⁊ detrahentes:⁊ equabiliter irruētes iferre dolores. Verū ab initio vbi hemicranie mentionē fecit:venas veluti varices incuruari ait. Ergo in hoc solo fortasse accipere opꝫ ipsum hoc dicere. At qui scire licet propriuꝫ arterie ve neqꝫ dolorē extensi ꝑꝫ longitudinē corporis:veluti chorde cuiusdā spēm referre:nulla vtiqꝫ grauitate simul apparente. Equabiliter aūt irruere venarū dolores admodū obscurū est:quippe irruere ad nihil qḋ ipsis accidere solet referri potest. ¶ Deīde de carnibꝰ dicit:qḋ ⁊ fusos ⁊ laxiores inducit dolores

Dolor laxus.

Atq̄ i totū nullꝰ dolor laxꝰ est:nisi eos fortasse q̄ minus intendunꝰ laxiores vocitet:qm̄ ⁊ vasorū ⁊ mēbranarū dolores magis intendi videanꝰ. Id em̄ cōfitetur:eos non adeo extentos conspici:ob hoc ꝙ carnee musculorū partes breuibꝰ lineamentis continētur. Sed id qḋ deinceps scribit videri tactum:veluti asperitatibus quibusdā plenū:an proprie ad dolores q̄ in carnibꝰ cōsistūt pertineat inquirendū est. Nā qḋ interdū aliq̄d hmōi per ipsarū dolores eueniat:a veritate haudquaꝗ̄ abhorret. At q: nō semper euenit:ad factā in ipis dispositionē:idqꝫ magna ex parte vnicā quandā non ad ipsarū essentiā: ꝓprie referendū esse videtur. Neqꝫ simpliciter intelligendū est eā dispositionē esse affectū inflāmatoriū : sed qui cū humore fit exasperare suapte nā potente. ¶ Porro deinceps de musculis scribens Archigenes:eos ex carne neruisqꝫ mixta idiomata referre dicit: vt pote peculiari ipsoꝝ essentia ex his consistente. Addit vero arterias:qm̄ in ipsis inueniuntur. Atq̄ hoc pacto:venas quoqꝫ dicere ꝺbuit atqꝫ mēbranas. ¶ Vocabulū aūt astringentes:patrio sermone de his dicitur:qui quanꝗ̄ pleni sunt:a bono tn̄ habitu nō aberrant:atqꝫ idcirco de iunioribꝰ dūtaxat dici cōsueuit de senibꝰ vero minime:qḋ non possit ipsorū corpus boni habitus plenitudinem suscipere. Igitur Archigenes ad aliquā rem que non ita facile possit inueniri vocabulū hoc referre videtur:maxime quia confundere ⁊ corrumpere solet patriorum nominum significata. Quod si astringentes de ijs dici intellexeris partibus que a plenitudine intenduntur.nō ꝓprie ad musculos.sed communiter ad omnia repleta corpora pertinebit. ¶ Quum vero eos capaci cuꝫ spacio extendi dixit: puto ipsum hanc a neruorum plenitudine voluisse seiungere. ¶ Torpide autem pulsare haudquaquam fuisse recte dictum: iam antea declaratum est. ¶ Reliquorum vero dolorum vlcerosus inquit leuiter acutus est. Est autem hec quoqꝫ oratio obscura : neqꝫ per se quicquam docere potest: haud aliter ꝗ̄ cetere ipsius obscure orationes:quas ne enarrare quidem possibile est:nisi quis rem ipsam per se intelligens: eam orationi adaptare conetur. Quum itaqꝫ sciueris:tum medicos : tum exercitationis principes eos dolores vocare vlcerosos:per quos inter mouendum vel tangendum in laborante parte sensus excitatur:qualis in vlceratis partibus percipi solet:facile intelliges per dolorem leuiter acutum huiusmodi quampiā speciem significari:qualis ab acute acus punctura fieri consueuit. Ergo constat ipsum neqꝫ continuū esse : neqꝫ equaliter per oēs partes porrectū. Hūc itaqꝫ dulciorem esse dicit quū dicere deberet imbecilliorem : aut obtusiorem:aut non vehementem:aut minꝰ molestū: aut id genꝰ aliud quidpiā. Nihil em̄ quod molestū est proprie dulcius appellari potest. ¶ Id autē qḋ dicit:⁊ pruriginē inducere potest:inarticulate dictū est:quippe haud obscura est inter pruriginis sensuꝫ ⁊ vlcerosam dispositionē differentia. Verū quia crebro pruriginosa dispositio vlcerosam antecedit:atqꝫ soluta quiescēteqꝫ vlcerosa:in pruriginosam transmuatio fieri solet:inde est qḋ de ipsis confuse indefiniteqꝫ Archigenes scripsit:quēadmodū neqꝫ causas harū dispositionū exacte tractauit. Veꝝ nos eas in libris salubriū preceptorū perfecte exarauimꝰ. Igitur vlcerosus dolor nō solū ad cutē:sed ad imas quoqꝫ partes vt ossa extendiꝰ. Pruriginosus autē reuera ad solā superficiē pertinet:nō tamē primario:pro ratione ipsius propria:sed per accidens. Ipsa enim omnes pelli subiacētes partes sc̄issitudine superat Horū ergo doloruꝫ vterqꝫ proprie dispositionis est accidens:fiunt autē ob acres quosdā humores atqꝫ tantum ipsi quantū dispositiones ipse inter sese differunt. Sed vt dixi satis de ipsis in libro salubrium

prurigo

preceptorū definitum est. ¶ Fodicꝰ vero(inq̇t)dolor in profundo est:sed nō recte:nā ad membranas:non ad imas partes proprie pertinet. ¶ Infixus aūt (vt inquit)quum sinus accesserit. Hic sermo nō omnino absurdus esse videtur. Quippe sinus concauitas q̄dam est:quū partiū antea coniunctarū altera distat ab altera. Quum itaqꝫ fluxione impletur: ita vt adiacentes partes distendanꝰ:tū tensiuum dolorē sentiunt laborantes:non quidē longo spatio porrectū: sed proprijs limitibus circūscriptū. At excreto quomodolibet e sinu humore protinꝰ dolor conquiescit. nisi ambiētia sinū corpora adeo distendantur: vt inflāmatoria dispōne torqueanꝰ. Hec sunt que ꝓprie ad sinus pertinēt. Qḋ vero ab Archigene dictum est aliud ab his est.verū q̇d intellexerit:quū ipm scribere haud facile inueniri potest. ¶ At qḋ deinceps scriptū est:non minorē habet dubitationē. Nam stimulans(inquit)dolor non in imo subsistit. Hic eniꝫ sermo cum eo quem in initio premisit:pugnare videtur quo in hunc modum scripsit. Stimulans autem partim eorum que in loco sunt: quidpiam affectum esse declarat:partim contra. Id em̄ fieri potest: ⁊ in parte ossibus maxime vicina:⁊ in cute:atqꝫ omnino in medio:huiusmodi dolore facto ab humore mordaci:sensibiliū partiū aliquam erodente. ¶ Deinde quod in fine eiusdem orationis sic scriptum est. Lacerans autem est:qui in finibus consistit:si lacerans quidem idem significat : quod diuellens : falsus est sermo. Nā illi qui in sinu est:id minime contingere solet. Qḋ si non hoc:sed aliud quidpiā dicere voluerit:quomodo id poterit inueniri? Atqꝫ huiuscemodi sunt que in prescripto sermone Archigenes posteris memorie prodidit. ¶ Igitur transeamꝰ ad aliuꝫ qui ⁊ ipse ex dolorum differentia affectas partes cognoscere docet. Est ipsius series huiusmodi. ¶ De

Fodicꝰ dolor.
Infixꝰ dolor.
Sinus.

Adstringens.

Torpide pulsare.

Vlcerosus dolor.

Stimulans dolor.

lacerās dolor.

Archigenes.

Holcimos. patis vero dolor:holcimos(id est tractorius)⁊ in he
rens:⁊ torpidus est:atq; atrocius molestãs. ¶ Sple-
nis autem acutus non est:sed ⁊ grauitatem simul:⁊
extensionẽ habet.atq; similis videtur ei:qui ad elisio
nem quidẽ:atq; expressionem:sed extrinsecus incum
Auster⁹ dolor. bentem:renititur. ¶ Renes ⁊ austeros dolores in-
ducunt: ⁊ cum permanente astrictione pungentes.
Stringens dolor. ¶ Vesica vehementer stringentibus vtitur dolori-
bus atq; tensionibus punctorijs. ¶ Vterus autem a
cutis turgidis:distendentibus:torminatim inciden
Vteri dolores. tib⁹. quippe qui huiusmodi mixtione: dolere natus
est:quãobrem idiomatis quoq; ambiguitatem indu
cit. ¶ In hoc sermone:iterum Archigenes protinus
ab initio:hepatis dolorem holcimon(id est tractori-
Holcimos. um) esse dicit. Verum hoc vocabulum holcimos:
apud grecos in vsu non est.proinde quid significet
haud facile inuenire est. Nam vocabulorum signifi-
cationes:ex longo vsu deprehenduntur. Atqui vi-
deo eos: qui illo vtuntur:viscidum per ipsum velle
significare:quale viscum esse videtur: vt cuius vna
parte tracta: potest per ipsam reliqua illi continua
simul attrahi. Sic pasta quoq; ex frumento: holci-
ma dicitur:maxime si accuratissime subacta fuerit.
sed ex ordeis:aut milio pasta:holcima non dicetur.
Atqui sub hac significatione:hepatis dolor haud-
quaquam holcimos euadet:proinde aliam significa-
tionem querere oportet. Itaq; vnus ex his qui Archi
genis sectam reliquis preponere conantur: holcimõ
hepatis dolorem dici asserit:quum hepar:vel indu-
ratum:vel inflammatum: detrahere iugulum vide-
tur. Alius quum diuturno morbo laborat. Alius
quum mediocri dolore afficitur: Sunt qui tardum
ipsum significare velint:vtpote qui acuto aduersetur
Alij vrgentẽ. Alij vehementẽ. Ergo nulla inuenitur
requies:quũ modo acutũ:modo eius cõtrariũ vt tar
dum:holcimon dici autumãt. Nõnulli eũ dolorẽ hol
cimon vocãt:qui grauitatis speciẽ refer. Nam graui
dolorẽ vocari ex cõsuetudine dicũt:tractũ qui a gra-
uitate fit. Multa insuꝑ alia varie explicãt:ad mirãdi
illi quidẽ enarratores:sed que intelligãtur a nemine.
Cõstat igitur hoc vocabulũ holcimos:quod in ꝓpo
site orationis initio inuenit̃:nihil nos posse docere.
Dolor inherens. ¶ At vero deinceps cõsyderemus: quid vtiq; sit do-
lor inherẽs. Nã hunc quoq; hepatis propriũ esse di
xit. Mihi quidẽ facile persuasum est:turgido dolori
inherentẽ per cõtrarietatẽ opponi:ipsum dicere vo-
Hepatis dolor. luisse. Quid enĩ aliud cõijcere q̃s posset? Etenĩ hepa
tis dolor: si quispiã alius:vicina corpora ad cõsensũ
inducit. Nam ⁊ ad iugulũ vsq; porrigitur:⁊ spiran
di difficultatẽ creberrime affert: atq; interdũ tussim
quoq;:ac dysenteriam:neq; raro nothas costas infe-
stat. Igitur quonã pacto vere dicetur eodẽ i loco per
manere. At fortasse sati⁹ fuerit putare:quod inherẽ-
tem dolorẽ dixerit:veluti infixũ. Atqui hepatis do-
lor:vt nuper ostendimus:haudquaq̃ huiusmodi est
Torpidus dolor. ¶ Similiter antea iam declaratũ est:ne torpidũ qui
dem dolorem particule cuiusquã propriũ esse. Nam
ad dispositionem potius referendus est:hic tamẽ nõ
in iecinore:sed in neruosis potius corporib⁹ inueni
Dolor atrox. tur. ¶ Porro atrociter molestans: cum torpido pu-
gnat:vtpote qui violentus est: atq; continus. Sed
nec huiusmodi quidem hepatis dolor est:sed potius
Dolor grauis. grauis. At ne grauis quidem:exacte proprius hepa
ti est:sed splemi quoq;:ac renib⁹ inflãmatis cõmunis

Equidem nõ satis mirari possum:quo pacto Archi-
genes ad lienem duntaxat:hanc doloris speciẽ refer
re tentauerit. Nam vel Hippocratem audire debuit
Hippocrates. dicentem. Et in renem dolor grauis. Verũ hoc pecca
tũ exiguũ forte censebitur. At longe maximum est il-
lud quod cõmittere solet:nomina scribẽs ceteris sen-
sibus peculiaria:quemadmodũ nũc de renibus qui
dem:austeros scribit dolores:de vesica vero astringẽ
tes. Hec enim saporum sunt nomina: per lingue in-
Sapor auster⁹. strumentum:atq; per sensum gustificũ. Igitur quam
rem declarẽt:generatim quidẽ discernuntur per hoc
Sapor astrĩgẽs vocabulũ stringens:sed magis particulatim per au
Austerũ sterum:⁊ acerbũ. quippe ambo astringunt: sed ma-
Acerbũ. gis acerbum:qualis est omphacia vocata galla. Por
ro austera sunt multa:vt mali punici genera atq; cot
tonea mala:ac reliqua perplura mensis apta. Sane
acerba:haudquaq̃ sunt iucunda:nõ solũ ea q̃ medi
camentorũ speciem referũt:veluti hypocystis: ⁊ ba-
laustium:⁊ galla ⁊ rhus sed etiam illa que quũ sint
huiusmodi:recipiuntur tamen i cibos. Quapropter
non excogitari quidem potest:quid vel austerum:vel
acerbum dolorẽ dicere voluerit Archigenes: nõ ma-
gis q̃ aut ceruleũ:aut rubrum:aut fuscũ:aut aliũ ali
quem a coloribus nominatum. ¶ Nunc autem quid
dixerit doctor quidam ex Archigenis familia tẽpus
est consyderare. Nam dolorũ proprietates Archige-
nem arrogantia motum interpretari voluisse censet.
at q̃a reuera ineffabiles sunt:eũ in huiusmodi nomi
na absurda incidisse nõ intelligens vnamquãq; qua
litatum:siue gustabilẽ:siue tangibilem: effari posse.
Vbi vero multe qualitates circa vnam essentiam ap
parent:ibi ⁊ proprietatem fieri contingit:idq; maxi-
me in gustu videre est:si aliquando ⁊ amaritudinem
⁊ dulcorem ⁊ austeritatem ⁊ acrimoniã: in vna essen
tia apparere contigerit. Sic enim in gustu proprie
tas quedam oritur:ineffabilis illa quidẽ:si vnico no
mine ipsam explicare tentaueris:sed que dici tamen
potest si ꝑ singulas qualitates discurras: eo addito
q̃ ⁊ magis ⁊ minus declarare: haudquaquã possibi
le est. Ita ⁊ herbas vniuersas ⁊ reliquã quoq; mate
riam:enarrauerunt medicorum non pauci:singulas
qualitates:que enunciatis rebus insunt:explicantes.
Archigenes. Ergo Archigenes:si vniuersam essentie proprietatẽ:
vnico nomine comprehendere voluerit:indoctus oĩ-
no iudicãdus fuisset:id quod de Archigene nequa-
quã sentiendũ est. Si autẽ simplices qualitates ipseq̃
dem ineffabiles nõ sunt:earũ vero quantitas: exacta
quidẽ mẽsura ineffabilis est: quãq̃ sub latitudine q̃
dam explicari potest. Igitur longiore sermone vti nõ
oportet quum species ipsa plane sermonem declaret
illa videlicet species qua vti debet is:qui quãlibet re
rum sensibiliũ interpretari aggreditur. quippe omni
um tangibilium qualitatem:propria habem⁹ noĩa
haud secus q̃ gustabilium:visibiliũ ⁊ audibilium.
Atq; omnibus ijs patrio more vti debemus:⁊ neq;
stringentem:neq; austerum nominare dolorẽ: vtpo-
te que saporũ proprie appellatiões sunt. Plurimi eñ
medici Archigene antiquiores:quum dolorum diffe
rentias conscriberent:haudquaq̃ ausi sunt a consue
tudine in nominum vsu recedere que ⁊ ab ipsis la-
borantibus audire licet:q̃ perinde se dolere interdũ
aiunt quasi acu pũgantur:ac rursus perinde ac si te
rebro perforentur. Quinetiã videri sibi aiunt cõtun
di sese:⁊ diuelli:⁊ tendi ⁊ retrahi ⁊ detrahi: et gra-

nitatis cuiusdam sensum percipere: qua interdum
subiecte partes suspendi videntur: interdū vero cir/
cundantibus incumbere. Igitur vt huiusmodi no=
mina omnia facile intelligunt̃ ita astringētes ⁊ acer
bi ⁊ austeri dolores: intelligi haudquaq̃ possunt: ac
preterea ab vsu omnino aberrāt. Hec intelligere de
buit Archigenes quum docere nos vellet: quomodo
loci affecti possint cognosci. Nam omnis qui de do/
loribus habet̃ sermo: vanus nugarūq; plenus esse
censetur: nisi ex his que laborantes ipsi dicunt: eos
cognouerimus. Ergo si ab ipsis quomodo dolēt: di/
scere oportet: nūquam vero dicant acerbū aut auste
rum aut atrocem aut bolcimon dolorem: rursus
inutilis erit hmōi doctrina. Preterea huius sermo/
nis locus ille quo dicunt Archigenem interpretari
velle dolorum proprietates ad doctrinam: tum im/
possibilis: tū inutilis esse plane videtur. Primū eniz
non omnis ipsorum proprietas enunciari potest: qḋ
licet fieri posset: impossibile tamē omnino esset: vt ad
doctrinam quippiam conferret: vtpote quam ij dū/
taxat q̄ sensibiliter ipsam percipiūt noscere possunt
q̄ppe q̄ nobis non affectis incognita est nisi fortasse
Archigenes omnes sui corporis partes habuerit af
fectas: qḋ licet concesserim⁹ fieri tamen non potest:
vt credam⁹ vnū hominem omnes singularū partiū
affect⁹ fuisse expertū: subijciatur tamē (si volueris)
hoc quoq; q̄p̄ impossibile est. Nam vteri saltem affe
ctus nunq̄ scilicet percepit Archigenes: nihilomin⁹
ipsorū proprietates conscripsit: que a solis mulieri/
bus expertis dinoscunt̃. Itaq; admiratione (ita dij
me ament) sepenumero mihi induxit: ex qua tandez
ratiocinatione: tam absurdam hanc doctrinam col/
legerit. Quam ⁊ si veram contendis: nihil tamen ex
ea vtilitatis prouenire fateri cogeris: nullo infirmo
suos affect⁹ per Archigenica nomina interpretan/
te. Nam quod nonnulli laborantiuz fastidire stoma
chum aiunt: id nobis eo q̄ aliquando ita fuim⁹ affe
cti plane notum est: sicut etiam mestitia torqueri: q̄p
pe quosdam sic fuisse affectos satis constat. An vero
austero dolore ab Archigene dicto quispiam fuerit
affectus: intelligi non potest: vtpote nemine sciente:
cuinam rei nomen hoc adaptauerit. Nam puncto/
rium ⁊ distendētē: atq; eos qui conformiter nominā/
tur: atq; hijs multo magis vehementem ⁊ fortem et
violentum: ⁊ continuum: ⁊ intermittentem nemo est
qui non nouerit: vtpote qui per nomina a consuetu
dine non abhorrentia enarrantur: ⁊ quos quotidie
euenire videmus. At austerum ⁊ astringentem ⁊ atro
cem ⁊ bolcimon vt nemo profert ita si quis fortasse
proferat nemo intelliget. ¶ Ceterum oportet ⁊ affe/
ctum esse communem: ⁊ appellationem ipsum decla
rantem: ab auditorum consuetudine non aberrare
veluti quum stomachum stringi dicimus: id quod
nemo non dicere solet: quippe tali sepenumero sensu
afficimur: qualem extrinsecus onus aliquod incum

Oris ventriculi.

bens inducere potest: idq; in nonnullis oris ventri
culi dispositionibus: quod per abusionem non solū

Stomachus.

populares: sed medici quoq; stomachon appellant.

Hepatis obstructio.

¶ Quinetiam inter vehementer respirandum: nonnū
q̄ grauitatem in dextra precordiorum parte senti/
mus: id si citra febrim eueniat: aut obstructione aut

Scirr⁹ hepatis.

dura dispositione hepar laborare coniJciendum est
Veluti si inflammatione infestat̃ febrim comitari
necesse est. ¶ Itaq; oīa hmōi ⁊ dici possunt: ⁊ ma/
nifesta sunt omnibus medicis Archigene priorib⁹:
atq; sine absurdis illis nominib⁹ doceri possunt. Ar
chigenis vero doctrina hoc habet exacte proprium:
vt non nouarum rerū: sed nominum rem nullam de/
clarantium: inuētioni studeat. Nam librum de pulsi
bus huiusmodi nominibus impleuit: q̄uis ille: vt in
commētarijs de pulsibus ostendimus: haud quaq̄
abrogatis indigeat nominibus.

¶ De via ⁊ ratiōe qua simul ⁊ sedes affecta: ⁊ ipsius
dispositio possit cognosci. Cap. iij.

Quidem voluissem Archigenem tantoruz
medicorum successorem addere aliquid:
quo clarior euasisset doctrina: non demere
tātum: vt ne nos quidem qui in arctis ope
ribus iam senuim⁹: dicta ipsius intelligere nequea/
mus. Igitur quod ab illo omissum est: id perficere
aggrediamur. Docebimus enim imprimis viam et
rationem vniuersalem: cuius adminiculo ⁊ ipse affe
ctos locos inuenire: ⁊ ceteris viam ostendere possis.
¶ Igitur vt in priore libro dictum iam est: via ⁊ ra/
tio huiusmodi est. In primis querere oportet singu/
lorum locorum propria signa: vt quomodocūq; affi
ciantur: aut per singulos affectus alterentur: inueni
re possis. Deinde vtrum singulorum affectuum pro/
pria sint signa: an circa quālibet partem varientur.
Itaq; oportet ⁊ loci ⁊ affectus non immemores dein
ceps signa perstringere. ¶ Veluti si ita acciderit: vt

Peripneumonie note.

pulmo inflāmatione laboret: tanta induceretur spi/
randi difficultas: tantaq; angustia vt suffocari labo
rantes videantur: atq; ob id exurgere conentur: quē
affectum orthopnoeam nominant. Quinetiam cali/

Orthopnea.

dam sentiunt respirationem: idq; maxime si erysipe/
latis particeps fuerit inflāmatio: quocirca vbi plu/
rimū efflant iuuari videntur: ac multum aerem frigi
dum attrahere cōcupiscunt: atq; inter tussiendū spu
tum expuūt: idq; modo hoc: modo illo colore infectū
vt interdū rubrum: interdum flauum: aut rufum: ac
spumosum quoq; ⁊ nigrū ⁊ liuidū appareat. Insup
grauitatis cuiusdā thoraci incūbētis sensuz: sepenu
mero percipiunt: ac dolorē ex imo ad ipsum perue/
nire: ⁊ ad pectus ⁊ ad spinā. Preterea acuta est ipsis
febris. Pulsuz vero habent: qualem in libro de pulsi
bus diximus. ¶ Sic vbi mēbrana costas succingēs

Lateralis morbi note.

inflāmata est: acuta febris infestat: accedēte pulsus
ea quā in cōmētarijs de pulsib⁹ dixim⁹ ꝓprietate.
est autem dolor pūctorius: spiritus difficulter trahi
tur: ac magna ex parte sputū colore infectū apparet
haud secus q̄ in peripneumonia. Igitur vtrosq; af/
fectus spirādi difficultas necessario comitatur: eo q̄
affecta particula spiritus sit instrumētum. oritur au
tem febris: ⁊ propter affectum ipsum: ⁊ propter po/
situm. Nam ⁊ pulmo ⁊ succingēs costas membrana:
prope cor cōstituunt̃. Inflāmatio vero calidus affe/
ctus est: sic etiā tussis ipsis vt spiritalibus cōuenit.

Sputi qualitas.

Sed q̄ aliq̄d expuit̃: id ab effectu ipō ꝓcedit. Quip
pe iā ostēdimus oēm inflāmatione: ex affluente fieri
sanguine: quapropter si biliosus fuerit sanguis fla/
uum aut pallidum erit sputum. Si pituitosus ⁊ spu
mans ⁊ candidū. Si melāchòlicus: aut nigrum: aut
liuidum. Si nihil horum sanguinez infecerit rubrū.
Quinetiā in laterali morbo sepenūero magis bilio/
suz in peripneumonia vero mag' pituitosuz seq̄ ꝯsue

Aspera arteria.

uit. Sz de hoc satis iā declaratū est. Qḋ aūt īflāmata
rū ꝑtiū excremēta ꝑ asperā arteriā referunt̃: eius rei

causa:tū ad positū:tum ad formationem referenda
est: quippe que per solam hanc viam effluere pos/
sunt. At vero ventricul⁹ duos habet meatus: vnum
per quē natātes in ipso humores euomunt:alterū
per quē humores ad inferiora delabuntur. Uerum
id qd̄ in eo vitiosum inuenitur: supernatat magis:
ac vomitione reijci consueuit. Reliqua per intestina
deijciunt. Ueluti renū vesiceq́ excrementa: meiēdo
excernuntur. Cerebri vero redundantia: per nares

Affectorū locorū gñales note

precipue:nō nūq̄ vero per palatū ⁊ aures vacuant.
¶ Igitur sedes affecte dinoscunt:⁊ ab accidentibus
⁊ ab actione lesa ⁊ excrementorum qualitate:⁊ a tu/
moribus preter naturā:⁊ doloribus: ⁊ a coloris vi/
cio quod sequitur:vel in vniuerso corpore:vel ī vna
quapiā parte vel duabus:idq́ maxime in oculis:et
lingua:quibus addere potes:si vis eā quoq́ affectio
nē:que proprie per consensum afficere dicit: veluti

Exercitatio circa signa

in priori libro iā dixim⁹. ¶ At nūc tp̄s esse videtur:
vt amicos:quorū petitioni obtēperās: hos cōmēta/
rios scribere aggressus sum:ad exercitationē indu/
dā:fit aūt exercitatio oīs:quū particularia sub ean/
dē viā ⁊ rōnē ducunt. Hmōi aūt doctrine specie: vt
persepe ostendimus nō aliud inuenit vtili⁹: quip/
pe vie ⁊ rationes:vbi sole sine multifaria secundum
ipsas exercitatione cognoscuntur: haudquaq̄ pn̄t
perfectos efficere discipulos. Ergo quū iā antea viā
⁊ rationē dixerimus:ad exercitatiōis modū acceda

Actio lesa.

mus. Imprimis quidē intueri op3: nū actio aliqua
sit lesa:quippe cū ipsa propriū actionis instrumētū
affici necesse est:deinde vbi actionem lesam esse per
spexeris ad modū lesionis accedendo: considera ad
quam affectionem proprie pertineat. Postea affectā
particulam nota:num tumore quopiam:aut dolore
infestetur:⁊ quidē accurate cuiuslibet horum speciē
inuestigando:sic enim non solum tumorum:verum/
etiam dolorū quoq́ varios modos addisces. Aspice
subinde affecte partis excrementa: per quem meatū
vacuent:ac vide nū aliquid essentie ab affecta parte
secernat. Postremo vtrū oīno incocta sint ipsi⁹ excre
menta an mediocriter cocta. Ac deinde quid ad vni
uersi corporis:⁊ quid ad quarūdam partium frui/
tionē ipsa conferat:quarū he quidē per suas actio

morb⁹ lateralis

nes:alie vero per colorem ⁊ figuram ipsa fruuntur.
Esto enim vt quispiam inter respirandum in notha
rū costarum loco doleat:non protin⁹ hunc esse pleu
riticū suspicari debes:sed in primis quidē:an tussiē
do aliquid expuat intueri:id eñi si colloratū vt dictū
est videris:tū ipsum pleuriticū esse dices. Qd̄ si tus
siēdo nihil oīno expuat fieri potest: vt nihilominus
pleuritic⁹ sit ille quidē:sed inflāmationē habeat: ⁊ ī
coctā ⁊ solidam:adeo vt nihil ab ea foras eijci possit

Hepatis īflāmatio.

Ac fieri quoq́ potest:vt ob hepatis inflammationē:
dolor in iā dicta sede excitetur:intentis videlicet iter
nis vinculis:quibus nonnullorum iecur costis alli
gatur:atq́ sic dolor succingentē costas mēbranam
perueniat. Uerū nequaq̄ similis est pulsus:in hepa
tis:⁊ mēbrane costas succingentis inflāmatione: ac
ne alui quidē sedimēta silia sunt:q̄q̄ nō in qualibet
iecinoris inflāmatione eadē sunt:sed ī his affectib⁹
qui proprie iecorarij nominantur. Igitur vbi nihil
excernitur a quo indiciū aliqd̄ sumi possit: sati⁹ fue
rit precordiorū dextram partem tangere:qd̄ si null⁹
apparet tumor:ne sic q̄dē desistere oportet: quippe
fieri pōt:vt in sola sima hepatis parte sit inflamma

tio:similiter etiā in gibbis partibus:vbi nō oēs: sed
he dūtaxat intumescūt:q̄ a nothis costis contegunt
Itaq́ laborātē vt vehemēter respiret monere opor/
tet:deide iterrogare:nū grauitatē sentiat:aut suspē/
sam a suprorib⁹ aut icūbētē vicinis. Accidit aūt ali

Inflammatio pītū cōtinētium hepar.

quādo:vt in his haud sec⁹ q̄ in epate oriat tumor
preter nām:cui⁹ occasione septū transuersum opp̄s
sum respirationē efficit difficiliorem:atq́ q̄ ita labo
rāt ab exigua tussi irritant. Ergo ī hmōi dispōnib⁹
solidū firmūq́ discernēdi indiciū per oē tp̄s morbi:
a pulsu sumēdū est:deinde tractu tēporis:reliqua q̄
accidentia consideranda sunt. Nam ⁊ lingue ⁊ vni/
uersi corporis color alteratur vbi hepar viciatū est.
Sicut rursus thorace affecto tussis increscit: atq́ eo
tēpore oīno apparent ea q̄ tussiendo expuuntur. Igi
tur quēadmodū fieri non potest vt illesis spirādi: tū
partibus tum instrumētis:difficilis fiat respiratio:
accidit autē interdū nullo existente in ipsis proprio
morbo sed transuerso septo:aut detracto:aut oppres
so vt homo difficulter spiret. Ita etiā vsu venire solet

pīceps aīe facultas.

in ea sede q̄ principē in se aīe facultatē ꝯtinet. Nā
cū ⁊ scia:⁊ opinio:atq́ cogitatio oīs in ipsa consi/
stat:si harū aliqua ledi videatur:protin⁹ ipsam quo
q́ affectu quopiā laborare arbitramur. Ubi neq́ in
pleuritide: neq́ peripneumonia si delirauerit q̄sq̄
vel a costa:vel a pulmone accñs hoc ꝓuenire dice/
ret. Quippe vniuersi eā partē in qua pīceps aīe vis
residet ꝯsentire putāt:ac nitit q̄sq́ vt modū ꝯsensus
secte sue conformē ōndat. Uerū in alijs affectib⁹ nō
cōsentire:s3 primogenio ipsa3 affectu laborare aiūt
veluti in lethargo ⁊ phrenitide. At vero vndiq́ affi/
ci vbi propriarū ipsius actionū aliqua leditur. Pro

actio ꝓpria

prias actiones dico:q̄ a nulla alia parte vt instrumē
to fiūt. Nā reuera ⁊ videre illā:⁊ audire haudquaq̄
negandū est:sed videre oculis ⁊ audire auribus. At
qui vt cogitet ⁊ reminiscatur:⁊ existimet ⁊ eligat: ne
q́ oculis:neq́ lingua:neq́ alia quapiā parte vtitur
Qd̄ si hec aīe pars ita esset in continente ipsam cor/
pore:vt nos in domo aliqua imprimis fortasse:nul/
lam/ei noxam afferri putaremus a loco:quoniā vero
ipsam ledi videmus quomodo ledatur esset inuesti/
gandū. Si vero veluti forma quedā corporis est: ab
ipso inseparabilis eam ledi non inficiabimur ob su
scipientis ipsam corporis alterationē. At q2 de hac
re inter philosophos ingens pugna est:alijs eā velu
ti in domicilio cōtineri dicētib⁹:alijs vero ipsa3 cor
poris formā esse putantib⁹:idcirco quomodo leda/
tur inuentu perdifficile est. Qd̄ vero ledatur ab expe

Caluarie fractura.

rientia discere licet. Etenim vbi fracto capitis ossi:
terebra adacta est:si quis vehementius cōprimat:ꝓ
tinus sensum omnem amittit laborans. Quinetia3
si inflāmatio quedā oriatur:nā ⁊ hāc interdū eueni

Capitis vstio

re videm⁹:mentē itaq́ ledi minime negandum est.
Preterea nōnulli per vehemētē capitis vstionē deli
rauerūt:atq́ per fortes ictus capiti adactos:sepenu
mero stupidū soporē seq̄ videre est: multi quoq́ affe
ctus in capite consistētes mētē haud obscure viciāt:
adeo vt etiam populares quū aut delirare aliquem
aut mentem quomodolibet affici conspiciunt:capiti
remedia adhibenda esse censent. Uerum enimuero
qd̄ principium sensus ⁊ motionis ab impetu ꝓdeū
tis sedem in cerebro habeat:⁊ qd̄ hoc a membranis
(Greci meninges vocāt) contegatur:in in alijs com
mētarijs:quā verissimū esse declaratū est. Nūc vero

Affect⁹ primitiuus.
Affect⁹ ꝑ cōsensum

quō distinguant affect⁹ primitiui ab his q̄ per ꝯsensum eueniūt cōsiderādū est. Nā hmōi speculatio ꝓprie ad hoc nostrū institutū pertinere videt: ⁊ q̇dez nō sine manifesta vtilitate: q̇ppe qđ ad curādi rōnez pertinet primū oīm scire opꝫ: cuinam parti remedia sint adaptāda. Nā ꝑ solū cōsensum leso cerebro si ea pars, q̄ primitiuo affectu laborat fuerit curata: pri⁹ ꝙ cerebro ꝓpria aliqua eueniat dispō: nullū in ipo relinquit accn̄s. Qđ si ex cōsensu ꝑmanens aliqua fiat in ipso dispō: tū nō solū parti q primitiuo affectu laborat: sꝫ capiti ꝙ remedia adhibere opꝫ. Quapropter exacte definire vtrū cerebrū an membrane ipsi⁹ primitiue afficiant: haud magnā vtilitatē afferre pōt. In vtraqꝫ em̄ dispōne capiti succurit. Igitur huic rei nō ita vehemēs studiū adhibere: sꝫ morbi poti⁹ essentiā qualis sit inuenire: q̇ppe humidum exiccare: aridū humectare: frigidū calfacere: calidūz refrigerare opꝫ. Ac si copulat⁹ fuerit affect⁹: ꝑ cōtrariā copulā ipsum curare: vt calidū ⁊ siccū: hūectare ⁊ refrigerare: humidum frigidūqꝫ exiccare ⁊ calfacere: atqꝫ in reliquis duabus copulis: ac in ceteris morbis oībus: eadē rōne silr facere cōuenit. At vniuscuiusqꝫ speciē in libro de morboꝝ differentijs persecuti sumus. Quū itaqꝫ ⁊ cerebri ⁊ mēbranarū ei⁹: ijdē morbi silr curatiōe, indigeāt logica magis ꝙ ad curationē vtilis esse videt questio: in vtrolibet illoꝝ cōtineatur princeps aīe facultas. Verū an in corde sit ea facultas lōge diuersa: atqꝫ oīno differēs est q̄stio. Esto em̄ vt a flaua bile in corde ⁊ accumulata: ⁊ putredine affecta phrenitis sit excitata: nonne delirare videbit is q̄ caput oxyrhodino (.i. oleo rosaceo cum aceto) ꝑfundere iusserit? Nā si hoc presidio phrenitidis cā sanari possit: nō capiti sed thoraci ipm adhibere poterat. Neqꝫ tn̄ vniuerso thoraci: sed illi dūtaxat parti in qua cor ꝯtinet. Hacten⁹ hec explicasse sufficiat: hoc addito ꝙ nō affectū locū: verū etiam cām ipsam noxā inferētē cōsiderare opꝫ: vt exempli gratia: deliriū est accidēs ei⁹ actionis q̄ a loco mētis cōpote prodit: silr sopor stupid⁹: sed a cōtrarijs oriūtur. Quippe ⁊ vigiliā ⁊ deliriū cā potestate calida efficit. At quotquot somnolēti ⁊ soporosi sunt affect⁹: oēs a frigida causa proueniūt. Id qđ primū ex medicamētorū nā plane discere lꝫ. Quippe frigida stuporē soporēqꝫ: calida vero vigilias ⁊ varias motiones inducit. Sed q̇d op⁹ est fortia medicamēta enumerare: cū quotidie videamus ⁊ lactucas ⁊ potabiliū calidarū qꝫ aquarū balneas: ⁊ vinū modice dilutū somnū inducere? reliquorū medicamētorū exemplo: q̄ ⁊ humectare ⁊ refrigerare possunt. Que vo ijs cōtraria sunt vigilias excitant. Itaqꝫ tenuis rō vict⁹ ⁊ vinū meraci⁹ vigilias inducunt: idqꝫ multomagis cū vinū meracū: aut suapte nā fuerit calidū: aut valde antiquū: veluti apud nostrates Pergami olim accidisse memorie proditū est. Neqꝫ absurda videt historie ipsi⁹ narratio. Grāmatic⁹ q̇dā singulis dieb⁹ balneū petēs: vnū ex pueris secū ducebat: altero domi relicto q̄ rē familiarē seruaret: atqꝫ ea q̄ ad victū essent necessaria prepararet. Puer itaqꝫ domū custodiēs quū vehemēti siti cruciaret: nec esset ei aque copia: vinū ātiquū liberaliter potauit: atqꝫ ex reliquo tpe vigil oīno ꝑmāsit. Postea corrept⁹ febre vna cū vigilijs oborto delirio perijt. ¶ Ceterū aīantia q̄ frigidiori sunt nā: ꝑ hyemē ob frigoris vim: ꝑinde ac si mortua essent latitare solēt. Atqꝫ tū viperas ꝙ videres si manib⁹ tractent deferāturqꝫ haudquaquā mordere. Nā per estatē: tū hoc aīal: tū serpētes reliqui oēs: maxime sub canicule feruore: quū vehementer estuāt furorē pre se ferre videntur: adeo vt ne exiguo quidē momēto quiescere possint. Qđ intelligēs Nicander: sic de Cenchride cecinit.

delirium.
Paraphrosine.
Sopor stupid⁹
historia de vino.
Aīalia latētia
Vipere.

Nō temere offendas calcādo Cēchridis artus.
Dum rabiosa furit.

Cēchris
Nicander.

Verum de ijs alibi pleniorem inuenies ⁊ enarrationē ⁊ demonstrationē. Siquidem calida causa motū excitat: atqꝫ idcirco vigilias affert: frigus autem otiosum ⁊ ad motiones pigrū reddit animal: ob idqꝫ sōnū soporēqꝫ inducit. Igit qui hec intelligit: quum ꝑ ardentiū febriū vigorem: hominem viderit: ⁊ vigilare: ⁊ delirare: deinde inclinante iam febre ⁊ dormire: ⁊ recte sapere: in capite nullam propriam esse dispositionem: sed a febris abundanti calore delirium fieri existimabit. Sic etiā in peripneumonia: ⁊ laterali morbo quū ad vigorem febris peruenerit deliriū sequi solet: nullo existente in capite proprio affectu. Quippe tum affectus proprius esse putandus est: cū permanere in parte quapiā cōspicitur. Unde si ī laterali morbo: permanens eueniat delirium: caput proprium habere morbum perpendi ita vt quāuis lateris morbus quiescat: possit tamē capitis morb⁹ permanere. Sepenumero enim vidimus ꝑanum ob vlcus aliquod abortum vlcere curato: deinde diuti⁹ infestare. Ergo quum pars aliqua simul cum alia sic afficitur: vt irritata quidē vna: altera vehemēti⁹ molestetur: remissa vero irritatione quiescat: eam ꝑ consensum affici putandum est. Hec enim vna coniectura communis est. Sed de cerebro vt dictū est proprium sumitur inditium: si nō assidue deliriū ꝑmaneat: sed auctam febrim sequatur. Atqꝫ eadē ratiōe fieri solet: vt quum febrium accessiones irruere incipiunt sopore laborantes grauentur: quod hoc tēpore cerebrum vehemēter fit refrigeratū: quippe quod alioqui paratissimū est: vt noxaꝫ huiusmodi subeat: quū intemperaturam habeat frigidā: non vero tantam: vt hec sola predictorum accidentium possit esse causa: sed quum accessio ab initio processerit frigus adeo increscit: vt soporē queat inducere. Id vero vt dixi fieri consueuit: vel ab intēperatura frigida: vel a pituita in cerebro exuperante.

Vigilie delirium.
propri⁹ affectus
Panus
Affect⁹ ꝑ ꝯsēsū
Sopor i febriū accessionibus.

¶ Galeni de affectorū locorū dinotione Liber terti⁹.

¶ Qđ actionū noxe ipsarū actionū instrā affecta eē declarāt: aut primitiue aut per accidens. Capitu. j.

DE affectis locis:

sic enim vocāt corporis partes: pauci admodum medici scribere aggressi sunt: ac multo plura ꝙ attigerint omiserunt. ¶ Itaqꝫ ceteris silentio ꝑteritis vnius Archigenis haud indigni q̄ oībus preferret meminim⁹: dixim⁹ em̄ eū sermonē quo asserit actiōes quasdā ledi: illesa ea corporis particula: q̄ ipsis deputata est discussiōe egere. Quanqꝫ defendi pōt: si vꝫ pars per alteri⁹ ꝯsensum lesa: nondum insistentem habeat dispositionē: sed veluti vmbra quedam: vt ipse dicebat: insit hec ei affectio. Nā si ad ignē quis propi⁹ accesserit: vt fere con-

Archigenes.

huri videatur: citra tamen vstionem: dolebit quidem vehementer: sed calefacta parte nihil adhuc patiente. Sic etiam vbi ambiens aer vehementer frigidus: aut aqua frigida aut nix infestat: grauis admodũ dolor excitatur. Atqui ablata re que nocuit: protinus conquiescit affectio. Quãobrem sati⁹ fuerit: vt dicamus nomine id ipsum indicante: affici quodammodo eã partem que alteri consentit. Neq3 enim pars que nihil patitur: sed ea que cum alia patitur: cõsentientis vocabulo significatur. Itaq3 quum affecto stomacho oculi similibus infestantur casibus: quales in suffusionibus apparere solent: dicendum est illos pati elato ad cerebrum ab humoribus in ventriculo contentis: fumoso quopiam vapore: non tñ adeo afficiunt: vt ablata re q̃ molestiã intulit propria curatione egeant. Verũ huiusmodi disputatio: vt dixi ad dialecticã potius pertinet. Quecunq3 enĩ questiões vsa trãscendunt qualis sit rerum natura secundũ propriã essentiam indagantes: haud dubie logice esse censent. Sic etiã Chrysippus philosophus d̃ animi egritudinibus scripsit vnum quidem de curandi ratione librum quo scilicet maxie ad eaꝝ curationẽ idigem⁹. cui tres alio subiunxit: q̃ logicas continent q̃stiones.

Suffusiones.

Questiones logice.

Chrysippus.

¶ Nõ scire oportet: quomodo lesa actione: distinguãtur partes primogenio affectu laborãtes: ab his q̃ p aliarũ consensũ afficiunt. Cap. ij.

Archigenes.

Initur quot sint lesarum actionum modi: Archigenes parum accurate explicuit quãuis hec questio ⁊ melior: ⁊ huic nostro proposito vtilior fuisset: quod ⁊ primo affecte: siue proprie affecte: siue quomõlibet nominaueris: corporis sedes: ita deprehenduntur: ⁊ curandi quoq3 facultas abunde suppetit. Ego vero in vocalibus instrumẽtis id iaꝫ exposui ac in eo quoq3: qui in manu sensum amisit digitorum ipsis nõ affectis: quippe inuenta in dorsi initio pars que primo afficiebatur: idoneã curationem ostendit.

Vocalia instrumenta.

Digiti affecti.

¶ Nõ partes: quarum actiones: eo q3 alijs consentiunt: leduntur alie quidem in proprio suo corpore habent dispositiones ipsas alie vero priuantur aut materia aut facultate que ipsa tum viribus influere solebat. Cap. iij.

Suffusio.

Ed aliter eueniunt suffusionis accidentia: affecto ventriculo atq3 aliter ei qui ab alto decidit nullo existente in vocalibus instrumẽtis vicio: vox intercepta est. Denique alia consensus specie, laborabat is: cuius digiti sensum amiserant. Siquidem oculi vexabantur q3 ascenderet ad eos aliquid vox autem ⁊ materia eius esset oblesa. Sed digiti idcirco torpebant: q3 sentiendi facultas ad ipsos nõ descẽdebat. Proinde satius fortasse fuerit existimare neq3 vocalia instrumenta neq3 digitos fuisse affectos oculos vero econtrario. Nam his vt fumoso vapore impletis affectus ipse inest. Vocalium vero instrumentorum atq3 digitorum officium leditur: non q3 veniat ad eos quippiam preter naturam sed q3 careant eo quod secundum naturam ad ipsos venire debet. Sane secundum dorsi spinam lesa nerui origine vis sentiendi digitis non influit. Neq3 guttur resolutis intercostalib⁹ musculis efflatum spiritum recipit. Nihilominus recte dixeris: in ipsis hanc esse passionem: quod non perueniant ad ipsas partes ea: que antea quum secundum naturam se haberent: venire solebant. Etenim fontes affici haud absurde putaueris si non perueniat ad ipsos aqua. Sic cerealiũ quoq3 frugum e terra prodeuntium: squalor immodicus passio est ⁊ animalium: cibi potionisq3 penuria. Quoties enĩ alicui deest illud: sine quo secundũ naturã: munere suo fungi non potest ipsum optimo iure affectũ esse putandum est. Sed huiusmodi questiones (vt iam dixi) ad dialecticã potius pertinent. Ceterũ magna medicorum pars negligit eas consyderationes: que vel lesis vel deperditis actionibus necessarie sunt. Quuꝫ enĩ due tres ve fuerit aliquãdo huiusmodi actiones: accidit interdũ: vt vna particula affecta: relique in suis actionibus ei cõsentiant: interdũ ꝟo: vt omnes eodeꝫ modo afficiant. Alique etiam adherentẽ: siue habituatã nõnũq3: vt ita dicã: habent dispositionẽ reliq̃ ꝟo vt quispiã dixerit: detentionẽ de quibus secundo libro de viuorũ dissectione atq3 in eo qui hunc precedit iam diximus: ac nõnihil in sequẽtibus quoq3 dicemus: vt videlicet futurum sermonẽ: qui sine huiusmodi definitionibus explicari nõ potest: perficiam⁹. Sed iam enarrare aggrediamur id: quod admoduꝫ vtile fuerit predixisse: propter eos: qui verbo quideꝫ demõstrare nitũtur: affectorũ locorũ inuestigationeꝫ medicis esse necessariã opere vero illã euertut. Atq3 vnum aliquẽ affectũ pro exemplo sumamus: sitq3 is pleuritis i qua latus esse affectũ: dolor ipe declarat. Sed vtrũ succingulũ vocatũ siue mẽbrana: siue tunica (nihil enĩ refert) inflãmetur in pleuriticis: an alia quedam lateris particula preterea vtrũ pulmo secũdum fibras necessario afficiatur an omnino affectionis sit expers: scire nihil ad rem pertinere autumant ij qui vsum: ⁊ experimenta preferunt. dicunt enim multos se vidisse pleuriticos: tum a pceptoribus: tuꝫ a se curatos: obseruatis ijs pceptis: q̃ ab Hippocrate in libro de ratiõe victus i acutis morbis: pscripta sunt item quid ipsis psit: ⁊ quid noceat noscere: euidentia signa habere quibus discãt cui venam secare oporteat. Insup de fomẽtis cataplasmatis victus ratione: alui ductione nihil sibi ad completã notitiam deesse idq3 ex longa experientia. Sed quid vel Hippocratẽ: vel alium quẽpiam illo priorẽ induxerit vt hec inueniret auxilia: se penitus ignorare: satisipsis esse si iam dictis remedijs cõmode vtantur: id quod alios quoq3 artifices facere videmus. Neq3 ei faber siue lignarius: siue erarius neq3 cerdo quo pacto artes sue fuerint inuente: inquirunt sꝫ a preceptorib⁹ edocti vsu eas probant: ⁊ cõfirmant atq3 sic subinde clarũ nomẽ assequũtur. Equidẽ: vt verũ fatear quũ medicos qui se empiricos ab experientia nominant talia pferẽtes audio: inducor certe vt pbabiles putẽ eoꝝ rationes videanturq3 mihi q̃ rationalẽ medicinam pfitent cõtra illos parũ idonea se responsiõe tueri. Proinde vt per omnẽ etatem: ne proterue q̃cquã affererem: semp me cõtinui: ita apud egros diu: multũq3 debita auxilia inuestigaui: an videlicet logica demõstratione indigerẽ: an sufficerent ea precepta que ab experientia ⁊ pceptoribus atq3 ex meipso didicerã. Igit ea que diutina inquisitione longe optima iudicaui: ita medij ament veritatis amatores docere nõ grauabor. Nihil ei cause est: quãobrem mẽtiar: quod facere solent ij qui vni secte addicti: omnẽ ex ipsa gloriã querũt quippe cõtẽtiose eos defendere oportet: eam sectam verã esse: quã vnicam nouerunt. uam ex nullo alio disciplinarũ genere gloriã sperare

Analogia.

Morb⁹ lateralis

Empiricorũ desensio.

Galeni delibe ratio.

possunt. Ego vero re ipsa: ⁊ publice: ⁊ priuatī apō
cos videlicet qui sectam qualibet a me discere cupie
bant ostendi in omniū sectarum scientia (ne maius
quicquā dixero) me esse posthabendū nemini. Qō si
vni sectarū patrociniū ferre vel breuibus quibusdā
rationibus aggrederer: nemo tam facile me deprebē
deret. Nō eñ vt nōnulli faciūt: ex libris eas didici:
sed prestātissimis in vnaquaq; secta preceptoribus
vsus sum. Itaq; inotui Rome: tū p̄morib⁹ ei⁹ vrbis
ciuib⁹: tū imperatorib⁹ deinceps oīb⁹: ⁊ q̄dē ob ar-
tis opa: nō ob sophisticas rōnes: quāobrē nihil ꝓhi
bet: quo minus de vnaq̄q; secta vere dicā ea q̄ sentio
Igit̄ per artis exercitationē ꝯperi eā inuētionē q̄ ex
vera demōstratione ꝓcedit in his que raro accidūt:
remediorū copia experientiā lōge superare. Equidē
multos morbos curaui: medicamētis ab experiētia
maxime alienis: q̄ quidē in libro de curandi via ⁊ra
tione latius explicata sunt. Nūc vero ea dūtaxat p̄-
stringā: q̄ nostro ꝓposito magis accōmodata videbū
tur. Nā cōperi lesas actiones non solū in similarib⁹
partib⁹ laborantib⁹: verūetiā in alijs quibusdā pti
culis: q̄ licet actionē non habeāt: vsum tamē quēdā
p̄stare videnī. Sic etiā istrumētaliū partiū morbos
actioni nocētes deprehendi. Quib⁹ ꝓcognitis inue-
ni deinceps morbos quosdam continēter plurimos
hoīes infestātes: alios vero raro accidentes. Atq̄ ex
perimēta tm̄ spectātes medici: nō ea q̄ raro: sed que
crebro accidūt memoria ⁊ imitatiōe assequunī. Quo
circa dispōnū raro eueniētiū nō solū curationē verū
etiā p̄uenietes ipsaꝝ notiōes negligūt. Proinde pri
mū inuestigaui quomodo cognoscēde sunt: inueniq;
eaꝝ quasdā euidēti deprehendi posse notitia: nōnul
las vō artificiosa vocata cōiectura: atq; idcirco ipas
magna ex parte rectas. Eiusmodi eñ est artificiose
coniecture vis. Verū ⁊ has ipsas: ⁊ dispositiōes eis
priores: que videlicet euidentem notitiā admittūt:
indigere semper inueni affectarum partiū notione
Itaq; medicinā professus vsq; ad senectutē: nullā in
hodiernū vsq; diē calūniam subij: neq; curādo: neq;
presagiendo: id quod celeberrimis quibusdā medi-
cis interdū accidere memini. Quod si quis gloriam
ab artis operib⁹ non a sophisticis sermonib⁹ asseq̄
voluerit: is citra erūnā facili cōpendio colligere po-
terit ea que per sermonē fere etatē diligenti inquisi-
tione inueni. Idq; sibi ꝑsuasum habeat: hac via ⁊ rō
ne medicamenta me inuenisse. quibus morbos raro
euenientes curarem: quū antea neq; preceptorem vi
dissem hmōi morbos curantē: neq; ipse aliquod ex-
pertū haberē remediū: id qō per deos immortales
affirmare neq̄q̄ timeo. Quippe viciata actione: sem-
per inuestigare studebā: q̄ nā sedes: vel ipsa afficere-
tur: vel alteri consentiret: quūq; eam inuenisse ꝑsua
sum mihi esset: tū dispōnē ipsā querere: atq; ex vtris
q; totius curatiui generis indicationē sumere: simul
remediorū ⁊ quantitatem: ⁊ qualitatē ⁊ idoneā ma-
teriā inuenire. Preterea cum predictis: ⁊ etatem et
naturā laborantis: tū anni tēpus: ⁊ terrā: ⁊ id genus
alia. quorum in Hippocraticorum librorū enarra-
tione memini perpendere operepreciū ducebā. Verū
superiorib⁹ duob⁹ libris huc precedētib⁹: nisi fluxa
admodum fuerit memoria: didicistis affectas sedes
quinq; modis posse deprehendi. Nēpe ab excremen
tis: atq; ijs que affectis partib⁹ adnascunī: itē actio
ne lasa: quib⁹ ꝯnumeranī ⁊ color p̄ter naturam: et
figura. Sed excremēta trifariā diuidūtur: aliquādo
eñ affectarū sediū partes: ipsarū videlicet essentia
vel soluta vel detrita excernuntur: interdū ea que in
ipsis cōtinētur: nōnūq̄ aliquid qō morbosas dispo
sitiones sequitur. idq; vel solas: vel semꝑ: vel magna
ex parte. Cum itaq; in quibusdam affectibus: nulla
alia mihi pateret via: sola actionis lesio: satis cōdu
cebat ad affectarum partium inuentionem.

Gal. iactantia.

Cōclo.

Contra empiricos

Galeni

Affectorū locorū quintuplex dp̄hēsio

Excrementa triplicia.

¶ De memoria perdita: deq; alijs affectib⁹ qui circa
pricipē aīe facultatē euenire possūt. Cap. iiij.

Igitur cū deperditā cuiusdā memoriam
restituere oporteret: essemq; adhuc iuni
or: ac neq; preceptorem vnq̄ vidissem:
qui huiusmodi affectionem curasset: ne
q; ab antiquorum aliquo curationē di
dicissem: apud meipsum inuestigaui.
Primū quidē quenā pars esset affecta: cui topica: id
est localia vocata remedia adhiberē: prius videlicet
vniuersi corporis curatione p̄missa. Id eñ cōe p̄ce-
ptū est: qō in oībus morbis obseruare oportet. Dein
de qua via ⁊ ratione remediorū singula inuenirem.
Ceterū affectā sedē eamipsam existimaui: qua prin
ceps anime vis ꝯtinetur. Medicamēta aūt ea adhi
bēda esse: que dispositioni aduersarēī. Interim ora
tos hr̄e velim oēs: qui in hoꝝ cōmētarioꝝ lectionem
inciderīt: vt pruritū: solicitudinē: vel insaniā: quam
de sectis cōceperūt: deponāt. deinde sic (vt ꝓbos vi-
ros decet) dicendoꝝ seriē cōsyderēt. Equidē quū ea
que iam supra ꝓposui: perpēderē: accepi Archige-
nē librū quēdā: de oblese memorie restauratione edi
disse: quocirca oēs bibliothecas ilico percurri: cōue-
niq; librarios oēs: atq; medicos quoq; quos ⁊ viri
⁊ scriptoꝝ eius studiosos esse sciebam quo ei⁹ libri
copia mihi darēī: sperās ipsum vel ad remediorum
vel ad affecte sedis inuētionē: nōnihil vtilitatꝭ colla
turū: quippe cōijciebā nullā aliā a corde sedem huic
affectioni ipm̄ destinasse: secta ipsius cōstāter defen-
dente principē anime vim in ea parte sedē sibi vēdi
care. Porro intelligere cupiebā qō intemperātie ge-
nus eius affectionis causam esse putaret: neq; enim
dubitabā quin distēperātiā aliquā ꝓ causa afferret.
vtpote qui sectā eius nō ignorarē. Sciens itaq; octo
intēperature genera in qualibet particula posse con
sistere: quatuor simplices ⁊ quatuor compositas no
scere cupiebam: qō distemperātie genus Archigenes
lese actionis causam esse declararet: frigus ne an hu
miditatē spiritus in corde: an compositum ex frigo
re ⁊ humiditate: aut ariditatē cū frigore: putaret hu
iusmodi posse affectionē ꝓducere. Etenī manifestū
erat: cum in hac re nihil tribuisse calori. Sed q̄d de
mum mihi acciderit ijs qui hui⁹ secte insaniā abster
serint: iā narrare aggredior. Sane primos ei⁹ libri
sermones scripsi: vbi videlicet Archigenes delete re
cordatiōis: siue obliuiōis: siue memorie amisse: aut
lese: vel vtcūq; eam quam supra proposui affectionē
nominare volueris: aut si non affectionem: sed mor-
bum: aut accidens: aut infirmitatem appellaueris:
talia enim a sophistis tractantur: que ne minimam
quidem vtilitatem ad curationis rationem afferunt.
Verum quo clariora reddantur ea que posthac dice
mus: hoc p̄dicere necesse erat. Archigenes vndecim
libros epistolarū scripsit: in quorum primo extat ad
Marsum epistola: qua cōsulit: vt p̄ri memoriā resti-
tuere nitatur: atq; ab initio statim post ꝓhemiū vbi

Memoria lesa.

Topica remedia

Archigenes.

Intēperature genera.

Archigenis ep̄le

curationē tractare incipit ita ad verbū fere scriptuz est. Itaq; modici sanguinis iterata detractio incipiente etiam dū malo meo quidē iudicio: nō parū conferre videtur nisi laborātis forte imbecillitas obstiterit. Deinde rursus inquit. Consultū mihi videt̃ vniuerso quidē corpori ⁊ irrigatiões: ⁊ fomēta deraso vero capiti: cucurbitulas: adhibere. His ita lectis (vt verum fatear) fastidio affectus sum. idq; nō ab re quod spe quam de viro conceperā frustratum me viderem. quippe qui millies: in multis cōmentarijs suis: affectorum locorū: atq; dispositionis ipsorum scientiam necessariā ad rectā curationē esse dixisset. Sed quid vtilitatis inde ꝯsequemur: nisi ab ip̄is ad remedioꝝ īuentionē dirigamur? Qua igit̃ o Archigenes ꝓbabili ratione ꝑsuasi caput aggrediemur relicto corde: cuius cognatū quoddā officiū memoria est? Cucurbitula: inq̄s capiti adhibita curādo memoriam restituit: q̄ ratiōe huiusmodi suades remedia? ita nūc q; inter visitandum egros: per cōmunes cōsultationes video medicos inter se interrogātes: qua ratione hoc potius quā illō adhibere suaserit. atq; ij ne minima quidem negligunt: tantum abest: vt tam grandia: qualis est cucurbitula capiti adhibita pretereant. Neq; video: si pectori e regione cordis adhibeatur: quomodo Marsi patrē iuuare possit. Preterea proposita iam verborum series: non explicat: vtrum cōcisa ante scalpello: an integra cute: cucurbitulā aptare voluerit. Si enim forte fortuna: vt nonnunq; euenire solet: frigida aridaq; fuerit dispositio: sanguinis quidem detractio ad extremum ducit periculum solo cucurbitule: nō alio noīe: quā caloris excitādi gratia: vtiles esse censentur. Cucurbitule ei attrahūt ad sese humorē ex imo: id quod aride dispositiōi maxime aduersat̃. Ignota itaq; dispositione: que vel caput vel mēbranas ipsius afficit: haudquaq; tutū fuerit: in exteriores caluarie partes materiā retrahere. Sic em̄ predicere debuerat: si frigida hūidaq; affectio fuerit capite hoc modo disposit⁹: curationis sūmā in calfaciēdo exiccandoq; statuere atq; p̄sidiorū materiā: que huiusmodi habeāt facultatē adhibere oportet. Quū itaq; ex obscura me vertigine recollegissem sequētia etiā legere aggressus sum: iuenire me posse sperans: si nō per ordinē saltē sine ordine: huiusmodi aliquē sermonē qualis is erat: quē nup exēpli causa percurrimus. deꝑhēdi itaq; oīa p̄sidia ꝓ delectū vehemēter calorifica atq; exiccātia: adeo vt totū caput: synapismo ab ipso vocato calfaceret: q̄uis vehementissimū sit medicamentū. Deinde ablato sinapi caput intro cōspergere: mox aqua rigare iubet: quo medicamine nullū in arte medica violēti⁹ inuenies. siquidē natura ei⁹ caustica est: pustulas em̄ vt ignis excitat. Igit̃ Archigenes diuturni⁹ inferēs negotiū inquit. Igit̃ intolerabilē habet dolorem: neq; vlli vel maximorū p̄sidioꝝ cedit hoc medicamentū: quippe ex sinapi: nasturtio: grano gnidio: vua timinia (staphidagriā greci vocāt) apophlegmatismos īstituit: ac sternutamēta mouere: ⁊ potiōes ꝓpinare iubet: vtraq; ex vehementer calidis aridisq; medicamētis cōponēs. Ut facile ꝯstet ip̄m credidisse: ad humiditatē ⁊ frigiditatē: vel cerebri vel mēbranaꝝ hāc dispositionē ꝑtinere. Hmōi enim dispositio: si caluariam tātum affecerit hominez memoria haudquaq; priuabit. Uerū hec obiter propterea dixerim quod exiccantia calorificaq; remedia inducit: quāq; nusq; ab ipso explicatum est: humore frigoreq; obliuionē cōstare. Sed q̄s nō indignabitur: videns caput tantis vexari negotijs: alia videlicet parte affecta? Ceterū id q̄d de cucurbitulis ab initio indeterminate ꝓtulit: postea pergens huiusmodi verboꝝ serie manifestissime declarat. Atq; irritationes (inq̄t) quas sinapi: cucurbituleq; intulerūt: leuare oportet. q̄ppe q̄ interdū mitiores: interdū vehemētiore esse solent. Atq; efficaciores sunt ille que cōcisa prius cute adaptantur. Uerū o clarissime Archigenes: nulla tibi suffragari ratio pōt: quāobrē capiti ista adhibeas: si affectio cōsistat in corde. Neq; ab experimēto: vt interim empiricos alloquamur: talia possunt inueniri. Estuās quispiam sub ardente febri: frigidā aquā per intēperētiā ingessit: ⁊ nōnihil presidij expertus: medicis imitationis viam: nulla interueniēte ratiōe aperuit. Cucurbitula vero: nulla occasione duce: sed sola indicante ratione adhibetur. Neq; enim sua sponte cucurbitula sese adaptare: neq; etiā si hoc detur: per occasionē aliquā capiti adhiberi potest: presertim in ea affectione que raro euenire solet. Interroganti vero mihi nostre tempestatis medicos: precipue senes: ⁊ exercitatos: curassent ne vnq; hmōi affectum? omnes pene responderunt: nunq; id se tētasse vno dūtaxat excepto qui diceret curationem quidē aliquando se aggressum: nihil vero profecisse. Quo pacto igitur eorum que ex occasione dūtaxat apparent: auxilia: vel experimēto: vel imitatione cognoscemus: presertim raro eueniente huiusmodi affectu: neq; sua sponte possit cucurbitula per occasionem capiti adaptari. Frigide enim potio: ceteraq; id gen⁹ remedia: quorū quotidie in multis creberrimū facimus periculū per experimēta inueniri possunt: sed cucurbitule appositio: siue cōcisa prius cute: siue ea integra fiat: experimentis haudquaq; fulciri potest. Quū em̄ reliquarū affectionū sedes: q̄uis nō exacte adinuētionem tamē remediorū: satis sensibus dinoscant̃: in memoria id cōcedit̃ minime. Reliquas voco affectiones: vt lateralē morbū peripneumoniā: nephritidē: dispositionē colicā: hepaticā: splenicā: aut vsice: aut vteri affect⁹: atq; id genus ceterarū partiū. In quib⁹ oībus ⁊ dolores ⁊ ea que per meat⁹ excernunt̃: ⁊ si nō exactissime saltē in latitudine: sedē affectā declarāt. In laterali em̄ morbo facile est vniuerso lateri adhibere quicq̄d voluerit. silr̃ ventri in colica quēadmodū si hepar aut lienis inflāmet̃ p̄cordijs: atq; haud secus in ceteris partib⁹. Deperdita vero memoria: nullū affecti loci signū: neq; tumor preter naturā: neq; dolor aliquis: neq; excretio: neq; aliud quidpiam extat. Quēadmodū neq; in melancholia: phrenitide: mania: morbo comitiali: lethargo: sopore: ⁊ in ea affectiōe quā recētiores medici catochen: id est vigilātē soporē nomināt: atq; catalepsi: id est occupatione ac ne in ijs q̄dē affectib⁹: qui vel toto corpore resident: vt spasmis ⁊ saltibus: vel altera dūtaxat medietate: vt paralysi. nullū em̄ signū ab his tanq; ex radice ꝓdit. quippe neq; tumor p̄ter naturā: neq; dolor neq; color a priori mutatus neq; excrementa. vnde Archigenes potuisset inuenire remedia. siq̄dē nugaces sūt empiricorū occasiões: atq; Archigenis sermo nos ducit ad cor. Uerū si cōcedamus ab experiētia dictarū affectionū auxilia ꝓdijsse: nūquid manifeste deprehēdet̃ falsa illoꝝ arrogātia qui rōnales vocant̃? ac ne simplex quidē illa reprehēsio erit: sed

Cucurbitula. Phlebotomia.

Apophlegmatismus.

Cucurbitula.

Catoche. Catalepsis.

gemina: atq; vtraq; fortis? Si enī vsq; adeo vtile est experimētū: vt nō solū citra ratione iueniat remedia verū etiā coarguat ratione tāq; aperte falsam: tātum abest vt rationalibus medicis vsui sit: vt etiā nocere videat. Sed (vt aiunt) satis reprehēdit id qđ inutile esse ostendit. Quū vero rōnem: noxiam quoq; esse declaratum sit: quod maius argumētū desyderas quo rationis vitium ostēdatur? Igitur super anime principatu: ac simul affectoꝝ locorū vsu: disputādi gratia multis rōnibus que cordi in anime affectionib⁹ adhibenda esse remedia ostendebāt: interrogat⁹ Archigenes: in curandi sciētia exercitatissimus multas rationes que cordi in anime affectionibus adhibere remedia suadebant: ita subinde cōtempsit: vt neglecto pectore: capiti cucurbitulas adaptaret: ipsum q; licet haudquaq; affectū ⁊ incideret ⁊ vreret. Num igitur per Iouem mentitus sum pauloante cum dicerem rationalem viam quod ad remediorū inuētionem pertinet omnino prodi ab his scilicet qui patrie quam secte sue proditionem equiori ferrent animo? quippe proditionem esse arbitrantur: si tūc vera dixerint cum dissonare deberent ab ijs qui eandem sectam defendunt. Igitur vt in presentia turpē contentionem manifeste declarant: sic etiam haud obscure dementiam suam produnt: cum putant omnia sua decreta turbari: si aliqñ: vel in vno reprehēdantur. Placitorū enim alia consequentia quadam sese consequuntur. Alia inter se pugnant: alia neq; consequuntur sese: neq; pugnant: vt in hac ipsa de principali anime potestate questione. siquidē nihil refert siue in corde: siue in capite sedem ei statueris. Sic de nature elementis cuicūq; adheseris opinioni: neq; pugnantia: neq; sese conseqnentia dixeris: haud secus, de generatione quoq; ⁊ corruptione: de anime essentia: de dijs: de prouidentia: de fato: item genitus ne sit mundus: an ingenitus: finitus an infinitus: preterea an plures sint mundi: numeroq; incomprehēsibiles an vnus dūtaxat. quippe nulli iā dictoꝝ placitoꝝ repugnat: neq; ad vllū ipsoꝝ sequitur: ea que de anime vi principali habet opinio: siue in corde siue in cerebro eam cōtineri dixeris. Itaq; produt vniuersam sectaz rōnalē: qui huiusmodi scribunt curationes cū de precipua animi vi: adeo manifeste sint demonstratiōes: vt oībus fere hominib⁹ nota sit pars qua residet: solis medicis sūmisq; philosophis in corde eam collocantibus. Demōstrationes vero ipsas: in cōmētarijs quos de Hippocratis Platonisq; decretis edidi: iam dixi. Porro rationalē anime vim in cerebro virilē vero atq; irascibilē i corde cōcupiscibilē in iecore sitā esse: nemini nō persuasum est. Id quod quotidie dicētes audiēdo discere licet. Quippe fatuū aiūt cerebrū nō habere. Timido ⁊ pusillanimi cor deesse. Tityo vero iecur erosum: nō solum poete: verūetiā pictores sculptoresq; fingunt.

Tityus

Sed tempus est vt ad propositū redeamus. ¶ Sane in cōfesso est oīb⁹ medicis si opa spectes q rōnali potestate affecta laborātes faciūt caput ppriā rationis esse sedem. proinde cōsyderemus oportet: qualis sit in vnaquaq; affectione dispositio: de lesa memoria principiū facientes: tum quia iā de ipsa loqui statuimus: tū etiā q2 cerebro ipsa nobis occurrit: vitiata simul quodāmō rōne. Quēadmodū si ratio ledatur: memoriā quoq; ledi cōtingit: vtriusq; noxa ab eadē dispositione pcedēte: que vbi vehemētius intendit

Memoria lesa.

simul cū memoria: ratio quoq; deperditur. Que affectio stultitia nominatur. Sic in lethargo etiā atq; oībus soporosis affectionibus vtreq; pereunt. Atq; dispositionē ipsam: secūdū primū genus: similē esse necesse est: nempe distemperantiam. Iam enim explicauimus eaz similariū partiū que primo efficit: cōmunem esse dispositionē. Secūdū vero alterum genus: frigida oīno distēperātia est: ipa enī animales actiones torpidas efficit. Id qđ animalia que per frigora latere cogunt: haud obscure declarāt. Id etiā i frigidis venenis videre est: ac frigidis quoq; cibis: siqdē lactuca graues inducit somnos si multā ipsius quātitatē quis ingesserit. Verūetiam capitis grauitates que videlicet sine mordaci infestant dolore: somnum soporēq; afferunt quibus apophlegmatismi magnifice opitulari videntur. Ad hec non mediocri argumento sunt: capitis ⁊ ardor ⁊ refrigeratio. siquidem ardor: vigilias: refrigeratio: soporē iducit. Itē biliosi calidiq; morbi: vigilias: deliria: phrenetides. cōtra: pituitosi frigidiq;: ignauiā: soporēq; efficiūt. Quippe qđ ad vigilias: soporesq; per modos ptinet: calida: frigidaq; distēperātia: primā sibi facultatē vēdicant. altera vero ab hac: ad humiditatē ariditatēq; refertur. Item balnee quoq; eo quod caput madefaciunt: soporifere sunt: haud secus vini moderata potio: omnes cibi humectantes: atq; ex etatibus puericia quidem: ob humorem somnolēta est. Senes vero ob ariditatē: vigilijs vexātur. Igit omnia hec argumento esse possunt ad animi ignauiā inducēdā: humiditatē preter naturā: secūdas partes obtinere: frigiditatē vero priores. Proinde vt humiditas abundans: vel sola: lōgos profundosq; somnos: ita ariditas quoq; sola: vigilias efficit: de qbus dispositionibus ab Hippocrate dictū ē. Sōnus aut vigilia si alterutrū modū excessit mali est. Quod si frig⁹ cū humore vehemēter intēdat: soporē stuporēq; cōstituit sine hoc vero mēorie nocet stultitiāq; inducit. Quuz itaq; nō solū i frigiditate: hūiditateq; verū etiā i ariditate ⁊ calore nō paruū: secunduz magis ⁊ minus: sit discrimē: nichil mirū si multifarie inueniant causē q aīales actiones ledere possint. Ceterū clarioris doctrine gratia rationalis anime actiones: principales irrationalis vero morales vocent: sz has in psentia silentio pterire decreuimus. nondū enī vel cordis vel iecoris affectus tractare pponim⁹. Igit quēadmodū somnus: ⁊ vigilia: si modū excesserint: ille ob hūitatē hec vero temperature fit ariditatem: ita ⁊ in his ipsis: ⁊ magis ⁊ minus: tū i somnis: tū vigilijs sequit maiorē aut minorē: vel humiditatē vel siccitatē. Cūq; bifariā (vt iam declaratū est) fiant huiusce modi distēpature: duplex quoq; erit vtriusq; dispositiōis modus: vnus quidē in humidis: siccisq; humoribus alter vero i corpib⁹ solidis si aliquādo in easdem intēperaturas solide partes atq; molles inciderit. Preterea: qm̄uis iā dicte tēperature sint cōtrarie fit tamē ex ipsis mixtū quoddā tēperamētū: vt i vigilāti sopore quū pituitosus biliosusq; humor abūdauerit Ita in calidi frigidiq; cōtrarietate: eosdē quoq; modos inuenire licet tū simplicib⁹ intēperaturis tū ex ambab⁹ cōpositis. Pituite enī si bilis misceat flauā dico: mixta fit ex calido frigidoq; dispositio. Quod si in solidis corporis partibus mixtā ex cōtrarijs dispositionē fieri fateamur: tres ab ipsa prodibunt in vnaquaq; contrarietate intēperature. Igit huiusce-

Stultitia.
Sopor.
Lethargus.
Aialia latētia.
Capitis grauitas.
Vigilie
Sopor.
Hippocrates.
Actiōes pricipales.
Actiōes morales
vigilijs sopor.

modi affectus omnes: capiti aduenire solent: sed inter se differunt: nō solum mixtionis varietate: aut eo quod magis minusue intendūtur: tum in simplicibꝰ tum mixtis dispositionibus: verū etiam quod ventriculi cerebri: interdū afficiuntur huiusmodi intemperaturis: interdum vniuersa eius vasa: aut humiditas que per corpus cerebri dispersa est. Accedit ad hec quartus quoqꝫ modus: quū videlꝫ ipsūmet corpus cerebri intemperatum redditur.

¶ De stultitia: sopore: lethargo: phrenitide: et mania. Cap. v.

Stultitia.

Quorum itaqꝫ vel memoria: vel intellectus perijt: somnos obseruare oportet (quippe intellectus amissio stultitia est) vtrum vehementer: an modice somnolenti sint: aut omnino non somnolenti: sed quantum ad somnum pertinet: secundum naturam sese habeant. Sic enim vincentem inuenies intemperaturam. Preterea consyderandum est: vtrum excernant quippiam: vel ex naribus: vel ab ore: quod a capite defluat: an aride huiusmodi partes sint: quippe ex ijs dispositionem ipsam: coniectura consequi poterimus. Quemadmodum in destillatione et grauedine vsu venit. siquidem in ijs: et qualitas: et quantitas excrementorum: atqꝫ antecedentium causarum contemplatio: capitis dispositionem declarat: siue calida fuerit: vt in vstione: siue frigida: vt in refrigeratione. Nisi enim omnia hec discrete cognoueris: idoneam dispositioni curationem haudq̄q̄ inuenies.

Destillatio
Grauedo

¶ Cum igitur vel perijt: vel grauitur lesa est memoria: frigida omnino intemperatura est. quocirca calefacere ipsaꝫ oportet: at vero exiccare: aut humectare: non necessarium est: sed si humiditati copuletur: arefacere: si ariditati: madefacere. Ceterum si inter has medium obtinet ipsum conseruare oportet. Equidem noui quendaꝫ: qui ob laborem in studijs: atqꝫ vigilias: memoriam pene amiserat: lesa etiam ratione. Item agricolā: qui ob labores quos vites colēdo subierat ac tenuē victū eodē modo affectus est. atqꝫ ij exiccātibꝰ: calorificisqꝫ ledebātur: madefaciētia vero: que calefaciēdi quoqꝫ vim haberent: haud mediocri ipsis erāt p̄sidio.

Amissa memoria.

Interdū vero: vbi principales actiones lese sunt: febris quoqꝫ accedit: vt in phrenitide: et lethargo. interduꝫ sine febre viciū est: vt in mania: et melācholia: id qđ modo per cōsensum: modo primaria affectione cerebro laborāte accidit. Quū igitur ꝓprijs accidētibꝰ: exacte discernūtur huiusmodi vicia: et ꝑpetua sunt: neqꝫ alijs p̄cedentibus supuenerūt: primogenia affectione: quū vero proprijs accidentibus discerni non possunt: neqꝫ ꝑpetuo ꝑmanent: atqꝫ ad alias affectiones consequūtur: per cōsensum ipa cōstare dicimus.

Lethargus
Phrenitis.
Mania
Melancholia.
Primogenius affectus
Affectꝰ p cōsensum

Neqꝫ latere nos debet: qđ vbi per cōsensuꝫ quis afficit̃: fiatqꝫ adhuc affectio: ꝙ deletis efficiētibus ipsam causis: ipa quoqꝫ simul delet̃. Si v̄o cōsentiētes ꝑtes ꝑmanētē iam habeāt dispositionē: q̄uisqꝫ quiescat causa efficiēs: ipa tamē ꝑmanebit affectio. Igit̃ ꝙ in cerebro cōsistāt oēs p̄cipaliū anime viriū affectꝰ: in cōfesso habēt oēs medici: nisi quis vni fortasse secte addictus: aliter ī aīo sentiat: aliter depromat ex ore. At qualis sit intēperatura: nō sine negocio inuenitur: ea em̄ res laboriosū medicū: qui īquirēdo nō fatiget̃: cōsyderat: nō q̄dē quo pacto veteres rep̄hēdat: qui de p̄cipe aīe vi: et vere et clare scripserūt: adeo vt priuatis quoqꝫ ꝑsuasum sit: ipām in cerebro cōsistere. Sed philosophis fortasse: vtpote ī ocio degētibus: facilꝰ pro hoc errore quis veniā dederit. Medicis vero: q̄ iam in operibus ad senectutem vsqꝫ versati sūt: quū de hac re contendunt: tantū abest vt ignoscamus: vt etiam ignominia dignos esse censeamus. quippe q̄ vigilātibus: delirātibꝰ: phreniticis: lethargicis: caput irrigare consueuerunt. Nā et Archigenes quoqꝫ: vbi viciata memoria medicanda est: aut stultum medicari aggreditur: capiti remedia adhibet. Quis vnquā exercitatus medicus apoplexiam: morbū comitialē: opisthotonon: prosthotonon: neruorum distētionē: aliter curauit? quis deniqꝫ mediaꝫ partē corporis resolutam? Nunquid v̄o vbi nerui cōuulsi rigēt: ōnes medici: vel experimenta etiam professi: summam curationis esse censent: primis vertebris remedia adhibere: queādmodum media quoqꝫ vniuersi corporis parte resoluta. Ceterum caput simul calfaciunt: quēadmodum apopleticos quoqꝫ curare consueuerunt. Sic etiam per morbum comitialē: quum vel a stomacho: vel ab alia quapiā parte affectio procedit: quippe eam partem maxime et imprimis curare precipiunt. Caput v̄o ita preparāt: vt nō ita facile afficiat̃. Hec itaqꝫ potissimum inquirenda sunt: nō principalis anime vis: quā nemo: nisi peruersa fuerit mente: non apertissime cognoscit. Neqꝫ neruorū originē: diuinantium more: a dijs petere: sed ab experto dissectore discere oportet. Sunt enim nōnulli qui sibi iam persuaserunt: neruos a corde oriri: eo ꝙ nequeūt inter copulam: neruūqꝫ discernere: accedente etiam cognomine: quippe copule a multis medicorū colligātes nerui appellātur. Uerum nulla vexabimur nominis inuidia: si modo non copulas ipsas: sed voluntarios (vt ipsi aiunt) neruos intelligant: quos scilꝫ a cerebro initiū accipere dicimus: siquidem ipsi voluulū neruorūue resolutionem: non copulatiuorum: sed voluntariorum neruorum affectionem esse dicunt.

Neruorum origo.
Copula Neruꝰ.

Cōuulso enim vniuerso corpore: omnes quidem autumāt affici talem quampiam partem: que vt in arbore caudex ramorum: sic ipsa sit omnium neruorū cōmunis origo: idqꝫ veluti caudex: non paucorū in vna parte: quemadmodū ramus: vt si vel crus: vel altera manus forte fortuna conuellatur: constat neruorum: qui ad conuulsum membrū perueniūt: originē esse affectā: queādmodum rami cuiuspiā in arbore. Quđ si vniuersum corpus afficiatur: communē originē: oīm infra faciē neruorē: que arboris caudici ꝓportiōe respondet: affectā esse putandum est: sunt vero prime spinalis medulle ꝑtes. Proīde exercitatissimi quiqꝫ medici: huic remedia adaptāt: cordis vero: an originis rationē in hac affectione habeat: nullā oīno mentionē fecerūt. Si v̄o simul cū vniuerso corpore facies quoqꝫ cōuulsa videat̃: nō solū eā partē q̄ ex spina ꝓcedit: verū etiā cerebrū ipsū curamꝰ. etenī labra quoqꝫ sepenumero cōuulsa videmus: itē oculos: frōtis cutē: totā mādibulā: similiter et lingue radicē. At q̄a oēs iam dictas ꝑtes: a musculis ex cerebro neruos suscipiētibꝰ: moueri ex anatomice didicimꝰ cerebrū: ipsis sic laborantibus: credimus esse affectū. vbi vero ipsis illesis: ceteras ꝑtes cōuelli viderimꝰ: spine initiū affectū esse fatemur. Hec igit̃ sūt q̄ p̄rōpte discere: mox ipsorū dispositiōes cōsyderare oportet. Sꝫ sunt nonnulli medici: q̄ dispositiōes ipsas ne aggrediūt̃ q̄dē: sed certāt sup rebus manifeste apparentibus: iacturamqꝫ temporis: quod non proijciēdum erat: nos fa

Cōuulsio

cere cogunt:respondendo ijs qui recta medicorum
decreta euertunt:quum inuenienda potius essent ea:
q̄ illi silētio preterierūt.Et vel haudquaq̄ res ipsas
definierunt:aut eas sine demonstratione:aut sine,ido
nea definitione:aut non satis abunde explicauerūt.
Quemadmodum Hippocrates:vbi neruorū cōuul-
sionem:vel ob plenitudinem:vel vacuitatē fieri dicit.
Etenim verus est sermo eius:q̄bus vero rationibus
fulciatur:vt fides ei adhibenda sit:non popularibꝰ:
sed doctis duntaxat viris:⁊ qui diligēter prima me-
dicine rudimenta didicerunt:notum est .Hec igitur
quum didicissem:facile mihi persuasi: conuulsionem
fieri ob eas causas:que ab Hippocrate dicte sunt.
quippe si omnis motus qui a volūtate ꝓcedit:attra
ctis musculis in eas quibus innascunt̄ partes:fieri
videtur.Neqꝫ possit fieri attractio:nisi ad suam ori-
ginem retrahatur musculus. Constat conuulsionem
in conuulsis partibus factam:hac sola ratione a mo
tu naturali differre:quod preter voluntatē fit.Itaqꝫ
quemadmodum in eo:qui secundum naturam ha-
bet:voluntas in cerebro iuxta neruorum originem
ordinata:motionis principiū:primis dat neruis:ac
per ipos:musculis.Ita si sine huiusmodi principio .i
uenerimus:quapiam ex causa:neruos conuelli : mo-
dum quo cōuulsio fit:nos iam scire:non temere pro-
fitebimur.Etenim si videris aliquando neruosa cor
pora:vt lyre chordas:ob ambientis aeris immodi-
cam temperaturam adeo vehementer:vt rumpātur.
intentas:haud difficulter intelliges:idem in animan
tium quoqꝫ neruis posse cōtingere.Sed quomodo af
fecto aere tēdūt̄ chorde:vt rūpāt̄:si vel nimis aridꝰ:
vel admodū humidus sit:Nempe humor madefacit
ipsas:vt in tumorē preter naturam attollantur:qui
mox eas extendit.Ac veluti sol tergora arefaciens cō
trahit:ita siccitas:chordas:⁊ trahit:⁊ extendit . Sic
membrane quoqꝫ quum ad ignem exiccantur con-
trahi tendiqꝫ videtur.His ita precognitis:haud dif
ficile inuentu fuerit:vtrū ab ariditate:que est humi-
de essentie defectꝰ:vacuationeqꝫ:an ab humoris ple
nitudine:que egestati aduersatur:et ab Hippocrate
repletio nominata est:affectus ipse prodierit:quippe
quum conuulsio fit:vel a labore:vel vigilijs : vel fa-
me:vel solicitudine:vel arida estuanteqꝫ febri: qualē
in phreniticis videre est:causam eius esse ariditatē:
vacuationemqꝫ recte putaueris.Si vero temulēto cui
piā:ac omnino pleno homini:qui videlicet ī ocio de-
git:id euenire conspexeris:non ab re a contraria cau
sa conuulsionem ortū habuisse iudicabis.Atqui eua
cuationi:contraria est repletio.¶ Atqꝫ morbꝰ quoqꝫ
comitialis conuulsio est omnium corporis partiū:nō
perpetua:vt in prosthotono:⁊ opisthotono : atqꝫ te-
tano(id est neruorum rigore)videre est:sed que ex tē
porū accidit interuallis.Ac neqꝫ hac sola re:sed men
tis quoqꝫ:ac sensuum oblesione:a iam dictis conuul-
sionibꝰ differt.vnde cōstat in supremis corporis p-
tibus:cerebro videlicet:hunc affectū consistere.Cete-
rum velox eius discussio:crassum hūorē:spiritꝰ mea
tum in cerebri ventriculis:obstruentem:hunc maxi-
me affectum peperisse declarat:neruorum principio
seipsū quatiente:quo excutiat id quod noxiū est. Ac
fortassis per morbum comitialē conuulsio haud absi
milis est his que a spinali medulla incipiunt conuul
sionibus:singulorum neruorum irrigatis processibꝰ.
Verum nō ab ariditate:vacuationeqꝫ:sed a crasso sē

Hippocrates.

Morbꝰ comitialis Epilepsia.

per humore:hanc affectionem induci: argumēto est:
quod ⁊ subito fit:⁊ soluitur confestim : nam subita-
riam meatuum obstructionem a crasso viscosoqꝫ hu-
more fieri constat.Etenim breui tempore fieri nō po
test:vt vel cerebrū:vel tenuior ipsiꝰ membrana:ad tā
tam perueniat ariditatem:vt corio simile quippiā pa
ti videatur.Accedit ad hec:vt is qui sic laborat:neqꝫ
videat:neqꝫ audiat:neqꝫ vllo sēsu quicq̄ percipiat:ac
ne memoria quidē consequi possit:quid factū sit .Si
quidem cum memorie viribus:ratio quoqꝫ leditur.
Ex his igitur oībus plane constat:in cerebro hāc af
fectionem consistere:impediente humore animalem
spiritum:qui in ventriculis eius continetur:quo mi-
nus possit exire.Porro quāobrem hic spiritus vocet̄
animalis:aut que sit eius potentia:in eo cōmentario
quem de Hippocratis Platonisqꝫ placitis scripsimꝰ
iam demōstratū est.Sane quū ea:que per dissectio-
nes apparere solent:accurate consyderaremꝰ:rationi
consonum videbatur:animā in cerebri corpore sedē
obtinere:atqꝫ in ipso:⁊ rationis vim : ⁊ sensibilium
imaginum memoriam residere:ac primum ipsius in
strumentū:tum in sensilibus actionibus omnibꝰ: tū
in his que a consilio ⁊ voluntate prodeunt:spiritū es
se:qui in ipsius ventriculis:maximeqꝫ postremo:con
tinetur.Quis non contēnendus sit medius vētriculꝰ:
perinde quasi non valentissimus sit.multis enim ra-
tionibus inducimur:vt hunc amplectamur:duos ve
ro anteriores deseramus.Verū exacta horum noti-
tia:ad curationis inuentionē nihil fere conducit.Nā
satis fuerit ad probe curandum:nosse sedem affectā
esse cerebrum:atqꝫ in eius vētriculis humorem cras-
sum ⁊ viscidum comprehendi .¶ Igitur quēadmo-
dum ea:quorum gratia:⁊ affectas sedes:⁊ earū di-
spositiones inquirimus:sic crassorū quoqꝫ humorū
differentie:vtrū videlicet pituite:an atre bilis natu-
ram habeant:haud mediocriter ad curationē confer
re videntur.Si tamen in presētia non obliuiscamur:
quod quum simpliciter dicimus.Pituitosos q̄dē cos
nominari:in quibus humiditas frigiditasqꝫ .Melā
cholicos v̄o in quibus siccitas atqꝫ frigiditas domi
nantur:quāuis magne peculiaresqꝫ interim differē
tie:tum pituite:tum atre bilis inueniat̄.Pituite qui-
dē:vnū genus est:quod quotidie vel screando:vel vo-
mendo:vel emūgendo educitur:vaporoso scilicet spi
ritu plenū:vt sensum quidem lateat:ipsum esse dissi-
milare.Alia vero pituita:similaris quidem videtur:
licet fortasse non sit similaris:qualis est crudus hu-
mor qui in vrinis substat:a Praxagora vitreus ap-
pellatus.Atqꝫ ex hoc genere esse videtur saliua . que
neqꝫ fluida admodū est:neqꝫ aquosa.Verum saliua
nō vnica duntaxat qualitate gustū afficit:nedū vni-
uersa pituita.Sepenumero enim ⁊ acrē:⁊ acidam:
⁊ salsā in ore saliuā:manifeste deprehendimus : ve-
luti cū sani degimus:nulla qualitate īfecta sed perin
de quasi aquosa:saliua gustui offertur.¶ Sic atra bi
lis quoqꝫ ob substantie varietatē nō obscuras habet
differentias.Nā alia est veluti fex sanguinis:que ad
modum spissa est:fecibus vini haud absimilis.Alia
vero:quā superior essentie est multo tenuioris :adeo
vt ⁊ vomentibus eā:⁊ olfaciētibus : acida videatur:
que etiā terrā radit:attollit:⁊ fermentat:atqꝫ ampul
las quales feruentibus iusculis supernatare videmꝰ
extitat.Sed ea quā crasse feci similē esse dixi:in ter-
rā effusa:non inducit feruorē:nisi forte in ardente fe

Spiritꝰ aialis.

Anime sedes.

Pituita
Atra bilis.

Pituite differentie.

Vitreꝰ humor.
Saliua

Atre bilis differentie.

bri: ipsā preassari cōtingat. neqꝫ vlla etiā acida qualitate participat: quandoquidem ⁊ ipsam nominare cōsueui melancholicum succum: aut melancholicum sanguinem. Hec enim meo quidem iudicio: non recte atra bilis appellari potest. Prouenit autez huiusmodi humor in quibusdam plurimus: vel a tēperatura ab initio cōtracta: vel a cibis qui (quū in venis consequuntur) in huiusmodi humorē trāsmutari solent. ¶ Igitur vt crassus pituite succus ita hic quoqꝫ comitialē morbū solet efficere: vbi in meatibus vētriculorum cerebri retinetur siue is medius sit siue postremus. Ubi vero in ipso cerebri corpore abundat: eaz insanie speciem quam Greci melancholian vocant: efficit. Quemadmodum alter atre bilis succus qui ꝑ assata flaua bile nascitur ferina delirarnēta inducit: modo sine febre: modo cum febre in cerebri corpore abundans. Atqꝫ hāc ob causam phrenitis nōnunꝙ mitior est: quum videlicet a pallida bile ortum contraxit: interdum vehementior: quum flaua bilis eaz peperit. atqꝫ insuper alia nonnunꝙ dementia occurrit ferina ⁊ melancholica: flaua bile preassata. Deliria autem: que per febrium vigores accidunt: non propria cerebri affectione: sed per consensum fiunt. proinde eos furere: desipere: insanire: non solum medici: sed priuati quoqꝫ dicere consueuerunt. Uerꝫ ita affectos non nominant phreniticos: eo ꝙ phreniticorum insania: non quiescit: mitigato febrium vigore. Igitur quemadmodum phreniticis: febris: vnum quoddam accidens dispositionum cerebri censetur. sic ecōuerso in ardētibus febribꝰ demētia: multis elatis ad ipsum vaporibus. Haud secus sit ea affectio que suffusioni in accidentibus similatur: a vētriculi dispositionibus ortū trahens. Nāqꝫ cerebrū vētriculo: ⁊ ventriculus cerebro: suas affectiones transmittit: idqꝫ propter neruorū a cerebro ad os vētriculi descendentiū magnitudinē: per quos etiaz sensus huic particule: quā vlli reliquarū corporis partium: acutior est. ¶ Quocirca capitis fracturas: quū ad membranas vsqꝫ perueniūt: biliosus vomitus ac interdū dolores ipsius: quomodocunqꝫ fiant: nausea stomachiqꝫ morsio comitatur. Hypochōdriacas vero ⁊ flatuosas vocatas affectiones: melancholica tristitia sequitur: haud secus ꝙ acutā febrem dementia: ⁊ oris ventriculi dispositiones: ea que in accidentibꝰ suffusioni similatur affectio. Sic neruosis partibus inflāmatis: prōptiusꝙ reliquis delitiū superuenire solet idqꝫ ascendente ad caput interdū per continuas partes: solo calore: interdū vero spiritu vaporoso: vel fumoso: aut fuliginoso.

Morbꝰ comitialis ab atra bile.

Melancholia.

Phrenitis.

Paraphrosyne.

Suffusio.

Capitis fractura

Hypochōdriaca.

¶ De melancholia. Caput. vj.

Melancholia.

Poro quemadmodum he passiones: quibus caput per consensum afficitur: ita ille quoqꝫ que primigenie ipsius affectiones sunt: non parum inter se differunt. Igitur crassi humores: qui in cerebri substantia abundant: interdum ei vt instrumentali: interdum vt similari nocent. In meatuum quidem obstructione vt instrumentali: intemperature vero alteratione vt similari. Proinde totus hic sermo in fine sexti libri de vulgaribus morbis prescriptus est. Melancholici magna ex parte comitiali morbo afficiuntur: et contra morbo comitiali laborantes: efficiunt̄ melancholici. Atqꝫ horum vtrūlibet magis accidit: prout vel in hanc vel in illam partem: infirmitas repit: sī enī in corpus epileptici: sī xo in mētem melācholici reddūtur. Hoc sermone primū quidē declarauit ꝙ nō semper: sed magna ex parte horum affectuum alter in alterum transit. Quippe non solum atra bilis verū etiam pituita morbum comitialem committit. Igitur ea quam atra bilis constituit: in melācholiā trāsit: que vero a pituita parta est in aliam affectionem: de qua paulopost dicturus sum: permutatur melancholiam vero haud quaꝙ efficit. Altera vero Hippocratici sermonis pars: non paruum cōtēplādi locum desyderat: quippe quum anima sit aut temperamentum actiuarum qualitatum: aut ab ipsarū tēperatura permutet̄. Bilē quū cerebro veluti parti instrumētali nocet: ad cerebri corpus ꝯuerti ait: id quod in obstructionibus fieri constat. Tēperaturaz vero cerebro vti similari nocētē ad mentē eā repere dicit. ¶ Uerū hoc qꝺ medici dereliquerunt definire imprimis necessariuz esse videtur. Nempe vt in manifestis corporis partibus interdū cibus: eadē apparet tēperatura: vt in morbo regio ⁊ elephante sic vocato: ⁊ aqua inter cutē: ⁊ malo habitu que a Grecis cacexia dicitur. Insuꝑ in his que ab hepate atqꝫ splene pēdēt colorū vitijs. Interdū xo vniꝰ dūtaxat partis que videlicet aut biliosum aut pituitosuz humorem suscipit: tēperatura ꝑmutatur. Ita etiā cerebro accidit: vt nonnūꝙ vniuerso in venis sanguine melācholico effecto ob cōmune vitium: ipsum quoqꝫ ledat̄. Nōnūꝙ vero reliqui corporis sanguine prorsus innocuo: solus is qui in cerebro cōtētus est alteratur: idqꝫ bifariā fit. Aut enī aliūde in ipsum deriuat̄: aut in ipsomet atra bilis genita est quū vez internꝰ calor aut flauā bilē: aut crassuz atrūqꝫ sanguinē superassauit. Atqꝫ hec doctrina non paruū habet in curatione momētū: siquidē vbi vniuersum corpꝰ sanguinē melācholicū continet curationē a vene sectione incipere oportet. Ubi vero solum cerebrum: infirmus (quod ad hanc dispositionem attinet) sanguinis detractione nō indiget: ꝙuis ob aliā quāpiā causam sanguis mitti possit. Utrū vero melācholicꝰ sanguis vniuersum corpus aut solum cerebrū occupet: ita discernēdū est. Imprimis vniuersi corpis habitū: qualis sit cōsyderes velim: meminerisqꝫ qꝺ molles ⁊ candidi ⁊ obesi nequaꝙ humorē habēt melancholicū. Macri vero ⁊ nigri ⁊ hirsuti: ⁊ quibus late sunt vene aptissimi sunt: vt huiusmodi in ipsis humor cumulet̄. fitqꝫ īterdū vt rufo colore hoīes affati in melācholicā tēperaturā decidāt: atqꝫ post hos flaui: idqꝫ maxime qñ ⁊ vigilijs: ⁊ multis laboribus: ⁊ solicitudine: ⁊ tenui victu fuerint educati. Quibꝰ he quoqꝫ note cōueniunt: an hemorrhois aliqua restricta sit: aut alia quepiaz cōsueta sanguinis vacuatio: aut mulierū mēstrua. Insuper quibꝰ cibis quis fuerit vsus: vtrum ijs qui suapte natura melācholicum sanguinem pariūt: an ediuerso. Porro qui melancholicum sanguinem efficiūt hi fere sunt: caprina: bubuleqꝫ caro: magisqꝫ hircine ⁊ taurine: sed maxime asinorum: camelorumqꝫ carnes: nam ⁊ his nonnulli vescuntur: item vulpine: canineqꝫ carnes: atqꝫ magnā in huiusmodi sanguinis gñatione vim obtinet: ex lepore cibus: sed multo magis ex apris: ac limaces ꝙ melācholicū sanguinē pariūt: si frequēs sit eoꝝ vsus ꝑterea oēs terrenoꝝ aialiū carnes sale ꝯdite aquatiliū ꝙ carnes: vt thūni: balene: vituli marini: delphini: canis: atqꝫ cetaceoꝝ oim. Ex oleribꝰ aūt brassica

Anima.

Morbꝰ regius. elephas

Aqua inter cutē.

Cacexia

Coloris vitium.

Sāguis missio ī melācholia.

Melancholici sanguis note.

Cibi melācholici

fere sola: huiusmodi sanguinē gignere cōsueuit: quē admodū ⁊ arborū germina: vbi vel muria: vel oxybalme cōdiunt: ꝑcipue lētisci: terebinthi: rubi caninu bi. Leguminū ꝗ̄ḋo oim maxime lētes: inter melācholicos cibos numerāt: mox panis furfuraceꝰ: ⁊ q̇ ex tipha: atqꝫ viciatis seminibꝰ factꝰ est: quoꝝ apḋ quasdā natiões vsus: loco frumenti hꝫ. Verū de ijs i prio libro de ciboꝝ facultatibꝰ iā dictū est. Preterea vina crassa: nigraqꝫ: aptissima sunt: vt ex ipsis atra bilis fiat: ꝑsertim si quis abūde ipsa ingerēs: oblata occasione in multo subinde corpꝰ calore cōtineat. Vetus deniqꝫ caseus: vbi forte fortuna ī corpore fuerit suꝑ calefactꝰ: facile huiuscemodi parit humorē. Igit̄ si q̇s antea ꝙ̄ in morbū inciderit: hmōi victus ratione fuerit educatꝰ: maiorē quādā inde licet facere coniecturam. Si vero boni succi cibis vsus fuerit: cōsyderare opꝫ: exercitationes ipsius: mestitiā: vigilias: sollicitudines. Sunt etiā nōnulli q̇ ꝑ febriles (vt dictū est) morbos: melācholicum humorē cōtraxerūt: atqꝫ ad efficaciorē notitiā: nō parū confert anni tempus: ac preterita presensqꝫ cōstitutio: itē terra: ac laborātis etas. His itaqꝫ oībus premeditatis: quū speraueris in vniuersi corporis venis melācholicum sanguinem cōtineri: quo certiorē habeas notitiā: cubiti venā seca: precipueqꝫ mediā: que scꝫ cōmunis est: ⁊ ei que humeralis nominatur: ⁊ ei que per axillā ad manū fert̄. Nā si tum fluens sanguis non videatur melācholicus: statim supprimatur. Si vero talis appareat: vacua quātum pro laborantis corporis habitu satis esse conieceris.

Vena media.

¶ Est preterea tertium melancholie genus: morbi comitialis exemplo: quum ortum a ventriculo habuerit. Solētqꝫ medicorū aliqui hāc dispositionem: hypocūdriacū: flatuosumqꝫ morbū nominare. Verū satis mihi fuerit: ea accidentia percurrere: que a Diocle perscripta sunt: in libro cui titulus est: affectio: causa: curatio in quo Diocles ad verbum ita scripsit.

Diocles

Porro alius oritur a vētriculo morbus q̇ supra ꝓpositis nō dissimilis est nominaturqꝫ ab alijs melācholicus: ab alijs flatuosus: quem sumpto cibo: maxime īcoctu difficili: ⁊ caustico: sputum humidum: idemqꝫ multum comitat̄. item ructus acidus: flatus: estus: in precordijs inūdatio: non ilico. sed quum retinuerint: interdum ventriculi quoqꝫ vehemētes dolores: qui nōnullis ad dorsum vsqꝫ procedunt: cōcoctis deinde cibis quiescūt: mox alijs ingestis: eadem rursus reuertuntur accidentia: que interdū ieiunos: interdū etiā a cena molestant: atqꝫ euomūt crudos cibos: ⁊ pituitam: vel subamarā: vel calidā: vel aridā: adeo vt nōnūꝙ̄ dētes torpedine afficiātur. Atqꝫ hoꝝ plurima ab ineūte statim etate eueniunt. Vtcūqꝫ tamen acciderint: omnibus protelantur. His prescriptis: Diocles mox causam subiūgens: ita scribit. Ceterum flatuosas vocatas: suspicandum est: plus caloris quam decet: habere in his venis: que alimentum a ventriculo excipiunt: sanguinemqꝫ in ipsis crassiorem factum. quippe cōstat has venas esse obstructas: vel hoc argumento: quod alimentum corpori non distribuitur: sed in vētriculo manet: quod antea in sanguinem mutari solitum erat: quum a meatibus ipsis susciperet̄: magnaqꝫ ipsius pars: in imum ventrem excerneret̄: ac postero quoqꝫ die: vomitu eijcit̄: vtpote nō digestis per corpus cibis. Sed ꝙ calor id quod secūdum naturam est excedat: facillime intelliges: tum ab estu: qui ipsis accidit: tum ab his que ingeruntur: siq̇dē iuuari videnṫ a refrigerātibꝰ cibis: qui videlicet calorem refrigerare: extinguereqꝫ solent. Deinde alia quoqꝫ Diocles iam propositis in hoc sermone addidit. Aiunt autem nonnulli: os vētriculi quod intestinis continuatur: in huiuscemodi passionibus inflāmari: ac ob inflāmationem ipsam ⁊ obstrui ⁊ prohibere: ne alimēta longo temporis tractu ad intestinū descēdant: quāobrem diutius ꝙ̄ decet: in ventriculo manentia: ⁊ tumores ⁊ estus: atqꝫ reliqua que predicta sunt efficiunt. Hec sunt que Diocles quidē litteris prodidit. verum inter enumerādum precipua totius concursus accidētia: silentio preterijt: que videlicet ⁊ melancholiam: ⁊ flatuosam: hypochondriacamqꝫ affectionem: tanquam charactere quodā designāt. atqui omisit (vt puto) huiuscemodi accidētia: eo ꝙ ex morbi ipsius nomine manifeste declarātur. Etenim ab Hippocrate didicimus. Si metus ⁊ mestitia longo tꝑe tenēt: melancholicus est huiusmodi affectꝰ.

Hippocrates.

bus ad vehemētes motiones preparare non licet p
exclamationes que frictionibus proportione respō
dent id efficere studemꝫ. Insuper nulla manifesta ex
trinsecus adueniēte causa vt in ceteris corporis par
ticulis: ita in pulmone quoq; vas aliqđ ob sangui/
nis abūdātiam disrūpi potest quū videlicet extēsio
ni resistit aut ob frigus a vicinis partibus cōtractū

Hippocrates.

aut ob īnatā intēperaturā. Ita Hippocrates venas
(inquit) frāgit aqua frigida: atqui ipsa p se eruptio
nes nō facit: sed qr venarum tunicas frigiditate sua
duras ⁊ extēdi cōtumaces reddens ad eruptionem
paratiores efficit. Ruptionis vo causa est aut vehe
mens motus aut humorū abūdantia qui vel per se
vel vna cū crudo ⁊ frigido ⁊ flatuoso spiritu venas
extendūt. Uerum fractionis earum haud obscurum
indicium prebet subita plurimi cruoris vacuatio.
¶ Quum vero venarum ora aperiuntur nō frigide

ἀνασ… μωσισ

sed ecōtrario calide dispositiones precedunt: veluti
vbi multis eisdēq; calidis balneis homo vtitur atq;
terrā inhabitat calidam fueritq; anni tempus eius/
modi: similiter alimenta quoq; ⁊ potiones. ¶ At que

διαβ… ρωσισ

eroso vase aliquo affatim accidūt sanguinis euacua
tiones eas precedere solent exigua sputa: atq; acres
in pulmonem a capite fluctiones. Nonnunq; vero ⁊
pulmonis aliqua pars aut ramentum simul efferri
videtur: vt neminem latere possit ad pulmonem hūc

Aspere arterie vlcera.

affectum pertinere. ¶ Orto vo in aspera arteria vlce
re preter hoc quod sputum purulentum apparet: do
lorem quoq; in loco affecto laborans sentire consue/
uit ipsum vo per ea que screantur: quia exigua sunt
ab vlcere quod in pulmone natum est: discerni pōt.
quippe ab vlceribus pulmonis plurimū sputi reijci
tur. Atq; vt ex pulmone educta particula visceris ip
sius vlceratione significat: ita ex gutture videmus in

Ligula

terdum corpusculum aliquod a ligula (Greci glotti
da vocāt) per vlcerationem excreari. Id vero nō solū
hoc indicio deprehenditur: verumetiam ex eo quod
in vlcerato loco doloris sensu laborans infestatur:
veluti de aspera arteria dictum iam est. Etenim pul
monis vlcera dolor nō comitatur ea vero que in ijs
sedibus oriuntur dolorem quidem inducunt: sed nō
vehementem: vt si alicui suapte natura hebes fuerit
sensus ipsum plane non percipiat. ¶ Igitur persepe
vidimus eos quos iam supra proposuimus affectꝫ
⁊ qui pulmoni ⁊ spacio thoracis ⁊ aspere arterie et
gutturi accidere possunt. quippe omnium horum ra
tionis cōmunitate inducti mentionē fecimus. Qui
vero deinceps dicentur non ita crebro nobis appa/
ruerūt. ¶ Quidam enim humorem repēte expuit: li/
quide bili in colore perquā similem medium videli/
cet inter flauum ac pallidum ac nulla acredine infe
ctū: atq; ita quotidie magnā eius quātitatē expuit.
deinde leui suborta febricula tabescere incepit adeo
vt purulenta screaret. Postea tractu temporis qua/
tuor videlicet mēsium exiguū cum pure cruorē reie/
cit: atq; sic aucta febre magis consumebatur ac ite/
rum atq; iterū plus expuebat adeo vt magnā sputi
quātitatē redderet quocirca magis increscente febre
ac resolutis viribꝫ eorū qui tabe marcescunt exēplo
mortem obijt. ¶ Deinde alium vidi eodem fere mo/
do sex mensibus ac aliuz quoq; diutius laborātem.

¶ Igitur qui prim⁹ nobis occurrit initio q̃dẽ nihil mali habere: sed tãdem pessime affici visus est. Alterum ṽo quũ cõspiceremus: ei statim ab initio cognito malo presenti medicamento succurrere tẽtauim⁹. Ac multo etiã magis tertio. At q̃uis multo negotio vtrũq; liberare conaremur: nihilominus neq; horũ vllus neq; alius post eos seruari potuit: quũ enim morti iam ꝓximi essent pulmonis ipsius putres q̃sdam partes expuebãt. Proinde facile cognoui: haud absimili eos affectu laborare: qualẽ in externis partibus videre solemus: quũ a putrefaciẽte quopiã humore inficiunt. verũ has ⁊ abscindere ⁊ vrere possumus: pulmoni ṽo hoꝝ auxilioꝝ neutrũ adhibere licet. Quapropter omnes subinde perire necesse est. Ac ṽo postremum quum viderẽ ad visceris fortem exiccationẽ sollicito me animo cõuerti: ⁊ quidem odoribus atq; potionibus ad id efficacibus. Proinde medicamentum quod hedichroum vocant: interdiu naribus ipsius iugiter adhibere iussi: ad somnũ ṽo sese conuertenti prescripsi vt narium foramina ex aliquo pretiosorũ vnguẽtoꝝ illinerent̃ qualia videlicet Rome preparari solent: vocant vero ea ⁊ foliata ⁊ spicata. Atq; dedi in potu medicamẽta mithridaticam vocatã cõpositionẽ: ambrosiã: athanasiam: theriacã. Itaq; perpetuo anno sic educatus: tãdẽ similiter vt reliqui thardi vitã finiũt: quã fortasse ob iã dictã educationẽ lõgiori tp̃e ꝓtraxerat. ¶ Preterea aliũ hmõi affectũ in pulmone notaui. Quidã diuturna tussi vexat⁹: ⁊ exiguũ lentũq; pus expuẽs frustũ qõdã paruo grãdinis grano haud absimile excreauit: ac deferẽs illud mihi ostendit: atq; rursus nõ ita multo post aliud quoq; attulit. vñ cõieci lẽtũ illuz humorẽ quem antea expuere solebat ad huiusmodi cõsistentiã peruenisse: quãobrẽ medicamentum ei in potu dedi quod suspiriosis auxiliari cõsueuit: atq; ita factũ est vt minorẽ expueret grãdinẽ: atq; longiori q̃ antea interuallo neq; pluribꝰ deinceps annis adeo mitigari potuit affect⁹ quin tãdẽ morerek. Ceterũ grãdines ipse magna ex parte erui magnitudinẽ equabãt: q̃uis interdũ maiores: ĩterdũ minores esse viderent̃. ¶ Atq; alios q̃ similiter quidem spuere: sed nihilominus in multos annos vitã extendere vidimus. Quorũ alij aliã ob causam: alij ṽo ob spiritalium instrumẽtorũ affectũ mortui sunt: q̃uis nihil cruoris excrearẽt. ¶ Ea ṽo que Antipatro medico acciderũt nemo est qui nesciat: vtpote qui medicã artem publice apud Romanos professus est. Agebat hic etatẽ sexaginta quidem annis minorem: sed quinquaginta iam annos excesserat. Is correptus aliqñ febre quadã ephemera: idq; ab euidẽti causa: declinante iam febre: vt quid sibi facto opus esset intelligeret pulsuz ipse suũ tãgere aggressus est. Quũ igitur omne inequalitatis genus in arteriarum motione inueniret: in primis quidez territus est: deinde vero quum sese nõ febrire plane sentiret ilico balneũ subijcit. quipppe laboribus ac vigilijs corpus fatigauerat. Atq; tenui quoq; victu donec diem tertiuz preterijsset vsus est quo quũ nulla appareret febris quotidie ad solita negotia ꝓtractanda prodijt: atq; arteriam in extrema brachij sui parte tãgens admiratus est perseuerantem in pulsibus inequalitatem. Occurrẽs itaq; mihi: extẽdit manum ridẽs: iussitq; pulsum tãgere. At ego subridens quid inquam portendit: hoc quod proponis enigma? Ille iterũ ridẽs obnixe orauit: vt tãgerẽ. Igit̃ inter tãgendũ omnigenam in pulsu inueni inequalitatẽ nõ solũ in multarũ pulsationũ cumulo quã systematicen (id est cõgregatricẽ) vocãt. verũetiaz in vna arterie distinctione. ꝓinde mirat⁹ q̃uo viueret quũ talẽ haberet pulsum interrogaui num difficilis esset ei respiratio: illo ṽo nullã se sentire respõdẽte obseruaui equidẽ an aliqñ mutaretur: quippe sex mensium spacio assidue arteriam tãgebam. Quũq; ab initio interrogaret quenã corporis dispositio mihi videret̃ posse huiusmodi pulsum efficere: atq; ꝑ quẽ modũ idq; citra febrim? ad eã questionẽ respõdi in cõmẽtarijs de pulsibus iã declarasse me huiusmodi ineq̃litatẽ. Nãq; ob magnarũ in pulmone arteriarũ angustiã id euenire putaui: angustie ṽo causam esse dixi visceris iflãmationẽ. At tibi hãc ob causam id nũc accidisse impossibile est: quippe febre fuisses affect⁹. Relinquit̃ igitur vel opilationẽ ex liquidis ⁊ crassis ⁊ viscosis humoribus vel crudi cuiuspiam tuberculi ortũ in hmõi te dispositionẽ induxisse. Tũ ille respõdẽs oportuisset (inquit) me suspiriosa orthopnoea laborare. At ego ꝓbabilia (inquã) tp̄m dicere: sed a veritate aberrare quippe fieri nõnũq̃ huiusmodi orthopnoeã ob eam quam diximus cãm id vero quũ in asperis non in lenibus arterijs crassus ⁊ lentus humor cumulatur. Proinde omnem ei victus rationẽ atq; medicamenta quoq; haud aliter q̃ suspiriosis adhibere iussim⁹ deinde sex (vt dixi) mensib⁹ elapsis leui quadam spirandi difficultate affectus est accedente simul cordis tremore: imprimis quidem semel: deinde bis atq; ter postea quater ac sepius quoq; aucta simul spirandi difficultate ad quindecimum vsq; diem post quem difficillima derepente oborta spiratione resolut⁹ statim obijt aliorũ quorũdã exẽplo q̃ cordis affectib⁹ laborant de quib⁹ posthac sermonẽ faciem⁹.

Hedychroum.

Foliata Spicata.

Grãdo ex pulmone.

Antipater medicus.

Systematice.

¶ Galeni de affectorũ locoꝝ notis Liber quintus.

In precedẽti libro quũ pulmomis affect⁹ perstringeremus sermonis communitate ⁊ thoracis ⁊ cordis quodãmodo meminimus pleniorẽ vero absolutiorẽq; de ipsis sermonẽ in quintũ hunc librũ distulimus Quũ ṽo quartus liber ab accidentib⁹ q̃ Antipatro medico euenerunt finem sortitus est: leso imprimis ipsius pulmone deinde ad cor etiã trãseũte affectu operepreciũ me facturum mihi videre videor si omnes ei⁹ affectus percurram.

¶ De cordis affectibus. Cap. j.

Igitur quẽadmodũ de ceteris corporis partibus ita de corde quoq; definiendum est: quedam enim ipsi ꝓprie vel primario affecto: vel vtcũq; nominare volueris superueniunt accidentia quedam vero ipso ceteris partibus cõsentiente. Est vero sermo in alijs demonstrat⁹ libris vbi iã declaratũ est innati caloris cor velut fontẽ esse: neq; animal mori vnq̃ posse nisi cor grauiter afficiatur. Quũ itaq; tres sint principes partes quibus gubernatur animal (Quippe p̄ter cordis principatũ ostẽsum est sensuz ⁊ motũ vniuersis corporis partib⁹ a cerebro suppeditari. Iecur ṽo nutricis facultatis esse pricipiũ) sempꝛ mors ad ĩmodicas sequit̃ cor

Cor fõs caloris.

Principes partes.

dis intemperaturas.simul enim cum ipso omnes viciātur partes:quum enim(vt ostendimus)ipse peculiari cordis tēperatura:actiones suas perficiant:hac pereunte:actiones quoqꝫ ipsarū perire:necesse est.ac ꝓinde cerebri quoqꝫ:⁊ iecoris.Horū vero tēperatura deperdita:nō oportet:cordis simul actionem perire.Si em̄ neqꝫ sentiendi:neqꝫ mouēdi ab electione facultatē:animal habuerit neqꝫ nutriatur:veluti in latētibus euenit animalibus:nihilominus viuere ipsū posse:quoad cor manserit illesum:haudquaꝗ̄ negādum est.Quippe videmus sepenumero multis deinceps diebus:aliquos neqꝫītelligere:neqꝫ sentire:nec etiā moueri:at nihilominus viuere.quēadmodū vbi quis ob virium hepatis imbecillitatē:sine alimēto permanēs:diutius etiā sufficere potest.At vero si cor respiratione priuetur:hominē ilico perire necesse est.

Apoplexia

¶ Igitur qui ad spirandi functionē nihil cōferre thoracē putant:ij causā reddere nequeunt:cur per vehementem apoplexiā:superno duntaxat principio viciato:laborātes subito moriantur.At vobis eā inuenire haud difficile est:vt pote quibus efficaciter ꝑsuasum est:musculos qui motionis principiuꝫ:a neruis in ipsos a ceruicis spina delatis:suscipiūt:thoracē attollere:priuatis tūc musculis mouēdi facultate:ꝙ ex cerebro ipsis influere solebat.Etenim nisi ad spirandi functionem ambo principia simul iuncta cōcurrere oporteret:potuisset aliquis viuere:priuatus interdū suꝑno pꝛicipio.Igitur vt ex his abūde nobis cā suppetit:cur affecto cerebro in vehementi apoplexia cor quoqꝫ ledat̄:ita ex ijsdē:atqꝫ eodē modo:facile nobis fuerit:cām inuenire:quāobrē ī apoplexia minore:catalepsi:sopore:morbo comitiali: lethargo : aīal ita affectū nō pereat.Namqꝫ si diligenter ꝯsyderaueris:inuenies per huiusmodi affectus:quomodo spirent laborantes.quippe videbis ⁊ violentam ⁊ difficilem spirationē:perinde ac si vinculo quodam constrictus:thorax attolli prohiberetur .Atqꝫ huiusrei sufficientem fecimus mentionē:in libris de musculorum motione.Namqꝫ similis est hec questio : ei qua de somno quidam hesitant:quippe quum per somnum omnes musculorum actiones exoluantur : sola actio que ad thoracis musculos ꝑtinet:seruat̄. Nūc vero ea duntaxat dixisse satis fuerit:que in presentia proposito nostro conducere videbantur.Porro qua ratione homines per somnum spirāt:reliquis musculis omnibus quiescentibus:eadem quoqꝫ ratione ꝑ minorem apoplexiam:atqꝫ alios ei vicinos affectus spirare possunt.Ubi vero vel apoplexia:vel aliꝰquispiam affectus:adeo vehementer increuerit:vt musculorum thoracis actio omnino deperdatur :pariter simul respirationem necesse est.Unde cordis quoqꝫ tēperamentum soluitur:quo fit tandem vt etiam animalis ipsius necessario sequatur interitꝰ.Atqꝫ hac ratione:per vehementes superni principij lesiones:animalia perire videmus.Est preterea modus aliꝰ:quū affecto iecinore:ob inediam animalia moriuntur.verum per longa temporum spacia:in huiusmodi affectibus vitam protelare possunt.Atqꝫ mori contingit nonnullos per alium quoqꝫ modum :vt in syncopa:

Syncopa.

gule vicio eueniente:⁊ vehementi dolore : et timore graui:et voluptate maxima. Etenim quibus vitale robur infirmum est:animi vero affectiones ob imperitiam fortes:is anime essentia facile dissolui potest.Atqꝫ horum aliqui ob mestitiam interierūt ; sed non ilico:vt de superioribus diximꝰ.At vir magnanimꝰ:neqꝫ ob mestitiā:neqꝫ ob aliaꝫ aliquam animi egritudinē mestitia fortiorē:vnꝗ̄ succubuit : vtpote cuiꝰ anime robur validū est:affectus ꝟo nō adeo vehemētes.¶ Ceterū proprio quoqꝫ affectu cor laborare solet:vel ob simplicē intemperatura : siueineq̄lis. siue equalis ea fuerit:vel inflāmationē:vel erysipelas idqꝫ dū fieri incipit.Ilico em̄ antea quā augeat̄ huiusmodi affectus animal corrūpitur.Atqꝫ hos affectus iterum ⁊ cardiaca ⁊ syncopa sequitur . Quēadmodum que gule vicio fiūt syncope:ad eos affectus. quibus os ventriculi infestatur:sequi solent.Nam id quoqꝫ nōnulli stomachū vocauerunt.verū he consentiente corde eueniūt.Porro vtriusqꝫ partis:tum oris ventriculi:cum cordis dispositiones:aut a forti dūtaxat intemperatura:aut venenoso humore : nōnunꝗ̄ ab erysipelate:aut inflāmatione:aut alio quopiā preter naturam tumore:fieri solent.Igitur exigue ꝗdem cordis intēperature:pulsus arteriarū pro sua queqꝫ natura variant:de quibus in libro de pulsibus iā dictum est.Maiores vero per proprias ꝗdē similariū partiū intemperaturas subitam mortē non inducūt Per eas vero que ad instrumētales partes pertinēt: subito enecare possunt:sed precedētibus priꝰ signis quibusdā:quorū vnū ab Hippocrate dictū est . Qui sepe ⁊ multū exoluūtur:sine causa manifesta ij repēte moriuntur.¶ Est et alius affectus :tremor videlꝫ cordis:aut per se eueniens:aut cum suspitione quadam:quod in humore cor ipsum moueatur. Neqꝫ ei mirū videri debet tantā humoris multitudinē cumulari aliquando in ambiente cor tunica:vt ipsum:ne attollatur:impedire possit.Quippe in animalibꝰ dissectis vidimus plerūqꝫ plurimū humoris:vrine speciē referentis:in eo:qui ipsum īuoluit:pāniculo cōtineri Eteni simia quedā:quū emaciari indies videret̄:eā tamen necessarijs nostris negocijs impediti:secare ī tempore nō potuimus:post mortē vero:reliquis corporis partibus oībus illesis:inuentꝰ est in ambiēte cor tunica:tumor preter naturā:humorē ī se cōtinēs aque haud absimilem.¶ Atqꝫ in Gallo quoqꝫ vidimus cordis tunicā:huiusmodi tumore:⁊ quidē duro affectā:peridē ac si plures crasse membrane inuolute altera alteri fuissent. verū in eo nihil humoris cōtinebatur.vnde verisimilis cōiectura elicitur:homines etiaꝫ similibus posse affectibus infestari .¶ Inflāmato autē manifeste corde:gladiatores vidimꝰ: vt quos syncopa cordis vicio euenīēs rapit:ꝑquā simili mortis specie perire.¶ Igitur si ad ventrē cordis vulnus aliquando penetrauerit:protinus magno cū sanguinis fluore:hominē mori necesse est.idqꝫ precipue : si sinistre partis venter fuerit vulneratus.Si ꝟo nō ad ventrem vsqꝫ pertingat:sed in cordis substentia cōsistat vulnus:ex ita affectis aliqui:nō solū ea die qua vulnerari fuerunt:sed sequēti quoqꝫ nocte:viuere potuerūt:qui oborta deinde inflāmatione extincti sunt Atqꝫ etiā ij quādiu vixerūt:mentis cōpotes inuenti sunt. vnde euidens sibi testimoniū sumere potest :ea secta que negat:rationalē anime vim in corde consistere.¶ Tremor autē visceris huius:pluribus ītegra valetudine degētibus: tū iūioribus:tū adultis:subito sine alio manifesto accidente euenire visus ē.atqꝫ omnes eos sanguinis detractio iuuit. Nāqꝫ hoc pacto pleriqꝫ ꝑfecte ab hoc accidente liberati sunt:presertim qui vtebant̄:⁊ victu:⁊ medicamētis ; quibus

Proprij cordis affectus

Stomachus

Hippocrates.

Tremor cordis.

Simia.

Gallꝰ.

Cordis inflammatio.

Ulnꝰ cordis.

Phlebotomia.

esset extenuandi facultas. Horum vero nonnulli: quos rursus huiusmodi accidens infestare videbatur: simili curatione sospites euaserunt. Ceterum noui quendam quot annis: verno tempore huiusmodi tremoris accidente vexatum: qui quum per tres annos a sanguinis detractione se adiutum intelligeret: anno quarto: antea quam accidens ipsum inuaderet: sanguinem misit: idque pluribus deinceps annis faciendo: idonea etiam post sanguinis detractionem medicamenta adhibuit. At nihilominus hic quoque: ante senectutem morte preuentus est. Sicut et reliqui omnes: quorum alij quidem per acutas febres: alij vero cum sani degerent: affatim syncopa intercepti: interierunt: quorum unus: vel duo: citra syncopam: alia quadam mortis specie perierint. At vero sic affectorum magna pars: etatem agebat: quinquaginta quidam annis inferiorem: sed que quadraginta annos excederet. Porro panniculus cor ambiens: quo modocunque affectus sit: nisi inflammatione infestetur: inter ignobiles partes reputatur. Quocirca ipsius dispositio: per consensum ad cor transcurrit. Cum ei ipse solus afficitur: exemplo reliquarum omnium partium: que ad custodiam: et tegmentum ceterarum nobiliorum facte sunt: nullum affert periculum. Verum enimuero nulla a corde spirandi difficultas oritur: preter eas quas in priori libro diximus: cum de dyspnea sermonem haberemus. Etenim supercalfactum spirationem efficit magnam: et densam: atque celerem: ac calidum insuper spiritum reflat. Contra: refrigeratum: exiguam reddit spirationem: et raram.

Cordis panniculus.

¶ De thoracis affectibus. Cap. ij.

Atque huic quoque parti: vel primario affecte: vel alijs consentienti: quemadmodum et reliquis omnibus: affectus quidam superueniunt: quos respirationem ledere necesse est. quippe quod precipuum respirationis organum eam esse: iam demonstratum est. Igitur ubi dolorificis affectibus molestatur: exiguam densamque reddit spirationem: veluti in commentionibus de difficultate spirationis ostendimus. Id vero: et vicinis quoque partibus: et ijs que simul mouentur affectis: euenire solet. Nam diximus antea de spine affectibus: respirationem interdum ledi: thorace proprio affectu nequaquam laborante: sed vel neruo quopiam a spina procedente: vel spina ipsa affecta. ¶ Corporum vero: que proprie ad thoracem pertinent: affectuum: quidam in ipsis musculis: quidam vero in membrana costas cingente consistunt. Sed neque de cutis: neque de costarum affectibus: hic tractare propositum. Nam in ijs sedes affecte: sensibus subijciuntur. Igitur quum ex musculis: alij spacia intercostalia vocata repleant: alij vero extrinsecus extendantur: dolorifice externorum musculorum dispositiones: ut vlcera: fractiones: abscessus: erysipelas: inflammatio: haud difficulter a medicis manum adhibentibus discernuntur. At intercostalium musculorum inflammationes: eorum maxime: que in ima parte consistunt (duo enim ut scitis sunt huiusmodi musculorum genera) tactu consequi non possumus: atque ij grauiori: quam externi: dolore cruciantur ac fluctionem: que inflammationem induxit: ad interna: per eam que costas cingit membranam transmittunt quam tunc pariter cum ipsis inflammari necesse est. Veluti rursus: ubi ipsa aliquando primario affectu infestatur. intercostalium musculorum partes interne: similiter ei consentiunt. ¶ Verum exquisita pleuritis fit: ubi cingens costas membrana: primario affectu laborat. proinde dolor: vel ad iugulum: vel ad precordia peruenire potest. ad iugulum quidem: superioribus eius partibus affectis. ad precordia vero: ubi inferiores afficiuntur. Atque vehemens quoque febris huiusmodi inflammationem sequitur: quia sedes affectas: et parum distat a corde: et cum panniculo ipsum inuoluente: ac septo transuerso cognationem habet. Ceterum afficiatur ne magis cingens membrana: an musculi ipsam contingentes: a pulsibus indicium petere oportet. Nam quod musculi minus: cingens vero membrana magis: et tendit: et indurat arterias.

Pleuritis.

¶ Contra in peripneumonia: nulla penitus apparet huiusmodi durities. At effusa in spacium thoracis sanies: in asperas pulmonis arterias recipitur: deinde tussiendo excreatur: qualis fit: qui inflammationem fecit: humor declarans: an videlicet biliosus: aut melancholicus: aut pituitosus: aut cruentus. Etenim si bilis abundat: pallidum aut flauum. Si atra bilis: nigrum. Si pituita: spumosum: et candicans. Si sanguis: rubrum sputum reijcitur. ¶ Quod vero tussiendo ex thoracis spacio aliquid interdum expuatur: facile intelliget: is qui eas dispositiones considerauerit: quibus ab exterioribus: ad intima pectoris vlcus penetrare contingit: siue id ob vulnus non conglutinatum eueniat: siue ob magnum abscessum: utrinque eruptum: vel perinde dissectum ac si externas duntaxat partes afficeret: facta deinde sectione: inuenta fuit cingens costas membrana: erosa: aut ob excisam a sphacelo (id est tabitudine) costam: aut eo quod medici cingentem membranam: ut pote erosam: putrescentemque: seruare illesam non potuerunt. In iam propositis dispositionibus omnibus: si aqua mulsa in thoracis spacium infundatur: atque subinde tussiendo expuatur: laborans ipse aquam mulsam esse: ex sapore deprehendet. Quo pacto autem hoc fieri possit: atque per quos meatus ipsa in asperam arteriam ingrediatur: perpendere debet: is qui errorem illum: quo multi in aspere arterie inuentione imbuti sunt: effugere voluerit. ij namque ex thoracis spacio: in pulmonem quippiam recipi impossibile esse: iam sibi persuaserunt: fortasse ita se sentire simulantes: ne videantur de re quapiam dubitare: Ceterum credere oportet huiusmodi fieri transsumptionem: quippe que per vulnera haud obscure apparere solet. Deinde quo pacto ea fieri possit: inuestigare: ut quum inuenerimus: animo simus quietiori. Sed iter querendum: quandiu nihil nos inuenisse putauerimus: ruditatem potius nostram accusare: quam veritatem ipsam negare debemus. Atque videmus etiam conglutinatis cruentis vulneribus: in sputo: notas quasdam: fluentis ex vulnere cruoris: ad spacium quod inter pulmonem est et thoracem. Preterea suppurati: in hoc ipso spacio pus continere et ipsum expuere haud obscure videntur. Atqui rationi consentaneum est: ut eodem modo tum cruor: tum pus ex thorace expuatur. Quorum viam inquirens Erasistratus incredibilia quedam scripsit: in eo libro: cui titulus de sanguinis eductione est: sub hac verborum serie. Via autem per quam incedunt: ea que ab ijs sedibus reijciuntur: huiusmodi est. Ab ea arteria que spine adiacet: vasa quedam iuxta latus: tam dextrum: quam sinistrum: similiter procedunt. deinde in loca vicina: multiplici diuisione dispersa: tandem adeo euadunt exigua: ut sensum lateant. Quum itaque sanguis in huiusmodi arterias inciderit: nonnunquam per concauam arteriam: ad loca que circa pulmonem sunt: atque ad eos nexus per quos pulmo apud spinam arterie coniungitur: ascendit quippe ea que huc inciderint: hac via ad pulmonem ascendere solent. Verum quomodo ex pulmone deinde reijciantur: antea dictum est. In his verbis manifeste declarauit Erasistratus eas arterias que a magna arteria ad singula intercostalia loca procedunt: per ora que ad inflammatam partem pueniunt: sanguinem suscipere: ipsumque ad magnam arteriam: que a corde orta: per spinam extenditur: referre: atque ab ipsa

Peripneumonia.

Thoracis excrementa spuendo reijciuntur.

Erasistratus.

ab ipsa rursus ad ea loca que circa pulmonem sunt transitū fieri. Sed neq̧ modū quo huiusmodi trāsitus fiat neq̧ viā explicauit. Verū deinceps scribēs atq̧ per eos nexus per quos pulmo arterie circa spinam adheret: fit em̄ (inquit) hac quoq̧ via eorū q̄ inciderūt in pulmonē ascensus. At quomodo ⁊ ꝑ que cōceptacula id fieri possit nō ostendit. Proinde manet adhuc eadē questio nihil plane ad ipsaꝫ dissolutionē afferēte Erasistrato: quāuis vt in ceteris libris oībus ita in hoc ipso de sanguinis eductiōe perspicuam pollicit⁹ fuerit interp̄tationē. Quocirca multo magis viciosum quispiam hmōi sermonē reputauerit vtpote qui ipsi quoq̧ Erasistrato fuerit suspectus. Apparet itaq̧ ex idustria eū voluisse obscuris vti sermonibus vt aliquid dixisse videretur quū nihil diceret. Atq̧ hoc in loco questionis enarrationē dereliquit. Nam quomodo sanguis ex laterib⁹ quideꝫ ad magnā arteriā perueniat manifeste declarat At quomodo rursus ab hac ad eas sedes que circa pulmonē sunt vt ipse dicebat ascēdat haudquaꝙ̄ exposuit. Cōstat etiam ex eo quod dixit loca que circa pulmonē sunt quū dicere pulmonem potuisset eum haud inuitū sermonis obscuritatē affectasse id qđ postea declarauit dicens ex pulmone auteꝫ quomodo ad eductionē ascendat iam antea dictū est. Perinde em̄ ac si ī pulmonē ex magna arteria sanguis iā delatus sit quomodo inde reijciatur velle nos admonere videtur. Quod vero de expuitiōe que ex pulmone fit iā antea dictū est nō ignoramus ac perspicuā fuisse narrationē testificamur optaremusq̧ vt de ea q̄ ex magna vena in pulmonē fit trāssumptione similiter dixisset. Quēadmodū cū inquit ꝑ eos quoq̧ nexus per quos pulmo arterie apđ spinā cōiungitur fieri circa pulmonē sanguinis reiectionē. Ne hic q̇dem quos nexus dicat declarauit. Etem̄ si vel ex mēbranis vel fibris consistāt nihilo plus vt sanguis in magna arteria cōtentus in pulmonē deferaꝛ cōferre possunt. quippe necesse est ex arteria oriri vasa q̄dā per que sanguis in pulmonē trāsferaꝛ quēadmodū Erasistrati secta hoc ipsum ꝑ arteriā pulmoni substratā fieri autumat. Huius em̄ arterie extreme partes ⁊ q̇dē exigue ad asperā arteriā trāsire videntur. Atq̇ ipsa quoq̧ ex magna arteria antea quā ad spinā ꝑueniat initiū sumit. Itaq̧ duplici quadā rōne. Erasistrato ab hac arteria auxiliū suppeditare conanꝛ secte ipsius ꝓfessores. In p̄sentia quidē quātū ad sanguis ex thorace eductionē ꝑtinet alibi v̄o ad inflāmatiōis in pulmone gn̄ationē. Nā ⁊ hāc obijciunt eis qui aliter sentiunt vtpote quā ita vt Erasistratus docuit fieri sit īpossibile. Nāq̧ quuꝫ docet quō fiat inflāmatio putat incidentē in arterias sanguinē spiritui q̇ a corde deferꝛ obuiū fieri atq̧ sic ad extremas arteriarū partes repelli. Nisi vbi vulnerate aliqn̄ q̄dā arterie vacuato ex ipsis per vulnus spiritu vtpote sequente id qđ vacuatur sanguinē susceperit. Hoc em̄ pacto nō fieret inq̇t īflāmatio ne ī pulmonis quidē arterijs. Quippe si aliquādo sanguis in eas īciderit nulli ip̄m spiritui obuiare etem̄ i solaꝫ pulmonis arterias nullū a corde ferri spiritū cōtēdit q̇muis reliquas arterias oēs a corde spiritū suscipe fateaꝛ. Verū ecōtrario ip̄as cordi spiritū suppeditare quē ꝑ īspiratiōeꝫ ab asp̄is leues arterie suscipiāt. Hāc igiꝛ arteriā q̄ a maiori arteria spine incūbēti in pulmonē fertur inflāmationē in extremis partibus suscipere atq̧ sanguinis ex thorace ꝓductionē efficere dicit. Sed inflāmationis rōneꝫ hoc in loco tractare nō proposuim⁹. Ceterum quod ex magna arteria in pulmonē sanguinis trāssumptioneꝫ fieri dixit a veritate deuiare videtur. In primis em̄ sanguinē ex intercostalib⁹ locis in magnā arteriaꝫ transferri impossibile est quippe a spiritu qui a corde per magnā arteriā ad hec loca transmittitur repulsus ilico reuertetur. Si cōcesserimus aūt hoc ita fieri ac demus in magnā ip̄m arteriā deferri multo absurdior ex Erasistratice secte fundamētis sermo euadet. Etem̄ spiritū saluantē incursionis impetuꝫ a corde in hanc arteriā expressum in totum deferri corpus ꝑ ortas ab ipso arterias autumat perinde ac si ex vna arterie constrictione spirit⁹ ad extremas pedū partes peruenire possit veluti a vehementissimo vento delationis celeritatē fieri putans. Qđ vero tanta vehemētia sanguinē in magna arteria contentū ad quālibet corporis partē non impellat impossibile est. Quāꝙ̄ illi ad vnā dūtaxat arteriā ip̄m cōpellāt: que scꝫ ratione predita ad pulmonem ip̄m deferat tanꝙ̄ mentē haberet ac intelligeret qua via ꝙ̄ facillime vacuari possit. Id ipsuꝫ vero rursus pugnare videꝛ cū p̄senti sermone qui sanguinē quācelerrime vacuari ꝑ asperā arteriā cōcedit. Nā si tam facilis est per extremas harū arteriarū partes trāsitus vt incidens in eas sanguis tā celeriter vacuetur fieri nō pōt vt impact⁹ inflāmationeꝫ excitet eo qđ impingi ⁊ excidere iter se sint cōtraria. Id v̄o multo maiori admiratione dignū est qđ quū Erasistrat⁹ quādiligētissime deinceps de puris vacuatione conscribat siue id in pleuriticis siue in suppuratis contineaꝛ ipse pugnā hanc qua videlicet sermones ei⁹ tum nobis tū reliquis hominibus omnibus inter se certare videntur non intellexerit. Ea facile dep̄hendetur si sermonem eius qui ad verbum sic se habet hic subscripserimus. Atq̧ in his ipsis affectib⁹ plurimi interdū puris excretio fit causa venarum natura est quam sic perpendere oportet magna pars vene ex corde nate adiacet spine ac ī eo loco vbi a vertebris septum transuersum nascitur finem accipit. Ab hac vero vene que ad latera extense sunt atq̧ arterijs adiacent oriri videntur. Igitur quū vel vlcus vel abscessus in his locis euenit ac in spaciuꝫ quod inter costas ⁊ pulmonē est plurimū puris effuderit nō ita facile inde reijci potest: quod succingens latera membrana neruosa est ⁊ fortis ac diuidi contumax: proinde coercetur ad vasa membrane intrinsecus subiecta. Quum itaq̧ tenuis magis ac imbecillior vena sit quam arteria hec vasa [illegible] rius diuidunꝛ quam ea que circa arterias sunt atq̧ per has diuisiones pus effunditur in venas. Etem̄ per inferiores sedes pus deijci nō potest quia ad eas venaruꝫ natura non peruenit: sed finem sortiuntur vt dictuꝫ est circa septi transuersi ortum. Quum semper autē continue sedes repleantur vt per superiores meat⁹ exitū capiat necesse est. Perpendēda igitur est actio quā pulmo inter respirandū efficit ac quomodo tuꝫ spiritum tum humores ⁊ attrahit ⁊ expellit: quippe eodem modo pus a lateribus ad pulmoneꝫ ascēdere solet. Sed quomodo demum a pulmone reijciatur antea dictum est. ¶ In hoc sermone. Quod pus in venas transsumptū non possit ad loca septo trāsuerso inferiora peruenire recte ab Erasistrato dictū

est vtpote vena que octo inferiorib⁹ thoracis costis alimentū prebet (non enim omnes alere potest) ad septū transuersum perueniēte neq; em̄ in presentia cōtendere velim an exigua aliqua eius ꝑticula ide exiliat. At quomodo hmōi pus expuat̃ ne ꝑncipiū; qdē dicere aggressus est. Sil̃iter nec sectatorū eius quisq;. Neq; em̄ dicere potuerunt aliqd a vena ad pulmonē deferri ea rōne qua arteriā quandā a magna arteria separatā ad pulmonē deduci affirmant etem̄ arteria tāetsi nō manifeste ꝑ ipm diuidit̃ ei tn̄ substerni atq; ad asperam vsq; arteriā ramusculos emittere videt̃. Verū a magna vena que spine incūbit venā aliquā in pulmonē trāsire neq; nos vnquā vidimus neq; dissectorū quisquā scripsit ac ne Erasistratus quidem id affirmare ausus est. Quippe inter omnes cōuenit atq; in cōfesso est quod a dextro cordis ventriculo per vnum duntaxat vas pulmo sanguinē; recipit. Oporteret igitur pus quod a costis in eam venam que spine adiacet in primis qdē peruenire ad cor: deinde ad venam que ab hoc orta in pulmonem transit. Postea ex hac in asperas arterias que per ipsum disperse sunt transsumi. Postremo tussi indigere que scilicet ipsum vsq; ad os efferre posset. Igitur quo pacto puris sanguini permixti ab ipso fiat secretio tanquam exiguum quidpiam ac vulgare ꝛ quod ad vniuersam ipsius rationē firmandam parum conducat preteriens dicere neglexit. Neq; defendi etia; potest quod sanguis in vena que circa spinam est contentus ad cor ipsum referatur. Nam econtrario vena hec a dextra cordis auricula exorta sanguinem secum defert qui omnibus thoracis partibus que circa octo costas consistunt alimentum prebeat. Etenī; superiores quatuor nō ab ijs sed a vena ad iugulum ascendente que a medio loco inter cor ꝛ iugulu; exoritur nutrimentum suscipiunt. Preterea ꝛ hoc quoq; non minus absurdum ad Erasistrati verba sequitur. Nam pus quod a supernis quatuor thoracis costis in concaua; venam refertur maxime quidem ad eas venas ducet̃ que ad ceruicem et scapulas ꝛ caput et manus imo potius ad vniuersas animalis partes perueniunt. Hec sunt fere absurda que ad Erasistrati scripta sequi videntur. Accedit a hec quod causam in hac ꝑpensione penitus non attigit: dicens em̄ non facile pus effunditur in spacium quod inter costas est et pulmonē quia succingens costas membrana neruosa sit ꝛ fortis atq; diuidi cōtumax pus aliquādo in hoc spacium effundi posse non negauit: quippe qui verbis suis non facile addiderit. Debuit ergo dicere id quaq; nō facile sit tamen aliquando deinde viam ostēdere qua suppurati pus expuere possint. At em̄ ex ijs nō paucos perire ita ꝛ alios perplures seruari videmus. Quorū si quis per singulos dies reiecti puris quantitatē collegerit interdū sex aut octo heminas interdū quindecim atq; interdū plures totam summā equare inueniet. Ceterū id quod quā creberrime dicere consueui nunc quoq; dicam quod multi medici rerum que manifeste videntur causa; reddere nequeuntes eas esse omnino negant. Quāq; (vt dixi) omnes quotquot in thorace vulnerati sunt iniectam per vulnus aqua; mulsam ilico expuere solent. Nonnulli etiam curato conclutinatoq; vulnere in primis quidem diebus purulenta quedā expuūt nisi recte ac exquisite vniuersus sanguis per vulnus (quatiendo videlicet hominē qui sic vulneratus est) fuerit effusus. At vero membrana costas succingēs ꝛ valida est ꝛ neruosa ac diuidi contumax huic sermoni adde si velis quā ob rem humores in spaciu; thoracis effusos hec quidem nō transmittit ille vero non recipit. Atq; dic etiā cutē mēbranis esse multo fortiorem atq; crassiorē: vt per fractionū oblesiōes cruentū humorē quo minus per ipsum pentrando egrediatur prohibere possit hunc tamen in nonnullis videmus adeo copiose effundi vt totas etiam fascias possit irrigare. Quod quū ita fieri videamus idē haud absurde per reliquas quoq; mēbranas fieri fatendū est. Atq; satius fuisset Erasistratū nō de hac re dubitare sed id potius abundanter intelligere quomodo humor inter thoracē ꝛ pulmonē cōtentus in asperas pulmōis arterias recipiat̃ ad leues vero arterias atq; ad venas ꝑuenire nō possit. Nā ꝛ ipso Erasistrato authore tria hec vasa simul extēdūtur atq; simul diuisa terminant̃ suo extremo quodlibet ore in adiacētē pulmoni mēbranā. Cū ergo tria hec ora inter se ꝓxima sint cur in vnū dūtaxat fiat trāssumptio q̄rere debuit Erasistrat⁹. Nā lōge prestantius erat ea que fiūt quomodo fiant q̄rere qua; qd̄ fiāt negare. Quāq; neq; dubia neq; īuētu difficilis mihi vr̃ eorū q̄ in thorace cōtinent̃ in pulmone; receptio q̄ quidē in aspere arterie ꝑtib⁹ extremis fieri pōt qppe q̄ nō adeo anguste sunt vt leuarū arteriarū atq; venarū ꝑtes extreme. Atq; qd̄ magna ex parte asperarū arteriarū essentia cartilago est q̄ concidere atq; cōcludi oīfariā nō pōt: qd̄ q̄ earu; q̄ duorū vasorū reliquorū ora multo sunt āpliora. Cū igitur ipsorū circa pulmonē diuisiōes nūero sint equales rationi cōsentaneū ē aspere arterie veluti ramos reliquoꝝ duorū generū ꝑtes semꝑ ex ꝓportione superare. Id vero manifeste apparet ꝑ visceris ipsius dissectionē nam vicina queq; vasa eandē inter se seruāt in magnitudinis excessu ꝓportionē quā ab initio maxime eorū ꝑtes hr̃e cōspiciūtur. Hec sunt que dicere debuit Erasistrat⁹: ac deinceps vtrū aspirationis an quietis tꝑe pus ex thoracis spacio ī pulmonē recipiat̃ explicare: ac deinde quū id neq; per aspirationē neq; ꝑ quietem fieri docuisset ostendere ipm respiratiōis tꝑe recipi: id quod facillimu; erat demonstrare ei cui prius ꝑsuasum esset respiratiōis actionē ad thoracē ꝑtinere pulmone nullā ꝓpriā habente motionē: quippe qui per cōsequentia; dilatato thorace pariter attollitur: eo vero ꝯstricto ipe spōgiarū exēplo quas manibus exprimimus in sese residere solet. Etem̄ hoc pacto ꝑ magna vulnera fibra ipsius cōcidere videtur: verū citra vuln⁹ cōstrictus thorax humorē qui in eo spacio qd̄ inter ipm ꝛ pulmonē est cōtinet̃ vehemēter in asꝑas ipius arterias cōprimēdo cogit. Nec credas velim huic oratiōi vehemēter frustra fuisse īsertū. Nisi em̄ vehemēter admodū thorax pulmonē ex oī parte cōprimat humor in asperarū arteriarū ora recipi nō poterit. Quāob rē natura quo robustior fieret exꝑssio tussi vocata donauit aīalia. Que cū naturale sit accidēs ꝛ sternutamentū ꝛ singultū ꝛ nauseam similitudine quadam imitatur de qb⁹ in libro de causis accidentiū satis dictū est. Verū qr viribꝰ opus est qbus hmōi accidens naturale excitet̃ contingit creberrime per suppuratos affectus mori laborātes ꝓstratis antea viribus; qd̄ a validissima thoracis cōstrictiōe eadēq;

celerrima tussis excitat. Atqui vires ĩbecille neq; va
lide neq; celeriter agere possunt. Ergo de expuitiõe
que ex spacio thoracis ꝓcedit satis fuerit hec dixis-
se: redeamus igit̃ rursus ad eũ quẽ ab initio ꝓpo-
suim⁹ sermonẽ. Sane que in succingente costas mẽ-
brana ac musculis illi cõtinuis fiunt inflãmatiões
morbũ quẽ lateralẽ vocãt efficere solent. Hui⁹ acci-
dẽtia inseparabilia sunt febris acuta dolor ꝑinde
ac si loc⁹ vel intendat̃ vel pungatur spiratio freqns
⁊ exigua pulsus paruus arteriã ⁊ durã ⁊ quodam
modo tensam indicans tussis magna ex parte cum
sputis coloratis nõnunꝗ vero sine his. Has inco-
ctas pleuritides noiant que vel celeriter hominẽ ra
piunt vel longo tp̃is spacio finiunt̃. Ac dolor modo
ad iugulũ modo ad precordia peruenire videtur.
Sũt preterea alij costarũ cũ febre dolores per quos
spirationem exiguã reddi necesse est sed nullũ reddi
tur sputũ vt in ea re nihil a pluritide sine sputo con
stãte differre videatur. Verũ hi facile ab illis discer
ni possunt. In his enim nulla omnino tussis est illi
vero q̃ sine sputo pleuritide laborant sicca tussi mo
lestant̃: deinde qđ neq; tensionem neq; duriciẽ vllã
refert pulsus: postremo quod non eque acuta febri
laborant neq; adeo difficulter spirant. Sunt etiam
nonnulli qui presso inflammato loco dolere se faten
tur. Etenim ij per sputum non purgant̃ quia ab ini-
tio nihil eius succi qui inflammationem excitauit
ad thoracis spacium peruenire solet. At concocta in
flãmatione nisi pus prius dissipatur ad cutem vsq;
attollitur atq; inciditur.

Pleuritis.
Sputũ colora-tum.
Incocta pleuri-tis.
Dolor similis pleuretico.

De septi transuersi affectibus. Capi. tertiũ.

Terminum quo thoracis pars inferior fi-
nitur antiqui phrenas (id est mentem) ap
pellauerũt: siue simpliciter id ipsis in ani
mum venerit siue (vt aliqui putant) quia
eo inflammatione affecto mens quoq; ledatur. Ve-
rum qui Platonis seculo successerunt septum ipsũ
nominare soliti sunt ꝗuis Plato ipse similiter vt re
liqui veteres phrenas vocitaret putans ipsum in
animalibus vtilitatis gratia fuisse creatum vtpote
qđ animi irascentiam in corde contentam a cupidi
tate cuius sedes in iecinore esse creditur distinguit.
Ꝑinde medici neglecto prisco noĩe septũ ipsũ ap-
pellare cõsueuerũt. Id qđ in dorsi quoq; spina eos
fecisse constat: quippe huic quoq; ob ꝓpriã essentiã
medulle nomẽ est. quẽadmodũ instrumẽtũ cui⁹ nũc
mentionẽ fecim⁹ phrenes nuncupant̃. Verum quo
clarior esset dinotio illi dorsalis quẽadmodũ ⁊ cer-
uicalis et spinalis atq; lũbaris cognomẽta addide
rũt. Postea fere oẽs simpliciter dorsalẽ appellare cõ
sueuerũt. Sic in p̃senti quoq; ꝓposito phrenũ noĩe
reiecto diaphragma (id est septũ transuersum) noĩa
re magis placuit. Aristoteles aũt hãc aĩalis ꝑticulã
succincturã appellat nescius ipam magne ac ꝑquã
necessarie actioni in aĩalib⁹ esse deputatã quippe q̃
spirationis instrumentũ est: nec mirũ est si spiratio
nẽ quũ afficit̃ ledat vt quia vel spine vel neruis ab
ea exortis consentit veluti supra de spirandi diffi-
cultate dictũ est: vbi etiã ꝓprios ipsius affectus per
currimus. At vero nũc eos affectus qui superno con
sentiente principio ei adueniunt perstringamus.
¶ Igitur antea quam aliquis deliret: frequentẽ ac
exiguum infestante vero iam delirio multa varieta
te inequalẽ spiritum reddit veluti de spirandi diffi
cultate iam dictum est. Atq; delirare etiam solẽt nõ-
nulli ob vicium quod in ore ventriculi consistit et
febribus ardentibus et pleuritide et peripneumo-
nia: que vero ob septi transuersi affectum accidunt
deliria nõ multũ distãt a phrenitide: q̃ppe p cetera-
rũ ꝑtiũ affectus atq; ꝑ febres ardẽtes deliriũ miti-
gari solet quoties morb⁹ declinare videt̃. At phreni
tidis ꝓpria p̃cipuaq; nota est ne in declinatione q̃-
dem febriũ deliriũ quiescere. Neq; eñ per consen-
sum duntaxat sub huiusmodi morbo cerebrum affi
citur sed ꝓpria primariaq; affectione laborat atq;
proinde paulatim conquiescit hic affectus. Veluti
etiã neq; subito neq; affatim vt in ijs ꝑtibus quarum
nuper mentionẽ feci accidere cõsueuit. Quippe an-
teaꝗ inualescat precedunt ip̃m accidẽtia non pau-
ca. Eaq; omnia phrenitica indicia vocant̃ que ab
ijs quoq; qui me p̃cesserunt conscripta sunt. Nã in-
terdum vigilias p̃cedere: siue etiam somnum: manife
stis imaginibus turbatum: ita vt ⁊ clament nonnul
li: ⁊ exiliãt. videre est. Interdũ vero adeo aggrestis
accedit obliuio: vt laborãtes aliqui: quũ matellã pe
tiuissent: meiere tamẽ neglexerint. Aut quum lotium
emisissent: matellã ipsam ꝓdere: hauquaꝗ memine
rint. Interdum maiori cũ tumultu: aut temeritate
respondent: presertim vbi aliquis antea fuerit mã-
suetus. Atq; ij omnes exiguo vtũtur potu. Spiratio
ipsis rara est: ⁊ magna. Nõnunꝗ occiput dolor ĩfe-
stat. Quum vero iã ꝓxime ad phrenitidẽ accedunt:
oculi eis vehemẽter euadunt squalidi: aut ex altero
ipsorũ acris lachryma effũditur: ac deĩde lippitudo
innatat: ⁊ vene ipsorum sanguine plene videntur: ⁊
sanguis stillat e naribus. Quo tempore nihil quod
exacte ad prudentiã pertineat: respõdent ⁊ floccos
auellunt: ⁊ festucas carpunt: atq; aridiore febri: cui
nõ ita magne in alterutram partẽ mutationes acce-
dunt: torquẽtur: quẽadmodũ in alijs quibusdam fe
brib⁹ videre est: que ꝑ vigorẽ quidẽ grauissime infe-
stãt: inclinationes vero habent mitiores. Ad hec lin
gua quoq; salebrosa est: nõnulli ĩterdũ audiẽdo fal-
li videntur: ac interdũ mesti iacent: vix quicꝗ respon-
dentes: atq; dispositiõe dolorifica affecti: vel acrius
p̃mente aliquo: eã haudquaꝗ sentiũt. Ergo hoc mo
do ꝑ cerebri affectũ: paulatim phrenitis euenire so-
let. Ob nulli⁹ aũt partis: p̃terꝗ septi trãsuersi viciũ
deliriũ iugiter infestare potest. Hmõi enim affectus:
continuũ fere deliriũ inducit: adeo vt veteres puta-
uerint: hac parte inflãmatiõe affecta: homines phre
niticos euadere: atq; ob eãdem suspitionẽ: phrenas
(id est mentem) eã appellauerũt: tanꝗ sapiẽti parti
acciderit quippiã. Verũ deliriũ quod hmõi vicio ac
cidit: a phrenitide distinguit̃: ⁊ ex oculorũ accidenti
bus: ⁊ sanguinis a naribus stillis: atq; spirationis
specie: q̃ppe phreniticorũ spiratio magna est: ⁊ ex lõ
gis semꝑ interuallis. Cõtra: vbi a septo deliriũ orit̃
inequalis: vt modo exigua sit: atq; frequens modo
magna: ⁊ angustiosa. Nã incipiẽte septi trãsuersi ĩ-
flãmatione: prius ꝗ delirent laborãtes: exiguum: ac
frequẽtẽ: reddũt spiritũ: cõtra: ijs qui ob affectũ ce-
rebrũ delirãt: magna ꝓdit: raraq; spiratio. Atq;: vt
summatim dicam: veluti eorum accidẽtiũ: que phre
nitidẽ antecedere diximus: aut nullum apparet: aut
si apparuerit aliquod: id perexiguũ est: in his quib⁹
septum transuersum inflammatione laborare inci-
pit: ita rursus intendi precordia: septi trãsuersi: ilico

Phre-nes.
Septũ. Plato.
Spina Medulla.
Dia-phrag-ma.
Aristo-teles.
Succin ctura.
Deliriũ
Phreni tica in-dicia.
Deliriũ a septo trãsuer-so.

ab initio affecti proprīũ indiciũ est id quod affecto cerebro posterius accidit nõ incipiẽte videlꝫ affectu sed quũ parat⁹ iã fuerit. Atqꝫ calor quoqꝫ circa caput ⁊ faciẽ vehemẽtior est ijs q̃ ob cerebri viciũ delirãt. Reliqui septi trãsuersi affect⁹ siue pmarij sint siue ꝑ consensum illi eueniãt partim quidẽ ab hoc nostro proposito sunt alieni quibus scꝫ manifeste infestatur quũ ꝑ alia accidẽtia tũ per abscessus in ipso exortos partim vero iam antea dicti sunt.

¶ De gule affectibus. Capitulũ quartũ.

Eam partem q̃ inter fauces ⁊ os vẽtriculi media est quã veteres esophagon noïabant: q̃ post Aristotelis seculum scripserunt stomachon nos gulã dicimus appellare consueuerũt. Quãuis Aristoteles prisco semꝑ vocabulo hãc animalis particulam nominauerit. ¶ Eius duplex est vsus. Unus quod veluti via est eorum que deuorantur. Alter ꝙ circa vtrãqꝫ viã actionẽ quãdã efficere videtur tũ deuorãdo ea que ab ore ad ventriculũ deferunt̃ tũ reijciendo ea que ab hoc ad os eleuantur. Sane gemine sunt ei ꝑtes quas dissectores tunicas appellant. altera ad cibi potusqꝫ deglutionẽꝫ vtit̃: altera ad eã q̃ vomẽdo fit expulsionẽ. Proinde rõni cõsentaneũ est duo eẽ affectuũ ipsi⁹ genera vnũ qđ veluti vie tũ ingestorũ tũ vomitiõe reiectoꝝ ei accidit alterũ ṽo qđ ei veluti vtriusqꝫ actiõis instrumẽto euenire põt. Cõstat ṽo duorũ iaꝫ memoratorum vsuũ alterũ quidẽ semꝑ esse necessariũ alterũ vero ꝓpter occasiões quasdã. Igit̃ eorũ accidẽtiũ q̃ ipm tanq̃ viã infestãt genus vnũ est quum ob tumorem aliquẽ preter naturam angustior fit ipsius meatus Alteruꝫ quum proprias actiones perficere nequit. Porro iam antea vbi de angina que ad vertebrarũ in ceruice luxationem sequitur: sermo habebatur: diximus: ꝙ acquisitittia ei angustia accidit: vbi sub vertebris ipsis comprimitur: cui⁹ rei nunc quoqꝫ admonitũ te esse velim. Nec obliuioni tradas tumores eorũ musculorũ qui gulã ipsaꝫ inuoluũt: sꝫ quomodo nascantur ij: in vniuersum in libro de tumorib⁹ preter naturã dictũ iã est. Ceterũ in ijs omnibus cõmune est quod tanta sepenumero inter deuorandũ infestat angustia vt potus ad nares remittatur. Quũ vero inflãmatione affecta gula familiari propriaqꝫ angustia non a vicinis partibus acquisita torquet̃ tũ grauissimus inter deglutienduꝫ dolor infestat ac cedente quoqꝫ perquã difficili trãsitu presertim si supinus qui laborat iacens trãsglutire quippiã conetur: quocirca sic affecti habituꝫ trãsformare atqꝫ erigere sese student ex accidente ipso edocti faciliorem ita fieri deglutitionẽ: adeo vt haud parũ habit⁹ hic ad ciborũ in decliues partes delationem conferre videatur: vtpote que possit sepenumero vel sola fieri si prius ex ore vsqꝫ ad gule initium facta fuerit expressio. A supino decubitu nulluꝫ speratur auxiliũ quo facilius ad infernas partes ferant̃ alimenta quippe quod tum a sola gule actione deuorandi mun⁹ ꝑfici potest. Neqꝫ vero latet vos ꝙ partium inflãmatione affectarum nulla non dolet quum suo munere fungitur. Contra vbi quieuerit dolor mitigari solet Ergo quum gula sentiendi facultate sit ꝑdita ipsam quoqꝫ veluti auctariũ indiciũ in vsum euocare oportet quo plenius huius particule affect⁹ dinoscant̃. Id quod a laborãte inter respondẽdum deprehendere licet: nisi adeo fuerit saxeus: vt quid ipm ledat: narrare non possit. Cõtra: si id quiuerit: gule sensus maximum prestabit corrolariũ: ad affectuũ ipsi⁹ dinotionẽ. Etenĩ imbecillitatẽ nõnunꝙ percipere se dicunt laborãtes: vt lõgo vix tẽporis spacio per gulaꝫ transeant: ea que ingesta sunt: que aliquãdo ad primũ impetũ facile descendunt: deinde rursus arcẽtur: vt videantur impacta: demũ per residuũ spaciũ facile labũtur. Horum primuꝫ actionis infirmitatẽ: alterũ particule cuiuspiã anstustiã indicat. Uerũ vtriusqꝫ differẽtias: ex reliquis accidentibus intelligere lꝫ. ¶ Nã ob imbecillitatẽ id euenire cõijciendũ est: quũ a sola intẽperatura: citra tumorẽ preter naturã: ingestorũ in transitu tarditas: ⁊ equalis est: ⁊ sine dolore ⁊ apud supinũ decubitũ: augetur: erecta vero ceruice mitigat̃: neqꝫ vll⁹ accedit angustie sensus. ¶ Ubi vero tumor aliquis accesserit: is vnã quãpiã particulã angustiorẽ ceteris efficiet: atqꝫ ꝑ eã tardior erit transitus. ¶ Qđ si tumor inflãmationis fuerit particeps: accedet ei pariter ⁊ dolor: ⁊ sitis: ⁊ multi caloris sensus: ⁊ febris nõ admodũ ardens: que etiã siti proportione haudquaq̃ respondet. Si vero tumor aliquis ex nõ ita calidis fuerit: tũ citra febrim: ⁊ calorẽ: ⁊ sitim: deglutitionis inequalitas eueniet: retentis in parte quapiã alimentis: presertim si maiusculum: atqꝫ solidũ fuerit: id quod deuoratur: acceditqꝫ dolor aliquis sed exiguus. Ergo quum aliquãdo huiuscemodi accidẽtia lõgo tẽporis tractu nobis apparuissent: accedente nonnunq̃ ephemera febre: nõnunq̃ etiã horrore: coniecturã fecim⁹ abscessuꝫ incoctuꝫ esse in gula. Accidit vero procedente tẽpore: vt laborãs fractionis sensum perciperet: ac subide pus euomeret: idqꝫ non solum eodem: sed postero quoqꝫ die: atqꝫ itidẽ tertio: deinde succedebant ei deinceps: oĩa vlcerate gule indicia: quippe siue acria: siue acida: siue salsa: siue acerba deuoraret: aut vellicationeꝫ: aut constrictionem sentiebat: dolebatqꝫ hac in parte: vel nihil deglutiẽdo: sed moderatius. Uehementioreꝫ vero dolorẽ excitabant ea: quibus mordendi: aut constringendi vis erat. Hic ergo lõgo tẽporis spacio vix seruatus est: fret⁹ scilicet etatis beneficio: etenĩ natu maiores: fere omnes perierunt. Sane quotquot dolorificum quempiã in gula habẽt affectũ: oẽs ex dolori quoqꝫ dolore ipsum significanter declarãt: cui⁹ rei causa haud obscura est: ij s qui gulam spine incũbẽtem viderunt. Quinetiam constat: quod ex gule vasis haud secus quã ex reliquis omnibus: sanguis vomẽdo reijci potest. Id si ob ruptum vas accidit: dolor ibi percipitur: vbi aliquid fractum est: atqꝫ sedem affectam indicat. Haud secus vbi vena fuerit erosa: siue diabrosin: siue anabrosin: siue aliter quomõlibet nominare volueris: locus affectus deprehendi potest. Aperto autẽ vasis alicuius ore: nullus omnino dolor sentitur: atqꝫ hac re a reliquis distinguitur: ac preterea quod neqꝫ ictus: neqꝫ casus hanc profusionem precessit: id quod rupto vase videre est. Quamquam ob solam sanguinis plenitudineꝫ: nulla adueniente extrinsecus causa: vasa interdũ disrumpi possunt. At vene erosionem: vlcus precedere solet. Fit autem vlcus: vel a fractione: vel a viciosorum humorum influentia: id quod in cute quoqꝫ sepenumero accidere videmus.

¶ De oris ventriculi affectibus. Cap. v.

esophagus.
Aristotelis seculum.
Gula.
Stomachus.
Gule inflãmatio.
Homo lapide⁹
Gule imbecillitas.
Gule tumor.
Gule inflammatio.
Gule vlcus.

Os ventriculi. cor.

Veteres os ventriculi cor nominabant ab accidentibus que inducere videtur hãc (vt aiũt) deducentes appellationē. Neq; eñ syncopã dũtaxat veluti cor ꝫ etiam cõuulsiones sopores morbũ comitiale melãcholiã inferre solet: q̄netiã accidentia qualia per suffusiones infestãt vt iam antea quum de oculis loqueremur dictũ est. Atq; omnes ij affectus consentientibus et ceteris partibus in ipso fieri dicunt. Nam ad ꝓpriam eius rõnē ptinet ⁊ appetentiã ꝓhibere ⁊ natantes in eo cibos corrumpere quemadmodum id haudquaq̄ fieri solet quum cibi in ventriculi fundo firmantur precipue si suapte natura non ita facile corrumpant. Igitur exacte animũ aduertere oportet vt discernant affectus qui ipsius occasione per consensum eueniunt ab ijs qui huiusmodi particulis quarum actionibꝰ nocere consueuit os ventriculi (quod vt veteres oēs cor appellabant ita nostra tēpestate stomachꝰ id est gula vocat) primario accidere censent. Sed hec inter se discernere facile poterit is q̄ assidua exercitatiõe circa notiões ꝟsatꝰ ea q̄ ꝑcesserũt diligēter cõsyderauerit. Sũt eñ ꝓprietates q̄dã ineffabiles vna cũ accidētibꝰ q̄ enarrari pñt euenictes q̄bus certiores stabilioresq; euadũt affectarum partiũ note: ꝫ has vnusquisq; per se inuenire poterit. Que vero tã q̄ fundamenta vniuerse dinotionis existũt atq; ex q̄bus studiosissimi quiq; ineffabiles accidētiũ ꝓprietates ediscũt deiceps explicare aggredior.

Os ventriculi. Stomachus.

Epilepsia. morbꝰ comitialis.

Igit̃ grãmaticꝰ q̄dã iuuenis quoties vel nimis vehementer doceret aut cogitaret aut inediaꝫ sustineret aut irasceretur comitiali morbo corripiebat: perpēdi equidem in hoc os ventriculi vtpote quod facile sentiret affectum esse: ac deinde per consensum ⁊ totum cerebrum ⁊ corpus vniuersuꝫ cõuulsiõe concuti: cui probã concoctionem accurate ꝓcurare ac deinde vel tertia vel quarta hora panem optime preparatũ exhibere iussi: atq; hunc quidē solũ si non sitiretꝰ: si vero siti cruciaretur ex vino madidũ ⁊ quidem albo atq; subacerbo.

Vinum album.

Nã huiusmodi vinum vt ventriculum robustũ efficit: ita haudquaq̄ tentat caput id quod facere solent ea que vehementes vires obtinent. Itaq; quum hac victus rõne vtens non vt ante afficeretur exactam iã notitiã me habere arbitratus sum eoruꝫ que prius sola coniectura consequebar. Itaq; quolibet anno bis aut etiã ter medicamentũ amaruꝫ ex aloe ei exhibui. Purgatis deinde ex vniuerso vētre excrementis resumptisq; ad proprias functiones viribus vir ille viginti annis quibus postea sup̄stes permansit integra inculpataq; valetudine vitã exegit. Qꝫ si aliquando ob ingruētia negocia diutius a cibo abstinere cogeret exigua quadam cõuulsiõe vexabat. ¶ Neq; non alios quoq; vidimus conuulsione per morbum comitialem ob oris stomachi viciuꝫ correptos quũ aut non probe concoxissent aut vini ⁊ quidem meractioris plurimum potassent aut vbi veneri immodice operã dedissent. ¶ Quinetiaꝫ per febres quosdam conspeximus de repēte cõuulsione prehendi nullo (quod eam p̄sagiret) ꝑcedente indicio qui bilioso superueniente vomitu ꝓtinus ab omni noxa liberati fuerũt: atq; hoc modo affectorũ nõnulli res quasdã fuscas vomēdo reiecerũt alij humorē porri succo similē quidã etiam viciosis grauati cibis soporosi permãserunt donec ea que os vētriculi opprimebãt: omnia euomuissent. Atqui horꝝ accidentiũ: vix vllũ crederes: a vētriculi ore procedere: quēadmodũ ne syncopas quoq;: nisi tã crebro euenire viderentur. Quãq̄ eñ non pauci ad ipsũ ex cerebro nerui perueniunt: non tamen tanti esse vidētur: vt eorũ occasione: principiũ adeo ipsis cõsentiat vt conuulsionē inducere possit. tantuꝫ abest: vt quis credat: cor ipsum tam vehementer ori ventriculi cõsentire: vt acuta protinꝰ sequat syncopa. Porro multos nõ solum somnia ⁊ somni incerti molestant: sed amentia quoq;: propter viciosum humorem in ore ventriculi exauctum. ¶ De flatuoso vero vocato precordiorum morbo: nemo non dixit: quomodo tristitiam: desperationem: mestitiã inducat: atq; vt summatim dicã: ad melãcholie accidentia: nihil reliqui facit. Quippe laborãtes huiusmodi morbo: post cruditates: dictis accidentibus multo vehementiꝰ infestantur: ac quidã ex ipsis splenici quoq; fiũt: quocirca cõijciendũ est: ex hoc etiã viscere: viciosaꝫ saniē: in ventriculũ irruere. Ergo ea accidentia que vel cerebrum: vel oculos afficiunt: viciosorum humoruꝫ vaporationeꝫ sequuntur.

Hypochõdriaca melãcholia.

At syncopa que gule vicio solet euenire: ob dolorũ ipsius proprietatem exolutionem inducit eius intemperatura ad cor fortasse perueniente. Quēadmodũ vbi cor vehementer intēperatũ est vires agminatim cadere necesse est. Atq; cõstat etiam q̄ κιττα (id est pice) vocate mulieribꝰ accidunt. vbi hec particula affecta est. Que eñ aut canũ more aut nihil oĩno aut malos cibos cupiũt ijs appetentie instrumentũ lesum esse certũ est: id ꝟo os vētriculi esse demõstratũ iã est. Sic etiã nausea cordis dolores singultus inter huiusce partis affectus numerari debent: veruꝫ omniũ harũ affectionũ causas in libro de accidentium causis iam diximus. vt nihil nũc opus sit in earũ explicatiõe tp̄is iacturaꝫ facere.

Syncopa.

Canina cibi cupiditas. nausea. Cordis dolor. Singultus.

Etenim que per intemperaturam ei veluti similari corpori morborum differentie adueniunt iã ibi enarrate sunt. Instrumentales vero morbi qui ei accidere solent adeo manifestas habent notas vt latere possint neminem qui cõmunes significationes q̄ ⁊ in his antea cõmentarijs ⁊ in alijs quibusdã ꝑscripte sunt memoria tenuerit. Neq; eñ abscessus neq; inflãmatio neq; erysipelas neq; vlcera huiꝰ loci ĩ obscuro sunt: vtpote quorꝝ cões sunt note cũ ijs q̄ supra de gule affectionibus dicte sunt: atq; illis eo manifestiores quo facilior huic parti sensus est ac clarã quoq; propterq̄ rõnem habet. Similiter vbi ex hac parte sanguis reijcitur indiciorũ ꝓprietas cõmunis est cũ illis que de gula iã diximus: verum cognitio longe manifestior euadit. ¶ Atq; par eē videtur totum ventriculi spaciũ simili dispositione affici quales sunt ille quas in ipsius ore fieri diximꝰ atq; similia quoq; ei aduenire accidētia. Quod vero lõge maiorē inferũt violētiã ea que in ipsius ore ꝓtingunt idcirco medici ea que in parte ventriculi inferiore eueniũt ⁊ despicere ⁊ contemnere solent. At q̄ coctionis opus in partibus ab ore inferioribus fieri nullus non fatetur necesse est hanc ipsam partem quum male disposita fuerit cruditatum esse causaꝫ. quin videlicet vel ob inordinatam alimentorum ingestionem aut multitudinem aut qualitateꝫ homo concoquere nequit. Morbi vero ceteris partibꝰ omnibus communes siue instrumentales sint siue per solã intemperaturã infestēt quorũ sedes affecte ma

nifeste sunt: ad hanc presentem commentationem ꝓ
prie non pertinent. Quippe eas dumtaxat partes:
que sensus iudicium effugiunt considerare ꝓpositū
est. Sed de sanguine qui ex ipso vomendo reijcitur
nō conuenit inter medicos. Etenim sunt q̄ putent ne
quaꝙ̄ fieri posse: vt sanguis vel ab hepate: vel a liene
effluens per ipsum euacuetur: similiter de pure q̊qꝫ
ab ipsis erumpente existimāt: verum enimuero per
artis exercitationem vtramqꝫ opinionē examinanti
michi visa est per ipsum fieri euacuatio ex dictis vi-
sceribus. Ceterū differre voluimus huius rei doctri
nam in eū locū vbi de ipsis sermonē faciemꝰ: quip-
pe deinceps ⁊ iecinoris ⁊ lienis affectus ꝑcurrere ꝓ
positum est.

¶ De iecinoris affectibus. Cap. vj.

Huic parti quēadmodū ⁊ ceteris oībus
duplex morborū genus accidit. Unū a
sola itēperatura citra tūorē preter na-
urā. Alterum vbi vna cum imperatura
tumor quoqꝫ infestat: vt inflammatio:
erisipelas: scirrꝰ: id est tumor durus: a spiritu exten-
sio: a grossis ⁊ viscosis humoribus obturatio: idqꝫ
in extremis vasorum partibus que ex vene ipsius
portis exoriuntur. Uerū in ijs laborans et grauita
tem ⁊ precordia veluti suspensa sentit ꝙ si fumosus
quoqꝫ spiritus cui non pateat exitus ibi concludat
non solum grauitas sed tensionis etiam sensus seq̄-
tur. ¶ Inflammationes vero que in hoc viscere citra
ipsius ībecillitatē nascunt siquidem in gibba parte
consistant ꝑcipue si grandes fuerint perfacile vel so
lo tactu dinosci possunt. At simarū ꝑtiū inflāmatio
nes per alia potius accidentia quā ꝑ tactū iuestiga
re oportet. ¶ Incipiā igitur ab his que ī ꝑte gibba
oriuntur si priꝰ vos admonuero eorū quos in cor-
porū dissectione conspexistis musculorū q̄ sub cute
tenduntur. Sūt vero octo numero quatuor contenti
coniugationibus. Quarū ꝑ̄ma ex musculis constat
rectis ꝑ totū carneis a pectore ad pubis ossa ita em̄
vocāt dissectores descēdētibꝰ. At reliquarū triū ꝯiu
gationū musculi vsqꝫ ad rectorū contactū carnea q̇
dem parte constant vbi vero primū illos attigerūt i
neruosas mēbranas degenerare vident. Horū itaqꝫ
musculorū vna cōiugatio que q̇dē reliquis exterior
est a thorace obliqua deducitur in āteriores partes
descendens. Altera huic cōtraria ab infernis exorta
partibus obliqua ad anteriores ascendit. Huic ter-
tia musculorū coniugatio subijcitur qui trāsuersuꝫ
habent positum atqꝫ peritoneo id est mēbrane que
intestina continet innituntur. ¶ Rectorū autē muscu
lorum tumores preter naturā oblongi atqꝫ per to-
tum ventrē extensi vident vmbilicū veluti ipsi quo
qꝫ musculi comprehēdentes: quapropter haud ob-
scura est eorū dinotio vtpote quos ⁊ positus ⁊ figu
ra declarat. accedēte ad hec ꝙ ipi a nullo exteriore
musculo contegunt. Hec autem obliquis quoqꝫ mu
sculis qui a torace descendunt sunt communia. At
multo difficilior est notitia musculorū qui ijs subie
cti sunt difficillima vero trāsuersorū. ¶ Constat au-
tem iecur intra hos sub peritoneo ēe positum: quod
quū tribus contegatur musculis fieri non potest vt
tactus aliquam ipsius notitiam prestet: nisi vel ma-
gna in ipso oriatur inflāmatio vel incūbentes ei mu
sculi extenuentur. Sed iecur affici declarant in dex-
tra precordiorum parte grauitas: dolor tota pre-

Hepa-
tis iflā-
matio.

Uētris
musculi

Perito-
neum.

cordia retrahens atqꝫ ipsius vsqꝫ ad iugulum exten
sio (nam ⁊ hoc nonnūꝙ̄ euenire solet) exigua tussis
lingue color in primis quidem ruber: deiñ vero ni-
ger: ingens fastidiū: sitis inexhausta: vomitꝰ tū syn
cere bilis: tū eius q̄ ouorū vitellis similatur: que po-
stea eruginis aliqñ colorem referre cōspicitur. Aluꝰ
quoqꝫ astringitur: nisi vna cū visceris huius ībecil
litate inflāmationē excitari cōtigat. ¶ Erisipelatis
aūt accidētia his fere similia sunt. Sed insuꝑ febris
quoqꝫ cū vehemētissima siti laborantes cruciat: eas
enim febres quas ardētes antiqui vocabāt magna
ex parte aduenire videmus iecoris aut vētriculi flā
meis dispositionibꝰ atqꝫ in pulmonis inflāmatiōe
erysipelatis ꝑticipe (Greci φλεγμονην ερυσιπελα
τωδην appellant) ardētes febres excitant: quēad-
modū vbi in vniuerso quoqꝫ corpore biliosi humo-
res ad immoderatū feruorē perueniunt. Uerū he q̄
aut iecoris aut ventriculi occasione eueniūt omniuꝫ
sunt vehemētissime. Quibꝰ ꝑticulis ita laborātibꝰ
febres magna ex parte ī tabē trāsmutant. Sꝫ de hac
alibi seorsum scriptū ē. ¶ Que ī simis iecinoris par
tibus eueniūt inflāmatiōes vt magis ꝙ̄ ille q̄ ī eius iecoris
gibbo fiunt fastidiū nauseā vomitū biliosum sitim ꝑtiū in
ingentem inducūt sic econtrario he maiori ꝙ̄ ille in flamma
ter spirandū dolore (vt dictū est) laborantē afficiūt tio.
magisqꝫ tussim excitāt atqꝫ dolorem vsqꝫ ad dextre
partis iugulū adeo vt detrahi videatur extendunt
porro vtriqꝫ parti quū dolor adest nothe coste non-
nunꝙ̄ cōsentiūt. Nā in hac re ambe eius partes me
rito cōmunicare vident: ꝙuis nō passiꝫ oībus aīan
tibus id eueniat eo ꝙ nō in oībꝰ iecur ꝑ mēbranas
costis adaptatur: id quod non solum in simijs sed
in alijs quoqꝫ animalibus videre est. Etenim in alijs
q̇dem attingit in alijs contra. Igitur quemadmodū
interdū in gibbis dūtaxat ita ⁊ in simis huiꝰ visce-
ris partibꝰ inflāmatio oritur: ꝙuis in neutra ꝑtiū
exquisite distincta possit cōsistere. Nā omniū eiꝰ par
tium carnes inter sese continuant. Ceteruꝫ quibus
vel a natura vel a morbo abdomen extenuatum est
in ijs facile est videre ingenteꝫ iecinoris inflāmatio
nē: que ꝓpriā hāc a musculorū tumoribus sortitur
differentiam quod moles eius manibꝰ tractata ag
minatā circūscriptionē haudquaꝙ̄ excedit. At mus
culus quilibet quū totus sibi continuus sit inflāma
tionis ipsius moles sensim diminui cōsueuit q̇ppe
soli iecinori ꝓpriū est vt tumoris tumulū cōprehen
sim habeat circūscriptū. ¶ Unū manifestū est ꝙ durꝰ
in ipso tumor (greci scirron vocāt) multo euidētius
dinosci potest eo ꝙ durior sit scirri ipsius ꝙ̄ inflam
matiōis moles qꝙ in huiuscemodi dispositione ex
tenuata sint corpora que ei incūbūt. At vero tractu
tēporis ꝙuis magis increscat scirri cumulus nō tm̄
eque facile fuerit per tactū ipm cognoscere interci-
piēte scꝫ indicium aqua inter cutē que ilicō scirrum
sequi consueuit. Quippe nisi hepar afficiatur haud
quaꝙ̄ fieri pōt huiusmodi affectus non tamen sem-
per ob primariā eius affectionem excitat ꝙuis hoc
sit ꝙ̄frequētissimū. Etenim qr ipm eius facultatis q̄
sanguinē gignit instrumentū est cōsequens est vt vi
ciato hoc viscere actio quoqꝫ eius vicietur. Accidit
aūt (vt dixi) quum aliā atqꝫ aliā partē frigida intē-
peratura afficit vt hepar quoqꝫ refrigeretur. Igit si
vel lienis causa vel ventriculi vel intestinorū vniuer
sorū maxime ieiuni mesenterice vene habituali in-

Erysi-
pelas.

Simarū
ꝑtiū in
flamma
tio.

Scirrꝰ
hepatis

temperatura afficiantur facile etiā vna refrigerare
possunt omnes simarum iecoris partiū venas quo
fit vt ad hepatis quoqꝫ corp⁹ intēperatura ipsa ꝑ-
ueniat. Si vero vel pulmonis vel septi trāsuersi vel
renū occasione id accidat imprimis vene q̄ visceris
huius partibus gibbis cōsistūt per cōsensuꝫ afficiū
tur deinde tractu tp̄is hepar quoqꝫ eadē dispositio-
ne infestatur. ¶ Ergo ea q̄ hucusqꝫ diximus sic se ha
bere nemo inficiabitur nisi forte quis aut suapte na
tura contētiosus aut oīno fuerit indoctus. ¶ De ob-
structione vero non eque certe habentur coniecture.
Etenim ꝙ simarum partium vene ab ea que in por
ta exorit̄ in tenuissimas extremitates finiant̄ haud
obscure apparet. Atqꝫ quod ad eundē locū alie quo
qꝫ venarū extremitates a concaua vena in gibbas
visceris partes distributarū perueniant similiter cō
stat licet quomodo per sua ora ipse inter sese comū-
gantur videre nequaꝙ possimus. Neqꝫ enim dubi-
tat aliquis sed oēs fere medici ex vno ore enunciāt
ꝙ cib⁹ vniuerso corpori distributus ex oībus sima-
rū ptiū venis exiēs ad gibbas partes per dictas ex
tremitates trāssumit̄. Qd̄ si fateamur sanguis trāsi
tū ob tumoris cuiuspiā molē constringi rōni cōsen-
taneū esse videt̄ vt nōnullis placuit vt ps q̄ i sangui
ne magis tenuis atqꝫ aquosa est trāssumatur atqꝫ
vehatur ꝑ vniuersum corpus syncerus aūt sanguis
q̄ ꝓpter sui crassitudinē in visceris substātia perma
net morborū qui ex plenitudine fieri solent causa eē
censeatur. Perscrutantibus vero nobis huius secte
placita vident̄ parti cū ijs q̄ iā supra dicta sunt con
sentire partiꝫ vero nonnihil ab ijs que apparere so
lēt differre. Quod enim aquosa sanguinis pars trās
sumpta in venā concauā vsquequaqꝫ per corp⁹ dis
pergatur consequi videtur ad ea que iam in cōfesso
esse diximus. Qd̄ vero contra crassior sanguis in vi
sceris venis conclusus ad intestinū ieiunū et colon
⁊ cecū atqꝫ rectū deferatur ⁊ (vt quispiam dixerit) in
ventreꝫ fortasse nemo vnqꝫ vidit neqꝫ in hepatis p̄-
ter naturā tumorib⁹ neqꝫ etiā obturationibus. Ve
rū in omnib⁹ corporis partibus tum supernis tum
inferioribus pituitosus sanguis contineri conspici
tur in ijs morbis quos Greci ⁊ anasarcas ⁊ hypo-
sarcas noīare cōsueuerūt. Per aliū autē nihil cruē-
tū neqꝫ in ijs neqꝫ in ascite neqꝫ in tympania secer-
ni solet. Sꝫ spaciū qd̄ inter peritoneū ⁊ partes ei ad
iacentes est aquoso humore impletur. Proinde ra-
tioni magis cōsentaneū est vt ob visceris refrigera-
tionē cibus iā redditus in sanguinē transmutari nō
possit. quinetiā qd̄ refrigeratis vniuersi corporis ve
nis ipm quoqꝫ vna cū illis refrigeret̄ idqꝫ maxime
vbi nullo plerūqꝫ tumore in iecinore appente labo-
rans aqua inter cutē molestari videt̄ vicio existente
vel in liene vel ieiuno aut tenui intestino aut mesen
terio vel pulmone vel renib⁹ aut etiā vbi plurim⁹ per
hemoroidas sanguis excernit̄ aut ob muliebre pro
fluuiū aut quū retinentur menstrua aut ob aliā in-
gentē vteri dispositionē. Nā per oēs huiuscemodi af
fectus aqua inter cutē hoīem vexari cōtingit vel nul
lo existēte in hepate preter naturā tumore. Id vero
precipue intelligitur ab ijs qui didicerunt quomo-
do ex intēpestiua aque frigide potatione iecur affa-
tim refrigeratū statim aquā inter cutē inducit ante
aquā scꝫ in durū tumorem attollat̄. Verum sic affe-
cti vehementi ciborum desyderio tenent̄ nec mirum
quippe ob refrigeratū os ventriculi: huiusmodi cu-
piditates inualescere: iam ante didicimus. Sed de
aqua inter cutem: quantum ad presens attinet pro-
positum: hec dixisse satis est.

Hepatis obstructio

Anasarca.

Hyposarca.

Ascites

Tympania peritoneum

Aqua frigida.

¶ De morbo regio. Cap. vij.

Dorro vtrū semp in morbo regio loc⁹
affectus sit hepar: an alia preterea dis
positio hunc affectū efficere possit: de-
inceps percurrēdo scrutemur: siquidē
videmus nōnūꝙ iecinore nequaꝙ af
fecto per morbi iudicationē: effūdi ad
cutem bilem pallidā: quo modo abscessus quoqꝫ ali
qui interdū euenire cōsueuerūt. Videmus etiam ali
quando citra morbi iudicationē: sanguinē ab extra
nea aliqua occasione corruptū: biliosum effici: qua-
lis etiā a feris mordētibus fieri solet. Etenī imperia
lium seruitorū quidam: qui viperarū venatiōi depu
tatus erat: quū a vipera morsus eēt: aliquādo tēpo-
re: medicamēta quibus vti ꝯsueuerat: potabat: cūqꝫ
vniuersi corporis color mutaret̄: adeo vt porri colo
rē referret: accedēs singula nobis enarrauit: cui epo-
ta theriaca: ꝙ celerrime color scd̄ꝫ naturā restitutus
est. Solent autem medici inuestigare: an assumptiue
neni ꝓpria extent signa: eo qd̄ sepenumero videant
citra letalis veneni potionē hūores similiter: vt epo
to veneno corrūpi. Verū nō mirū est: si sic aliquādo
mutentur humores: vt vniuersum corp⁹ auriginō-
suꝫ euadat. Quāꝙ fieri etiā potest: vt iecinoris scd̄ꝫ
naturā tēperatura mutata: humores huiuscemodi
vicio afficiantur: ⁊ quideꝫ citra obstructionē: aut in
flāmationē: aut scirrū. Quinetiā manifeste quādoqꝫ
videmus: vniuersuꝫ corpus: herbis cādenti pallore
infectis similari: interdū plumbeum: aut fusciorem
quoqꝫ referre colorem: interdū etiam alias quasdaꝫ
ineffabiles colorū ꝓprietates: que iecinore suo mu-
nere nō recte fungēte: accidere solent. Sic ob splenis
quoqꝫ vicia: huiusmodi colores eueniunt: sed multo
nigriores quā ab hepate. Quos vt clara interpreta
tiōe enarrare difficillimū ē: ita cognoscere facillimū
ijs p̄sertim qui illos sepenumero cōspexerint. Etenī
Stesian⁹ quū medicoꝝ iudiciū subijsset: nescio quo
pacto eorū nō pauci: abscessum in ipsius hepate con
sistere crediderint. Sed postea quam lōgo temporis
spacio: nihil se in melius sentiret: me quoqꝫ vocauit.
Igitur simul atqꝫ domū: vbi iacebat: fuisseꝫ igress⁹:
aspiciens eum: hoc inquā scias velim: nullū tibi esse
in viscere viciuꝫ: sed quid aliud te molestet: nudatis
precordijs declarare conabor. Inueni ergo in ꝓfun
dis musculis abscessuꝫ: cōtracto iam pure: in medio
spacio eorū musculorū: qui per transuersuꝫ incedūt:
atqꝫ illorū qui oblique ab infernis sursum tendūt q̇
(vt nouistis) medij sunt inter eos: qui transuersi pe-
ritoneo incūbūt: ⁊ eos qui sub externa cute obliqui
deorsum feruntur. Sic etiam alios perplures scitis
me notasse: per colorē declarādo: modo iecur: modo
splenē eē affectū: nulla audita preteritoꝝ accidētiū
narratiōe: neqꝫ etiā per tactū inuestigato viscerū af
fectu. Proinde sepenumero audiuistis me male im-
precantē ijs: qui medice quidē professionis (qd̄ ad
spectatiuā pertinet) principes se esse iactabant: nul
lius vero egri volebāt aggredi curationē. De quorū
numero plurimi fuerūt tū empirici: tum methodici:
quibus si quis dixerit: fieri posse: vt solo ꝓspecto co-
lore: affecta sedes interdū cognoscat̄: illi aperto ore:

Morb⁹ regius.

Imperialis seruitor.

Venent signa.

Morb⁹ regius a splene

Stesianus.

Color declarat iecoris splenisqꝫ vicia

atqꝫ rabidi canis exēplo:exerta lĩgua:impudēter ei
resistũt. Verũ p̄sens sermo haud quaq̄ꝫ ad illos diri
git. Itaqꝫ ad aliud accidentiũ genus q̄ sola iecino-
ris imbecillitate:que per se ac sine inflāmatiōe seue-
nire solet:cōtinetur:nũc transeamus: queadmoduz
⁊ de ipsius inflāmatiōe que citra ꝓprie facultatis
sue imbecillitatē accidit:seorsuz iam diximus. Cete
rũ postq̄ꝫ sanguinis generationē:hepatis munꝰ esse
intelligimus:si causa aliqua fuerit:que hũc genera-
re possit:eā hepatis propriaz facultatē esse dicemꝰ.
Propriam autem diximus:propter eas que oībus
corporis nostri partibus cōmunes esse dinoscunt:
quas in libro de naturalibus facultatibus iam per
currimus:attractricē dico:⁊ retentricē:⁊ expultricē.
Namqꝫ quarta generatim quidē alteratrix:specia-
tim vero sanguifica vocat. Porro omniũ facultatuz
essentiā:in peculiaribus partiũ temperaturis consi
stere didicistis:proinde quũ iecur ad aliquā octo di
stēperantiarũ labitur:accidet viribus ipsius noxa:
que illi intēperature peculiariter debetur. Sz de ijs
generalē scripsimus sermonem:in tertio libro de ac-
cidentiũ causis:proprius autem cuiusqꝫ secundum
speciē partis:cōmuni proportione respōdet. Igitur
calide iecoris intēperature:tuz contentos in ipso hu
mores:tum eos qui per lactiuz (id est mesenterij) ve
nas deferuntur:⁊ assant ⁊ adurunt:frigide aũt:con
tentos iam in ipso humores:crassos:atqꝫ ad fluxuz
⁊ motum cōtumaces reddũt:id vero quod ad ipsum
fertur:⁊ pituitosuz:⁊ crudum:⁊ semicoctum efficiũt.
Sic de reliquis quoqꝫ duabus dicendum est. Arida
quidem intemperatura:ficciores:crassioresqꝫ: humi
da vo:magis tenues:aquosioresqꝫ reddit humores.
¶ Igitur quuz alui sedimina:aque:in qua nuꝑ ma-
ctata caro abluta est:similia esse videritis:efficacissi
mũ inde affecti iecinoris signũ elicere nequaq̄ꝫ dubi
tetis. Ac nominantur hepatica:ea precipue q̄ ob im
becillitatē ipsius deijciuntur:quippe ad iecoris es-
sentiam pertinent huiusmodi affectus. Atqui didi-
cistis cuiusqꝫ primorũ corporũ essentiā ex quatuor
constare qualitatibus. Sic etiaz quũ feci sanguinis
similia per aluũ excrementa deijciunt:iecur affectũ
esse conijciendum est. Vt eñi tenue ⁊ saniosum excre
mentũ:infirmi iecinoris:sanguinē creare nō poten-
tis:ita id q̄ feci similatur:superassantis sanguinez
hepatis indiciũ est. Neqꝫ eñi a memoria vestra deci
dit:quũ sepe videritis quosdam:in primis quidē sa
niem:⁊ cruenta quedam:dein tractu temporis cras-
sum:ac melancholicũ sanguinē:postremo atrā quo
qꝫ bilē:⁊ quidem synceram:deijcere. Accidit autem
interdũ:vt hic affectus:ob frigidam intemperaturā
citra febrim incipiat:quando tenuis sanies sangui
nis excernitur:deinde tractu temporis:corrupto in
viscere sanguine:febris superuenire solet:que tamē
ab imperitis vsqꝫ adeo negligitur:vt laborātē inter
duz nequaq̄ꝫ febricitare putent:quippe hũc affectũ
ob inediam accidisse existimāt:quũ tamen potius:
quia nulla sit ipsis cibi cupiditas:quā ob medicoꝝ
institutum:laborātes a cibo abstinere cōsueuerint.
Itaqꝫ quũ iterim nihil excernatur:videaturqꝫ labo-
rans omnino liber a febre:balneis eum exponũt:ac
debitam victus rationez prescribere negligũt. Quo
circa rursus corruptos cibos aluus deijcit:quos de
inde hepaticorũ excremētorũ nōnihil sequit. At nō
nulli qui ob frigidā intemperaturā laborare incepe-
rũt:nō solũ nō perdũt cibi cupiditatē:veꝝ etiā inter
dum multo magis:quā antea se appetere aiũt. Ca-
lidas vero intemperaturas:nunq̄ꝫ comitatur ciboꝝ
appetentia:sed inedia grauis:sitis vehemēs: febris
insignis:viciosorum humorum vomitus. Hec sunt
propria hepaticorum accidentia:sic enim nominari
iam dixi eos:quibꝰ visceris ipsius vires fuerint im
becilles. Qua in re vulgus medicorũ errās:hũc affe
ctum putat esse dysenteriā. Inflāmationē autez alia
(vt dictũ est) sequuntur accidētia. Quũ itaqꝫ ambo
interdũ affectus cōueniant:vtriusqꝫ accidētia simul
apparere solent:quapropter tenaci memoria ea ser-
uare oportet. Sic eñi non solũ laudabunt nos:sz ad
mirabũtur etiā:ij qui opera nostra indiguerint:pre
sertim si accidētia quoqꝫ:que alijs morbis cōmunia
sunt insuper prospexerimus:veluti q̄ dolor ad no-
thas costas peruenit:quod iugulus detrahi videt:
quod spiratio parua redditur ⁊ frequens. Equidē
quũ primũ Romam venissem:magnifice admiratꝰ
est me Glauco philosophus: ob huiuscemodi quā-
dam dinotionē. Eteñi per viaz mihi occurrēs:opor
tune (inquit) aduenisti:iungēsqꝫ dextrā dextre:proxi
mi sumus (inquit) laboranti:quē nuper vidi: itaqꝫ
oro:vt vna mecũ ad ipsum venias:est autē Siculus
medicus:quem non ita pridem mecum ambulātem
vidisti. Ego vero:quid inquā molestat ipsuz? Tum
ille ⁊ copiose admodũ:⁊ aperte id declarare aggres-
sus est. Neqꝫ eñi adeo erat vafer:vt aliquid me cela
re posset. Quũ heri (inquit) ⁊ Gorgias ⁊ Apelas mi
hi nunciauerunt:notiones:presagiaqꝫ edidisse te:q̄
ad diuinationem potius:quam ad medicinā perti-
nere videbantur:cupio equidem periculũ facere:nō
adeo vt tuam experiar doctrinā:quā vt sciam:num
tanta sit in arte medica:tum cognoscendi:tuz presa
giendi facultas. Interim quũ hec diceret:venimꝰ ad
laborantis hostium:vt neqꝫ verbo:eius prouocatio
ni respondere:neqꝫ etiam ea que sepenumero me di
cere audiuistis:effari possem:quod scilicet multa in-
terdũ nobis fortuito apparent:interdũ vero omnia
sunt ambigua:atqꝫ idcirco ⁊ alterā:⁊ tertiaz quoqꝫ
consyderationē expectamus. Itaqꝫ in primo statim
aditu obuiam nobis venit quidā:peluim a cubiculo
efferens:continentē tenuem cruoris saniem:carniũ
nuper mactatarũ ablutiōi haud absimilē:euidētissi
mũ affecti iecinoris indiciuz:qua diligēter inspecta
vna cũ Glaucone ad medicũ ingressus sum. Appre
hendi itaqꝫ manũ circa flexuz eius:quo intelligerem
vtrũ inflāmatio:an sola imbecillitas esset in viscere.
Quia vero (vt diximꝰ) medicus erat:nuper (inquit)
a deiectiōe decubui:itaqꝫ perpēde arterias ob id q̄
surrexerā crebrius pulsare. Hec quũ dixisset: inueni
equidem inflāmationis indiciũ. Prospiciēsqꝫ ad fe
nestrā:hyssopũ ex aqua mulsa decoctũ:in olla con-
syderaui:proinde cogitaui:medicũ se pleuriticũ esse
putare:dolore videlicet nothas costas infestāte:qua
lis iecinoris quoqꝫ inflāmationibus aliq̄ñ accidere
re consueuit. Nunc itaqꝫ quum sentiret:esseṭqꝫ spira
tio:⁊ parua:⁊ crebra:atqꝫ exigua tussi infestaretur:
pleuriticum se esse existimabat:quāobrem hyssopũ
quoqꝫ ex aqua mulsa preparauerat. Intelligens ita
qꝫ ego:quod fortuna viam mihi preberet:qua apud
Glauconē clarum nomen adipisci possem:manum
meā ad nothas in dextro laborātis latere costas ad
moui:indicatoqꝫ loco:dixi eũ ibi dolere. Quod cum

Marginal notes: Iecoris imbecillitas. — Propria hepatis facultas. — Cōes facultates — Iecoris intēperatura. — Hepatica excrementa. — Calida intēperatura iecinoris — Glauco phus. — Fortũa

ipse fateret̃: Glauco ex solo arteriarum pulsu: existimans me sedem affectam inuenisse: plane admirari me cepit. Verũ vt vehementius stuperet: hec quoqꝫ addidi. Quẽadmodũ hoc in loco dolere te confessus es: ita velim fatearis: etiã tussiẽdi cupiditate vexari te: etenĩ ex longis interuallis: tussis exigua: arida: et qua nihil expuis: molestare te solet: atqꝫ ita me dicẽte icepit forte fortuna: huiusmodi quadã tussis specie (qualeꝫ iam diximus) tussire: qua de re tanta admiratione Glauco cõmotꝰ est: vt cõtinere sese nõ valens: magna voce exclamãdo: in laudes meas ꝓrũperet. Tũ ego nõ putes (inquã) sola hec ex arte posse presagiri. Sũt eñ alia quoqꝫ: que nunc dicere aggredior: quibus ⁊ laborans ipse testimonium feret. Itaqꝫ rursus incipiens: dixi. Quum magnã trahis spirationem: dolor ea parte: quam notaui: vehementius te cruciat: sentisqꝫ in dextra precordiorum parte grauitatem. His auditis ne infirmus quidem sese potuit continere: quo minus pre vehementi admiratione: vna cum Glaucone exclamaret. Itaqꝫ sentiens equidem arridentẽ mihi fortunam: de iugulo quoqꝫ: quod videlicet ad inferiora trahi videret̃ aliquid efferre volebã. At quia magnas inflammationes: quẽadmoduꝫ ⁊ scirrum: id comitari solet: dicere nõ sum ausus: veritus ne laudem quã antea de me excitauerã: sauciarẽ. Quũqꝫ animũ induxissem: tuto me aliquid eloqui oportere: aspiciẽs laborãtẽ haud ita multo post (inquã) iugulũ ad ifernas partes detrahi sentis: nisi fortasse id iam antea tibi euenerit. At cũ hoc quoqꝫ fateretur: cõuersis in laborãtẽ oculis: vna (inquam) addenda est predictis diuinatio. Etenim dicam: quã de morbo suo laborans ipse habuerit suspitionẽ. Tũ Glauco: ne de hac quidẽ diuinatiõe desperare se aiebat. Laborãs aũt incredibili hac pollicitatiõe: in stuporẽ adductus: ⁊ acriter me intuens: quid essem dicturus: attenta mẽte expectabat. Igitur dicẽte me: quod infestantẽ morbũ: pleuritidẽ esse putasset ille ingenti cum admiratione: huius quoqꝫ rei se testẽ exhibuit: id qđ etiam affirmabat ex astantibus vnus: qui paulo ante latus eiꝰ ex oleo fouerat. Atqꝫ ex eo tẽpore Glauco: tum de me: tum de vniuersa arte: quãoptimã cõcepit opinionẽ: quũ antea nihil magni ab arte expectaret: vtpote q̇ nunq̃ cũ ꝯsumatis in arte viris versari ꝯsueuisset. Hec ideo dicere volui: vt intelligatis: que accidẽtia cuilibet morbo ꝓpria sint: ⁊ que alijs quoqꝫ morbis cõmunia: ac preterea que ab vtrolibet genere sint inseparabilia. Itẽ que magna ex parte: ⁊ que raro videri solent: atqꝫ ea que ancipitẽ habent euentũ: vt si aliqñ fortuna huiusmodi vobis occasionẽ qualem mihi fuisse oblatam iam dixi: prebeat: ea commode vti sciatis. Sepe eñ fortuna: nõ contennendã adipiscende laudis ansam suggerit: ea tamẽ vulgus medicorũ ob imperitiã vti nescit. Quamq̃ doctissimꝰ quisqꝫ: quũ accidentiũ aliqđ: quod ⁊ affectã sedem: ⁊ affectũ ipsum indicare possit: cõspexerit: haud difficulter reliqua quoqꝫ inueniet: quoꝝ alia q̇dẽ necessario: alia ṽo magna ex pte: ⁊ locũ affectũ: ⁊ morbũ ipsum sequuntur. Verum meminisse debetis eorũ preceptorũ: que ⁊ generalia: ⁊ vniuersalia appellantur ⁊ que multorũ specialium cõmunia genera sunt: vt circa omnẽ rerum particulariũ materiam exercitati: eas celeriter discernere possitis. Est igitur communis sermo: quẽ inuenire proposui: de naturalibꝰ facultatibus: quas in qualibet parte generatim quatuor esse didicistis. Primã voco attractricẽ: que peculiares parti succos: alendi ipsam gratia: ⁊ appetere ⁊ attrahere potest. Altera deinde est: que alteratrix dicitur: qua succus attractus: similis euadit parti q̇ alitur. Huic alie due ministrãt. Retentrix: quũ pars attractũ succum coquit: donec in suã ipsius naturã eum mutauerit. Et expultrix quando a coctione: qđ inutile est: excernit: idqꝫ excremẽtũ vocat̃. Has itaqꝫ facultates in qualibet affecta parte: vtrũ valide sint an infirme cõsyderetis hortor: vt in hepate: quoniaꝫ de hoc dicere instituimus: vis attrahendi si quomodolibet afficiatur: cibũ in vẽtriculo iam in succũ trãsmutatũ relinquet: vt per aluũ exacte cõfectus: liquidus: ⁊ haudquaq̃ exiccatus excernat̃. Atqꝫ hoc qđ ipsa affecta sit signũ vobis erit. Quicquid eñ ab aliquo tanq̃ a causa procedit: id etiã illius signũ eẽ cõstat. Hunc affectũ nõnulli ad Mesareũ pertinere autumant: vocantqꝫ sic laborantes mesaricos: eo quod vident cibum per venas mesareo ⁊ mesenterio intextas: transmitti: vt solebat: non posse: eodẽ seducti errore: quo ij qui manꝰ eoꝝ: quos syncopa: vel cordis vel gule vicio: prostrauit: affectas esse arbitrant̃: vtpote que haudquaq̃: vt antea: munere suo fungant̃ Quippe iecur: mesarei venis veluti manibꝰ: que ex ventriculo ei cibum afferant: vtit̃. Similiter etiã fallunt̃ nõnulli: vbi crura resoluta sunt: ob affectũ aliquẽ: eã spine partẽ: que in lũbis est: infestantẽ: quippe neglecta spina: cruribus remedia adhibent. Igit̃ si mesenteriũ vel inflãmatiõe: vel alio eiusmodi affectu laboret: hunc proprie ad ipsum referemus: si vero iecur ob imbecillitatẽ per venas suas cibuꝫ allicere nequeat: nõ mesenterio (id est lactibus) sed iecinori: remedia sunt adaptãda. Quẽadmodũ ne resolutis quidẽ vel manibꝰ: vel cruribꝰ: ob affectũ q̇ in spina cõsistit. Verũ vbi vel inflammatio: vel erysipelas mesenteriũ afficit: haud ita difficile est discernere: si alui excrementa diligẽter consyderes: etenĩ nõ soluꝫ hepaticis excremẽtis exquisite similia (quũ vt: dictũ est: iecur imbecillũ trahere ad sese cibuꝫ nequit) deijciuntur: sed apparet etiam: veluti ab inflãmatiõe: sanies quedã admixta. Nam ab omni parte inflãmata: cui spissum: crassumqꝫ tegmen: nõ incũbit: in primis quidẽ tenuis sanies defluit: que: cõcocta deĩde inflammatione: ⁊ crassior: ⁊ puri similior redditur. Quũ ergo nulla existente in iecore inflãmatione: huiusmodi quippiam: cum excrementis succi spẽm cõsequutis deijcitur: in mesareo affectum esse censendũ est. Igitur vt non potẽte ob imbecillitatẽ hepate succum a vẽtriculo attrahere: attrahẽdi facultas afficitur: ita quũ retinere nequit: cõprehendẽs: cõtinensqꝫ facultas: infirma putanda est. Proinde in primis q̇dem cruorem saniosum excerni videmus: postea vero crassum: ⁊ feculentũ. Similiter alie quedam eueniunt excretiones: non quidem ob imbecillitatẽ: sed ob expultricis facultatis robur: ratiõe plenitudinis ⁊ quidem sepenumero integra etiandum constante valetudine. Sic plerumqꝫ pars aliqua: quũ affecta est: ꝑ hepar purgat̃ viribꝰ ipsius iã factis robustioribus: quippe cõcoctis in ipsa viciosis humoribꝰ: sequitur excretio: sed ita sequitur: vt vtiles hũores retineantur: expellantur vero inutiles. Atqꝫ sunt nonnulli qui huiusmodi vacuationes nominẽt cruẽtas dysenterias: que euenire solent quibusdaꝫ: vel muti-

Fortũa

Mãles facultates.

Mesarici.

Mesenterij inflammatio.

Cructa dysenteria.

lato aliquo membro:aut vbi quis in exercitatione
educatus:ad ociū se conuerterit.Ac solet quoqꝫ mu
lieribus retentis menstruis huiusmodi per sedez va
cuatio fieri.Atqꝫ interdum per vomitum quoqꝫ ean
dem ob causam.Uerum his syncerus sanguis excer
nitꝰ:similis ei:qui ab hostia interfecta profundi con
sueuit:modo inferne per aluum:modo per supiores
etiam partes.At per erysipelata:⁊ inflammationes
accedente cōcoctiōe:viciosus:cenosus:⁊ putris:deij
citur.Atqꝫ vt in hepaticis affectibus(quāquam ra-
ro)medicamentorum auxilio : robustiore euadente
iecinore:interdum deijciuntur excrementa:tum colo
re:tum odore pessima:purgato ita viscere:sic eodem
modo vrine quoqꝫ deteriores redduntur:quibꝰ im-
periti medici nonnunq̄ decepti grauis morbi peri-
culū subesse arbitrantur.Etenī quibus sine ratioci
natiōe:rudis dūtaxat experiētia suffragatur:de his
que raro eueniunt experimenta habere nō possunt:
veluti eorū que sepenumero accidūt facile memine-
runt.Quod aūt protracto per longum spaciū mor-
bo:apparentibusqꝫ notis concoctionis : huiusmodi
fiāt euacuatiōes:nō semel dūtaxat:imo creberrime:
ex enarrationibus:quas in Hippocratis opa edidi
mus:didicistis. Igitur queadmodū retētrix facltas
quū imbecillior est:ac rez que ipsaz grauat:retinere
nō valet:vis expultrix id quod molestat euacuat ita
infirma expultrice:res quedam retineri solent:facul
tate retentrice non admodum grauata.Nam in quo
libet instrumento:modo hec:modo illa facultas:vel
fortior fit:vel imbecillior:facta videlicet ad actionez
relatione:si modo vniuscuiusqꝫ facultatis rationem
intellexerimus. Nam reuera tota semper particula:
secundum temperature que ei frequētius inest:agit
proprietatem.Uerum aliquādo rem grauantē susti
net:ac longo temporis tractu eam vincit:cōficit:alte
rat:⁊ cōcoquit:deinde rursus alio tempore:rei infe-
stantis vel qualitatē:vel multitudinē:ferre nō valēs:
ad ipsius excretionē insurgit.Atqꝫ ecōtrario:vbi in
terdū accurata adhibita est curatio:ipsam rē mole-
stantem deijcere cupiens:viribus grauissime ꝓstra
tis:ob imbecillitatē id efficere non potest. Igitꝰ hec
omnia in quouis naturali instrumento perpendere:
atqꝫ mentē in ipsis dignoscendis exercere debetis:
Sic enī inuenietis partiū quarūdam affectꝰ :antea
haudquaq̄ indagatos:veluti ne folliculi quidez fel
cōtinentis.Si enī(vt ostēdimus)biliosum humorē
ad se trahit:queadmodum renes vti sanguinis serū
aut splen:id quod vini fecibus:aut amurce similatꝰ:
accidit interdum:vt ob huius folliculi imbecillitatē

Regius morbꝰ.

impurꝰ fiat sanguis:atqꝫ idcirco alia eueniat regij
morbi species:preter eas tres quas iam supra ꝓpo
suimus.Ac nōnūq̄ ita repletur etiam(queadmodū
vesica que vrine est conceptaculum)vt euacuari nō
possit:aut qꝛ obstructus est:aut quia secretoria ipsiꝰ
facultas est imbecillior:Ueluti etiā:quū obstructis:
aut infirmis vasis:que ab ipso exorta:ora sua in he
par extendunt:biliosum humorem interdum attra-
here nō potest.Proinde excrementorū proprietatem
in morbo regio cōsyderare:perquā necessariū est:id
enim nō mediocre nobis ad huiusmodi notitias au
xilium suppeditabit.Hec equidem consyderans in-
ueni quorū dam regio morbo affectorum excremen-
ta:flaua bile vehementer colorata:similiter etiam et
vrinas:item per cutez quoqꝫ:vt nonnullis plurimū
flaue bilis a balneo profundi:ita alijs plurimū ip-
sius retineri:ac perq̄ exiguuz effundi comperimus.
Hanc rē si accuratiori experimēto intelligere volue-
ritis:nulla prius adhibita vnctione:homini sudorē
strigili auferri iubete:videbitis ꝓfecto nō eodēmo-
do i oibꝰ:strigilis ꝯcauitatē ipleri:vtpote qd̄ i alijs
magis aquosuz:atqꝫ in alijs magis biliosuz est.Qd̄
si cū ꝑdictis eorū quoqꝫ q̄ precesserūt accidētiū me-
moriā habuerimus:multo clarior euadet loci affecti
notitia.¶ Sz interim hoc quoqꝫ signū subiūgere pla

Historia.

cuit.Quidā acuta biliosaqꝫ febre laborās:die septi-
mo vniuersa flaua bile ad cutē trāsmissa:a morbo li
beratus est:māsitqꝫ sequētibus deinde diebus auri
ginosus.Itaqꝫ ⁊ excremēta:⁊ vrinas cōsyderauimꝰ:
vtrisqꝫ vero scd̄m naturā se habentibus:atqꝫ ob eā
causam nullū visceris affectū declarantibꝰ:venit in
mētē:fieri posse:q̄ trāslata in cutē bilis crassior eēt:
qua ratiōe ꝓmotus:discere volui qualis nā esset su-
dor:illo aūt apparēte aquoso:cōieci bilem esse:diffi-
pari contumacē:precepi itaqꝫ laborāti:vt aq̄ suapte
natura calida:⁊ cui discutiēdi vis eēt:vteretꝰ:ac ꝑter
ea victū adhiberet humidiorē:qui hūorū crassitudi
nē moderate posset extenuare.Hic aūt bonā valetu-
dinē cōsequutus est:vnico auxilio:⁊ notitia cōfirma
ta:⁊ curatiōe absoluta.¶ Quinetiā alterū multaz in

Historia.

strigili bilē relinquere vidimus:vnde eā plurimā in
vniuerso corpore ꝑcreari ꝓpēdētes:ipsuz adhibita
idonea curatione sanauimꝰ.Quibus ꝟo citra febrī
morbus regius accidit:vrgente in dextra ꝑcordiorꝫ
parte grauitatis cuiusdā sensu:ijs omnibꝰ aperiēs
(vt scitis)obstructiones:⁊ cibis:⁊ potibus:⁊ medi-
camētis extenuātibus:deinde medicamentuz quod
bilem ducere posset exhibēs:eorū plurimos vna die
sanitati restituimus.Qui vero purgatione liberari
nō potuerūt:ijs rursus valētiore ad aperiendū da-
ta potione:medicamentū quod vehementius purga
ret exhibui.Sic deinde sub fine purgatiōis:vel ceru
lea:vel flaua bilis:cum acri mordacitate secerneba-
tur.In ijs conieci fellis folliculū:simili quopiā affe-

Urina suppressa.

ctu laborare:qualis in vesica exuberāte vrina inter-
dū fieri solet:etenī adeo multā nōnunq̄ recipit:vt ni
mis intēta nequeat eam que in ipsa cōtinetur expel-
lere.Uerū in vrine receptaculo(neqꝫ enī absurdum
fuerit:vesicaz ita nominare)bifariā id fieri solet.In
terdum ob excretorie facultatis imbecillitatem. In-
terdum vel ob grauem somnum:vel negocia quepiā
retenta vltra quā par est vrina:que deinde vesicam
nimis intendens:hac ipsa ratione vires eius ꝓster-
nere potest.At fellis folliculus:vtpote cui nullū suc-
currit ab naturali facultate presidiū:vnicum habet
imbecillitatis principium:veluti cetera quoqꝫ natu
ralia instrumenta:a partis intemperatura ortum.

¶ Galeni de affectorū locorum notitia liber sextus.

¶ De affectibus lienis. Caput.j.

Lienis affectꝰ.

Ex ijs que de iecinore diximus : facile
inuenientur note:quibus lienis affe-
ctus discernantur. Hoc addito:quod
ipsius inflammationes:,ob duritiem:
facile tangendo deprehēduntur.Quū
itaqꝫ splen multa habeat accidētia cū
hepate communia:illa:nulla re differre videntur:ni
si quod quedam magis:quedam vero minus:alter
utri euenire solent.Nam quod ad coloris rationem
pertinet:vniuersum corpus:vbi splem imbecillita-

te affectus est:magis nigricare videtur. Nam hoc ei natura officiũ dedit:vt melancholicũ sanguinem ex hepate:ad sese attrahat:quo ipsum ali iam demonstratũ est. Igitur attrahēdi facultate facta imbecilliore:sanguis ex iecore in vniuersum corpus impurus trãsmittit̃:quocirca color nigrior euadit. Quin etiã hepatis exemplo:sepenumero excremēta quedã ex se reijcit. Itaqꝫ vomitione:cui nausea quoqꝫ accedit:melãcholicũ sanguinē excernit:qui interdũ ꝑ inferiora quoqꝫ decedere videtur. At huiusmodi vacuatione suppressa:nõnulli mestitia melancholica vexãtur:atqꝫ cibos auidissime concupiscunt:idqꝫ p̄cipue si valde fuerint acida que ad ventriculum tranferãtur excrementa. Quãquam nonnunq̃ euersa deiecta qꝫ penitus cupiditate:cibũ fastidiunt:alia quadam vrgente ipsum:affectionum differentia. Quod vero indurato ipso:aqua inter cutem effundi possit:consentiente iecinore:iam antea dictum est. Etenim laborante aliquando vtroqꝫ viscere:regium morbum euenire conspeximus:nigriore:quam pro consuetudine subsequēte colore:ita vt putaret̃ flaua bilis fuligini esse permixta:atqꝫ medici quidam iecur nullo affectu tum laborare existimãtes:dubitant quomodo a splene morbus regius nasci possit. Quēadmodũ sunt:qui a solo liene indurato:nullo existente in iecinore vicio:aquã inter cutē fieri posse arbitrant̃. Haud secus hallucinari consueuerunt:in ea quoqꝫ aque inter cutem specie:que ad acutos morbos sequitur:quippe ab ijs iecur:calida ⁊ sepenumero sicca quoqꝫ intemperatura:tam grauiter afficitur:vt cibum in sanguinem transmutare nequeat. Atqui ne in ijs quidem iecur affici existimant:ab Erasistrato accepta consuetudine:vt nullam partē affici arbitrentur:nisi vel tumor quispiam:vel vlcus in ipso ꝯsistat. Sed illis quidē permittēdũ est sic existimare nullum scilicet morbum ab intemperatura oriri. At medici qui sequuntur ea:que manifeste apparent:q̇ ⁊ refrigerata parte quapiam:accidentia quedam fieri suspicantur:admiratione digni sunt:quod aquã inter cutē cõsistere posse putãt:ne vnico q̇dē loco affecto. Quod si ob id:quod nullus est in hepate tumor ipm haudquaq̃ affectũ esse existimãt:neqꝫ aliarum partiũ vlla afficiet̃:in his q̇ aq̃ frigida viciosa epota:subinde aq̃ inter cutē corripiunt̃:quippe noxã infert interrnis partibꝰ aqua sic igesta:⁊ quidē modo huic:modo illi:sed precipue ⁊ in ꝓmis:ei que forte fortuna eo tēpore reliq̇s fuerit imbecillior:verũ nisi ad iecur frigꝰ trãsmittat̃:aqua inter cutē subseq̇ ꝓ potest minime. Sic splenis quoqꝫ vicio aqua inter cutē nõnunq̃ euenire cõsueuit:aut quũ tumor q̇spiã:vt scirrus:ipsũ refrigerat:aut vbi citra tumorē refrigeratũ est:vt quũ q̇s aquã frigidã:⁊ viciosam:affatim ⁊ importune potauerit. Qđ vero melãcholica mestitia:ipso huiusmodi excremēta ad os vētriculi transmittente:ꝓueniat:antea:vbi hanc rem tractauimꝰ:iam dictũ est:quãobrem non opus est nũc ipsam iterũ percurrere. Neqꝫ etiam oportet instrumentalium in ipso affectuũ rationali discursu notas inuestigare. Affectus autē quos intēperatura fecit:partim ex his q̇ iã diximꝰ:partim ēt ex ea doctrina quã supra de iecinore ꝓposuimus intelliges. Nam alij quidē nominatim sunt explicati. Alij vero vt similiter vtrisqꝫ cõueniunt:ita sikes quoqꝫ habent vtrinqꝫ notas.

Regiꝰ morbꝰ

Aqua intercutem.

¶ De ventriculi ⁊ intestinorũ affectibus. Cap. ij.

Dum de ventriculi affectibꝰ:superiore libro loqueremur:i duas maximas ipm ꝑtes secari diximꝰ:quarũ altera q̄ superior ē gule ꝯtinua est:ex multis neruis sensificis cõtexta. Altera ṽo huic cõtinua:ad intestinorum vsqꝫ exortũ extēditur. Porro sicut vtraqꝫ in animalibus ꝓprio munere fungitur:ac pro vtilitatis differentia diuersa eis eueniũt accidentia:ita simili modo quicunqꝫ affectus cõmuniter tũ similaribꝰ:tũ instrumentalibus partibꝰ aduenire solent:ij etiã ijs:tum inter se:tum etiam cum vniuersis intestinis:cõmunes esse cēsentur. Uerum accidentium similitudo:nõ solum in ijs inter se:sed etiam in vicinis quoqꝫ partibꝰ:q̄ ipsa attingũt:inueni̇t̃:qualis est renũ:⁊ coli cõmunicatio:atqꝫ horũ nõnulla sedē affectã habēt cognitu facilem vt dysenteria ⁊ tenasmꝰ. Sane in presentia nomē dysenterie proprie audire oportet: vtpote quod ex appellatione ipsa:intestinorũ vlcus significat. Neqꝫ enĩ affatim fit huiusmodi affectꝰ:id qđ in eo quē hepatis vicio accidere diximus:fieri solet:atqꝫ proprias etiã hꝫ notas. Etenĩ protinus ab ipsiꝰ initio bilis mordax secernit̃:quã deīde interaneorũ abrasiones sequunt̃:postea paulũ cruoris simul excerni videtur:quando videlicet affectus ipse iam dysenteria debet appellari. Quũ itaqꝫ huiusmodi abrasiones sole excernuntur:consyderandum est:num pingue quippiã simul cũ ipsis deijciatur:ita enĩ in crassis intestinis vlcus consistere credendum est. Ubi vero cruorem quoqꝫ excerni videris: intueri oportet: vtrũ is reliquis excrementis ita sit admixtus:vt vniuersus misceatur vniuersis:an pars eiꝰ aliq̄ reliq̇s supernatet:etenĩ si admixtꝰ est:in superioribꝰ:si vero supernatat:in humilioribꝰ intestinis vlcꝰ eē portēdit. Ac idē quoqꝫ in abrasis excremētis videre est. verum non ita manifeste vt in cruore. Similis etiã de ramentis ratio est:nam ⁊ ipsa: quod intestinum fuerit oblesum:declarant:tum ab essentia propria:tum ex modo:quo vel commisceri reliquis excremētis:vel vni eorũ parti supernatare videntur. Ceterũ nõ mediocriter conducit ad curationē:nosse in qua intestinorum parte consistat vlcus. Nã si in supiori bus intestinis est:ab epotis medicamētis presidiũ petēdũ est:si ṽo in humilioribꝰ:clysterē subijcere magis cõuenit. ¶ At huiusmodi dysenterie:ab his que ab hepate ꝓfluunt:ita discernunt̃. Nã ab initio tenuis sanies sanguinis ab hepate deijcitur:deīde aucto malo:crassus hũor:fecibꝰ vini haud absiṁis. Preterea qđ in hepaticis excretionibꝰ nihil abrasum expellitur:atqꝫ interdũ duorũ:aut triũ dierũ internallo:supprimitur euacuatio:deinde rursus redit malũ atqꝫ excernuntur excremēta prioribus multo peiora:id vero per intestinorum vlcera haudquaq̃ apparet:quippe in ijs neqꝫ affatim neqꝫ ex longis temporum interuallis:laborantes deijcere cõsueuerũt. ¶ Atqꝫ vlcera que in recto intestino oriuntur (tenasmum vocant) vehementi quidem tensione:⁊ promꝑta deijciendi cupiditate infestant:paucis admodũ sequētibus excrementis:que quidem ab initio pituitosa deijciuntur:sꝫ per totũ morbi spaciũ:ijs que a supnis descēdũt:haudq̇q̃ misceri videt̃. ¶ Scribũt nõnulli ꝙ a forti excernēdi conatu:precedēte dolore vehementi:aliqui lapides callosos deiecerũt:ijs q̄ in vesica nascunt̃ haud absimiles:id qđ ego neqꝫ vi

Uentriculus.

Dysenteria.

Dysenteria hepatica.

Tenasmus.

Lapis ex ano.

Colica. Nephritis.

di neq alium qui viderit vnq audiui. ¶ Sed colice vehementem dolorē sepenumero conspexi medicis illum non ad colū sed ad renes pertinere putantibus veluti renum quoq cruciatus ad colū referre videntur. Sunt qui oino negent in sinistris partibus colicā dispositionem euenire posse. Igitur vt ab initio horum affectuū distinctio difficilis est ita hoc tēpore non ita magnā psidiorū differentiā ipsi requirūt. Proinde exuperantia oportet intueri accidētia. Nā et nausea ꝛ vomitus vrgent sed multo grauiores et magis assidui dolente colo. Euomūtq ita laborantes pituitosa quedā atq corrupta hac in re nephriticos longe superantes ac retinent etiam magis excremēta vt ne flatū quidē neq etiā ructum excernere possint. Sepenumero etiam veluti circuire videt dolor atq plurima loca occupare qui modo in hac modo in illa parte vehementior fit: nephritici vero dolores eodē in loco stabiles iugiter infestant. Quū itaq dolor in loco fuerit renibus altiore manifestū colice indicium portendit. Si vero in vno loco vbi scilicet renes ponuntur stabilis constiterit nihil ad notitiam potest positus ipse conferre: proinde cum his notis quas nuper percurrimus vrine quoq cōsyderande sunt. Nam nephritici ab initio dilutas purasq reddunt vrinas deinde sequentibus diebus crassum aliquid in ipsis subsidere videtur. Demum omnino arenose minguntur. At in colica si qd ab aluo deijcitur id flatuosum quodammodo est et sepenumero aque supernatare consueuit similem habens bubulo stercori consistentiam. Quinetiam colicorum cruciatus multomagis quam nephriticorum lenientibus mitigantur clysteribus. Atq euenit interdum vt frigido aliquo humore simul eiecto ilico quiescant eritq mitigans presidium non mitigans tantum sed etiam curatiuum et prognosticum. Porro vt hi frigidū humorē aluo excernēte ita nephritici cum vrina lapide exeunte ꝛ a dolore liberantur ꝛ simul locum affectum ostendunt. Itaq nihil relinquitur nisi vt parentur ne postea tam facile affici possint. Nam vt perseuerante dolore vtraq pars eisdem indiget presidijs ita tempore subsequēte oportet diuersa auxilia adhibere. Quapropter nullum quod ad curationis rationem pertinet committetis errorem si in prima protinus horum morborum accessione eos difficulter discernatis eo quod tunc neq extrinsecus neq intrinsecus differentibus egent auxilijs quod tunc satis sit ea que dolorem lenire possint adhibere.

Intestinorū ordo.

¶ Omnia intestina a vētriculo ordine quodā descendunt atq oim supremū ieiunum est deinde quod tenue vocatur postea cecum quod vsq ad infernas partes extenditur deinde colum qd ad superiores reuertitur partes donec sepenumero ꝛ lienem ꝛ iecur attingat. Itaq nō satis mirari possum quomodo non solum medici fere omnes sꝫ etiā populares vehemētissimos quosq dolores in quacunq parte euenerint ad colum referant. Id quod mihi quoq verisimile visum est. Sed quum causam quererem cur tam vehemens tanq perseuerās esset dolor non simpliciter huic assertioni credere potui. Neq em̄ similiter vt in renibus atq vreteris impacto lapide ingentes dolores in transitu excitantur. sic ꝛ in tenuib' intestinis rationi consentaneum esse censebis frigidos spiritus retentos atq similes ijs humores dolorem in ipsis efficere. Nā tenuiū intestinorum tunice rara tenuiq essentia constant: vt non ita diu huiusmodi causas cōtinere possint. Ergo probabile est: frigidum: eūdemq crassum: aut viscosum humorem: aut flatuosum spiritum: in corpore crasso: densoq genitum: sed egredi nequeūtem: dolorē excitare: vehemētem quidem: geminam ob causam intēperantiam: ꝛ corporum quibus cōtinetur tētionē longum vero: quia difficulter vacuatur. Nā corpora abientia: tum ob crassitudinē: tum spissitudinē. ipsi arcere possunt.

Ileos. Voluulus.

¶ Atq interdū alij quoq dolores: ꝛ qdē vehemētissimi in sublimioribus intestinorum partibus eueniūt: grauiter vomitionibus cruciātes: adeo vt nōnulli sub fine: stercus quoq euomere conspiciantur: a quo affectu vix vnq aliqs potuit san' euadere. Hunc ιλεον (id est voluulum) vocant: nōnulli etiā chordapson: quū scꝫ tumor aliquis eminet i tenuiū intestinorū parte: vt videatur intestinū ad cor de similitudinē conuolutum. Itaq non ab re visum est medicis antiquiorib': vel ab inflāmatiōe: vel obstructione aridi stercoris huiusmodi tenuiū intestinorum affectus oriri.

Lienteria. Celiaca.

¶ Sunt alia quoq accidentia que quidē haud absurde: ꝛ intestinis: ꝛ vētriculo simul affectis euenire credūtur: vt quas λειεντεριας (id est leuitates intestinorum) ꝛ κοιλιακας (id est vētrales) nomināt: quū videlꝫ materie nequaq sunt mordaces. Nā vt mordaces ob mordendi vim: omnia intestina ad excretionem excitant. Ita non mordaces intestinorū imbecillitatem sequi cōsueuerunt quia retinere contenta ne exiguo quidem tempore possunt. Siquidem ilico excernūt ea: proinde ac si graue aliquod onus deponerēt.

Distillatio vrine.

Haud secus q in distillatione vrine contingit. Nam ꝛ in hac modo ob acrimoniam: ꝛ vellicationem: vesica iugiter quicquid ad eam peruenit secernit: modo ob id quod molem ipsius vel exiguam sustinere nequit. Ceterū a quibus causis intestinorū leuitas proueniat: alibi particulatim ostendimus preter ea que i libris de curādi via ꝛ ratione de naturalibus facultatibus ꝛ de accidentium causis iam dixeramus. Etenim hūc librum non incepimus vt causas q morbos efficiunt sed vt affectorum locorum qui' tactus ꝛ visus iudicium effugiunt notas perstringem'. At quia ad exactam horum notitiam: etiam de ipsis dispositionib' interdū aliquid dicere coactus sum: idcirco de causis quoq que ipsas efficiūt mentionem facere non sum grauatus. Itaq sermoni de intestinorū affectib' finem imponamus. Sūt enim in ipsis affectus quidā cognitu faciles: qui scilꝫ cum predictis communes habent notas. Nā abcessuum: inflammationū: scirrorum: inflationum: erysipelarum indicia oibus cognita: quū in ventriculi locis apparent ꝛ affect' ipsius: atq simul affecte sedis notitiā ostendūt. Sed de ijs iam antea satis dictum est.

¶ De renum affectibus. Cap. iij.

Nephritis. Colicorum accidētia.

Igitur quū derepente nephritis inciderit lapide notatu digno: vel in renū aliquo vel i vreteris ipacto: dolorē excitat colico haud absimilem. Verū distinguitur ab eo: ex nausee tum multitudine: tum magnitudine. Suntq per vomitum reiecta biliosa: et pituitosa: quib' preassumpti quoq cibi aliquid admixtū videtur: sepenūero etiā ex loco quū superiores coli ptes afficiūt. Atq ex eo iterdū q nō vni

loco dolor innititur: sed reuoluitur et ad plurimas exten
ditur partes. preterea quod ne flatus quidem transmit
titur. Atque omnia hec colicis duntaxat euenire solent: sed
alia quidem magis: alia vero minus. Quum autem ex his que in
vrinis resident: aut lapide cum vrina excreto: plane dis-
cerni possunt: nullus relinquitur questioni locus. Sunt non
pauci laborantium: qui dolorem in profundo ilium infestan
tem sentiunt: quibus ab initio nondum sabulosum quippiam
manifeste excernatur. Quibus (vt scitis) dato medi-
camento: quod lapidem in renibus coterere posset: simul et
affectum ipsum: et sedem affectam cognouimus: atque ipsum ha
buimus curationis principium. Quum enim a medicamen-
ti potione: in vrinis sabulosa quedam subsidere conspi
cerem: nephriticum affectum esse cognoui: atque deinceps ea-
dem medicamenta exhibendo: reliquam perfeci curationem.

Renum abscessus.

¶ Quumque renem quempiam ita affectum esse cognoueris: si
dolores cum horrore interpellato: varioque infestare vi
deantur: sequanturque febres quedam inordinate: tum pro-
nam in ventre decumbere: atque interdum in alterum latus:
vt sublimis sit affecte partis positus: laborantem sese
vertere iube: ac deinde interroga: num circa renem dolen-
tem veluti suspensi cuiusdam ponderis sensum percipiat: etenim
quum hec ei acciderint: abscessum iam concretum coniicere
oportet: quo concocto: pus mictum: vt laborantem a do-
lore liberat: ita vlceris in rene periculum affert: proin-
de exacto studio laborandum est: vt inducatur cica-
trix quod nisi illico contigerit difficiliorem reddet cu
rationem.

Ulcus perseuerans in renibus.

Porro perseuerantis vlceris note: ex vrina
haud obscure deprehenduntur: adde quod laborans
crebertime in affecto rene dolorem sentit: atque inter-
dum cum vrina exiguum pus: veluti ab vlcere excer
nitur. Similiter ramentum nonnunquam cum vrina ex
pelli videtur. Accidit interdum vt sanguis quoque min
gatur: crosi iam vlceris indicium. Quamque rupto ali
quando vase: aut ob plenitudinem: aut casum: aut
vehementem ictum: nonnulli magnam sanguinis co
piam meiendo profuderunt. Id quod aperto inter-
dum vene alicuius ore: fieri videre est. Sed efficacissi
ma vlceratorum renum coniectura est: si cum vrina exi
gue quedam caruncule excernantur: vtpote quas re-
num essentie partes: easque ob vehementem vlceris ero-
sionem auulsas esse: constat.

Pili a renibus.

¶ Ea vero que pilis simi
lia sunt: Hippocrates quoque cum vrinis excerni vi-
dit: quemadmodum in aphorismis scripsit: ac ipsi
etiam vidimus aliquando: que semipedis longitu-
dinem equarent: interdum etiam iis longiora. Que
nonnunquam adeo videbantur exigua: vt mirarer quomo
do in renum spacio talia possent consistere: proinde
probabilius mihi videbatur in venis huiusmodi res
procreari.

Dracunculus a barbaris vena medem nominatur.

¶ Atque hoc modo memorie proditum est in
quodam arabic loco (vt aiunt) dracunculos vocatos
nasci: neruosa natura: colore: crassitudineque lumbri-
cis similes. Igitur quum multos audiuerim qui sese
vidisse eos dicerent: ipse vero nunquam viderim: idcirco
neque de ortu: neque de essentia ipsorum quicque exacte
coniicere possum. At vbi pilos meiendo excretos vi
di: tum ex colore: tum ex mole: credidi dicentibus eos
ex crassa: lentaque materia: quam calor calfecit: exicca-
uitque: in venis consistere: quamque longitudinis ipsorum cau
sam non intelligo. Verum quum primum eos vidissem:
curationem a medicamentis que vrinam ciere possent:
tentaui: quam postea experientia comprobauit. Om-
nes vero quotquot huiusmodi affectu laborare con-
sueuerunt: neque ante ipsum: neque rursus post ipsum ne
phrenitico aliquo accidente fuerunt molestati: etenim
curati fuerunt medicamentis que ciere vrinam possunt.
Ac neque ob alia quedam humorum vicia ex venis per vri-
nam purgata: neque etiam ob plurimi puris mictum: vel re
nes: vel vesicam: vel reliquos vrine meatus: quoquo
modo affici cognouimus: qua in re non parum cum in
testinis conuenire videntur: que licet in hepaticis dis-
positionibus haud vllo affectu laborent: a bile tamen le
duntur: veluti vesica quoque: vbi longo tempore acres
per ipsam vrine transeunt: vlceribus affici solet.

Renum imbecillitas.

¶ Est
etiam alius renum affectus quo tenuis sanies sanguinis
mingitur: similis excrementis que in hepaticorum affe
ctuum initio excernuntur: nisi quod magis videtur cruen
ta: cuius rei causa est dispositio haud absimilis ei quam
in iecore diximus imbecillitatis causam esse insuper
quia ora: aut meatus (vtcunque nominare volueris) per
quos ex concaua vena in renes vrina percolatur: su-
pra modum dilatantur.

Diabetes.

¶ Atque ad renes quoque per-
tinere is videtur affectus: quem alii matelle intercu-
tem: alii vrine profluuium: alii diabetem: alii dipsa-
con appellant: qui certe quam rarissime euenire solet
Equidem eum ante hac bis duntaxat videre potui.
supra modum videlicet sitientibus infirmis: atque sub-
inde bibentibus: quapropter exuberanter quoque red-
dunt id quod biberunt: eo a sua qualitate non mutato. Atque
hic renum: vesiceque affectus: similis est ventriculi in-
testinorumque leuitati. Sed de intestinorum leuitate
alibi separatim iam dictum est: vbi ostendimus non
ventriculum duntaxat: sed vniuersa quoque intestina
ad excretionem: tum ciborum: tum potuum assum-
ptorum: celeriter excitari: adeo quod ne pauxillo qui
dem tempore: citra molestiam: ferre possint: ipsorum
aut pondus aut qualitatem. At quod affatim: celeri-
terque ad vesicam vrina defertur: id neque ad ventricu
li: neque intestini ieiuni: neque tenuis: imbecillitatem tam
quam causam referendum est. Si enim ob id quod po-
tum sustinere non possunt: ad excretionem properat:
quid obstat quo minus per sedem excernatur: id
quod in leuitatibus intestinorum fieri plane vide-
tur. Neque enim cibus duntaxat: tam celeriter: per tam
longam intestinorum conuolutionem transiens dei
citur: verum etiam ea que epota fuere. Porro trans-
missionem a totius ventriculi partibus: ad hepar: non
propter hepatis: aut venarum in lactibus: aut ven-
tre: aut earum que ab hepate exorte ad renes tendunt
imbecillitatem fieri didicimus. Quippe in libris de
naturalibus facultatibus iam ostensum est: iecur ex
ventriculo per mesenterii venas: veluti arbores a ter
ra per radices: cibum ad sese allicere. Sic etiam re-
nes id quod aquosum in sanguine est.

Vesica non trahit. Intestina non trahunt.

Verum vesi-
cam non trahere a renibus: quemadmodum neque in
testina a ventriculo: sed renes quidem per vreteras
excernendo in vesicam mittere: ventriculum autem
in ieiunum: per eam partem quam Erophilus dode
cadactylon vocat: a duodecim digitorum longitudi-
ne nomen ei imponens. Itaque renum potius imbecil-
litas accusanda est: vtpote qui continere diutius vri
nam non valent: non vero aliarum partium per quas
potus transire solet. Sed rursus reprehendendo di-
cet quispiam: quum infirmi fuerint renes: quomodo
fieri potest: vt tam celeriter vrinam ad sese attrahant?
an dicere possumus: quemadmodum in ventriculo:
quibusdam lientericis vehementissima excitatur cibo
rum cupiditas: ita in renibus quoque cupiditatem al-

mul oriri:atq; hanc ob causam eos vrinam per con/cauam venam ad sese trahere:sed ilico ab attractio/nis impetu grauari. Etenim quemadmodum in his qui canina vocata appetentia vexantur: videm⁹ vt affatim impleti:paulo post aut euomant:aut fluore deijciant:id quod nō solum ijs qui preter naturā se habent:accidere solet:verum etiam animalibus qui/busdam integra valitudine degentibus:vt in auicu/lis quas nostrates in Asia seleucidas vocant:videre est:quippe que iugiter locustas edunt:easq; celeriter excernūt. Ac in alijs quoq; animantibus hmōi acci/dens naturale videtur. Ut igitur canina cupiditas in ore ventriculi consistens:non potente ipso deuora torū pondus sustinere:multa ipetuose ingerere:atq; ea celeriter excernere cogit. Ita in renibus quoq; acci dit serose hūiditatis cupiditas:vna cū viriū ībecilli tate:vn̄ ⁊ humiditatem affatim attrahere:ac eā .sub/inde in vesicam impellere coguntur. Sed queres for/tasse:quam ob rem vrine fluor subito euenire potest: leuitas intestinorum:non potest:veluti neq; canina cupiditas:sed plurium dierū numero opus est. Naz affectus initium ab incremento:incremētum a vigo/re distinguitur. Quoniā ventriculi cupiditas:qua ci/bum potumq; appetit:animale officium est:quo ci/tra sensum nostrum nequaq̄ fungitur. Renum vero desyderiū naturale est:neq; ab ipso sensus nostri af/ficiuntur. Proinde quum ad statum peruenit:ne sen/sum quidem mouet:quemadmodum appetentia ca/nina. Qua de re rationi cōsentaneū videtur:vt quuz inceperit paulatim increscat. In primis enim trahit sanguinis serum ex venis:vel nihil nobis sentiētib⁹ quem quum totum attraxerit:videaturq; sanguis in venis:huiusmodi humiditate spoliatus:exiccata tū vasa humorem trahunt ex hepate:deinde hoc ex in/testinis ⁊ ventriculo. Quum itaq; exiccate fuerint ve/ne que in ore ventriculi sunt:potum desyderat homo vtpote dispositionem ipsam tum primum sentiens: deinde exhibitam potionem vene ex hepate ad ven/triculum venientes:vtpote aride:totam rapiunt:at/q; ex his alie deinceps:donec ad renes perueniat trāſ/sumptio:quippe in libris de naturalibus facultati/bus dictum est:non soluz potionem:verum etiā cibū transsumptione per attractionem facta:per vniuer/sum corpus deferri. Igitur hic affectus:qđ ad trāsi/tus celeritatē pertinet:persimilis est:intestinorū leui/tati. Atq; renū dispositio respectu quodam:a ventri/culi dispositione non differt:at quia omne delatiōis ante renes officium:ad naturales pertinet actiones: per successionem agente facultate attractrice:ab ea nonnihil differre videtur:quāuis in vna re similitu/do inueniatur:quippe ex concaua vena ad renes at/tractio:prime deglutitiōi eorū que ex ore in vētricu/lū deferūtur:haud absimilis est. At vero actiones q̄ hanc antecedunt:ad vrine fluorez proprie pertinēt. Cōstat igitur non recte putasse quosdā:diabetē velu/ti caninā cupiditatem:ad ventriculum pertinere. Nā qui pre nimia siti ventriculū impleuerūt:seruare po/tionem longo tempore possunt. Sed vehementi siti laborantes quatuor accidentium periculum a potio/ne subire solēt. Unū ⁊ quidē primū vomitio est. Alte/rum velox per aluum excretio:aut fluore:aut intesti/norum leuitate. Tertiū quod pot⁹ sepenumero diu/tius q̄ par est in vētriculo manet. Quartū id ipsum: de quo nunc sermo est:siue id diabetez:siue dipsacō:

Canina appetētia. *Seleucidę.* *Sitis.*

siue vrine fluorem nominare volueris. Neq; enim vt idoneum ei nomen imponamus: sed vt curationis viā:tum ex loco affecto:tum ex ipsa dispositione inue/niamus:scrutari:animus est. ¶ Atq; alius interduz affectus occurrit diabeti perq̄ similis:⁊ quidē a mul/tis cibis:qui neq; concoquuntur:neq; per aluum de/ijciuntur:neq; plenitudinē efficiunt:neq; etiā probe alere possunt:sed dissipantur:discutiunturq;. Cuius vt crebrior est:quā dipsaci:euentus:ita faciliorē ad/mittit curationem:quippe si prius q̄ ad summū per/uenerit:ipsum cognoueris:haud ita difficulter cura/bitur. Nam vbi quis duplum consuetorū alimento/rū assumpserit:neq; corp⁹ ali videat:idq; citra alui fluorem:hunc affectum non solum priuati:verū etiā medici paruipendunt. Quū vero triplū ingerit:ido/neis auxilijs liberari potest:priusq̄ scilicet ad q̄dru/plum:aut quintuplū perueniat. Igitur rationi cōsen/taneum est hunc affectum:a celeri dissipatione incipe/re:omnibus partibus attractricem:atq; ei coniuga/tam facultatem:que proprie appetentia vocatur:ser/uantibus. Etenim ingentis sitis:que citra diabetem accidit:causa est vētriculus:aut calida:aut sicca:aut vtraq; intemperatura:affectus:maxime vero os ip/sius. Proxime vētriculo hepar:sed maxime pars ei⁹ sima(simul inflāmatis scilicet gule:pulmonisq; par/tibus)huius accidentis veluti radix est:quū a dispo/sitione erysipelatis naturam mutante incenditur. Ac sequitur etiam sitis magna ex parte:tabitudinis ge/nus aliquod:⁊ quidem modo hoc:modo illud:velu/ti quum hanc tractaremus materiam declaratū est. ¶ Hec itaq; propter accidentium communicationē: simul cum renum affectibus dicta sunt. Porro diabe/tes:proprius renum affectus est:qui canine in ore vē/triculi cupiditati:proportione respondet:accedente preterea retentricis facultatis imbecillitate. Nam si citra vehementem cupiditatē:fieri diceremus ipsius initium:nihil pene vrine ad renes peruenire notare/tur:si vero citra retentricis facultatis imbecillitatem non tanta celeritate sequeretur vrine profluuium.

Ciborū dissipatio.

¶ De vesice affectibus. Cap. iiij.

VEsice superueniunt accidentia:par/tim ceteris communia veluti omnes ipsius preter naturam tumores:do/lores: atq; que hos facere possunt affectiones:partim ipsi soli propria vt ischuria(id est est vrine retentio) stranguria(id est vrine stillicidium) ac per alium quoq; moduz immoderata vrine excre/tio:verum huiusmodi affectus(vt de renibus supra dictum est) vesica tanq̄ meatu vtuntur: ipsa haud/quaq̄ affecta. At vero stillicidium: si ob vrine acri/moniam fit:accidens vesice est:affectus vero minime Si vero aut ab vlcere:aut imbecillitate procedit:a ve/sice affectu factū esse dicetur. Quemadmodū vbi acri/monia in causa est:aliquādo ob renum vicium aliq̄si ob alias partes:que cuz vrinis:humorū suorū vicia aut pus:vbi abscessus aliquē infestauerit: trāsmitte/re possunt. Euenit etiā interdum vrine stillicidium: humoribus qui in venis sunt:⁊ per nares:⁊ per ve/sicam expurgatis. Ceterum quum ab intemperatu/ra:vesica fit imbecillior:leditur propria ipsius actio: que est vrine excretio:ad quam animal excitari solet: quum:vel a multitudine contente in ipsa materie ve/sica grauatur:vel a mordacitate conuellitur: sed ab

Ischuria. *Strāguria.*

borū vtrolibet magis imbecilli: quã robusti: dolere
consueuerunt. Quinetiam instrumētales affectꝰ: im
becillitatem interdum inducere possunt. Item intem
perature omnes: cum alie: tum maxime ille: que non/
nullis iugiter eueniunt: quū frigore corripiūtur: tūc
enim plane grauari videtur: vel pauco admodū con
tento in ipsa humore. ¶ Atq; vesice etiam veluti mei/
endi instrumento: ischurie accidens superuenire so/
let. Interdum quidem (vt dictum est) quum id quod
in ipsa continetur: non ita comprehendere valet: vt
ipsum exprimat. Interdum etiam obstructo inferio/
ri meatu: aut a crassis humoribus: aut impacto lapi
de. Atq; accidit nonnunq̃: vel ab inflammatione: vel
alio huiusmodi tumore: vt angustior reddatur mea/
tus: vel etiam omnino obstruatur. Sed neq; neruorū
a spinali medulla exortorum: neq; etiã spine ipsius
affectus: vesice tantam imbecillitatem afferre pos/
sunt: vt vrina propterea supprimatur: quemadmo/
dum nonnulli putauerunt: credentes vesice officium
a consilio: ⁊ electione procedere: quod scilicet vrinam
retinemus quoad voluerimus: atq; eam pro volun/
tatis imperio excernimus. Uerum satius fuisset nos/
se nō vesice: sed meiendi officium: veluti etiam deij/
ciendi: non intestinorum munus: ab electione consi/
lioq; pendere. Quippe vesice officium vnicum est: vt
videlicet comprehendat. At musculus qui vrine mea
tum in circuitu ambit in origine ceruicis vesice ex/
tensus: instrumentum est: cuius opus ab electiōe ex
citatur: vtpote qui ambiens vesice ceruicem: eam ita
exacte stringit: vt nihil humoris ex vesica: in meatum
ingredi possit. Atq; similem quoq;: ⁊ actionem: ⁊ vti
litatem habet: musculus qui recti intestini partem
extremam ambit. Proinde ipsis resolutis: neq; vrinã
vesica: neq; stercora aluus retinere potest: sed preter
voluntatē: paucis omnino interuallis: vtraq; excer
nuntur. Itaq; veluti in reliquis musculis: quod a re
solutione fit nobis inuitis: id electio nostra haud in
uita efficere solet: ita eadē ratione ab horum actione
quiescimus: quum vel stercus: vel vrinam excernere
propositum est. Atq; vt nōnulli tum vrinarum: tum
cibi excrementorū deiectionem: totã ab electione pro
cedere existimantes: errauerūt: ita rursus alij his edi
uerso: totū hoc opus naturale putãtes: a veritate de
uiauerunt. Etenim cibi a ventriculo in ieiunū trãsmis
sio: tota: nature opus est. Rursus omnino ab electio/
ne pendet ⁊ vtrorūq; membrorū ⁊ cuiuslibet digiti/
tū extensio tū inflexio: delatio enim q̃ a vētriculo ad ie/
iunū fit: ⁊ que ab hoc in tenue intestinū: a sola natu/
rali facultate procedit. At alui deiectio: ⁊ vrine red/
ditio: vtroq; instrumento: proprijs suis facultatibꝰ
agente: perficiūtur. Rectū intestinū: atq; vesica natu
rali vtunt̃ facultate: musculi vero ea que ⁊ animalis
⁊ voluntaria noiat̃. Quippe musculi q̃ fluores cohi
bere solēt: tunc quiescūt ab opere: abdominis muscu
lis munere suo fungētibꝰ: maxime vero medijs. Sūt
nonnulli qui quū nō ita facile deijcere possunt: mani
bus huiusmodi musculos cōprimūt: neq; nō vbi vri
na ita suppressa est: vt oino retineatur: idē facere con
sueuerūt. Quum itaq; nerui: per quos aialis facul/
tas ad iã dictos musculos peruenit: afficiuntur: aut
spina ipsa lesa est: resoluitur musculorū actio atq; ex
cernitur ⁊ vrina ⁊ stercus: vel inuito laborante. Quū
vero vesice corpus ita fuerit affectum: vt quod in ea
continetur exprimere non possit: supprimitur vrina

Ischuria.

Uesica non habet motum volūtariū

Uesice officiū.

Musculus ani.

nominaturq; hoc accidens ipsius ischuria. Atq; ac/
cidit interdū propter obtusum ipsius sensum: vt nō
reddat̃ vrina: citra tamē expultricis facultatis lesio
nem: si proprij vesice nerui afficiant̃: neruis musculi
ceruicē eius stringentis: munere suo fungentibꝰ: ip/
sorum scilicet facultate seruata. Nam si resoluantur
propriū indiciū: ꝙ musculus hic resolutus sit est, vri
ne preter voluntatē excretio. At huiusmodi euenien/
te affectu: quū meatus ipsiꝰ fuerit obstructus: vtraq;
dispositio cognitu difficilis erit. Proīde vt exquisite
dinoscantur: non solū ij: sed reliqui quoq; omnes ve/
sice affectus: perquã necessariū est prescire: euidētes
causas extrinsecus aduenientes: quas proprie pca/
tarcticas (id est initiatrices) vocant. Sed multo etiã
accuratiori inuestigatione: antecedentes in animan
tis corpore affectus: inquirere opꝫ. ¶ Igitur cuidã:
quū cecidisset: spina sinuata est: quapropter vrinam
reddere non potuit. Nam ⁊ id aliquando fieri solet:
quēadmodū ab Hippocrate dictū est. Uerū nō ilico
suppressa fuit vrina: sed perendie: ob afflictarū ver/
tebrarū ad iterna luxationē: inflãmata vesica. Itaq;
dolebat in ea ꝑte vel nemine tãgēte: sed multo magis
si quis manu eū tãgeret. Atq; hūc curauimꝰ inflam
matiōi remedia adhibētes. ¶ Rursus alter luxatis
ad externas partes vertebris: vrinam: inuitus pro/
fudit: nullo infestante vesicam dolore: in hoc conieci/
mus eius musculi neruū qui vesicam claudit: fuisse
affectū: proinde spinam curare voluimus. ¶ Atq; in
altero siml̃r affecto: suppressa fuit vrina: torpēte ob af
fectos neruos vesice sensu: quū itaq; inter dormien/
dum: non sentiret homo vesicã impleri: ipsa extensa:
nihil excernere potuit: etenim accidit interdū: vt hoc
modo vrina supprimatur. Quēadmodū etiã sanis
quibusdam: aut vrgentibus negocijs: vel in cōtioni
bus: vel senatu: vel foro: vel conuiuio: tum enim retēta
lōgo tempore vrina: extendit̃ vesica: atq; vrina sup/
primitur: cōtractrice facultate lesa: propter imodera
tam tensionē. ¶ Quidã etiã quū cecidisset: manente
spina illesa: in ꝑmis quidē magnã sanguinis copiã
cum vrina emisit: postea vero omnino suppressa est
vrina: cuius rei causam esse cōiecimus: ꝙ cōcreti san
guinis grumus intus se opposuit: quocirca demissa
per colē fistula: paulū vrine reddidit: extracta dein/
de fistula: apparuit in ipsiꝰ ore grumi indiciū. ¶ Pre
terea quū alios quosdã dolores vna cū abscessuū no
tis diu infestassent: finitis abscessibus: tenue pus cū
vrina profluere visum est: deinde subsequēs vrine re
tentio: cōiecture occasionē dedit: quod a crasso pure
meatus obstrueretur. ¶ Atq; in pueris etiã quos la
pis in vesica cruciabat: vidimus sepenumero vrinã
retineri. Eos itaq; resupino figurato corpore ꝯcussi
mus vt ita a meatu lapis dimoueret̃. ¶ Quū ꝟo id:
quod iamiam dicam: sepe videritis: oro vt ipsum te/
naci semper memoria seruetis. Quod ad grumos vo
catos: nō solū eos q̃ in vesica: sed multo magis illos
quoq; q̃ in intestinis: vētriculo: atq; thorace nōnūq̃
cōtinētur: animi defectio: ⁊ color fedus sequi solet:
pulsus vero paruus: obscurus: frequēs apparet: ⁊ la
borans ipse cū anxietate resoluitur: quēadmodū in
magnis sepenumero vulneribꝰ accidit: vt mirari ali
quis possit: quenã sit huius euentus causa: quippe
quum omniū que in corpore sunt: sanguis maxime
nobis sit familiaris: quomodo ex vasis suis effusus:
tanti mali authorem se prestet: vt ⁊ putredo partiū:

Ischuria.

Procatarctica causa.

historia

historia

historia

historia

Lapis i vesica.

Grumi

& marcor ipm sequi possit. Etenim vidimus: vbi ve/
sice meatum grumus obstruxerat: eadem sequi acci/
dentia: grumum vero adesse cõiecimus hoc argumẽ/
to: quod plurimũ antea cruorem laborantes cũ vri/
na reddidissent. Itaq3 medicamẽtũ qđ lapidẽ terere
posset ex oxymelle: atq3 ipsuz quoq3 oxymel per se in
potu dedimus. At nihilominus: alij quidem perie/
runt: vno quodã seruato: q̃ paulo post solutos gru/
mos vrinam reddidit. ¶ Quoniam vero nõ satis est
ad affecte sedis inuentionem: ea dũtaxat accidẽtia:
que in presentia infestant: intueri: sed quod ex ante/
cedentibus etiam definire oportet: facile intelligetis
si eorum que antea vidistis: memineritis. Igitur quũ
multi creberrime pus cum vrina emitterent: preteri/
torum accidentium memoria: & sedem affectam no/
bis ostendit: & dispositionẽ in ipso consistentẽ decla/
rauit. Quidam em̃ quũ prius in regione renũ sepe/
numero doleret: accedẽte inordinato frigore: & exi/
guo horrore: febre correpť est. Alius circa vesice po
situm: simul cũ frigore: ac febre: dolores p̃sensit. Nõ/
nulli circa septũ trãsuersum: & thoracem. Atq3 alij in
dextra p̃cordiorũ pte. Cõiecturã itaq3 fecimť: in ijs
oĩbus: qđ pus per renes expurgaret: vomica scilicet

vomica

in loco dolẽte erupta. ¶ Cũ indicijs aũt supra ppo
sitis: nõnihil ꝯfert puris quãtitatẽ: & quomodo totũ
cũ vrinis misceat: vtrũ cõturbet: an cõtra: ꝯsyderare
veluti iã antea de intestinis dictũ est. Nã vt in his: si
a supiorib' itestinis quidpiã deferť: id cibor excre/
mẽtis pinde admixtũ vr: ac si cũ ipis subactũ fuisset
Si ṽo ab humiliorib': cũ vna ipsorũ parte excerniť

Urina purulẽta.

Sitimodo vrina: aut tota a pure cũ ipa emisso ꝯtur
bať: aut per partes quasdã dispsuz pus inequaliter
defertur. Plerũq3 etiã solũ pus: sine vrina excerniť:
idq3 haud obscure in vesica suppurationẽ ꝯsistere in
dicat. Quod vero exacte cõmixtũ est: a supernis ali/
cunde partibus venit. Sed quod mediã inter hec cõ
ditionẽ seruauerit: id a renibus descendisse certũ est.
Similiter si erupta vomica: appareat aliquid: quod
simul & vlcus: & affectũ locũ portendat. Nam & hoc
aliquando quidẽ exacte cõmixtũ videť: aliquãdo ve
ro mediocriter: interdũ vel nullã habet mixtionẽ: vel
quodãmodo supfertur: vel solũ excerniť. Atq3 voca/
tum quidẽ ramẽtũ: vlceris: essentie vero proprietas:
affecte partis indiciũ est: q̇ppe partes a vesica auul/

Lame. Carun cule.

se: lamis: a renibus vero: carũculis sunt siles. Ita ẽt
vbi ex sublimiorib' pars aliqua affecta est: excremẽ
ta: cũ vrinis eiecta intueri: & ea suspectarũ partiũ es/
sentie cõparare oportet. Igitur cũ vrina expurgãtur
gibbe hepatis ptes: atq3 omnes quotquot sunt his
superiores. Per aluũ vero pars iecinoris resima: inte/
stina: ventriculus: lienis. Preter hec sunt quoq3 non
nulla que (licet raro) per aluũ expurgantur: vt ptes
thoracis: atq3 pulmonis: atq3 per vrinã purgãtur in
terdum partes: que extra septum transuersum cõsti
tute sunt. Quidam vero: siue q̄ quã ob causaz id fiat
nesciunt: siue quod id nunq̃ apud egros fieri ꝯspexe
runt: his qui viderunt fidem adhibere nolunt. Nos

Pulmonis vomica.

vero pulmonis vomicã per vrinã: thoracis aũt p in/
testina: & aluũ: expurgari vidimus. Quãq̃ in p̃mis
ex pulmone per renes transitus: nullã reuera dubita
tionem excitare debet. Etẽm̃ vt a cõcaua vena: ita ex
magna quoq3 arteria: rami descendũt ad renes. Hec
questio tamẽ Erasistrati sectatores nõ paruz vrget:
quippe qui putauit solũ spiritũ in arterijs cõtineri.
Nobis vero nihil difficultatis affert: vtpote itelligẽ/
tib': ꝯplenis arteria pulmõis: quãtũ puris ex erupta
vomica suscipit: id in sinistrũ cordis sinũ deferre po
test: quod inde in magnã ipsius arterã incidens: per
renes transit in vesicam. Hoc tamen non ita crebro
euenire vr: vtpote pure prť in asperas arterias ma
gna ex parte transsumpto. Itaq3 quã ob causaz pus
in pulmone genitũ: cũ vrinis (licet raro) excernať: iã
dictum est. ¶ Id vero quod per ventrẽ expelliť: aliaz
& quidẽ rarã (que in corpor dissectione apparet) ha
bet causam: quippe cõcaua vena: mediãte vase quo/
dam stelechiee (id vene que arboris caudici propor/
tione respondet) videtur interdũ adaptari. Proinde
nihil mirũ: neq3 impossibile est: & ex partibus septo
transuerso superioribus: pus in ventrem defluere: &
ex his que eidem supponũtur: ipsum per renes in ve
sicam peruentre. Nam corporũ raros habitť: par est
vt rara etiam accidentia sequantur.

¶ De vteri affectibus. Cap. v.

Atq3 ne hoc quidem loco sollicitos nos
esse oportet: vtrum vuluam: an vterum
appellemus: eam partem que mulieri/
bus ad pariendum a natura data est.
Neq3 rursus vtrum numero plurali
vuluas: aut vteros: an singulari vuluã

Uulua. Uterť.

aut vterũ quis nominauerit. Etẽm̃ satius fuerit in
rebus vtilibus tẽpus collocare: ex quibus vel ad no
titiã: vel presagia: vel curationẽ: fructũ aliquẽ decer/
pere possimť. ¶ Ueluti in eo affectu quẽ nõnulli vte/

Uteri suffocatio.

ri suffocationẽ: alij spiratiõis ob vterũ ablationẽ vo
cãt: perinde ac si vtraq3 appellatiõe vnũ quẽdã affe/
ctũ explicare velint medici. Ego ṽo multas vidi mu
lieres hystericas id est ab vtero suffocatas: nã prio/
res femine artẽ medicã ꝓfesse: a quibus nomẽ ipsuz

Hystericẽ mulieres.

audiri potuit: ita seipas noĩare solebãt. Alias quidẽ
sine sensu ĩmobiles iacere cum obscuro paruoq3 pul
su: adeo vt in quibusdã ne percipi quidẽ pulsus pos
set. Alias sentientes quidẽ: & moueri potentes: atq3
integra ratione: sed tamen animi defectione: & diffici
li spiratione laborantes. Alias etiã crura & brachia
cõtrahentes. Ex quibus cõiecturam feci multas esse
vteri affectuum differentias: vel pro cause efficiẽtis
magnitudine: vel pro specierũ quarũdã varietate: in
ter se differẽtes. ¶ Igiť p̃ma species: cuius Heracli/

Heraclides.

des ponticus in suo cõmentario mentionẽ fecit: mul
tã exhibet de ortu suo ambiguitatẽ. Ait em̃ sub hac
specie: neq3 pulsũ: neq3 spirationẽ mulieris deprehẽ
di posse. Atq3 ob id dũtaxat nõ videri mortuã: quod
exiguũ: in medijs corporis partibus: calorẽ habet.
Est autẽ libri titulť. Apnus (idest perdita spiratio)

Apnus Heraclidis.

Heraclidis. Ac astantes quoq3 medicos q̃siuisse ait
an nõdũ sit mortua? Rursus nõnulli Heraclide po
steriores credentes seruari aliquid spirationis: quã/
uis ipsa nõ appareat: carpte lane floculos: corã nari
bus suspẽdi iubent: vt exacte deprehẽdatur: nũ spiri
tus aliquis inter spirandũ: modo intro: modo foras
deferatur. Sunt qui poculũ aq̃ plenũ: ori ventriculi
imponere precipiũt: q̇ppe immotũ oĩno seruari hu/
morẽ aiũt: si tota perierit spiratio. ¶ Itaq3 si omnes
ita affecte mulieres interijssent: simplex esset questio:
quũ vero nõnulle seruari videãtur: geminã oriri que
stionem necesse est: inuestigantibus nobis: cũ disposi
tionem ob quã spirationis munus deperditur: tũ vel
magis: quomõ viuere possint: que nihil oĩno spirãt.

Quippe

Quippe in confesso est: et spirationem a vita: et vitam a spiratione separari non posse: adeo vt viuentem non spirare: et spirantem non viuere sit impossibile. Atque hec questio: quamque superiore difficilior videtur: non est tamen perinde difficilis: quippe facile sustinebitur: si latebris inclusa animalia consideres nulla apparente in ipsis spirationis nota. Hoc enim cognito: perspectisque animalibus: vtpote frigidis: atque eo demonstrato: quod maximus respirationis vsus est: vt intimus calor et refrigeratione et ventilatione seruetur: haud ita difficile fuerit perpendere: exiguum illum calorem in ipsis derelictum: arteriarum cordisque officio conseruari: que actio a quibusdam medicis transpiratio: veluti ea que a thoracis pulmonisque officio prodit respiratio vocatur. Itaque pereunte ob vteri affectum spiratione: quoniam vniuersum corpus refrigeratur: id enim manifeste videtur: fieri potest: vt nulla prodeat ab ore spiratio: quamuis ea que in arterijs fit: nequaquam intercipiatur. Preterea adeo exigua potest esse spiratio: vt sensum omnino effugiat. Ergo vt nihil ad hunc affectum pertinens maneat indiscussum: succedit iterum alia questio. Quam ob causam corpus refrigeretur? Ea vero haud difficulter dissolui poterit: si precedentes causas diligenter intueamur. Sunt autem huiusmodi. Conuenit inter omnes medicos hunc affectum magna ex parte viduis euenire: idque maxime si antea probe purgarentur ac pareret: atque virorum concubitu gauderet. Quibus rebus omnibus priuatae: quid probabilius excogitari quis posset: quam quod ob retenta menstrua cohibitumque semen: huiusmodi mulieres: vteri dispositionibus cruciantur: siue eas apneas (idest non spirationes) siue suffocationes quis vocauerit: siue etiam forte fortuna contractis iaceant membris. Idque fortasse magis a semine contingere potest: vtpote magnam vim obtinente: vt est enim in mulieribus humidius: ita etiam frigidius: proinde ipsum excerni oportet: presertim si naturaliter multo semine exuberat mulier. ¶ Id vero viris quoque euenire solet: quippe non parua est horum differentia. Sunt enim nonnulli quos protinus a iuuentute concubitus imbecilliores efficit. Alij nisi assidue coeant capitis grauitate molestantur: cibos fastidiunt: ac febribus obnoxij fiunt: atque vt deterior est ipsis appetentia: ita et concoctio minor: hos Plato arboribus immodice fructiferis comparat. Equidem noui quosdam quibus huiusmodi erat natura: qui pre pudore a libidinis vsu abstinentes: torpidi: pigrique facti sunt: non nulli etiam melancholicorum exemplo preter modum mesti: ac timidi: cibi etiam tum cupiditate tum concoctione viciata. Quidam vxoris mortem lugens: et a concubitu quo antea creberrime fuerat vsus: abstinens cibi cupiditatem amisit: atque ne exiguum quidem cibum concoquere potuit: vbi vero seipsum cogendo plus cibi ingerebat: protinus ad vomitum excitabatur: mestus etiam apparebat: non solum has ob causas: sed etiam (vt melancholici solent) citra manifestam occasionem. Verum hic quamcelerrime liberatus est. Hec ergo consideranti mihi apud meipsum: visum est longe maiorem ex retento semine quam menstruis corporis noxam euenire posse: presertim in his quisuapte natura vitiosis abundant humoribus et pleni sunt: atque in ocio educati: quique cum antea nihil ad libidinem reliqui fecissent: affatim continere ceperunt. Equidem perpendimus in ijs naturale excernendi ipsum cupiditatem huius rei causam esse: quum enim et tale et tantum fuerit: neminem non ad sui excretionem vi quadam stimulat. ¶ Ita Diogenem cynicum narrant: verum alioqui omnium mortalium: quod ad continentiam pertinet constantissimum: libidini tamen indulsisse non a copulata illi voluptate: veluti bono aliquo illectum: sed vt noxam que a retento semine prouenire solet euitaret. Cum meretrix adire pollicita: quum diutius cessaret: ipse manu pudendis admota semen proiecit: ac venientem deinde mulierculam remisit: inquiens manus hymeneum celebrando te preuenit. At plane constat modestos viros: non ob voluptatem sed vt ab impedimento preseruantur libidini indulgere: perinde ac si nulla esset ei voluptas coniugata. Sic etiam reliqua animalia ad coitum excitari arbitror: non quod existimet voluptatem boni cuiuspiam speciem pre se ferre: sed vt semen quod ob retentionem ipsa molestat excernant: haud secus quam deijciendi stercoris excernendeque vrine desiderio: sua pte natura moueri consueuerunt. ¶ Cogitanti itaque mihi aliquando super hac re: tale quoddam accidens apparuit in muliere ex longo tempore iam vidua: que preter cetera mala neruorum quoque molestijs vexabatur: ac dicente obstetrice vterum esse retractum: remedijs ad huiusmodi affectus consuetis vti decreuit: quibus adhibitis: partim ob ipsorum calorem: partim etiam quod inter curandum manibus tractarentur partes muliebres: oborta titillatione cum labore et voluptate: veluti per coitum vsu venire solet: excreuit crassum plurimumque semen: atque ita a molestia sua liberata est mulier. Proinde manifesta coniectura assequutus sum: viciato semini: maiorem quam menstruis esse vim ad noxam vniuerso corpori inferendam. Itaque licet hec quidem aliquando profluant e viduis suppressum nihilominus semen molestiam noxamque ipsis inferre potest. ¶ Quibus vero nequaquam persuaderi potest: exiguum succum in vna parte contentum tantorum accidentium: que vniuerso corpori eueniunt: esse causam: hi omnino immemores esse videntur eorum que quotidie contingunt. Etenim a phalangij ictu totum corpus affici videtur: exiguo veneno per minimum foramen infecto. Sed longe maiori admiratione dignus est scorpionis ictus: quod breui admodum tempore grauissima infert accidentia: quippe quum sese implicat: aut perque exiguum est id quod inijcit: aut nihil omnino nullo apparente foramine in ipsius aculeo. Atqui fieri non potest: quum primum quis perinde quasi ab acu punctus est: vt vniuersum corpus veluti grandine percuti videatur: animi simul defectione accedente. Nam rationi magis consentaneum est: vt vel a spiritu quodam: vel tenui humiditate iniecta hec eueniant accidentia. Sunt qui putant res quasdam solo tactu per qualitates vim ea que eis vicina sunt alterare posse: idque plane videri in marina torpedine: vtpote cui tam vehemens sit potentia: vt per piscatoris tridentem transmissa ad manum alteratione: derepente totam reddat torpidam. His coniecturis facile deprehenditur: parue molis res quasdam solo tactu maximas inducere alterationes. Id quod in Heracleo quoque lapide: quam magnetem nominant videre est: ferrum enim quod tetigerit ei adheret: velut nullo adhibito vinculo. Deinde si aliud: id quod primo tactum fuit tetigerit: sit: vt primum illi inhereat. Postea tertium secundo: ita vt plane constet: rebus quibusdam vehementissimas esse vires. ¶ Reliquum est vt inuestigemus an in animantibus corruptio aliqua nasci possit adeo vehemens: vt veneni tum qualitatem tum vires equet: aut id iam a medicis enodatum discussumque esse videtur: qui hanc solent preponere questionem. Vtrum proprie sint note veneni necne? Nam qui maxime

Transpiratio. Respiratio. Plato. Diogenes cynicus. historia Phalangium. scorpius. torpedo Heracleus. lapis. magnes

videntur super hac ambiguitatate disputasse: ij eosdem fieri affect⁹ cócedūt: ꝛ a letalis veneni potione: ꝛ a corruptione que e corpore scaturire pōt: verum facile discerni eos qui venenū sumpserunt ab ijs q̄ aliunde affecti sunt. Quum enim homo suapte natura probis humoribus abundans: ac sanoꝝ more educatus: derepente moritur (vt letali assumpto veneno fieri solet) deinde corpus aut liuens: aut nigricans aut varium est: aut diffluens: aut pre marcore fedum molestūq; reddit odorem: hunc venenū sumpsisse aiūt. Igitur si eiusmodi affectibus nos infestari fateamur: q̄ ex nobismetipsis accepto sue originis impetu similes sint his qui pernicioso epoto veneno euenniunt: nihil mirum si viciatum semen aut menstruum huiusmodi quum retinet: aut putrescit corporibus vt afficiantur idoneis grauia inferat accidentia. Quippe facile intelligitur a canibus quantam habeat vim afficiende rei aptitudo: quū eñ reliquorū animaliū nullū rabie capiatur: solus canis eo affectu corripitur: atq; tanta fit in ipso humorū corruptio: vt solū ei⁹ sputū si humanū corpus contigerit rabiem excitare possit. Ut igitur ab exiguo initio sputi videlicet qualitate: aucta quedam in corpore dispositio: quando ad magnitudinem notatu dignam peruenerit discerni potest: idq; post sex mēses quum nonnunq̄ ante id tempus: nulla nota deprehendatur. Sic eodem modo vicioso humore in aīalis corpore genito: paulatim tractu temporis: principalium partium aliqua consentit: a qua deinde vniuersum corp⁹ celeriter alterat̃. ¶ Quod autem a priscis iam inde seculis optimo iure creditum fuerit: hysterica dicta accidentia: ad vterum tanq̄ ad radicem pertinere: vel maximo argumento esse pōt: q̄ ꝫ solis viduis: ꝛ ijs quibus menstrua supprimuntur: hmōi affectus euenire consueuerunt. Quod vero ad eos excitandos: retentū semen: maiorem: menstruuꝫ vero minoreꝫ vim obtineat: facile intelligitur ab his mulieribus quibus cū non sint vidue purgationes supprimunt̃: q̄uis eñ pluribus infestent̃ accidentibus que postbac dicent̃: spiratione tamen non priuantur: neq; animi defectione: neq; alijs quoq; accidentibus: que paulo antea dicta sunt laborare vident̃. Cū etiā ex eo q̄ sunt vidue quedā: que licet eque vt antea: aut paulominꝰ purgent̃: nihilominꝰ similibus corripiunt̃ accidentibus. Quippe medice que eas exquisite tetigerūt: fatent̃ circa vtrū notas q̄sdā apparere. Nā ceruix ei⁹ inclinata videt̃: interdū q̄dē veluti sursum retract⁹ fit tot⁹ vter⁹: interdū vō veluti ad lat⁹ trahat̃. Proinde quidam vteꝝ veluti aial esse statuentes: q̄ꝺ creande prolis gratia mouet̃ si priuet̃ his que concupiscit vniuerso corpori nocere dicūt. Qua de re Platonē ita scripsisse cōperim⁹ Ea pars que in mulierib⁹ ꝛ vter⁹ ꝛ vulua nōiatur: quū sit aial prolē creare desiderans: idcirco si preter horaꝫ longo tēpore sterilis fiat: indignata egre fert: errans q; per totū corp⁹ ꝛ spūs meatū obstruēs: respirare q; nō sinens extremā indigentiā inducit: atq; alios morbos multifarios excitat. Hec dicente Platone q̄dā addiderūt: q̄ꝺ postea q̄ ita per corp⁹ vter⁹ errauerit: ad septū transuersum perueniens respirationē impedire solet. Alij errare ipꝫ veluti aial negātes: vbi suppressa sunt menstrua exiccari aiūt: deinde humectari cupientem ad viscera vsq; ascendere: quū vero ascendendo nonnunq̄ septum transuersum contingat: idcirco animal spiratione priuari. Etenim qui ignorant ea que in dissectionib⁹ apparent: quiq; neq; naturales: neq; a voluntate pendentes actiones vnq̄ consideraueriūt: q̄uis ea que iam diximus nulla audiant demonstratione roborari: fieri tñ posse arbitrant̃: vt aliquid ex ipsis a veritate nequaq̄ abhorreat. At vero qui in vtrisq; fuerint exercitati: hāc rōnē vtpote infirmā vel me tacente despiciunt. Nā si aliquid vteri ascendere videat̃ id perexiguum est: neq; sufficit ad hoc: vt totū ipsi⁹ spatiū: ne ad vētriculū quidē ascendisse ostendat: tm̄ abest vt hunc pretereundo ad septū transuersum pertingere possit. Q̄ꝺ si det̃ etiā vt attingat: q̄ꝺ momēti habebit id vt spirationē tollere: aut aī defectionē: aut mēbrorū cōtractionē: aut integrū soporē inducere possit? Et eñ cū aliq̄s se impleuerit: vētricul⁹ intumescens plane videt̃ septū trāsuersum cōprimere: atq; hāc ob rē spiratio reddit̃ crebrior: sed nullo insuper alio accidēte aial infestat̃. Atq; pregnātib⁹ quoq; vter⁹ adeo intendit̃: vt crebrior fiat spiratio: sed ne has quidem aliūde ledi videm⁹. Id aūt q̄ꝺ dicūt exiccatos vteros humoris desiderio ad viscera ascēdere: nemini non absurdū videri pōt. Si eñ inutilē aliqñ vter⁹ requirat humorē: vesicā atq; crassi intestini partē inferiorē totā sibi proximā habet: si vero nō simpliciter humorē sꝫ sanguineū humorē desiderat: ad hepar potius q̄ ad septū transuersum ipsum moueri oportebat. At vō q̄ꝺ op⁹ est vt alijs de foris accidat partibus: quū a spissa mēbrana ipm ambiente continea tur? Quippe oēs tunice q̄ ad sese hūorē ex itestinis attrahūt: per ora q̄plurima id efficere solēt. Atq; ad vteꝝ multa admodū venaꝝ ora perueniūt: p quas ex ꝯcaua vena: vtpote cui ex hepate sanguis influit: sanguinē attrahere potest. Et cui quā aliā fistulā: hac aptiorē q̄s inuenerit? qua ex epate in vteꝝ sanguis deferat̃: aut per quā aliā oīno vter⁹ ex iecinore quid piā attrahere possit: nisi maximā ꝯcaue vene conductū esse fateamur? At aliā haudquaq̄ inuenire est: quippe sola hec vena partib⁹ sub transuerso septo cōstitutis ex hepate defert sanguinē: absurda igitur oīno est illorū ratio: qui dicūt vterū veluti aial quid piam efficere. Sed si hoc ipsis concedat̃: ergo egre feret vterus priuari se eo q̄ concupiscit: atq; ob hoc ēt alimento carebit: eo modo quo phenices amatores affici perhibent̃: veꝝ ob hoc neq; ad septū transuersum: neq; ad aliū quēuis locū perueniet. Nā vt cetera omittamus perq̄ arida est septi transuersi temperatura: atq; vter⁹ iuxta illorū placita: qui ipsum exiccari dicūt: humidaꝝ partiū coitatione indiget. ¶ Sꝫ interrogaueris fortasse quā ob causam: modo sursum modo in lat⁹ retrahi vterus videat̃: id eī obstetrices aiūt: aut cur ipso in sua sede sepenumero manente: nihilominꝰ mulieres quedā ab hystericis accidentibus corripiant̃? Equidem huius rei cām explicare tentabo: ea que ab Hippo. dicta sunt imitando. Igitur vteri tensiones in cā esse dixerim: cur tangētib⁹ obstetricib⁹ mō sursum mō in lat⁹ retrahi videatur. Nā simul cū vtero: ceraicē quoq; ipsi⁹ retrahi necesse est. Superest ergo vt declarem⁹ quā ob cām vter⁹ vel sursum vel ad lat⁹ retrahat̃: hoc eñ huic sermōi deerat. Ea, esse cēset̃ vasoꝝ ad ipm puenictiū ꝛ plenitudo ꝛ suspēsio. Etenim ostendimus in enarratione ei⁹ aphorismi quo inq̄t. Conuulsionē ꝛ a plenitudīe fieri: ꝛ eūone q̄ꝺ plenitudo repletorum corpora: ꝛ in

Veneni epotione. Canes rabiosi. Hysterica accidentia. Plato. Hippo.

¶ Et quidem q̄ aeris pestilens statum febrem afferre consueuit nemo sane mentis dubitauit: sicuti et q̄ pestilenti morbo laborantium conuersatio periculosa ne inde contagium contrahatur: quemadmodum ex scabie et lippitudine. Est etiam eorū qui tabe corrupti sunt consuetudo nequaq̄ secura: atq̄ omnino eorum qui putridum expirāt adeo vt domus quas habitant fetidum exhalent odorem. Illud quoq̄ lōga experientia compertum q̄ qui consueta exercitia omiserint ex alijs morborum generibus et febribus maxime corripiuntur. Et quidem omnes vt ita dixerim homines norunt q̄ et que plectora vocatur et cibi vitiati et medicamina estusq̄ circa canis ortum pluraq̄ huiusmodi alia afferunt febres.

¶ Qui vero ab eisdem causis nostris corporib⁹ adueniat affectus in quo febricitemus hoc sane multos latet: et a plerisq̄ etiam qui se medicos profitentur ignoratur. Duplex autem hec ignorantium medicorum genus. Alterum eorum qui soli experientie nituntur aiuntq̄ nullius rei naturam posse a ratione inueniri Alterum est genus hominum qui sibi nomen sapientis vendicarunt. Et licet parem habeant cum prioribus ignorantiam: opinionem tamen scientie sunt aucupati. Sed eorum inscitia inde habet initium q̄ in rationalibus scientijs nequaq̄ sūt exercitati que nos destinguere ac secernere docent eas propositiones que demonstrandi vim habent ab his que probabilitatem quidem continent nihil tamen veri possunt aut inuenire aut demonstrare. Cum vero ad hanc ignorantiam accesserit arrogantia ex ipsis quidam nonnulli ad tantam insaniam ac temeritatem peruenerūt: vt neq̄ ea que homines experientia magistra febrium causas esse didicerunt velint ipsi concedere. De quibus cuȝ a nobis sit in libro de preincipientibus causis sufficienter disputatum: superfluum esset eorundem hominum nugas hoc in loco repetere: cum non sit presentis operis institutum aut alijs contradicere: aut sophismata soluere: sed scientie potius doctrineq̄ intendere cum hic suppositionum loco habeantur que alibi a nobis sunt demonstrata: ac febrium differentie doceantur.

¶ Capitulum tertiuȝ de causis exterioribus febris.

Sunt igitur suppositiones he: calidum: frigidum: humidum et siccum esse corporum elementa: primasq̄ ex eorum intemperaturis constitui egritudines ex quarum numero febris est vna: q̄m in corde quedam preter naturam caliditas generatur. Caliditatis autē differentie de quibus presens transigit sermo a materierum differentia sumebatur que febrilem caliditatem suscipiunt. Cum autem earundem triplex sit genus vel enim in ipso cordis corpore accendi dicebantur: vel in humoribus: vel in spiritu.

¶ Preincipere autem in omnium febrium constitutione causas que ab omnibus manifeste noscuntur quas etiam antea commemorauimus in quib⁹ medici qui se ab experientia empericos vocant: ex obseruatione ad curationeȝ aliquid proficiunt. Rationales autem ad ipsius rei naturam venientes cum indicationibus vtantur ad prenoscendi futura atq̄ ad curationis iuuantur inuentionem neq̄ earum vsum pretermittunt que ex experientia fuerint inuenta: sed multa ex rationali doctrina illis adiungunt. Que nam vero sint que vtraq̄ inueniantur via experientia scilicet ac ratiōe alibi est a nobis demōstratū

¶ At q̄ singule preincipientes cause in corpore faciant dispositionem que febrem accendant nunc ostendere intendimus.

¶ Quoniam non vnum videmus modum generationis aut augmentationis caliditatis siquidem neq̄ ignis ipsius: sed vel propter motum.

¶ Vel propter putrefactionem: vel propter adhesuȝ alterius caloris: aut propter detentum calidi effluxus: aut propter mixtionem calide substantie quoddam veluti ex fonte efferuescentis que quo ad nostrum sensum vel generet: vel augeat caliditatem necesse omnino et febrium causas reduci ad eos quos proxime diximus modos.

¶ Veluti statim exustio siue ipsa solis operatio taleȝ sortiatur appellationem aut qui ab eodem fit in corpore affectus siue ille qui iam affectus est: nam igitur et hoc ipsum calor preter naturam nondum tamen febris existit nisi cor vna calefiat omne quidem huiuscemodi cause genus fieri cōstat ex rei calide adhesu siue sol siue ignis siue medicamen calidum contingat extrinsecus aut proximum fiat aut adhereat siue quouis aliquo vocabulo quispiaȝ vti voluerit.

¶ Ira autem est veluti quidem feruor quidam ac vehemens motus potentie irascibilis in ipso cordis corpore sita: simul autem cum hoc feruore calefit spiritus aliquando: aliquando sanguinis substantia. Quod si ita contigerit vt ea corpora que in se caliditatem admiserunt longo eam tempore retinere natura apta sint: licet motus cordis sedetur in hisce: tamen remanet calor preter naturam atq̄ inde hominem febricitare est necessarium.

¶ Huiuscemodi autem febris habet originem a motu atque feruore natiue caliditatis.
¶ Que autem ex tristitia fit ex solo motu: non autem ex feruore generatur.
¶ Eius autem qui labores sequitur principium est musculorum neruorum copularum et articulorum nimia confricatio que quidem primo quendam calorem concipiunt: hinc vero continuatim calor ascendit ad cor: atque inde homo necessario febricitat.
¶ Que autem ex densitate cutis accenditur febris qualis maxime frigefactis atque astrictis corporibus solet accidere mordaci effluxu in corpore aceruato contingit.
¶ Semper enim animalium corpora difflantur idque duplici modo effusis ad exteriora vaporosis atque fuliginosis superfluitatibus: ac rursus attracta refrigerante ac ventilante natiuum calorem aerea substantia. Cum igitur aliqua causa potentiores eos de quibus diximus meatus angustiores effecerit sepius in plectoricam dispositionem incidit corpus quando et vaporosum: et optimum quod effluit extiterit: at cum acre fuerit satisque mordax nonnunquam in febrem quo tempore maxime quoniam intra corpus quod refrigerandi vim habet non attrahitur calor augetur.
¶ Acris autem ac mordax defluit superfluitas his qui aut natura vitiosos habent humores: aut prauis cibis vtuntur: sepius cruditatem patiuntur: atque tum presertim cum post huiuscemodi cibos assumptos feculentam atque ex lacunis siue paludibus siue quouis alio vitiatam ac putrescentem biberint aquam idem his quoque accidit qui supra modum laborant aut vigilant aut medicamina acuta iugiter sumunt.
¶ Uoco autem prauos cibos quibus hoc ipsum est a natura insitum: sicuti allia: cepe: nasturtia porros brassicas: ocima: et vrticas: et quecunque alia agrestia dicuntur veluti que apud nos lampsane vocantur: et que preterea natura quidem optima sunt: sed ob quosdam putrefactionis modos equale aut maius aliquando vitium contrahunt veluti frumenta ordea atque omnes alie fruges que ad vsum cibi assumuntur: quarum nonnulle temporis longitudine ad putrescibilem ducuntur dispositionem alie quoniam male reposite fuerint humiditate replentur. Quedam vero et in primo ortu rubigine deprauantur tales cibos hodie quoque vrgente fame plures coacti comedere: nonnulli quidem a putridis ac pestiferis febribus interierunt: nonnulli autem pustulas instar scabie ac lepre in corpore contraxerunt.
¶ Cum igitur plenum fuerit corpus huiuscemodi humoribus nulla vero obstructio aliquod ex visceribus obsidet libere autem per vniuersum corpus cutis difflatur ac refrigeratur: sanitati quidem fruitur animal: sed dubia ac momentanea: quoniam autem constringi terminum exteriorem aut obstrui penitiarum partium meatus contigerit. In constrictioribus quidem quod nuper diximus febrium genus consequitur. In obstructionibus autem quod paulo infra dicemus.
¶ Nihil ergo mirum si ex his qui cruditatem passi sunt nonnulli quidem a febribus correpti fuerunt alij vero minime. Nam hij qui iam humores habent vitiatos ac male difflantur aut intempestiue laborant aut balneis superfluis vtentur: hi facile febribus corripiuntur. Et qui boni habitus sunt ac bene difflantur et quiescunt et ventriculum atque epar calefaciunt his febrire est impossibile.
¶ Nam in eisdem residet ventriculi atque epatis partibus quodcunque corruptum est ac paulatim per tempus coquitur atque optimum fit: sicuti his qui se vehementioribus motibus exponunt aut estiuo soli aut balneis calidis dulcium aquarum quicquid vitiatum est in habitum corporis recipitur.
¶ Sic et quoscunque ex ciborum corruptione febris inuasit subsequuta non esset nisi alia causa accessisset aut quia supra modum fatigati essent aut frequentius surgendi necessitatem habuissent aut inflammationem in ventriculis partibus subtenuissent.
¶ In obstructionibus quidem foraminum atque humorum intrusionibus: nam et de hoc dicere distuli ex putredine patiuntur febrem animalia.
¶ Promptissime enim putrescunt quecunque calida ac humida atque in calidis locis: nisi difflari ac refrigerari contigerit.
¶ Nihil igitur mirum si ex repletionibus febres eueniunt: etenim obstructiones multe atque vniuersum corpus in huiuscemodi affectibus male difflatur. Secuti igitur in altera multitudine que ratione potentie dicitur cito ad corruptionem humores deueniunt: quoniam non bene continentur neque cum coquuntur cum ea a qua perficiuntur vis inualida existet.
¶ Propterea autem quecunque cibi glutinosi sunt ac crassi sunt magis morbis obnoxij: obstrui enim atque intrudi eum qui ab ipsis generatur humorem facilius existit.
¶ Quid igitur nonne contraria ratione acria atque estuantia morbosa videntur enim similiter a febribus infestari qui vtrumque victus rationem in nimium sequuntur: quoniam et supradiximus omnes tales mali fuci esse.
¶ Tali igitur ratione hi ob putredinem autem quicunque glutinosi sunt ac crassi febrium sunt cause.
¶ Partes etiam que inflammationem patiuntur ratione putredinis febres accendunt: intrusus enim in ipsis influens humor cum non bene diffletur putrescit.
¶ Cum igitur fluxio hec amaram bilem dominantem habuerit caliditas quedam erisipilatam proprie occupat partem: cum vero sanguinis inflammationem: cum vero humorem ex vtrisque commixtum vel fit erisipilas inflammationis participans vel inflammatio erisipilatis nomen quidem ab humore superabundante suscipiens cognomen autem ab altero.
¶ In hisce autem omnibus communicationis ratione febris accenditur: semper enim calefacte proxima pars simul calescit donec ad cor communicatio pertingat: nam et in carbunculis id quod continuum existit vna calefit: fiunt autem ex sanguine quidem satis calido: sed atre bilis naturam propter adustionem conuerso.

¶ Finit tertium capitulum.

¶ Capitulum quartum de febre pestilentiali.

Calidiores autem ambientis aeris status quales maxime circa canis ortuz contingunt per inspirationes quidez manifeste cor calefaciunt: corpori autē extrinsecus circūfusi totū ipm calidius efficiūt: sz ꝑ sertiz arterias vt que ipsi⁹ substātie aeris ambiētis aliqͣd trahāt: ex q̄bus omnibus simul cor affici est necessarium: et cum supramodum incaluerit ipsum primum atq̃ principium febrilem calorem suscipere atq̃ ad vniuersuz corpus transmittere.

¶ In pestilētiali vero aeris statu inspiratio plurimū est causa. fit enim et aliquando ob eos qui sunt in corpore humores ad putrescendum paratos cum breuem aliquam occasionez ad febris originem ab aere ambiente acceperit animal.

¶ Magna autem ex parte ex inspiratione incipit aeris circūstātis a putrescibili euaporatiōe vitiato.

¶ Putredinis autem principium vel cadauerū multitudo non crematorum quemadmodum in prelijs contingere solet aut ex aliquorum vel lacuum vel paludum estatis tempore euaporatione. Contingit autem quandoq̃ precedere ambientis aeris caliditatis quemadmodum in ea pestilentia que athenienses inuasit vt tucidides inquit. Sed in tugurijs suffocantibus estatis tempore habitantium corpora corruptione laborabant. At quia humores corporum ex vict⁹ prauitate erant putredini obnoxij hinc febrib⁹ pestilentibus origo data est: forte autem per continuum ex ethiopia quedam putredinis fluxere contagia his quorum corpora erant ad patiendum parata febrium cause futura.

¶ Oportet enim hoc in toto sermone memoria repetere: ꝙ nulla causaruz sine patientis aptitudine agere potest: alioquin omnes qui sub estiuo sole commorantur febricitarent aut qui nimio motu exercentur aut vini potu grauantur aut ira excādentes aut tristitia afflicti febricitarent: alioquin etiam vt arbitror circa canis ortum egrotarent: ac in pestilentijs morerentur. At vt diximus magnam in generatione egritudinum partez habet eius qui passurus est habilitas corporis.

¶ Supponatur igitur vt in exemplis in ambiente quidem aere nonnulla pestilentie semina contineri ac ea que ab ipso corpore contingu ntur nonnulla q̄dē esse varijs supfluitatib⁹ plena tā ex seipsis ad putrescēdū ꝑata. Nōnulla aūt pura atq̃ inutili materia carētia ac primis quidē adiūgatur in multis corporis partibus obstructio foraminum atq̃ ea q̄ plectora vocantur vita ociosa in multis crapulis ac rei veneree vsibus immoderatis atq̃ his que necessario omnia que nuper diximus cūsequūtur cruditatibus: reliquis vero oībus corporib⁹ puris ac superfluitatibus oīo carentibus adsint: preterea alia bona libera in oībus spiratio meatibus cū obstructionibus atq̃ astrictiōibus carēt. Exercitia etiam sint moderata: vict⁹ tēperat⁹: ac deinceps his suppositis cogita quō vtraq̃ corpora affici sit necessarium ab eo quem inspirat aere pestilenti: an non rationabile est illa quidem statim a prima inspiratione principium putredinis sumere ac plurimum in malo procedere: quecunq̃ autem munda sunt ac superfluitatibus carent nōnulla quidem nihil nōnulla vero minimum mali sentire ac facile ad naturalem habitum habere regressum.

¶ Sic ⁊ cum aeris temperatura a naturali habitu ad caliditatem atq̃ humiditatem immodice fuerit ea versa pestilentes quidem oriri morbos est necessarium: plurimum vero eisdem laborare quicunq̃ fuerint superflua pleni humiditate: quemadmoduz qui modicis laboribus se exponit ac victu vtitur moderato in omnibus huiuscemodi dispositionib⁹ nullam omnino sentit offensionem.

¶ At hic quidem sermo in vno profertur exemplo: sed nihilominus in omni genere cause veritatem cōplectitur: ⁊ quicūq̃ integre in eo vult exerceri de preincipientibus causis legat librum. Equidem vero in presentiarum prolixitati parcens vno capite vniuersa comprehendens finem sermoni constituam: oportet siquidem in omni causarum genere diligenter aduertere: ex qua maxime potentia egrotare contingat: deinde corporum dispositiones iam que eidem consentiunt ꝙ que aduersantur considerare illud pro comperto habentes ꝙ quecunq̃ consentientes sunt facillime leduntur contrarie autem ac renitentes quantum viribus ac magnitudine contrarietas valet tantum inuictas perdurare contingit.

¶ Vidi ego aliquando in tali temporis statu qualem auctor Hippocrates in cranone fuisse non paucos carbunculos crassari per populum: quoruz erat generatio eadem omniaq̃ alia quemadmodum scribit Hippocrates exquisite similia: ⁊ quidem quecunq̃ in tertio libro qui epidemia inscribitur de pestilenti aeris statu ab Hippocrate referuntur in altero eidem simili pari modo euenerunt: erat autem eorum summa vt ostendit Hippocrates ipsa putrefactio quod cum nos preuidissemus statim ab initio quecunq̃ corpora humida videbamus omni via exsiccare conabamur: que vero sicciora in his antiquū habitum conseruabamus. At in quibus superfluitates redundabant hec purgationibus sanabam⁹ obstructiones autem foraminum aperire atq̃ abstergere studebamus.

¶ Sed hec quodāmodo artis curatiue propria esse videntur: neq̃ in ambiguo est cum plenius de hisce sit a nobis in eo loco dicendum.

¶ Nunc vero de ipsis volui facere mentionem cum eum prosequeremur sermonem in quo quemadmodum ab eadem causa inualescente nonnulli quidem a febribus corripiuntur: nonnulli autem illesi perseuerant exponeremus cum enim corporum dispositiones dissimiles sint ac multiformes quidam facile alterantur ac patiuntur a causa in ipsa operante quidam insuperabiles ac impassibiles omnino existunt quidam cum difficultate patiuntur ad huius vero rei demonstrationem coacti sumus etiam curationis meminisse non aliter assertim ꝙ Hippocrates qui quodam in loco per similem modum vulgatissimum illud dictum conscripsit ostendit autem curatio.

¶ Est igitur ⁊ que pre custodia dicitur curatio quodammodo: sed ipsa videlicet nomina apud medicos sepius confunduntur. sicut enim in altero libro est a nobis ostensum omne medici opus est errorum qui circa humanum corpus eueniunt correctiuum. Sed nihil ista subtilitate sermōis hoc in loco indigemus

sue enim

siue enim in duo nomina diuidas omnem curatio-
nem ac precustodiam siue ambo in vnum colligas cu
rationem nominaris non paruam coniecturā affert
eorum dispositio qui a pestilentibus atq; in popu-
lum crassantibus morbis affici prohibentur quod
non eque omnes ab eadem causa patiantur vna si-
quidem ac prima est in omnibus communis inten-
tio ꝙ corpus quammaxime superfluitatibus vac-
cet atq; optime spiret. Secundo loco post hoc vt pre
potenti cause quo ad eius fieri potest aduersetur. At
quibus horum contraria existunt celerrime capiun
tur ac ꝙ maxime laborant.

¶ Capitulum quintum de reprobatione ponentium
oēm febrem esse putridam.

Sed qm̄ de febrib⁹ pestilētib⁹ facta est men
tio que oēs a putredine ortum habent ope
preciū videt̄ vt hoc loco sistētes sermonē de
antiquo dogmate ꝯsiderem⁹ oē febris gen⁹
ex putredine fieri asseuerante: siquidem eius senten-
tie esse periclitatur omnis a atheneo chorus viri tū
in ceteris que ad artem pertinent: tum presertim in
febrium contemplatione minime contemnendi.

¶ De quibus ego magna ex parte illis consentio ni
si ꝙ eas que ephimere nominantur excipio. Neq; ei
videntur mihi he humorū sequi putredinē. Sed qui
quidē ex solis incendio febricitant ab agentis cause
caliditate affici natura aptus est. Qui vero ex ira et
huic feruorē quidē aliquē eius que circa cor calidi-
tatis fieri est necessarium: non tamen etiā putredinē
Sic ⁊ ei qui supra modū exercitatus est vehemētior
caliditas preter naturā sine humorum putredine in
corpore accendit̄ ⁊ cui cutis astricta est cum prius
acriores superfluitates per eam euaporarent post-
ꝙ retente sunt ac coaceruate incidit in febrem nulla
interueniente humorum putredine.

¶ Et que in inguinum tumoribus greci bubones
appellent febres oriuntur omnes sunt male exce-
ptis ephemeris quodam in loco inquit Hippo-
crates ⁊ quidem eius partis tumor ex genere est
inflammationum: ⁊ quantum ad hoc affectior illi q̇
de putredine sermo eius em̄ a ratione in inflamma-
tionibus quas greci flegmonas vocant febricitare
contingit non ea que erasistratus opinabatur: sunt
etiā quedā febres in inguinū tumoribus e genere ef
fimerarum: quemadmodum: ⁊ alie non tractabiles
morbos ex vlcere aut inflammatiōe aut abscessu aut
aliqua huiuscemodi: altera in visceribus dispositio-
ne ortum habentes ostendunt.

Differunt antem que in inguinum tumorib⁹ febres
oriuntur ab his que ex humoruꝫ putredine eueniūt
que vel in aliquo viscerum aut in cauis ⁊ maximis
vasis ortum habent: quoniam que in inguinum tu-
moribus fiunt concalefaciunt semper partes conti-
nuas donec vsq; ad cor calor febrilis attingat: non
peruenit autem ad ipsum putrida fuligo sed ibideꝫ
permanet in loco inguinis circunscripta sola altera
tione per continuuꝫ facta vsq; ad cor perueniente ca
lore: quo maxime modo in his qui solis calore deu-
runtur aut lassitudinem patiuntur a primis parti-
bus calefactis vsq; ad vitale principium caliditatē
permeat in putredine autem que in visceribus aut i
magnis fit vasis quidem veluti: fumus ex putrescē
tibus humoribus ad cordis ventriculos tendit.

¶ Et quidem in tumoribus inguinuꝫ omnes simul
humores putrescere solēt siue per vnum siue p duos
continuos dies vt qui inuicem adhereant atq; i vno
loco concludantur atq; in viscerib⁹ sunt vasisq; ma
gnis ve qui continuo fluunt suoq; contactu vicinos
ad putredinem trahant spacio temporis putridum
calorem accendunt.

¶ Vna autem ratione quemadmodum in extrinse-
cis omnibus quecūq; preter naturam a quauis cau
sa calefiunt si quidem imputrescibile sit quod calefit
veluti lapis vel lignum aut tale aliquid aliud eous-
q; durare caliditas solet donec paulatim refrigeren
tur. Quod autem putrescere natura aptum est sem-
per ad continua dispartitam continet caliditatē quē
admodum aliquando in agro conspexi excrementa
iumentorum simul ac columbarum quadaꝫ ex par-
te a sole adeo vehemēter calefacta ꝙ instar fumi mul
tam euaporationem in sublime emittebant non pa
rum mordacem ac dolorificam ⁊ si quis proxime ac
cessisset nares oculosq; ledentem: ipsa etiam excremē
ta tangentibus adeo calida sentiebantur vt qui lon
giori tempore manus ⁊ pedes admouisset exureret̄
non tamen continuo huiuscemodi casus perdura-
bat: sed in die qui sequebat̄ quicquid superiori die
ad summum feruoris peruenerat sequenti die refri-
gerebatur. Quod autem huic continuum erat dum
prima pars que calorem conceperat in summo eēt
feruore ipsum interim paulatī succensum mox prio
ri se feruore remittente iterum incalebat atq; efferue
scebat ac paulopost priori parte refrigerata ipsum
summum feruorem obtinebat: hocq; rursus deferue
scebat dum pars continua paulatim succendebatur
que paulopost vehementius accensa ad summū fer
uoris perueniebat: hic autem circuitus in vnius fe
re diei ac noctis spacio peragebat̄ adeo vt res vna
quotididane febris quam greci amphimerinam ap
pellant proprijssimum esset exemplum ꝙ si duabus
diebus ac noctibus ideꝫ circuitus perfectus fuisset
tunc febris tertiane eo modo fuisset exemplum: et si
trib⁹ q̈rtane ⁊ q̄tuor q̇ntane siq̇dē ⁊ q̇ntana febris
existit ego em̄ nōdū liquido vidi neq; huiuscemodi
circuitum neq; alium que vltra quatriduanum pro
tenderetur. Sed de febribusque per circuitum acces
cessiones habent postea dicetur.

¶ Humorum autem putredo que in vasis fit similis
est ei que in inflammationibus atq; abscessibus ac-
cidit alijs collectionibus.

¶ Dupliciter quidem secundum genus ex duorum
autem generum miscella alia tertia secundum spēm
euariat: quin ⁊ innumerabiles miscelle modi in eo
ꝙ magis ⁊ minus reperiuntur.

¶ At duorum generum alterum quidem fit superan
te natura: alterum vero superata. Et superante qui
dem sicut in inflammationibus ⁊ similibus collectio
nis tumoribus pus in humoribus autem qui in ve
nis atq; arterijs continentur: ⁊ quoddam quid pu
ri proportione respondet subsidet in vrinis. At talis
quidem putredo non simpliciter quidem putredo
existit: sed aliquid in se continet coctionis. Nam ad
huc vi coquendi in vasis remanente que interiꝫ pu
trefit humor ad talem peruenit alterationem. Sed ⁊
alterum est putredinis gen⁹ cum ea vis cui coquen
di officium est demandatum adeo imbecillis facta
est vt nullam amplius facere possit in putrescente su
perfluitate optimam transmutationem quod quidē

vsu contingit cum eadem vis ad vltimum imbecilli-
tatis peruenerit etiam si id quod putrescit mediocri
ter sit vitiatum. At fieri potest vt vis quidem ipsaq;
non omnino sit imbecillis humor vero putresces ma
xime sit vitiatus.

¶ Huius superfluitatis putredo neq; consistere ne-
q; aut colorem aut odorem aliquem recipere potest:
sed semper secundum substantiam permutatur ac
multis modis euariat illud quod putrescit. Altera
autem putrefactio quam & coctionem esse diximus
semper ad vnam puris speciem terminatur coloremq;
ac consistentiam suscipit & odorem superante vero i
tegre ipsa natura optimu fit pus conspectui album
& crassum & quaq; versum sibi simile leue autem tan
genti ac minime fetidum: si vero semiputridum fue
rit tertium in tali transmutatione genus quod pau
lo ante diximus fit dictum vero & illud est q; multi-
forme huiuscemodi genus existit: na in eo quod ma-
gis & minus est innumerabilis differentia: sepi9 eni
cum calore album factum sit vel fetidum odorem vl
tenuem substantiam obtinet: sepius vero non albu
apparet: sed liuidum atq; in hisce omnibus magis
ac minus infinitis modis euariat.

¶ Quodcuq; vero in accessibus putredinis sunt dif
ferentie totidem & in febribus que ex putredine ac-
cenduntur. Sunt eorum que in vrinis apparent for
me varietates optima vero vrina que ex putrescen-
te humore coctionem a continenti vase suscipiente p
ficitur est que album & lene & equale & minime fetidu
quod habet: pessima autem est que in omnibus ma-
xime contrario modo se habet: que vero intermedia
existit quanto propius ad alteram accesserit tantu
aut melior aut deterior existit. Sed de vrinarum dif
ferentia in commentarijs de crisibus siue de creticis
dictum est.

¶ Capitulum septimum de signis distinctiuis inter putridam & effimeram.

HAs autem que in putredine humorum fe-
bres accenduntur alias ab effimeris opor-
tet existimare neq; earu discretio difficilis
est quamq; nonnullis videatur esse impossi
bilis: nos vero hoc milies re ipsa probauimus pri-
ma accessione finita lotum hominem ac mediocri ci-
bo refectum ad consueta opera transmittentes vt q
altera febris accessione censurus non esset neq; nos
nostra existimatio fefellit.

¶ Unum vero hoc est precipuum febrium effimera
rum indicium ab aliqua incipere causa receti ac ma
nifesta q an pcesserit qua oes medici iuniores vsita
vocabulo procatartica siue preincipientem appellat.

¶ Sed & si hoc inseparabile sit talium febrium indi-
cium: tamen earum proprium non est: nam & alie ex
causa manifesta fiunt que ante precessit. Insepara
bile vero ac proprium est coctio in vrina statim die
prima.

¶ Ac preterea pulsus ad magnitudinem ad celerita
tem, effatu dignam accedentes ita vt frequentia a
proportione deficiat secundum exteriorem quietem
Est autem & magis inseparabile ac propriu q; nul
lo modo ad celeritatem ea pars pulsus que sistole di
citur tendit: & si aliquando contingat hoc minimu ac
vix perceptibile existit: parumq; a naturali tenore
mutatum.

¶ Sed & caliditatis suauitas propriu atq; insepa
rabile est huiuscemodi febrium indiciu.

¶ Inseparabile quoq; equalis atq; incompressus
ascensus in caliditate ac pulsibus simul: non tamen
proprium cum & alijs quibusdam adsit sicuti etia
consistente febre mediocritas neq; enim hoc etia est
proprium quamq; his maxime inest. Et meliussane
hec que communia existunt increscente febre ac con
sistente: quoniam magis effimeris insunt inter pro
pria reponere sic enim fieret & si non rei ipsius spes.

¶ At pulcherrimum atq; exquisitissimum huiusce
modi febrium proprium simul atq; inseparabile si
gnum sicuti & cum sudore aut rore aut omnino cum
aliquo optimo vapore declinatio vbi integra febris
cessatio sequatur hec quidem est communis febriu
effimerarum indicatio: nam postea de earum singu
lis speciatim dicemus.

¶ Alterum vero febrium genus quod effimeris ex ad
uerso distinguitur nullum quide nomen commune
sortitum est. Suut autem due prime differentie que
non obscuram habent specierum discretionem. Na
quidam ex istis in putredine humorum accendunt
quedam vero ipsas solidas occupant animalis par
tes atq; eas ethicas febres appellarunt vel quam
do firme ac fixe sunt quemadmodum habitus: aut
quoniam ipsum corporis habitu comprehenderut
sic eni vocare consueuerunt solidas partes humidis
ex aduerso distinguentes.

¶ Indicia vero febrium que humorum ratione ac-
cenduntur hec sunt primum quidem non insepara-
bile: sed proprium q; nulla earum que preincipien-
tes cause dicuntur eas antecedit: neutri enim alioru
generum hoc inest: quoniam effimere omnes a pro-
catarticis siue preincipientibus causis originem ha
bent. Ethice autem quando sine his generant nun-
q; ab initio inuadere consueuerunt a deo q; vbi quis
sine preincipiente causa cepit febricitare. Scire op
huius causam in humoribus esse.

¶ Illud vero vsu euenit q; aliqua ex preincipientib9
causis suis ratione febrem accendit effimeram sub-
sequitur autem altera ex putredine humorum qua
do q; afficit corpus ad id habile fuerit hoc est quan
do in purum exciterit ac superflua materia redun-
dans: hec eni cum in effimeris immoderatum calo-
rem cotraxerit atq; hinc putrescendi principiu ac
ceperit alteram speciem febrium succendit priori de
finente.

¶ Unum vero proprium simul atq; inseparabile in
omnibus successionis indicium q; febris effimera
quietem integram subsequentem non habet: contin
git vero aliquando vbi effimera febris consistit ali-
quod permutationis indicium ostendi. At multoma
gis cum iam ceperit declinare: quo tempore id quod
pauloante dicebamus ea tranquilitas abest que ad
esse deberet: hec quidem sunt permutationis in-
dicia.

¶ Hec quidem sunt permutationis indicia initium
autem a rigore sumere febrem vbi neq; ardor solis
neq; frigefactio precesserit qualis presertim per ni-
uem facientibus iter contingere solet: aut qui aliter
in vehementi frigore diutius commoratur propriu
& hoc existit signum febrium que ex putredine acce-
duntur humorum non tamen inseparabile.

¶ Neq enim in omnibus inest quemadmoduz neq horrores ipsi sunt ab huiuscemodi febribus insepa rabiles sicuti neq ab initio proprie.

¶ Inequalitas vero pulsuum atq caloris siue in prin cipijs siue in augumento contingat est huiuscemodi febrium generis proprium indicium non tamē ip sum inseparabile multe enim et sine insensibili inequa/ litate incipiunt atq ad consistentiam accedunt.

¶ Adhuc autem magis si neq accessiones plures fa ciant veluti insultus quod superaccēdi vocamus.

¶ Sicuti neq pulsuum afflictatio: sic autem nomi/ nant quando incipiente accessione satis paruos atq inequales eosdem habens: neq enim hoc ipsum ab hisce febribus est insepatabile: non tamen alicui alte ri generi febrium commune: sed proprium istarū ac peculiare sicuti et inequalitas ipsa.

¶ Nisi alicuius casus ratione superueniat: sepius vbi enim humor aliquis vitiosus in ore ventriculi fue/ rit aceruatus qui ipsum aut mordeat aut refrigeret: parui simul fiunt atq inequales. Et peruitas quidē in frigidis: inequalitas vero in mordacibus accidit. At vbi euomuerit hec ambo protinus cessant. Cum vero ipse ventriculus omnia noxa vacat ad proposi tum febrium genus pertinent huiuscemodi pulsus.

¶ Maximum autem est earuz que ex putredine fiūt febrium indicium qualitas caliditatis: nihil enim est in ea moderatū neq vllo pacto fixū est ei que ī effime ris sentitur: sed quemadmodum est ab optimis ante nos medicis dictum mordax quodammodo potius existit tactuiq molesta sentitur ac quoniam ad mo/ dum fumus oculos ac nares sic ipsum tactum vide/ tur errodere: sed in principijs quidem accessionuz vt in quibus calor adhuc suffocatur ac supfluitates intus succendunt nō statim amota manu discernitur. At per morani predicta caliditatis spēs ex penitioribus partibus effertur quod cum aiaduerteret themison exi/ stimauit vt mihi quidem videtur hoc esse omnibus febrici tantibus proprium: sed de hoc quidem improprio de huius sermonis loco a nobis rursus considerabitur predicta aūt caliditatis spēs que appositam manuz pungit atq errodit instar medicaminis acris est pu tredinis humorum progenies que manifeste quidez sentitur in crescentibus ac consistentibus febribus non manifeste autem incipientibus.

¶ Proprium vero atq inseparabile est febrium que in humoribus accēdunt submissionis pulsuū greci sisto lem appellant velocitas quam manifestius quidē in cre/ scentibus febribus nō obscure autē incipientibus ac consistentibus fit cōmittunt autem has febres in ini/ tijs quidem pulsus peruus ac velox. Cum vero con/ sistunt magnus simul ac velox. Sic et quam in exteriori qe te existit frequentia in huius febrihus manifeste de/ prehenditur: cuius similis neq in effimeris neq in/ ethicis apparet.

¶ Maximum vero et harum febrium indicium exi/ stit cruditas vrine debilis etiam concoctio propriuz est indicium febrium que humorum sequuntur pu/ tredinem. Neq enim cruda neq concocta debiliter in effimeris apparet ac earum quidem alterutra se/ orsum est proprium huiuscemodi febrium indicium Simul autem vtraq dicta secundum distunctionis prolo/ quium omnino inseparabile huic enim febrium ge/ neri vrine prime vel omnino crudevel debiliter cocte, in principio associantur neq vnq magnum aut ef/ fatu dignum concoctionis indicium in huiuscemodi febribus in primis vrinis apparet. Si excipiamus eam que fit ex effimeris febribus permutationem de qua a nobis antea dictum est preter predicta autem propositarum febrium indicia contingit: etiam eo tē pore quo accessio consistit casum aliquem febris ar/ dentis apparere. Quod si etiam hij casus se ostēdent qui in febribus hepialis et liparijs appellatis sicuti et quam in hemitriteis aut succensiuis videri solet. Erunt quidem propria huius generis febrium que ex hu/ morum putredine accenduntur indicia non tamē in separabilia atq idcirco vbi prima non adsint ex ali/ is dignoscere licet: quod si affuerint non solum ad genus huiuscemodi febrium pertinebunt: sed etiam aliquā earum speciem indicabunt.

¶ Et quidem si post febris declinationez integra nō successerit qes siue cum sudore siue quouis alio mo/ do declinet ex duobus alterum vel permutationis est argumentum si omnia que precesserint febrium effi merarum fuerint indicia aut si nulla ex his fuerint statim ab initio febrem aliquam ex his que putredi/ nem humorum sequuntur inuasisse indicatur.

¶ Si vero in prima die pulsus durus sentiatur ani/ maduertere oportet: nunquid in corpore egrotan/ tis sit aliqua congellatio ex frigore vel siccitas vel ten sio qualis in distensione neruorum fieri cōsueuit vel inflammatio vel durus tumor quez greci skirron ap pellant in quibus enim errauerit archigenes de pul su duro in eo tractatu quem de pulsibus composui/ mus ostenditur in quo exercitatum esse oportet qui/ cumq ad presentis operis lectionem animum sit ap pulsurus: atq in ea presertim parte in qua de pulsu/ um dignotionibus agitur: nam pulsuum quidem no mina omniaq eorum significata numerumq vni/ uersum in vno tractatu exposuimus qui de pulsuuz differentia inscribitur. Quo pacto vero singula ex ip sis sint dignoscenda altero tractatu quem de pulsuuz dignotione inscribimus in quattuor libris explicat sicuti alterum volumen ordinem consequens in quat/ tuor libris comprehensum exposuimus in quibus pulsuum causas edocemus ac postea que iam diximus quantum quod de pulsuum precognitione in/ scribitur non verbis tantum: sed operibus etiam huiuscemodi contemplationis vtilitate a nobis ostensa.

¶ Et si quis nobiscum affuit quando egrotos visere mus eorum librorum contemplationem re ipsa de/ monstrantibus eisdem partim alia partim idipsum est persuasum quod pulsus durus neq proprium neq inseparabile est huiuscemodi febrium indicium: sed non est nunc tempus de hisce rebus differendi: nam in nuper dictis tractatibus atq in altero volumine octo libro. comprehenso: inquo librum archigenis de pulsibus ad examen rationis adducimus satis a nobis huiuscemodi casus ostenduntur. Nunc quan tum presenti operi expedit dicemus quod pulsus du/ rus non est alicuius generis febrium neq effime/ rarum neq earum que in humoribus accenduntur neq ethicarum proprius atq inseparabilis: co/ mitatur vero magna ex parte ethicas febres non/ nunq vero etiam duo genera alia casu aliquo inter ueniente effimeras quidē ex algore nimio cōtigerint

si qua neruosa tensio simul affuerit contingit ꝟo ali
quando ob nimiũ solis feruorem aut laxitudinez si
mul aut exuritionem aut in modicas vigilias aut
exinanitionẽ quãdo hec alimenti inopia preuene/
rint illis autem que ex hũorũ putredine fiũt febres
pulsus durus adest qñ aliqđ viscerũ vel inflamma/
tionẽ vel durũ tumorẽ patiat᷑. Et si casus ꝗspiam
ali⁹ affuerit veluti tẽsio aliqua neruorũ aut siccitas
hac etiã rõne pulsus fit dur⁹ sicuti in his ꝗ nõ in tẽ/
pore frigida bibũt aquã aut frĩda se lauãt atꝙ aliq̇
bus arborũ fructib⁹ ĩmodice vescunt᷑ in febrib⁹ aũt
ea rõne ꝗ febres sunt nũꝙ̃ fit dur⁹ pulsus neꝙ ĩ effi
meris neꝙ in his ꝗ ex hũorũ accẽdnut᷑ putredine.
Neꝙ em̃ qñ ex inflãmatione febris inuadit eadẽ rõ
ne sequit᷑ ⁊ febris ⁊ pulsus durities: sȝ febris ꝗdem
ex humorũ putredine durities aũt extensionẽ que ĩ
vasorũ fit repletionem.
Ut aũt summatim dicat᷑ durities tunic꜡ aduenit ar
teriarũ aut ob ꝯgelationẽ aut tẽsionẽ aut siccitatez:
cõgelationes igit᷑ vehemẽtes algores efficiũt: tẽsio/
nẽ ꝟo iflẽmatiões ⁊ duri tũores ⁊ neruoꝝ dispõ in/
flãmatiõib⁹ corrñẽs: siccitatẽ ꝟo ⁊ diuturne eũones
ꝗ vel ex vẽtris ꝓfluuio vel itestinoꝝ lenitate aut di/
sinteria aut diuturnis vomitib⁹ aut tali aliq̃ alia cã
ꝓueniũt: ⁊ lõgi tp̄is fames ⁊ febres ardẽtes atꝙ vt
ĩ vniuersum dicat᷑ ꝗcũꝙ ipsas aĩalis solidas ꝑtes
vehemẽter exiccãt sicuti ⁊ ethice febres de quib⁹ iaz
dictũ est sumpto ab earũ gñatione principio.
¶ Que igit᷑ febres ethice appellant᷑ duplici via or/
tũ hñt magna ꝗdẽ ex parte ex ardẽtib⁹ febrib⁹ ꝗ tm̃
ꝓtrahunt᷑ vt lõgitudine tp̄is hũorez corꝑe cordis
ꝯtẽtũ cõsumãt vel fieri ꝑt vt ei⁹ adhuc magna por/
tio reseruet᷑ ille ꝟo nõ tm̃ ethice sunt: sȝ tabide etiam.
¶ Que aũt manẽte adhuc hũiditate gñant᷑ vbi cor/
dis corp⁹ occupauerit: huic maxĩe accẽdunt᷑ queãd/
modũ lucerne ex flãma ex fomite atꝙ vna quidem a
nobis exposita est earũ febriũ generatio.
¶ Reliqua aũt est cũ statim ab initio inuaserit sil᷑em
primũ sui ortũ effimeris faciẽtes aũt ex tristitia aut
ira aut lassitudine nimia: vna cũ solis feruore ꝯcta.
¶ Hasce igit᷑ febres nõ ẽ admodũ difficile curare at
ꝙ ex ip̄is ad tabẽ ꝑuenerũt ex ĩscitia medicoꝝ ꝗb⁹
earũ cura fuit ꝯmãdata vbi iã exꝗ̃site ꝯsistũt ⁊ iãdu
dũ ĩceperũt ñ mõ ẽ easdẽ curare difficile: sȝ ẽt ĩpoƚe.
¶ Earũ siꝗdẽ nã calida est ⁊ sicca cuȝ tale aliq̃d cor
patiat᷑ q̃le lucerne fomes cũ fuit p̃rimũ exust⁹: nã ꝗ̇
ita torrefact⁹ ẽ frãgit᷑ atꝙ dissoluit᷑ atꝙ ex ariditate
tenuitatẽ admittit adeo vt si neꝙ magnã olei copiaz
supinfundas flãma abũdãtior possit accẽdi. Sẽper
n. ꝑua ⁊ debilis ĩ ip̄a palpitat flamma ac ꝯtinue fit
minor donec ex toto extinguat᷑. Talis quidem est fe
bris que omnino tabida existit.
¶ Aut que ab ea passione non differat que tabes ap
pellatur. Nam ⁊ hec absꝙ in decrepita etate solet ac
cidere extincto natiuo calore quod nihil aliud existit
ꝙ̃ mors que sine sensu doloris ac secundum naturã
ex siccitate contingit sicuti his qui preter naturam
tabescunt altera euenit species que a Philippo ex
egritudine senectus vocatur in quam non solum se/
nes: sed etiam pueros vidimus incidisse quamplu/
rimos.
¶ Tabida vero febris non tantum sicca: sed etiam
calida est passio extinguit᷑ aũt valde celeri⁹ ĩ hac egri
tudine calor aĩalis totũꝙ corp⁹ tabescit istar arbor꜡

supra modum arefacte꜡ aut ob longitudinem tem/
poris aut flãme viciniam aut vehementem atꝙ im
moderatam siccitatem: sed de vniuersa quidem talis
dispositione qualis natura sit seorsum scriptum est.
¶ Febrium autem ethicarum quãdoquidẽ duplex
est vt nuper diffiniuimus genus earum indicia ex/
ponamus. Ethica quidem que in tabem incidit fe/
bris cognitu promptissima atꝙ facillima existit. Nã
priusꝙ̃ pulsus atꝙ calorem tactu perpendas vide/
bis oculos immodice cõcauos veluti ꝗbusdã quasi
foueis recõditos exhausto iam vniuerso in ipsis li/
quore: ita vt ossium quibus palpebre coherent emi/
nentie conspiciantur ⁊ sordes quidem in ipsis sicce
ostenduntur ⁊ quedã veluti squalida dispositio qua
lis maxime inest his ꝗ toto die sub solis ardore iter
longũ per puluerem egerunt. Est etiam in eisdẽ flos
vitalis coloris extinctus hoc quidem tota patitur fa
cies atꝙ in tota cute que faciez obducit ac frontem:
presertim siccitas immoderata cõspicitur adeo vt ex
siccitate durescat ac circũdatur: non tamen possunt
plurimum producere palpebras dormitãtibus si/
miles ⁊ quidem sepius cõmouẽt dormitatum more
nõ erit aũt eorum passio somnus: sed potius vigilã
di impotẽtia. Cõtabuere etiam carnes que in tempo
ribus sunt vt collapsa videantur ⁊ concaua spacia:
⁊ quid aliud omnino sunt que ossa atꝙ cutis: adeo
vt si nudato corpore partes ad ventrem attinentes
aspicias neꝙ ex intestinis: aut viscerib⁹ aliquod su/
peresse censueris ac precordia vehemẽter contracta
versus thoracem videantur ꝙ̃ si eos tangere libeat
cutis quidẽ apprime arida quam si digitis appre/
hendens extenderis instar pellis consistit: pulsus au
tenuis durus ac debilis ⁊ frequens: calidas autem
cum primum manus admouetur debilis est: paula/
tim vero acredinem atꝙ excisionem quãdam osten/
dit: ac magis cum plus tangendo immoraberis ne/
ꝙ amplius relique commemorare oportet indicia in
re: presertim adeo manifesta.
¶ Prestat enim ad incipientem rursus transferre ser
monem dico autem tabem incipere quãdo natiuus
humor quãdo in vnoquoꝙ dispergitur corpore in
spacijs particularum consimilium inter medijs iaz
in corporis substãtia aboleri periclitatur donec em̃
pars huius aliqua reseruatur solum febris ethica
existit nõdum etiam tabida cum vero iam res eo pe/
riculi peruenerit vt nihil iam ex tali humiditate su/
persit: tunc exquisita tabes existit.
¶ Est quidem omnium ethicarum febrium disposi/
tio difficilis vbi iam principij tempus preterierit.
¶ Determino autem: principium nõ dierũ aut hora
rum numero sicuti neꝙ in alijs mẽbrorum generib⁹
sed ipso dispositionis modo. Cũ enim naturalis cor
dis tẽperies primũ euerti inceperit neꝙ natiua hu/
miditas protinus aboletur neꝙ virtus plurimum
laborat sed primo fit velut quedam efferuescẽtia hu
miditatis quo in tempore facile est huiuscemodi fe/
brem sanare tãꝙ̃ nihil adhuc virtute perpessa.
¶ Deinceps hac in longum protracta efferuescentia
ipse similares ꝑticule licciores reddunt᷑: atꝙ inopia
alimenti tenuiores ac tantum virtus laboratur quã
tum siccitatas atꝙ caliditas in ip̄a febre inualuerit
quãdo earum altera exuperans virtutem imbecillio
rem reddere potuit.
¶ Huiuscemodi febris iam quodãmodo ad vtrãꝙ

partē declinat ac mediū obtinet locū inter eam tabi
dam febrem que penitus curā non admittit atq; illā
de qua paulo ante diximus que facillime in princi-
pio curari potest. Sūt vero ⁊ in hac latitudine mul
te: qm̄ ⁊ dispositionis ipsius multe in eo q̄ magis
ac minus diuersitates. Que igitur equaliter distat
ab vtraq; ⁊ ea sc3 que exquisite tabida existit atq; il
la in qua nihil est adhuc tale medio quodammodo
se habet ad curationē dubio ad partes ambas icli-
nans momento: que autem tabide proximior existit
est etiam periculo vicinior cum que alteri prime ma
gis adheret nō paruā salutis spē possit afferre.

¶ Deinceps igitur ad earundem dignotiones deue
niendū ac primū illius in quo facilis est remedio lo
cus nisi in aliquem de hac medicorū inciderit turba
Est autē vbi sola fuerit haudquaq; difficilis cogni-
tu: alteri vero associata ex putredine humorum pro
pter mixtionē iā difficillima redditur.

¶ Supponantur iā ipsa sola ex aliqua nuper dicta
rū causarū habuisse principiū: appareantq; in ipsa
die omnia generis febriū effimerarū indicia simul
autem ⁊ cum ipsis apparent: ⁊ preincipientis cause
forma quod etiā in progressu sermonis ostendetur
Sed ex egro interrogato addiscere licet si cetera q̄dē
bene se habēs solū ob id quod supra modū fuit ira
tus aut tristitia affect⁹ ceperit febricitare. Et si hec
verū esse inuenientur: febris autem ad diem sequen-
tē extendatur neq; ad quietē declinans neq; magis
inualescens. Ariditatē autē immodicam in corpore
representat talē ethicum fore suspicandū. Qd̄ si vsq;
ad tertium diem sine cibo permanserit du3 tertiane
accessiones suspectus preterit horas nihilq; effatu
dignū priori accesserit febri aut fuerit imminutum
sed quedā exigue reliquie tantūmodo procedant at
q; permaneant cū ariditate corporis: aut caliditate
cū primo tactu mitis sentiatur in processu vero tem
poris acris mordax atq; arida manui se offerat hu-
iuscemodi febrē ethicā esse est existimandū.

¶ Maximum vero atq; indubitatū hoc erit ei⁹ na
ture indiciū: si cibū homini obtuleris eo presertim
tēpore quo maxime omnes horas suspectas subter-
fugisse videtur statim em̄ hora vna aut duabuspost
acceptū cibū quicūq; egrotantē tetigerint alterā fe-
bris accessionē adesse opinabunt nec decernit q̄ eos
qui cibū obtulerint increpent qm̄ haud in tēpore de
derint. Sed tunc cum futura accessio erit cuius an-
notatio tardius sit subsequuta vnde oportuerit cibū
in longius tempus differre: res aūt nō ita se h3.

¶ Omnibus siquidem ethicis febribus hoc insepa-
rabile adest indicium allato cibo quidē febrem accē
di ac pulsum ad magnitudinem ac velocitatē auge
ri: ita vt in cōpressa annotatio facta videat: voco au-
tem annotationem incompressam in qua neq; hor-
ror aliquis neq; extremarum partiū frigefactio fa
cta est: neq; veluti quedam dormitatio neq; aliq̄ in-
signis ociositas aut omnino inequalitas aliqua vel
sc3 in caliditate vel in pulsu: adhuc aūt magis neq;
paruitas neq; debilitas neq; horum aliquid aliud.
Sed quemadmodum ⁊ cuicūq; alteri ex cibo maior
ac velocior pulsus efficitur.

¶ Fit quidē aliq̄n ⁊ in quibusdā febribus alijs icō
pressus accensus atq; hac quidē rōne nō videret fe
briū ethicarū inseparabilis casus at nō pa3 differt
si vniuersū horū indicio℞ aceruū ispexeris in oib⁹
siq̄dē febrib⁹ alijs huiuscemodi introit⁹ etiā p̄ter ci
bū assumptū fiunt incōpressi: in febrib⁹ aūt ethicis
res oīno contrario modo se habet neq; penit⁹ fit ali
qua annotatio in tēpore aliquo. Sed est vna febris
continua sicuti que proprio noīe sinocbus appella
tur. At ille quidē quandā veluti flāmā plurimā ad-
mouenti manū habet occursantē preter id qd̄ puls⁹
in ea celerrimi sunt frequētissimi ac maximi: in ethi
cis autē febribus neq; multa occurrit caliditas pul
susq; tanto minores rariores ac tardiores sunt his
qui febribus sinocbis appellatis existunt. Quanto
etiā caliditas minor existit. Eōis itaq; oibus ethicis
febribus q̄ pusille ac semper a principio vsq; ad fi
nē equales. Propriū aūt his que ad tabidas proxi-
me accedūt est siccitas: qm̄ sine siccitate sepi⁹ ethice
febres consistūt cū non transmutant ad tabē: quem
admodū multis hoc tēpore in magna pestilentia cō
tingit a sinocbis igitur differunt vt diximus ethice
febres.

¶ Ab alijs que incompressas habent annotationes
hoc maxime differūt q̄ afflictatio aliqua oīno illis
adest cū cibū assumpserint in accessionis principio
in ethicis post cibū assumptū veluti quandā afflicta
tionis expertē annotationē fieri cōtingit que nō est
vt antea diximus annotata decipit aūt eos qui circa
huiuscemodi non sunt exercitati ob caliditatis mul
titudinē ob magnitudinē pulsuū ac velocitatē.

¶ Manifesti⁹ aūt die sequenti: hec febris agnoscit
si diligenti⁹ obseruauerim⁹ quousq; post assumptū
cibū in caliditate ac pulsib⁹ alteratio facta perdura
uerit. Nā quecūq; conspecto sunt obuia eo vsq; ma
nifeste alterata apparebūt: donec ex cibo digesto at-
q; apposito cordis siccitatē hūectauerit deinceps ad
pristinū habitū reuertet in quo anteq; cib⁹ assume
retur conspiciebatur. Si igitur alio in tempore cibo
reficeris eo qui sequit die ac rursus die subsequen-
ti in tēpore pariter diuerso qd̄ aio fieri videbis: cali
ditatē scilicet post cibū adauctā pulsus autem vt di
ximus alteratos.

¶ Id em̄ eis contingere videtur qd̄ in calce ac lapi-
dibus calefactis: si em̄ aquā frigidissimam miscueris
multo calidiores sentiuntur nutriente vt nutriri vi-
deas in ipsis humida substantia aridā caliditatem.
Sed quenā sit hui⁹ rei causa nature rationū studio
sos inquirere op3. Qd̄ aūt ita fiat cuicunq; volenti
ediscere licet. Si em̄ intra man⁹ recipiat calcis glebā
eiusdē paruificiat caliditatē quā neq; sentiet qd̄ si
ad terrā deponat atq; aqua perfundat videbis quā
primū vehementer calefactā atq; ita feruentē sicut
lebetes qn̄ ingenti adheserint flāme: vapores etiam
non paucos ab ea efferri conspicies. Qd̄ si etiā tāge
re ausus fueris facile ex hoc deuri continget adeo si
ad sensus iudicium referat humida caliditas vires
habet non parū sicca euidentiores.

¶ Siccā vero in ethicis febrib⁹ esse caliditatē quas
tabes consequit eo constat argumento. Nullus eo℞
q̄ habitu corporis prediti sunt humidiore stati3 ab
initio huiuscemodi febre correpti⁹ fuit. Sed q̄cunq;
sunt natura sicciores ac presertim si vnā habuerint
tēperaturā vitāq; elegerint in laborib⁹ vigilijs ac
curis victuq; pauco hos stati ab initio solet ethica
febris inuadere ex ira vel tristitia ac magis estate sta
tuq; tps calido ⁊ sicco ac loco preterea cōsimili.

¶ Termin⁹ aūt earū principij est cū eo tpe quo so-

lent effimere febres in integrã quietẽ desinere ne dũ istis tale aliquid eueniat insuper siccitas manifeste intendatur tũc enim primũ febrem euadens effimeram transcendit ad ethicã: alter vero cuiusdã veluti ipsius augmenti atq; integre perfectionis terminus est tertie dici accessio: si enim vt paulo ante dicebamus neq; altera accessio superuenerit neq; egrotus sine febre fuerit adaucta insuper siccitate tũc procul dubio hic ethica febre laborat.

¶ Que progressu tẽporis cita ad tabidã conuertetur pulsus debilis simul ac durus fiet statim vero et paruus necessario hic idẽ est etiã frequens: non tamen propterea febris est tabida. Sed ob id potius quoniã debilis ac paruus existit debilitas siquidẽ vehemẽtẽ sequitur cordis intẽperiẽ duricies aũt siccitatẽ. Si igitur huiuscemodi affectus cor occupauerit hinc febre tabida necesse est animal laborare.

¶ In eadẽ vero incidũt febrem ex accidentibus atq; acutis febribus plures qui recte curati non sunt ac presertim qui cũ aque frigide potu indigerẽt preter id quod eã non biberint: nullũ tamẽ refrigerans medicamen thoraci ac precordijs apposuerũt. Si vero cũ oi huiuscemodi auxilio caruerit cataplasmata etiã ex melle quorũ nũc plurimus est visus vltra modũ adhibuerint his expeditũ est iter ad tabẽ si etiã diu febrẽ tolerauerint ex epatis aut ventriculi inflammatione: maxime igitur viscerum collectiones si non recta cura adhibeatur insequuntur ethice febres: adeo vt pleriq; existimauerint eas nulla ex cã alia generari.

¶ Quos latet neutrũ istorũ ac nullũ preterea ex visceribus aliud neq; tabem neq; illam omnino ethicã febrẽ efficere priusq; vt dictũ est cor patiatur.

¶ Aduenit autem et hec passio nonnunq; quidem per seipsam sicuti in excandescentijs vehemẽtibusq; tristitijs ac diuturnis nonnunq; vero in ardentibus febribus aliquando aũt in pulmonis ac thoracis affectibus ac presertim in superationibus et tabe: sicuti aũt in his ita in epate ac ventriculo atq; vt simpliciter dicamus in oibus diuturnis inflãmationibus nobiliores partes occupauerunt adiuncta totius aialis ac presertim cordis siccitate.

inflammatio misceri dicuntur exquisitum igitur he/
rysipelas tanquam cutis solius passio est nō tamē ip
sa inflammatio partiū tantū cuti subiectarum sȝ ha
rum quidē precipue nōnunquā vero etiam cutis ⁊ est
ipsa quidem dolorem afferens nihilominus altera
pulsus tamē ei deficit. Quuȝ vero sanguis influens
calidus sufficienter extiterit ⁊ crassus quodcūq́ mē/
brorum subito occupauerit hoc cōburendo facit vl/
cus cū crusta: quicquid vero circūiacet inflāmationeȝ
leuat ⁊ efferuescentem grauemq́ dolorem infert. Vo
catur autem carbo huiuscemodi passio. Cum vero
sanguis influens niger extiterit crassusq́ ac fecu/
lentus ac feruens qualis quem antea diximus simul
autem ⁊ humiditates nonnullas tenues admixtas
habuerit: pustulas quasdam per summas cutis exci
tat: similes ijs que ex igne fiunt quibꝰ disruptis cru
stosum sub ipsis vlcus inuenitur etiaȝ hoc carbo est
inflammationis quidē species tot sunt secunduȝ ip/
sam passionis diuise naturā. Multas vero quispiā ꝑ/
termissas putaret deceptus multitudine nominū ve
luti a grecis hubōes phymata phigetla opthalmias
peripneumonias pleuritidas ⁊ multa alia similibꝰ
appellationibus dicta. Hec eñi oīa inflāmationes q̄
dam sunt in prioribus cōprehense speciebus singu/
la vero diuersa sunt sortita nomina qm̄ qui primi ea ī
posuerunt vno nomine ⁊ passionis ipsius ⁊ patien/
tis particule cōpositum intellectum interpretari vo
luerunt: sunt eñi bubon phyma atq́ phigetlō parti
um laxarum (quas adenas vocāt) passiones bubon
quidem inflammatio phyma autem quod statim au
getur atq́ ad suppurationem festinat phygetlon au
tem est id quod herysipelas particeps inflammatio
nis aut inflammatio herisipelatis nominatur sic au
tem ⁊ ophthalmia eius mēbrane que cornee innasci
tur est inflammatio. Pleuritis autem eius que lateri
bus subiacet Synanche autem gutturis. peripneu/
monia vero pulmonis: eadēq́ in singulis ratiōe. Eas
igitur q̄ sunt in partibus apparētibus inflāmatio/
nes promptū est cognoscere: que aūt in occultis ⁊ fe
bres afferunt nō eque discernūtur. At mihi videtur
mente egere perspicaci eiusmodi agnitio ac preterea
peritia nature mēbroꝝ quā ex sectione simul ⁊ exqui
sita scientia operationūq́ atq́ vsuum cōparamus.
De his quidē in alijs tractatibus diximus. Nūc vero
nō datur de febribus sermonē adiungere qn̄ tibi re/
pente peregrinādi necessitas ingruat. Quo pacto ve
ro quispiā eas maxime curet inflāmationes que in
apertis partibus cōstant: hoc tibi primū transigere
satago principiū sumēs ab ea passiōe: que plurimū
fit: atq́ iccirco totius generis affert appellationē in
qua hoc imprimis cōsiderandū existimo quod ⁊ in
alijs oībus magnā vim hēt vt morbi occasionē inue
niamus.

¶ De causis inflammationis.

Est igit̄ vna quedā apparentiū inflamma/
tionum q̄ non admodū occulta est: q̄ fluxio
appellat̄ nisi qn̄q́ illis cōiungat̄: q̄ aliqua
alia ex cā facte vident̄: qn̄ eñi nulla ex his
p̄cedente mēbrū: cōfestim patitur inflāmationē ea: q̄
hāc passionē cā generat fluxio vocat̄. Ipsa vero passio
dispositio fluxionis: opȝq́ in his inflāmatōibꝰ prin
cipia curationū optima fieri: nā q̄ in ipsis errata cō/
tingūt difficulter sanabiles aut oīno insanabiles fa
ciunt dispositiōes. Sūt aūt hec duo maxime errata si
nulla de toto corpore prouidentia habeat̄: ⁊ si calefi
at atq́ humectetur etiam membrum. hec vero duo
medicorum pleriq́ delinquunt nonnulli quidem a
methodicorum heresi persuasi ⁊ inflammatones om
nes esse passiones astrictas existimantes: quas ela/
xare oporteat. Sunt vero quidam qui sine ratione
atq́ vlla consideratione istos sequuntur. Vnam ex/
cusationem ad male agendum habentes cum multis
delinquere. Sed neq́ ex dogmaticis medicis quispi/
am: neq́ ex empiricis ita sensit. Sed quod ⁊ ratio et
experientia suadet: totum quidem corpus euacuare:
quibuscunq́ contigerit euacuationibus consulunt.
Ipsam vero inflammatam partem perfundere ac su
perlinire eis que id quod influit repellendi vim ha/
bent: id vero quod in membro patiente continetur
euacuare. Vim autem ac robur adiungere his que
iam affecte sunt partibus: ad que vero inspicientes
oporteat euacuare iam ⁊ antea diximus. Sed ⁊ nūc
breuiter commemorabimus: vt in sequentibus me/
moria seruata nō sit necessarium in singulis passio/
nibus eas que euacuationes indicant audire inten/
tiones. Etatem igitur ⁊ tempus anni ⁊ regionem ⁊
presentem constitutionem ⁊ eius qui afficitur robur
habitumq́ ⁊ consuetudinem: atq́ ipsam egritudi/
nis nām diximus ꝯsiderādā: ex his eñi qn̄ euacuare
vel nō euacuare opȝ ⁊ vn̄ ⁊ qūo inuenit̄ veluti ī ea de
qua nūc agit̄ dispositiōe ad genufluxus deferat̄ at/
q́ hoc subito plurimū attollat̄ tibi vero totū corpꝰ ple
nū sāguine appareat ⁊ valida laborātis vis: tp̄s āt
anni sit ver regio tēperata. Eger vero sit adolescēs aut
iuuenis is sanguinis euacuatiōe ex sup̄ioribꝰ par
tibus indiget oportetq́ incidere eius in cubito ve/
nam aut scilicet interiorem aut mediam: si vero ali/
qua pars sup̄ior pateretur per inferiora sanguis est
educēdꝰ semꝑ eñi fluxiōis motū ad ꝯtriū trahere ex
pedit atq́ ēplastrū appōere ex sempuiuo ⁊ corticibꝰ

malo⁊ punico⁊ i vino decoctꝫ rbu. ⁊ farina ordei compositū: hoc eñi in talibus optimū est atq; ad omnia que facere intendimus efficax: repellit enī3 id qđ influit atq; id quod cōtinetur exiccat ⁊ membra circū stantie corroborat milleq; alia medicamina eodē modo componere licet: quorum cōpositionis viā ac modū in libris đ medicaminibus didicisti: vñ ego quoq; in singulis vnum aliqđ tibi subijciam futurū tibi ⁊ monumentū ⁊ eius que est in alijs facultatis exemplū si quidē non admodū doleāt istis vtendū est cum magno autem dolore fluxu incidente non sic oportet neq; aquā calidā neq; oleū neq; farine triticee cathaplasmata afferre hec eñi omnia fluxionibus aduersatur quāuis ab intio aliquid iuuare videātur: sufficit autē in huiuscemodi affectibus vehementiam doloris mitigare cū aliquo ex his qđ ex vino dulci ⁊ oleo rosaceo ⁊ pauca cera que in vtroq; sit liquefacta cōficitur: op3 autem hec lanis excipere sordidis que plurimū despi habeant ⁊ estate quidē frigida: hieme autem tepida apponere: sic etiam cathaplasmata ex arnoglosso lēte pane ⁊ rosaceo oleo adhibere paulo autem supra patientes particulas apponere spongiam vino austero intinctam aut aqua frigida melius vero fuerit si parū aliqđ aceti adiungatur ꝙ si hec cura parū satis ꝓfuerit neq; alicubi pus se ostēderit ēplastris mollibus ad fluxionē vtendū optima ꝟo ex his que exiccandi ⁊ repellendi quod fluit sanguinis sine dolore vim habent quemadmodum ea que vehementer intendunt atq; iccirco dolorem afferunt plus doloribus obsunt ꝙ exiccando proficiūt: tale igit᷑ op3 esse medicamen quale nobis in vsu est qđ chalcite cōstat oleo rosaceo dissolutū si vero lanam mūdā vino acerbo madefeceris ⁊ exterius apposueris plus iuueris ꝙ si pus se in particula ostēderit cathaplasma imponere oportet semel aut bis: plus vero in presentib᷒ iuuat farina ordeacea: adiungendū tñ ⁊ huic aliqđ vel aceti vel vini ⁊ postq; secueris ⁊ pus euacuaueris cauēdū est deinceps ne oleum aut aquā imponas: et si qñ vulnus abluere aut abstergere oppoorteat mellicrato vel oxicratoq; ⁊ vino ⁊ mulso vtendū: superponēdū vero si adhuc inflammetur ex lente cathaplasma si ꝟo sine inflāmatione fuerit aliquod ex his medicamētis q̄ emplastica vocantur atq; exemplastris ea quibus in huiuscemodi sectionibus vti cōsueuim᷒ ⁊ precipue his que ex chalcite constant apponendu3 etiā extrinsecus spongiā aut lanā vino acerbo perfusam qđ si acerbū non affuerit tāto aceto aqua tēperāda vt adhuc potari possit atq; hac ītingēdū. Sunt vero ⁊ ad hoc oportuna ea vina que aliquid aque marine recipiūt ⁊ tu quoq; vbi sit oportunū potes conficere ꝑmiscēdo sal ei qđ affuerit: vulneri aūt nullū ex medicamētis q̄ humectant apponēdū quale est macedonicū: ⁊ qđ tetrapharmacū nominat᷑. Nā exquisite exiccare expedit. Ita quidē sanare op3 eas q̄ ex fluxione inflāmationes: q̄ ꝟo alia ex cā fiunt humectare ac calefacere nihil ꝓhibet: ⁊ si ad suppurationē ꝑducere volueris cathaplasma ex farina triticea. Que ī oleo atq; aq̄ ebulierit apponēdū: ⁊ si qñ incidere oportuerit: neq; hoc verendū est. Si vero eas q̄ ex fluxionib᷒ fiūt inflāmationes secueris magnū afferet malū ac ꝑ initia ꝑsertim. Nā q̄cūq; ex ipsis longioris existentes post totius corporis euacuatione3 atq; nigricies in mēbris habent derelictas his sanguinē auferre nil prohibet: neq; enim amplius he in numero inflamationum habende sunt: sicuti neq; herisipelatum si qđ iam liuidum sit. Etēñ ⁊ hoc per initia quidem infrigidandum est: tunc presertim quum sine manifesta occasione factum fuerit: quando vero iam illi deerit feruor ⁊ incidere cōuenit atq; emplastrū ex farina ordeacea et ceratū ⁊ aliud aliqued medicamen ex dissolutibus apponēdū non tamen ex vena in talibus sanguis mittendus est sed ventrem tantummodo expurgare sufficit: dandū autē medicamen quod bilem flaua3 educat. Si vero passio parua fuerit: neq; hoc facere est necessariū sed sufficit clystere acri vti: que vero ex vlceribus fiunt herysipelata: ⁊ quecūq; adeo manifestas causas habēt: si statim volueris cathaplasma apponere ex farina ordeacea: ⁊ ꝑsertim si antea secueris nihil nocebis. Inflāmationibus vero cū herysipelate coniūcte sunt ⁊ herysipelatis cum inflammatione iunctis mixta ꝙtū fieri potest curatio est adhibēda semperq; illi quod magis superat resistēdū ⁊ eorū quoq; que bubones ⁊ phymata ⁊ phygethla a grecis dicūtur similē his que in alijs partibus similes accidūt dispositiones: curationē oportet adhibere preterq; in partibus que acriora medicamēta in eisde3 affectibus possunt tolerare quēadmodū laxiores partes quas adenas vocant. Herpetes autē quātū ad totius corporis euacuationē attinet vt herysipelata curare oportet. Quantum vero ad ipsius particule patientis locum non omnino similis cura adhibetur: nam qui exedētes sunt refrigerari quidem desiderant: similiter alijs herpetibus ⁊ herysipelatis Nō tamē ea fuerunt medicamēta que preter idquod refrigerāt etiā humectare natura apta sunt sed sola admittunt refrigerātia: que etiā maxime possunt exiccare. Nō igitur vel lactucā vel polygoniū neq; ex stagnis lentē aut palustrē locū vel anthylion vel psylion vel portulacā vel serim vel semperuiuam vel tale aliquid qđ refrigerare possit atq; humectare opponendū que herisipelatibus erāt oportuna neq; vnq; spōgie fidas frigida aqua perfuse neq; solano ꝙuis refrigerandi atq; vna exiccandi vim habet sed mediocrem. Illi vero maiorem quam solano adsit experunt siccitatem apponere: ipsis igitur oportet ab initio q̄dem ex vite capreolos ⁊ folia rubi et rubi canini et arnoglosse: post hec vero et lens adiungenda si oportet et aliquando mel ⁊ farina ordeacea et quod antea scripsimus ad inflammationes que ex fluxione eueniunt cathaplasma dempta ab eo semperuiua. Ipsa vero loca exulcerata inunge medicamentis que ad herpetas in libris qui pharmaceutici dicuntur scribuntur. Multa vero huiusmodi apud omnes inueniuntur: pluримaq; ex his ad figuram paruorum circulorum formantur et vbi vti volueris ex vino dulci liquefacere oportet: ꝙ si dulce non affuerit tenui ⁊ albo ⁊ subaustero quale est phalernum ⁊ massilioticum ⁊ sabinum ⁊ adrianum ⁊ arsinū vtēdum est. Cauendum tamen ne ob antiquitatem aliquam contraxerit in gustu acritudinem: et si pusca aquosa loca horum aliquando vsus fueris nil deterius feceris Iam vero in longum tēpus protractis vlceribus neq; dulci circuli paruisunt diluendi neq; pusca adhuc aquosa fit ⁊ vina que sunt sufficienter austera cōueniunt: ꝑcipue ꝟo nigra ⁊ si ea non affuerint alba: medicamina aūt ī hoc tēpore ipsis ꝑcipue sunt accōmodata: et quod polyides vocatur ⁊ passionis ⁊ muse ⁊ andronis ⁊ q̄cūq; alia his similia sunt.

Herpetas ꝟo qui summa tantūmodo exulcerant nisi diu perdurauerint nullo horū inungere oportet: comburunt eñi fortiter ⁊ vehemēter exiccant, verum istis sufficiunt quecūq; vim glaucini habent medicamēta diluere autē maxime quidē aqua: ꝙ si nil profecerit etiam acetum adiungere oportet: ꝙ si etiam solani succo intinxeris: aut arnoglossi plus etiā proficies. Sūmmatim ꝟo hec te cognoscere oportet ꝙ omne vlcus siue sponte siue ex accidenti siue ex vulnere factū fuerit: exiccari desiderat medicamēto (vt inquit Hippocrates) nō aspero hoc est non mordēte neq; vehementer irritante preterꝙ vbi malignū ⁊ cū putrilagine fuerit: talia .n. acriora expetūt medicamina ⁊ que ignis vires habēt: quale est misy ⁊ calcites ⁊ arsenicū ⁊ calx ⁊ sandaracha: etenī nō aliter ꝙ ignis adurunt medicamēta huiuscemodi. Sepius vero vbi ista cesserint ipsum ignē adhibemus. Eadē ratione ⁊ his q̇ carbones appellātur super ipsam crustam: vbi precipue membrū putrefit huiuscemodi medicamentorū est natura conueniēs non tñ loca circūiacentia tangere expedit ne teipsum lateat ea exulcerās que minime expedit sed antedictis circulis paruis vtēdū est: qualis est qui andronius nominatur: si qñ ꝟo rubor inualuerit ⁊ plurima inflāmatio medicamētū dulci vino diluendū vel arnoglosi succo: si vero magnus sit tumor vino quidē acerbo in principio postmodū vero ⁊ aceto cathaplasma etiam ex orobi farina ⁊ oximellite cōfectū apponendū atq; antea statim ab initio tātū sanguinis auferendū ꝙtū sufficit nisi aliud ꝓhibuerit. He q̇dē sunt passionū ꝓ genera curationes que per nature instrumētorū patiētiū varietate mutātur. Quatuor vero sunt ab his indicationes ab eorum tēperatura a formatione a situ atq; potētia a tēperatura quidē si nōnulla quidē ex ipsis natura sicciora sunt: nō nulla aūt humidiora q̄dā frigidiora q̄dā calidiora existūt: ⁊ ꝟꝫ cōiugationē hūidiora ac calidiora vel sicciora atq; frigidiora: aut ex toto tēꝑata oportetq; in curationibus intētionē haberi ad membri naturam: hec eñi quousq; infrigidādū aut exiccādū sit docet: nā si carnose partes īflāmationē patiuntur paulū exiccande sunt venose quoq; ꝙuis sint carnosis sicciores: nō tamen ⁊ ipse multū exiccari desiderāt. Sed quecūq; natura arteriose sunt magis venosis sunt exiccande atq; his amplius neruose ⁊ multo magis his cartilaginose ⁊ ossee: nā prius ꝙ ad ꝓpriā naturam particula redeat nōdū curationi impositū finem arbitrandum: ad sicciorem vero temperaturam reducūt. Que natura sicciora sunt: ⁊ ad frigidiorē que frigidiora: ⁊ secundū alias qualitates: eodem modo: ad mediocrē vero habitū referunt que sunt in singulis mediocria. Sic quidem partium tēperature passionū variāt curationes at formationes hoc modo nā quedam ex ipsis intus hñt spaciositates q̄daꝫ extrinsecus q̄dā vtrinq; q̄dā nullibi velut ex simplicibus arterie ac vene ⁊ nerui: que q̇dē in mēbris extremis q̄lia sunt crura atq; lacerti intus: que vero intra ꝑitoneū vtrinq; nerui aūt q̇ in dictis mēbris nullibi: q̇ vero intra ꝑitoneū ex altera ꝑte: visceribus aūt fere oībus intrinsecus atq; extrinsecus sunt magne laxitates: ac preterea caro ipsa in pulmone q̇dē spongiosa. Cōtra vero in renibus dēsissima: ⁊ post hāc epatis caro: splenis vero caro ꝙto densior est ea que in pulmone tāto illa q̄ in epate rarior. In oībus igitur his que neutra ex ꝑte cauitates ⁊ receptacula superflui fluxus habēt fortiter exiccare oportet ⁊ si nō fuerint natura sicciores sicuti nerui ⁊ precipue in membris supradictis sed que intus ⁊ extra aliquid inflāmationis possunt relaxare non multū huiuscemodi fortiter exiccantibus egent si presertim laxā carnem habuerint quēadmodum pulmo. At ex positu indicatio neq; ipsa negligēda est: nā ꝑ q̄ euacuare oporteat atq; quomodo ipse precipue demōstrat fluentiū igitur humorū retractio (sic eñi Hippocrates nominat) eorū autē qui iam mēbrū obsederūt deriuatio medela est: Utrūq; autē euacuationis genus ꝑ communes venas fieri precipit veluti in locis muliebribus incōtrarium trahes si eas que in cubito sunt secueris venas: aut mammillis cucurbitas apposueris vel manus cōcalefeceris ⁊ fricueris atq; alligaueris. Deriuabis aūt si eas que in genibus aut talis venas diuiseris ⁊ cucurbitulas coxis applicueris ⁊ crura calefeceris ac ꝑfricueris atq; alligaueris ⁊ si quidē in parte dextra locorū passio fuerit a Dextra manu aut crure detraxeris sanguinē: si vero in sinistra a membris que illi e directo sunt. Quod ei ab ipso catixim dicitur hoc ipsum est ꝟm rectitudinem: interiores autem venas incidere oportet: he eñi viciniores magisq; e directo sunt patiētibus mēbris: nam si splene inflāmationem patiēte sanguinē vis euacuate interiores in manu sinistra venas secato ⁊ si epate eadē ratione in dextra. Si quid vero ex superioribus inflammationē habuerit: veluti in his affectibus quos greci sinā̄chas ⁊ ophthalmias vocāt ⁊ q̇cūq; alij capiti aduenerint eas que extrīsecus sunt atq; e directo: patiētibus ꝟo mēbris extremis a coniugis euacuatio sicēda siue retrahere velis siue deriuare pterꝙ vbi passio sit inueterata: tunc enim a mēbro ipso patiēte detrahimus: sic igitur in sinā̄chicis eas que sub lingua sunt venas incidimus quādo iā totū corpus vacuū se nobis obtulerit: passio vero sit diuturna sic ⁊ epati ⁊ spleni cucurbitulas applicamus sic ⁊ aliud quodlibet patiēs mēbrū incidimus: si nō amplius humores influāt (Tūc eñi magis irritaueris ac malum duplicaueris) sed qñ iam totū corpꝰ expurgatū fuerit neq; iā aliq̇d influit: aliq̇d vero qꝺ pridē influxerat in mēbro continetur ⁊ q̇dē laborātibus gibbis epatis partibus qꝺ ꝑ vrinā trahere oporteat cōcauis autē per excretionē inferiorē situs ipse visceris indicat atq; etiā thoracē ⁊ pulmonē per tusses expurgare: vētriculū aūt ⁊ stomachū per vomitus: intestina auteꝫ per inferiores excretiones quemadmodum ⁊ spleneꝫ ⁊ renes per vrinas locos aūt muliebres ꝑ menstrua cerebrū aūt atq; eius mēbranas per palatum ⁊ gargareonē ⁊ nares ⁊ aures sed ꝙ ⁊ his q̄ in superficie sunt ꝑtibus talia medicamēta apponere opportear qualibus eget passio atq; ijs q̄ in ꝓfundo sunt ⁊ q̄s per multa interposita debēt eorū virtutes attingere nō q̄lia nūc sint sed qualia futura sint ex situ mēbrorū agnoscimus quare siue medicamētū est ex his que extrinsecus apponūtur siue ex his que comeduntur aut bibūtur nō p̄sens eius vis cōsiderāda est sed ea que ad mēbrū affectū sit peruētura: hec igitur quecumq; in pulmonis inflammationibus extrinsecus thoraci applicātur medicamēta valde fortiora atq; acriora natura sunt ꝙ si ipsa mēbro patiēti apponerent qꝺ eñi per multorū corporū media ipsi mēbro patiēti est occursurum obiter debilitatur et viribus deficit si ab initio fuerit imbecille tātū igit̄ aduētic̄ roboris

roboris adiūgere opoꝛtet ꝗtū in transitu amittit
quod relinquit equale remaneat ei qđ tactu iuuat
ob id igitur in thoꝛacis inflāmationibꝰ que in pte
summa cōsistunt ea que solum elaxare possunt suffi
ciunt:intrinsecus aūt sicuti in mēbꝛana q̄ subtendi
tur acrioꝛa suut necessaria:⁊ de splene etiā atqꝫ epa
te oībusqꝫ visceribus intra peritoneū ratio eadē:se/
pius em̄ ex medicamentis impositis vlcerat cutis
ꝗuis durioꝛ minusqꝫ ad patiēdū habilis ꝗ viscera
⁊ si ipsis visceribus medicamēta applicare possemꝰ
q̇bus quādocūqꝫ indigēt tanto mollioꝛa esse opoꝛ/
teret:quāto ⁊ ipoꝛū natura facilioꝛ affici ⁊ quidem
oīa que comedere vel bibere iubent medicamēta in
viscerū passionibus hec multo acrioꝛa ac potentio/
ra viribus esse conuenit pꝛe his quibꝰ indigent mē
bꝛa moꝛbis affecta exceptis illis que ⁊ ventriculo ⁊
stomacho auxiliant:hec enim sola talia exhibentur
qualia a passionibus exigant: reliqua vero omnia
maximā acritudinē ac viriū potentiā habent que ꝑ̄
sertim vel renum vel pulmonis occasione dant.Cō/
sidera itaqꝫ quot nūero partes ꝑtrāsire opoꝛteat id
medicamē quod ad pulmonem sit peruenturū: pꝛi/
mū quidē os et fauces ⁊ stomachū:deinde ⁊ ventri/
culū ipsum ⁊ quedā ex tenuioꝛibus intestinis dein/
de eas que sunt in mesenterio venas:deinde eas que
in cauis partibus epatis:ex q̇bus ad eas q̄ in gib/
bis transumptū hinc ad cōcauā ꝑuenit venam:post
quā ad coꝛ deinceps hoc modo ad pulmonē neqꝫ ne
gare possumus quin in singulis partibus his q̇bus
dā admisceat humoꝛibus ac quandā trāsmutatio/
nē atqꝫ alterationē pꝛo natura visceris capiat: qua
re qđ de eius virtute relinquit minus oīno est atqꝫ
imbecillius ꝗ vt mēbꝛū affectū iuuare possit. Que
igitur a situ partiū indicatio sumitur tantū curatio
nem euariat:que vero a virtute ꝗtū nūc dicturꝰ sū
Quoniā ex partibus coꝛpoꝛis nōnulle ab influēti/.
bus virtutibꝰ gubernant:quedā vero a ꝓpꝛijs atqꝫ
natiuis atqꝫ ex his ipsis q̄dā seipsis dūtaxat q̄da3
etiā alijs fons ⁊ oꝛigo sunt quarūdā virtutū ⁊ alie
q̇dē opus hn̄t peculiare alie aūt cōmune permutare
opus est curationis foꝛmā pꝛo rōne earū quas dixi
mus differentiarū nā pleraqꝫ ex his remedijs que
antea memoꝛauimꝰ:moꝛbū quidē finiūt sꝫ natiuas
membꝛoꝛū virtutes offendūt que quidē offensio ad
totu3 coꝛpus pertinet. Sed quū hoc dupliciter fiat
quatenus ⁊ mēbꝛū est alicuius virtutis oꝛigo oībꝰ
partibus cōmunicate aut ipsius opus totico ꝛꝑivti
le est epar em̄ coꝛ cerebꝛū ⁊ testes cōmuniter vniuer
so coꝛpoꝛi pꝛincipia sunt virtutū:vētriculo quidem
atqꝫ locis mulieribus pꝛopꝛie insunt virtutes nulli
alteri parti cōmunes opus vero ventriculi:q̇dē toti
coꝛpoꝛi cōfert:locoꝛū autē nequaquam: nocet aūt se
pius passiōis curatio mēbꝛi patiētis virtuti q̄ eni3
immoderate laxāt soluūt robur. Quare ⁊ mēbꝛi vir/
tutē:que autē supꝛa modū refrigerant natiuū calo/
rē extingūt:qui foꝛtassis (vt nōnulli arbitrant phi/
losophi ac medici summi) substātia virtutū existit ⁊
si nō hoc:saltē pꝛimū:⁊ maxime necessariū est ipoꝛū
instrumētū. Jā vero ⁊ qualitates quedā extranee vir
tutes dissoluere possunt:nihil igit hoꝛū in curatio/
nibus ꝑ̄terire opoꝛtet ne nosmetipsos lateamꝰ in eū
incidētes sermonē moꝛbꝰ quidē curatus est hō aūt
obijt quod a ꝗplurimis quotidie factitari videmꝰ
q̄ rationi experiētiā sine rōne ꝑ̄ferūt atqꝫ heresi3 me
thodicā oīa artis bona destruētē q̄ sermōes aliquos
dogmaticos q̇dē sꝫ ml'tis erroꝛibꝰ plenos ꝯsectant.
In indicatiōe aūt que habet ex virtute ꝑtiū:q̇spia3
etiā reponeret ⁊ facilitatē ⁊ difficultatē ad sentiēdū
nā que facile sentiūt acria medicamēta nō tolerant
sicuti neqꝫ etiā humoꝛes:nā cū acris humoꝛ in ven
triculi oꝛe cōtinet sepiꝰ animi defectū patiunt ꝗ si
mediocris sit affectus anxietatē ⁊ nauseā habēt ⁊ nō
nunꝗ humoꝛē quo infestant euomunt: nunꝗ vero
frustra agitant:hocqꝫ in illis affectibꝰ accidit:in q̇/
bus in oꝛe vētriculi viciatꝰ humoꝛ imbibit:eodē pa
riter mō cū ad oculos hmōi defluxerit humoꝛ maxi/
mū affert doloꝛē ⁊ pusiulas exulceratas: q̄ difficul/
ter curā recipiunt excitat sic quoqꝫ rursus oculi ipsi
ob eā quā habēt ad patiendū facilitatē tolerare nō
possunt acriū medicamentoꝛū vicinitatē: quēadmo
dū neqꝫ etiā vētriculi os nō tn̄ neqꝫ aliqđ extrinsecꝰ
aggrauās he ꝑticule tolerāt ⁊ magis vētriculo ocu
lus qui nōnunꝗ etiā ab his que inungunt molesta
tur:atqꝫ difficilē sensu3 habēt hec cataplasmata gra
uia sustinēt et medicamēta moꝛdacia. Si quis igit
velit ex facilitate sentiendi īdicationē illis quatuoꝛ
quas antea memoꝛauimꝰ quintā annumerare vel
in ea compꝛehendere que ex virtute sumit nihil quā
tum ad recte medicandum differt.

Has igitur oēs indicatiōes memoꝛia hr̄e op3 ī qua
cūqꝫ ꝑticula moꝛbo aliquo affecta nā ⁊ ipsiꝰ tēꝑatu
ra ⁊ foꝛmatio ⁊ situs ⁊ virtus singulas q̄ in nobis
fiunt oꝑatiōes cōmutant cōi intentione seruata hāc
em̄ ex moꝛbo semꝑ assumendā esse docuimꝰ : q̇ igit
sine solā ⁊ simplicē intēperiē moꝛbi fiunt ꝑ ꝯtrarias
qualitates curant:calida quidē intēperies ꝑ refri/
gerantia siue ꝑ̇mo siue ex accidēti refrigerēt. Frigi/
da vero ꝑ calefaciētia sic sicca ꝑ humectātia: hūida
aūt per exiccātia curant:de eo vero qđ ꝑ̇mo calefa/
cit aut ex accidenti plene (vt nosti) diximꝰ in eo tra/
ctatu quē de simpliciū medicamentoꝛū potestate cō
posuimus vbi id qđ ꝑ̇mo frigidū est quādoqꝫ ex ac/
cidenti calefacere ostēdimꝰ quēadmodū aque frigi/
de infusionē vbi caloꝛis naturalis fecerit reuocatio
nē ⁊ calidū refrigerare quū rarefaciēdo coꝛpꝰ calidi
tatē fecerit euapoꝛare. Que igit scđ3 solas actiuas
q̄litates coꝛꝑis sūt alteratiōes ex sola q̄ ex calefaciē
tibus:refrigerātibus humectātibꝰ atqꝫ exiccantibꝰ
ꝑtāte adhibet ad naturalē habitū restituunt neqꝫ
sensibili egent euacuatione q̄ vero ob materie influ/
xū si quide3 bene temꝑata sit solā euacuationē desi
derāt si vero viciata euacuationem atqꝫ vna per con
trarias q̄litates expetūt alteratione3 veluti q̇ reuma
tici dicūtur affectus de q̇bus (vt nosti) vnū a nobis
volumē est editū in quo ⁊ hoc statim ab initio osten
su3 est ꝗ ea q̄ totū coꝛpꝰ alit facultate debilitata hu
iusmodi fiūt dispōnes cum aceruata suꝑfluitas ad
ꝑtes ꝑ̄cipue defluat ībecilles si enim ꝑ reumatica3
dispositionē sanguis q̇ in hmōi ꝑtes fluat fuerit vi/
ciosus:mixta oꝛit dispositio qđ foꝛte rarissime eue/
nit:sanguis em̄ sine pituita aut flaua vel atra bile
fluēs tenuis semper mihi substātie apparuit ex alia
aūt quapiā causa si pars intumeat cōsiderandū est
an huiusmodi affectꝰ sit phlegmone an scirrus an
oedema:nos eni3 oēm calidā ac veluti flāmeā dispo
sitionem nominamꝰ phlegmonem.i.inflāmationem
cuius differentias pauloante diximus tp̄s itaqꝫ est
vt de oedemate ꝗbꝛeuissime subitiamus vt memine

ris eorũ que latius de hoc nos dicere audiuisti.

¶ De oedemate.

Oedema autē vocam⁹ tumorē mollē doloris expertē quē ex pituitosa substātia aut spiritu vaporoso fieri constat qualis ĩ cadaueribus euenit nōnunq̄ etiam in pedibus ⁊ cruribus eorũ quos aqua intercus vexat: et in tabidis ⁊ alijs qui malo habitu (greci cacexiam vocant) laborāt verũ tale oedema in ꝑiculosis illis dispositionibus accidēs est nulla propria p̄cipuaq̄ curatione indigēs: sola em̄ frictio ex oxirhodino aut nōnunq̄ ex sale vel oleo vel etiā ex sale intecto oxirhodino sistit ipsum aliaq̄ hmōi multa. Cum vero ꝓpter pituitā parti influxam hmōi fit affectus spōgia in aqua que parũ aceti habuerit infusa passionē sedat que si non quieuerit plus aceti miscendum est sit tamen moderata ipsius temperatura vt possit ipam quispiam bibere: que aũt ex ea plus aque continet in p̄ncipio adbibenda est maxime in mollibus corporibus que vero hac fortior fuerit in robustis ⁊ durā habentibus pellē et que ad p̄mā spongie appositionē non iuuantur oportet aũt spongiam omnino nouā esse que si non affuerit saltem exquisite abluatur ex aphronitro ⁊ nitro ⁊ ex ea que conia stacte .i. lixiuiũ distillatũ a grecis nominaꝫ q̄ si ex his oedema non quiescat aluminis parum imponendũ est spōgiaq̄ oīno noua applicetur si vero in aliquo talium mēbrorũ fuerit oedema incipiendo ligaturam in imis partibus finire oportet in altioribus adiectionē ⁊ cōpressionē ⁊ vniuersaꝫ distributionē faciē do velut in fractionibus.

¶ De cure intentione.

Curationis em̄ intentio in huiusmodi affectibus mixta est vna q̇dē vt eorũ substātia dissoluaꝫ alia ad congregandũ restringēdũ. Si igiꝫ per ea q̄ dicta sunt nō sedeꝫ tũc aliq̇d qđ fortiorũ medicamentorũ tēꝑaturā admixtā hēat ex dictis ꝑtātibus adijciendũ est ego in diuturno oedemate ꝑius oleo vngens deinde spōgiā ex lixiuio apposui atq̄ stringēs vehemēti⁹ affectũ ꝑfecte curatũ vidi nō ampli⁹ vꝫ hac curādi regula hñte mixtā viriũ cōtēplationē sꝫ ad discutiēdũ ⁊ secandũ declinante id qđ in oībus fere diuturnis affectibus ꝓbatum haberi nō ignoramus postq̄ vero satis ad te de oedematis scripsim⁹ de duris deinceps tumoribus dicendũ est.

¶ De scyrris.

Exquisitus scyrrus est tumor preter naturā sensu priuatus durusq̄ nō exquisitus ṽo nō oīno insensibilis est: difficulter tñ oīno sentit Scyrrus igitur insensibilis curā nō recipit qui vero difficulter sentit nec in curabilis est nec facilē curationē admittit: fit aũt ex humore lento ⁊ crasso insolubiliter induratis ꝑtibus infixo interdũ itaq̄ statim a principio congregatur paulatim ⁊ augeꝫ: crebrius vero medicorũ imperitia paratur cũ vehementer herysipelata ⁊ inflāmationes astringũt ⁊ infrigidāt Si quis igiꝫ medicamēta vehementer dissolutiua induratis corꝑibus adhibuerit q̄ manifestā faciāt scyrri diminutionē breui tꝑe nō sperauerit ꝑfectā curationē: nā vere ignoratq̄ residuũ passiōis hoc curatiōis mō incurabile reddiꝫ: tenuiori eniꝫ ex eo dissoluto hũore residuũ exiccatũ lapidis duriciē assequiꝫ nō igiꝫ curande sunt ꝑtes indurare medicamēto īmodice siccāte sꝫ cũ eo qđ calorē hēat tepidũ: humiditatē vero nec multā nec oīno minimā: qđ em̄ suꝑfluũ humorē hꝫ nihil oīno dissoluit: qđ ṽo minimũ plusq̄ opꝫ exiccat opꝫ aũt induratũ corpus a medicamēto qđ auxilio futuruꝫ sit simile q̇d pati his q̄ sub sole funduntur vocanꝫ auteꝫ mollificātia hmōi medicamēta de q̇bus āpli⁹ diximus in q̇nto tractatu libri q̄ de simpliciũ medicamētorũ virib⁹ inscribiꝫ exēpla quoq̄ (vt dictũ est) ex simplicib⁹ sunt oēs medulle atq̄ adipes ex medullis p̄mas ꝑtes obtinet ceruina deinde vitulina ex adipib⁹ aũt adeps anseris in volucrũ gñe: leonis vero in pedestriũ ceteris p̄stat. At vero q̄ ex gallina sumitur anserinũ ⁊ qui ex pardo leoninũ sequiꝫ ac deinde vrsinũ atq̄ taurinũ. At q̄ ex capris accipiꝫ ⁊ crassior ⁊ siccior p̄dictis ē idq̄ magis si ab hirco capiaꝫ. At iā dictũ est q̄ hmōi affect⁹ medicamētis vehemēter siccātib⁹ nō indiget. De differentia ṽo q̄ ex eorũ tenuitate crassitudineq̄ oriꝫ: indicatiue q̇dem dictũ est: manifeste vero neq̄q̄: iccirco in memoriā tibi reuocāda sunt q̄ inuicē cōmētabamur qũ o cercilij puerulũ curabā cui ex herisipelate nimis infrigidato atq̄ astricto. Tumor dur⁹ in toto femore relinq̄batur: existimauim⁹ em̄ medicamēta q̄ ipm curare deberēt tenuia esse oportere: q̄re femur oleo ꝑfundebā ĩ ꝓfundā peluim posito puero q̄ multũ sabini olei cōtinebat eo q̄ oīm tenuissimũ ipm esse sciebā a balneo vero abstinebā nisi in lōgo interuallo dieruꝫ totius corꝑis curādi grā: postq̄ vero ꝑtē fouim⁹ medicamēta ex p̄dictis medullis ⁊ adipib⁹ ꝯfecta adhibuim⁹ miscēdo nōnũq̄ bdeliũ scythiũ masticē egyptiā atq̄ ammoniacũ thimiama vocatũ qđ pingue ⁊ nō vetustũ esset siꝫ ⁊ galbanē ⁊ postq̄ per hec preparatũ fuerat soluēs āmoniacũ pinguissimũ ĩ acerrimo aceto circũliniui totũ femur: deinde ꝑ aliquot dies rursus opponacuꝫ multe pinguedinis miscui aceto acerrimo ⁊ hui⁹ vꝫ exoluens id qđ recens erat alioq̇n pigue nō ꝑmaneret quēadmodũ nec bdeliũ nec āmoniacũ neq̄ etiā galbane: iussiq̄ puerũ in altero crure stare vt plus cibi ad illud ferreꝫ: postea vbi repulsus erat iā dur⁹ tumor timēs ne eius residuuꝫ maneret oīa ecōtrario facere aggressus sum femur ex aliquo medicamēto eorũ q̄ pice cōstāt perungēs manifeste itaq̄ clarebat q̄ ex aceto linimēta egregie tumorē cōminuerāt: laxatiua aũt molliorē reddiderāt: minorē aũt nequaq̄ vicissim: tñ eis vtēdo adhibito cōuenięti moderamine puerulũ curaui sicut si altero dũtaxat medicamentorũ genere quis curam attentasset nihil ad scirri solutionem profecisset.

In tendonib⁹ vero aũt sic neruosas musculorũ propagines neruosiores ex p̄dictorũ medicamentorum vsum manifestissima auxilia videri lꝫ. Si quis recte vtaꝫ curatione ex pyrite lapide: oportet aũt eum cũ igne excanduerit acerrimo aceto aspergere: ac deinde super lapidē mouere ꝑtē affectā vt a vapore sursum lato scirrus dissoluanꝫ: multi em̄ hoc mō curatiōis ꝑfecte sanati sunt vt fere magicũ opus videreꝫ at opꝫ p̄parare mollificādo ꝑtē induratā medicamētis de q̇bus supra dixim⁹ etiā nō in hac ipa q̄ fit ꝑ pyritem lapidem curatiōe abunde multũ oleũ sabinũ pri⁹ ꝑfundēdũ est aut aliud qđ extenuandi vim habeat: nec min⁹ ꝓderit aneti comā decoquere presertiꝫ cũ viridis fuerit atq̄ recēs q̄ si pyrite hr̄e nō possis molari vrēdũ est: vocāt aũt sic lapidē ex quo mola paraꝫ ⁊ q̄ frumētũ molit.

¶ De splene idurato.

Splenē induratũ nō solũ de foris fortib⁹ medicamētis curare ꝯuenit sꝫ ꝑ fortissimas potiones: nā eas sine molestia tolerat ex quorũ nũero pri

rias partes sibi vēdicāt: cortices radicū capparis ⁊ scolopendriū ⁊ mirince radix atq̄ germina oib⁹ huiuscemodi in aceto vel oximellite coctis. At sepenūero cū tangitur splē renitēs vr: nō tñ dur⁹: sꝫ flatuosus potius est tumor in quo opꝫ ex absinthio madefacientē medicamē emplasticū mixtas vires cōtinēs supponere quale est qḋ ex sulphure atq̄ alumine cōstat: sunt deniq̄ multa huiuscemodi in medicamentorū tractatu descripta: nō simplr aūt mixtorū medicamentoꝝ virib⁹ attendēdū est sed ⁊ quātū miscetur: cū itaq̄ splē flatuoso tumore afficitur et magis oedemate: si multū aluminis adhibueris nihil nocebis in duris autē tumorib⁹ vim dissolutiuā superare conuenit parū aūt eius qḋ stringendi vim hꝫ admiscendū est. Cū igitur de numero simpliciū ⁊ spōte nascentiū medicamentorū flos salis tali sit natura preditus sanat splenes induratos si extrinsecus ipsis in vesica apponatur. Scirrum aūt epatis ab initio quidē sanauim⁹ sepius. Ubi vero ad plures dies forte foret extensus neq̄ ipse potui sanare neq̄ aliū vidi qui posset: oībus igitur q̄ ita affecti sunt ex necessitate subsequitur aqua intercus: pereūt autez ꝙ plurimis in tpe lōgo quosdā vero: noui etiam breui pereūtes qui ventris ꝓfluuio laborabāt: liquet igitur ꝙ his sufficiēter angustata erāt ora vasoruꝫ per que trāsmittitur cibus ex simis epatis partibus i cōuexas: adeo ꝙ si qui ex eis sanati sunt ea quā antea diximus in musculosarū partiū scirris curatiōis rō saluauit: neq̄ eñ perfert hoc mēbrum fortia medicamenta veluti splen. Augere autē opꝫ ea que rōne inflāmationis ipsius apponuntur in mixtura molle facientium: erunt autem illa ex absinthij coma ⁊ expressiōe myrobolani ⁊ vtraq̄ nardo indicaq̄ ac celtica: adhuc autē et croco ⁊ oenante ⁊ masticethia et vnguentis q̄ ex spica nardi conficiuntur. Adhuc autē ⁊ masticino ⁊ mellino ⁊ oenātino: his igitur ammoniacum thymiama ⁊ bdellium ⁊ quas diximus medulle ⁊ adipes mixti ⁊ que incidere possunt factū in epate scirrū sanare poterūt: si etiā rō cōueniēs vict⁹ adhibeatur vna cū medicamētis q̄ i potu sumūt ad aperiēdū abstergēdūq̄ eū q̄ i viscere cōtinetur hūorē Sūt vero ⁊ oīa et eos q̄ i rēib⁹ ꝑtinēt lapides cōminuere apta de quorū mā multi medici ꝑscripserūt: admiscere aūt opꝫ ⁊ ex his q̄ vrinā mouere possunt aliqḋ plurima vero est ⁊ istorū materia q̄ a multis qdē scripta est atq̄ a nobis tacta in eo quē de medicamētis scripsimus tractatu. Quare nūc etiā q̄ dicta sunt tibi sufficiant. Tempus enim est transgredi ad alterū genus cui materia generationis est spiritus flatuosus. Uocatur autem non solum flatuosus sed etiam flatus huiuscemodi spiritus crassus ac vaporosus existens nō scḋm substantiam ethereus neq̄ tenuis: cogita vero eius naturā ex circunstante nos aere in memoriā reuocās: qualis in austrinis ꝯstitutionib⁹ qualis ve in aquilonarib⁹: ei eñ qui in australibus assimilatur flatuosus: alteri vero q̄ in aquilonarib⁹ is qui in nobis scḋm naturā est spūs: adiuuat autē ne huiuscemodi spiritus efflet etiā densitas corporum: quare huiusmodi affectus curatio communē habebit intentionē ad elaxanda ea que astricta sunt corpora atq̄ ad crassos spiritus extenuandos nam si cum subtiliori substantia sufficienter calefeceris: id quidem quod densatum est rarefacies: quod vero crassius est effectum extenuabis: patientium autem particularum natura conuenientem auxiliorum materiam demonstrabit: magisq̄ ac minus in ipsa. Nā spiritus iste crassus ⁊ vaporosus nōnunq̄ sub membranis que integunt ossa comprehēditur: nonnūq̄ vero sub peritoneo aliquando intra intestina vel vētrem: comprehenditur vero aliquando a tendonib⁹ membranosis que musculos complectūtur comprehenditur etiam ab his que ratione cognoscūtur spacijs in musculis atq̄ alijs partibus corporis quorum locorum naturam in tractatibus de sectionib⁹ didicisti. Ita igitur ipse muscul⁹ infla atq̄ in vētris vel itestinorū corpe flatuosus includitur spūs. Et cū sufficienter frigidus fuerit: tūc maximā dolorē excitat. Communis autem curatio omnibus (quemadmodum diximus) per subtiliorem substantiam et quādo passio dolorem habuit adiunctum talem habentem naturam vt dolorem talem queat sedare secundum vero patientium partium differentiam et materia substantie commutatur: ⁊ augetur atq̄ obtunditur vis. Cum igitur ex tali spiritu dolor interuenerit in ventrem inferiore subtile oleum cum medicamentis que in ipso ebullierint per clysterem inijciens: statim dolorem sedabis: que vero debent ebulire in oleo medicamenta cum subtilitate calefacientia sint cyminum: ⁊ id quod apud nos est ⁊ id quod ethiopicum nominatur: et apij et petrapij semen et marathri ⁊ sinonis aneciq̄ atq̄ libystici et seseleos ⁊ dauci ⁊ spondilij ⁊ si coniectura comprehenderis frigidā esse dolentium partium dispositiones ruthā ⁊ marathrū ⁊ grana lauri int⁹ decoques miscebisq̄ asphaltū ipmq̄ oleū laurinū ⁊ si qua alia silem naturā habent: ꝙ si inflāmatione hmōi dolorib⁹ adiunctā putaueris auferes ea q̄ admodū acria sunt: ⁊ q̄ vehemēti⁹ calefaciēt ad ea autē q̄ in hoc mediocrem naturā gerūt queq̄ vix elaxādi hñt trāsgredieris: in oleo itaq̄ ad ebulliēdū pones anethū ⁊ ruthā: q̄b⁹ etiā admiscebis adipē anserinū ⁊ gallinaceū: sꝫ hec qdē vbi vehemētiores dolores ifestāt: mediocres vero etiā extrīseca ꝓcalefactiōe iuuantur: ea ꝓcipue q̄ ex milijs fit: nā eorū leuitas dolētibus cōmodissima est si hec nō affuerint vel ex sale calefacto vel ex lini semīe crudo vel quocūq̄ alio mō. Cucurbita etiā magna cā multa flāma absq̄ cutis scarificatiōe sepi⁹ statiꝫ dolorē amouit: oꝫ aūt vmbilicū cōphēdere: ꝙ si etiā cū his dolores ꝑmāserint medicamētis ex opio vti nō dubitabis quale est Philonis Tarsensis oīb⁹ medicis notū cū tñ scieris aliquā noxā ex hmōi medicamētis mēbris patiētib⁹ affuturā nihilomin⁹ ad id qḋ magis vrget instādū ⁊ ꝑua cū noxa hoīem ex nimio dolore aīo deficiēte liberādū nā in sequētib⁹ deinceps diebus si magnā noxā mēbro ꝯtractā videris emēdare licebit: vocantur igitur hmōi medicamēta idolentia: qm̄ dolorē quidē sedāt: ⁊ dolorē auferūt non tñ dispōnes penit⁹ sanāt: sed vim sentiēdi obtorpescere faciunt. Uti autem oportet philonis medicamento omnibusq̄ ex opio confectis non statim sed post tempus compositionis annuum aut omnino semestre maxime vero atq̄ citissime ex potu horum medicamentorum laborantes sani fiunt: vbi intestina gracilia patiuntur sicuti ex his que sedi imponūtur crassorū intestinorū passiōes ꝑsentaneū habent remediū: nō modica aūt fit vtutis distributio ex exhibitis cū supiora afficiuntur: atq̄ ex his q̄ sedi iponūtur cū inferiora fuerint affecta. Que quidē in carno

fis fit partibus spiritus flatuosi aggregatio nõnun ꝙ oino vacat dolore ac lõgiori tẽpore durat ac tum precipue cũ fuerint articulationi vicina: hic.n.sunt musculi magis neruosi ac dẽsi:atqꝫ in media tm̃ sui parte carnosiores ac raiores:tales ꝟo (vt nosti) passiones sanaui medicamẽtis ex pice resina terebẽtina ⁊ adipe leonino atqꝫ taurino. Conuenit aũt ipsis et qđ ex sorde balnei:⁊ calce fit ⁊ ex sicomoro ⁊ (vt summatim dicã) ea que insigniter subtili cõstant substãtia:quibus ea que molliendi vim hñt admiscentur.

¶ Sequitur de abscessibus.

Emimuero de his satis dictũ est iã tempus est vt trãseam⁹ ad abscessiuũ tractationẽ:sic aũt nominãt eas dispositiones in quib⁹ inuicẽ distãt que prius se cõtingebãt corpora:spaciũ igit̃ vacuũ in medio fieri opꝫ qđ aliquã substantiã spirituosam vel humidã aut mixtã ex vtrisqꝫ cõprehendit ad hoc vero ex inflãmationibus quedã atqꝫ ex herysipelatis ⁊ inflãmationib⁹ similes non pauce trãsmutant̃:sine his vero etiã abscessiuũ dispositio cõsistit ex multitudine quorundã humorum aut spirituũ vaporosorũ siue in ipsis patientib⁹ partibus in medio generentur:aut ex alijs confluant ea ratione qua fiunt illa que decubitus vocãtur nominant vero sic huiusmodi dispositiones cũ qui prius vnũ mẽbrum infestãt humores eo relicto ad alteruꝫ trãsmutãtur. Quocũqꝫ vero modo fiat abscessus id spaciũ qđ abscedẽtes interiacet partes humiditatibus que ipsum faciũt cõpletur que vbi aliqñ ꝑdurauerint plures habẽt alterationes:nã ⁊ lapidibus ⁊ arenis ⁊ testis ⁊ lignis atqꝫ carbonibus et limo et sordiciei balnei feci siue amurce ⁊ multis alijs talibus sĩlia in abscessibus corpora cõtineri inueniuntur que igitur per summa sub cute cõsistunt facile dignosci possunt neqꝫ est eorũ sanatio difficilis:nã ex tactus ꝓprietate facillime discernũtur:curant̃ ꝟo ex extrinsecus adhibitis medicamẽtis neqꝫ aliorũ indigẽt haustu veluti que in ꝓfundo atqꝫ in visceribus presertim fiũt in dignotionib⁹. Igitur:cũ suppurantur si nõ adeo manifeste queadmodũ inflãmationes digitis incũbentibus renitunt̃ dignotionẽ nõ ꝓbẽt manifestã. At ꝓprietas cessionis alia est in tenuibus humorib⁹ alia in crassis queadmodũ ⁊ in tenacib⁹ atqꝫ mucis similib⁹ sepius vero nobis subijcit̃ cũ tẽtõe spirituosaꝑs aliq̃ abscedẽs q̄ vbi secta fuerit inuenit̃ sanguis cõcret⁹ adeo vt qui his aut ter huiusmodi viderit dispositionẽ si solers aut memor fuerit cõꝑhẽsum in huiusmõi tumoribus sanguinẽ ita cõcretũ agnoscere poterit cũ ĩ memoriã ex collatiõe reuocauerit tẽsiõis ac cessiõis propꝛetatẽ:at forsan prestat nõ ꝓprietatẽ sꝫ quãtitatẽ tẽsionis ac cessiõis nominare:curatio aũt earũ q̄ in suꝑficie cutis abcedũt inflãmationũ fit ĩcipiẽte q̄dẽ iam abcessu per ea que dolorẽ sedãt atqꝫ elaxãt:procedente vero tꝑe ad ea q̄ cõquoquẽdi ac suppurãdi vim habere ꝓprie dicũt̃ trãsferri opꝫ:de his aũt dictũ ẽ sicuti ꝺ plurib⁹ alijs in quito de medicamẽtorũ simplicium potestate tractatu:statim igit̃ aqua habundãti ꝑfundere atqꝫ fouere opꝫ ⁊ oleo calido ꝑtẽ ĩflãmatã cõsꝑgere acqꝫ ex farina triticea q̄ in aqua atqꝫ oleo moderate ebullierit cataplasma ĩponere:nã hoc citi⁹ ad suppurationẽ ꝑducit ꝙ id qđ ex pane cõficit̃. Illud em̃ maxime dissoluẽdi vĩ hꝫ vt cui adsint sales atqꝫ fermẽtũ optime qꝫ tostũ decoctu sit:hec vero oĩa desunt triticee farine ⁊ cũ suppurari ĩcipiẽtẽ ĩflãmatiõeꝫ curatur⁹ suppuratiõem ꝓhibere posse speraueris tũc plurimum panẽ ebullire ꝑmittas oleũ scꝫ ac aquã subigẽs fit aũt aque ad oleũ multiplex ꝓportio:plus aũt ⁊ hoc suppuratiõeꝫ ꝓhibet ordeacea faria simili mõ ꝑparata:q̄ vero ĩ tali curatiõe ĩfundit̃ aqua habeat althee radices ĩtus decoctas. Si vero ꝑ summa cutis in ꝑte ĩflãmata tẽsio valida fuerit multis scarificationib⁹ ĩcidere opꝫ ac postmodũ ex faria ordeacea elixata vt diximus cathaplasma appõet̃:tẽtaui aũt sepius plurias ĩ suꝑficie scarificatões ꝯtrario aũt his mõ alias ꝓfũdiores magnas ⁊ tertias q̄ mediũ tenebãt ĩ lõgitudie ac ꝓfunditate:que igit̃ ĩ suꝑficie fiebãt debile auxiliũ afferebãt:q̄ vero lõge erãt atqꝫ ꝓfũde plurimũ q̄dẽ sanguis exhauriebãt adeo vt fere animi defectũ afferrẽt:rursus vero ipe ꝓpriã curationẽ veluti vulnera exigebãt:q̄ aũt earꝝ ãbarꝝ mediũ tenebãt semꝑ ĩueni ab ĩcõuenĩẽtibus dictis ẽe remotas atqꝫ iõ eas in vsu cẽsui ꝑferẽdas ĩ q̄bus igit̃ difficulter ad suppuratiõem ꝑuenit neqꝫ facile discuti tũor potest ibi hũores esse cõpactos crassiores ac tenaciores est existimãdũ: in his vero dispõibus tm̃ ꝯuẽit ea q̄ fit per ꝓfundiores scarificatiões curatio. Cõuenit etiã id qđ ex caricis ꝯstat ĩ aqua decoctis cathaplasma:opꝫ aũt nõ ipas assumere caricas sꝫ aq̄ꝫ in qua ebulliẽtes sunt liquefacte. Expedit vero ⁊ caricas pigues esse ⁊ dulces vt earũ hũor nõ dissimilis melli videat̃ ⁊ si eas assumẽs decoxeris vsqꝫ ad plurimũ temporis reddetur aqua melli tenui substãtia simillima:huic igitur aliquando ordeaceã farinam inijcere oportet aliquãdo panẽ syncomistũ sic autẽ nominatã eũ qui medius est inter exquisite purum ⁊ furfuraceũ: vocant autẽ nõnulli eũdẽ panẽ autopyron quoniã in puro farinam non qualis natura est talẽ ad conficiendum panem assumentes sed prius purgantes furfur excernunt contra autẽ in furfuraceo prius adimunt eam farine partẽ que purissima est:panis autẽ q̄ autopyros appellatur qualem hꝫ ex nã farinã triticũ talẽ etiã seruat:opꝫ aũt triticum ipm ex quo farina sumit̃ esse ex his q̄ generosa dicũtur:q̄dã ei ex ipsis multũ furfuris cõtinẽt q̄ ignobilia nominãt:q̄dã ꝟo siliginẽ q̄ vt dixi generosa vocãt:nequaqꝫ igit̃ opꝫ furfuraceũ esse frumentum ex quo vtilẽ ad cathaplasmata farinaꝫ accipimus: sed queadmodũ dictũ est multam habere siliginem ꝙ si ignobilis tritici farinã assumpseris crassiorẽ furfuris partẽ opꝫ excernere atqꝫ ita panẽ medium cõficere:ex hoc igit̃ pane partẽ mediam ac teneram ad cathaplasmata cõmiscendũ qñ potẽtia mediũ farine ordeacee ⁊ triticee volueris facere cathaplasma:naꝫ farina triticea maxime ad suppurationẽ valet:ordeacea vero plurimũ resoluit hic ꝟo quẽ dixim⁹ panis mediam naturã seruat sicuti ⁊ eius farina inter nuꝑ dictas farinas est media:ad hoc igit̃ respiciẽs cum de coctione caricarũ misce qđ tibi cõueniẽti⁹ videt̃ siue ex panib⁹ siue ex farinis:si ꝟo tũor resoluat̃:minus tñ ꝙ oporteret simul coq̄re opꝫ cũ caricis hysopũ vel origanũ si qñ ꝟo vehemẽti⁹ tumorẽ exiccare volueris sales decoctioni adijcias : deinde hoc mõ infunde farinã ordeaceã:eximat̃ aũt ⁊ hinc q̄cquid furfuraceum est ⁊ postqꝫ plurimũ ebullierit:appone cathaplasma. In tũoribus q̄dẽ q̄ difficulter resoluũtur verendũ est ne eorũ reliquie ꝑdurare relinquãt

tur: quare in singulis solutionibus attēdere opȝ ad quid transmutet̃ oīs cuius curatio suscipit̃ tumor nā ea q̄ cū fortiter exiccātibus agit̃ reliquias duras operatur: hoc vero in singulis solutiōibus animaduertes si partem patientē tetigeris ⁊ qđ nūc apparet illi qđ prius videbat̃ cōtuleris: si igit̃ vnq̄ tale suspicatus fueris: decoque in aq̄ cucumeris agrestis radicem aut brionie aut assari sepius q̄dē per se solā nōnunq̄ caricas pingues adijciens deinde aque farinā admisce cōmiscens ⁊ aliqđ adipis anserini p̄cipue vel gallinacei q̄ si hi nō affuerint suillū adiūges radices quoq̄ earū quas nuper diximus herbarū atq̄ preterea althee si post moderatā decoctionē cū pane atq̄ adipe conteratur hmōi tumores resoluunt. fortior autē hisce oībus est draconrij radix ⁊ si q̄n ea vti volueris cū sit his quas nuper diximꝰ multo subtilior atq̄ ad resoluendū potētior oīno adipē cōmisce: nisi em̄ humectaueris atq̄ mollieris induratos tumores sȝ cū fortibus medicamētis resoluere tantum studueris: in primis quidē diebus eos insigniter decrescere facies sȝ pariter id qđ relinquit̃ indurabis: hoc ṽo induratū difficulter resoluetur: melius igit̃ nos vt diximus fortiter resoluentibus medicamētis cōmiscere mollictia ne tumores in scirros (quorū curationē in presentibus audiuisti) conuertantur verentes. ¶ De tumore supporato.

Ursus igitur ad suppuratos tumores accedamꝰ: quos vbi posse resoluere desperaueris ex farina triticea vtere cathaplasmatibus. Nā ad celeritatem suppurationis plurimū cōferūt: deinde aperiens si videris ea que circa sectionē sunt libera inflammatione medicamētis q̄ emplastica dicunt̃ vtere sit aūt eorūvis ad exiccandū habilis: careāt etiā morsu vt neq̄ astringentia medicamenta habeant ammixta sed ea potius q̄ sine doloris sensu resoluunt vel parū aliqđ astringētis habeant ego vero sepius in hmōi vsu sum medicamēto ex fermento ⁊ ostreis cōbustis cōfecto: si ṽo pars aliq̄ sectioni circūstans inflāmata fuerit id qđ ex calcite cōstat oleo liquefaciens: vbi ṽo paulatim mixtū fuerit in mortario tēperans ⁊ molliens manibus atq̄ vinū infundens vt nosti ad multa ṽo vtile est hoc medicamentū queadmodū in libris de cōpositione pharmacorū diximus faciemus etiā alios si deꝰ voluerit de passionibꝰ q̄ singulis ptibus accidūt vbi oīm medicamētorū q̄bꝰ vti cōsueui diligenter vires explicare tētabo atq̄ eorū vsū oportunum exponere sȝ tu tā in hisce medicamētis de q̄bꝰ in hoc libro memini habuisti a me antea ⁊ mēsuras ⁊ pparādi modū vbi ṽo plꝰ oportuno cutis colliq̄ta fuerit in suppurationibus: adeo vt panno detrito similis efficiat̃ nō facile subiectis corporibus agglutinatur: vt necesse sit eū q̄ sine cathaplasma nominatur curationis modū adhibere. ¶ De Sinu.

Um amplius agglutinādi cutē subiectis corporibus creuerit difficultas hmōi affectū sinū appellāt: deinceps tibi in memoriā reuocabo huiꝰ quoq̄ curationis modum quē vidisti me sepius in pluribus adhibere vbi talis dispositio cōsistit satius est fistulā directe pforatā vel ex ereo vel ex cornu factā habere paratā q̄si h̄ n̄ fuerit vnū ex his instrumētis q̄ piulca id est puris attractiua dicūt̃ qđ foramē latissimū habeat ⁊ eius qđ a nobis cōpositū est ex carta cōbusta medicamentū tu sepe vidisti me exiguā portionē multo oleo rosaceo pmiscere ac per id instrumētū in sinꝰ inijcere: deīde filis euulsis orificiū claudere: q̄cūq̄ ṽo em̄ plastica medicamēta oleo rosaceo liq̄faciētes inijcimꝰ hoc instrumentū nō pmeāt. In his ṽo opȝ vesicā suillā accipiētes fistulā directū foramē habētē apponere esse ṽo acriora medicamēta liquefacta q̄ illa que emmota idest linamēta dicūt̃ est necessariuȝ qualia sunt apud oēs vsitata colore viridi insignia hec em̄ opȝ nō pauco oleo rosaceo liq̄facere vt in sinū inijci possint: dissoluit̃ aūt ēmotorū vis in hmōi mixtionibus igit̃ emplastica oīno medicamēta q̄le est machberionis ⁊ epigoni ⁊ qđ isis cognominat̃ vbi ad ēmotorū vsum deducūtur cerati indigēt admixtione hec ad sinꝰ vtilia sunt q̄ em̄ ratione eis ceratū ammiscetur eadē etiā sunt ad sinꝰ vtilia miscētur aūt q̄m vires mordaces habēt si per se sola liquescerent non ammixto ipsis cerato sed vbi quideȝ oleum rosaceū plurimū fuerit qđ ṽo in ipso liq̄scit medicamētum paucū nō amplius acritudinē seruat vbi ṽo sinus mediocriter carne oppletus fuerit, tūc agglutinātia medicamēta apponere opȝ veluti si recēti ⁊ sanguinolēto vulneri medicareris. Multa ṽo tali sunt nā p̄dita q̄ partim ex asphalto cōstāt: vocāt autē hmōi nescio quō emplastra barbara. Alia ṽo sunt q̄ cirrota a colore dicūtur ex litargirio ⁊ erugine eris decocta plurimū: sic.n. erugo ruffum colorē accipit. Si ṽo paucū ebuliat facit emplastra que luthea dicūtur te vero nō latet q̄ oīa metallica medicamēta subtiliores partes habēt ⁊ vim exiccādi maiorē vbi multū ebulierint: his ṽo medicamētis vbi statim ruffa reponūtur q̄dā extrinsecus supereminētia fusca cōcrescit ex q̄ pars medicamēti pfundior plusq̄ ab initio ruffior videt̃. Atq̄ iccirco nōnulli hmōi emplastra vocāt hicolora q̄dā ṽo hifacia: quāto ṽo subtiliora fuerint ac maiorē exiccādi vim habuerint tāto plus in sinū operabūtur nā ad eiꝰ pfundū opȝ trāsmitti vim si intentionē ppositā asseq̄ velimus. Que ṽo recētia ⁊ sanguinea vulnera agglutināt atq̄ his minus exiccāt labra vulnerū si breuia extiterint ac minime pfunda agglutināt: atq̄ ob hoc facile ac cito qđ opȝ efficiūt. Si ṽo in pfundū vulnꝰ ptendat̃ ⁊ sciaturis ⁊ fibulis solemꝰ in vnū colligere sinꝰ itaq̄ oēs nō simplices sunt diuisiōes sȝ frequētes in ipsis mō vna ps mō alia excoriata est qđ neq̄ te opȝ latere. Cū igit̃ ad locū superiorē sinꝰ extēdit̃ facile p os huōr viciatꝰ elabit̃ si ṽo vergit ad ima cū intus retineat̃ partē aliquā cōtinuā erodit in his q̄dē sinibus nisi prius ad effluxū feceris sectionē nihil proficies neq̄ cū carnē generare neq̄ cū agglutinare volueris: in alijs ṽo nō opus est sectione si mō pueniētem figurā in pte patiēte suaueris ex q̄ figura potes aliq̄n sinū ad ptē superiorē vergentem facere ad inferiorē declinare ac cōtra vergētē ad ima cōuertere ad superiora: vidisti me igit̃ sinū in brachio existēte cuius os erat pꝑe cubitū figura in superiora tēdēte sanasse sine alia facta ex aduerso sectione ⁊ in coxa sit̃r figura sinꝰ ad ima ṽgēte cū sinꝰ ṽsus genu q̄dē terminaret: altiꝰ ṽo os media coxe regione superius sine vlla ex aduerso diuisione sit̃r vidisti factā esse curationē subijciēte me popliti ceruical molle vt iferiorē situ haberet inguē q̄ genu: sufficit aūt in hoc sinu ⁊ alijs isto maioribus solū mellicratū immissū aptū ad cōglutinādi oēs eiꝰ ptes pfundiores: q̄dā auteȝ

lixiuiā iniecerunt seipsos coarguētes in his ꝙ prius
ad carnē sinui inducēdā medicamēta apposuerunt:
neqꝫ.n.caro noua adnasci potest cū sordicies prior
circunsedit. Quō igitur sufficienter carne innata si/
nui cōglutinatiuū adhibent medicamētū: si quidez
veluti satis sordidū existentē lixiuio abstergere ten/
tāt: cū pura caro neqꝫ acrius mellicratū toleret: in h̄
tale immittat̄ quale quispiā cū voluptate potaret et
post mellicratū solitus sum: deinceps anteqꝫ medi/
camētū cōglutinatiuū imponā aliqñ vino solo ali/
quādo aqua mulsa sinū abluere: nā ad abstergendū
atqꝫ ad expurgandū circūstantes hūores viciatos
mellicratū est melius sed ad conglutinandū vinū est
melius ⁊ efficacius sit autē quod habeat dulcedinē
⁊ vim astringendi mediocrē. Et q̇dē post medicamē
ti agglutinātis appositionē spongia noua ex mulso
sola circūiciatur ꝙ molliter fieri pōt atqꝫ alligatio q̇
dē incipiat a fundo sinus: finiat autē ad os sed nec
linteorū circūuolutiones ad fundū sinus dolore af/
ficiant sed cōstringatur paulatim atqꝫ soluant̄ vsqꝫ
ad os sinus ⁊ hoc ipsum habeat laxā pharmaci al/
ligationē ⁊ quod circūapponitur emplastro ita cuz
forficibus discisco vt ex ore sinus hūores viciati si
qui excernant̄ possint effluere paruo aliquo alio ip
si imposito emplastro vsqꝫ ad solutionē quaz tertia
die faciens auferes hoc ipsum quod veluti suprapo
sitū circūiacet id qꝺ per totū sinū circūiectū est me/
dicamētū relinquens. Indiciū autē tibi sit nunquid
pars sinus profunda sit bene cōglutinata hūor ema
nās si multus aut paucus decoctus aut crudus. Ad
huc aūt si neqꝫ in ipso sinu dolor sentiatur neqꝫ tu/
mor appareat sed totus locus depressus siccus atqꝫ
expers doloris existat: si autē ⁊ pus in pactū in ore
videris paucū adhuc magis bona tibi sit spes de si
nus conglutinatione imponēsqꝫ rursus spongiā ac
denuo alligans vt diximus secunda die vel tertia so
lue ꝑmutās sꝑ qꝺ ori sinus suꝑstat linteū eodē em
plastro perunctū qꝺ totū os in circuitu cōprehēdet.
Opꝫ aūt nō esse admoduz impressum sed ita vt oīs
humor viciatus ex sinu ꝑ ipsum possit euacuari: in
prima igit̄ ⁊ secūda die si aliq̇s hūor tenuis a sinu
excernit̄ noli oīno de cōglutinatione desperare: sepi
us eñ circuniecti mēbro patiēti vis medicamēti ve
hemēter exprimit ex ipsa cute ⁊ carne subiecta tenuē
hūiditatē qñ ita affectū fuerit corpus egroti aut ex
nāli tēperatura aut ex malo victu ꝙ hūiditate expres
sa spacia mediocriter exiccata cōglutinātur. In ter/
tio aūt ⁊ quarto ab initio die si hūor crudus ex ore
se ostēderit tunc scito sinū nō esse cōglutinatū sit au
tē pre oībus id qꝺ patienti mēbro circūiicit̄ medica
mētū: vehemēter q̇dē exiccans neqꝫ mordēs vō neqꝫ
intēdēs veluti est nostrū qꝺ cirrū vocat̄ sine cera con
fectū ex metallicis medicamētis elixatis ⁊ oleo cicino
⁊ aceto qꝺ vulnera sanguinolēta cōglutinat ac sine
molestia sinus exiccat: vidisti vō ⁊ ipso sanatas fistu
las aliqñ in q̇bus angusto existēte foramine cū non
dū intꝰ callū haberēt sꝫ sordiciē solū immisit primū
lixiuiū deinde tādiu intus ꝑmanere ꝑmisi donec spe
raui totā sordiciē penitus excidisse postmodū medi
camentū apposui. Sic vō ⁊ eos q̇ sub cute sunt sola
sinus in q̇bus nōdū carnē generari oporteat quicꝗ
ruditer a q̇busdā curati erāt facta simul susceptiōe
hoc medicamēto cōglutinaui cū tñ prius lixiuio ab
luissem qñ q̇ vlcera curāt nullū ex his ꝙ expurgādi
vim habēt adhibēt medicamētū vbi vō q̇ ad absces
sum ꝑueniūt tūores tarde secti fuerint aut ob medi
cātiū imperitiā aut eorū q̇bus medela adhibet̄ ti/
miditatē q̇ secari nō patiūt̄ sꝫ expectāt vt lōgiori tē
pore cutis a pure rodat̄: cōtigit.n.sepius vniuersaz
cutim a pure circa abscessum aggregato sufficienter
extenuari instar lacere vestis vñ ⁊ illi nomē lacerosi
a medicis inditū puto. Est itaqꝫ hmōi cutis cōgluti
nari cōtumax ꝑ̄cipue si q̇s ꝭm substātiā siccū ꝑmedi/
camētū imponat: ex his.n. magis fit lacere vesti si/
milis ⁊ sicca cutis instar pelliū detritarū: visum est
igit̄ mihi oportunū si q̇s ad eius cōglutinationem
vtat̄ medicamēto substātia q̇dē hūido potētia autē
sicco: dictū est aūt in libris de medicamētis ꝙ poten
tia sicca medicamēta dici solēt a medicis ꝙ exiccādi
vim habēt: optimū aūt ex oībus medicamētis que
substātiā q̇dē hūidā habēt vi aut exiccādi est id qꝺ
a me cōpositū est ex litargirio ⁊ adipe suillo ātiquo
⁊ chalcite q̇bus additū fit oleū vetustissimū: nā vim
eius esse efficaciorē sum expertus ad hmōi disposi/
tiones quū neqꝫ admodū durū fuerit neqꝫ exquisi/
te nō inficiēs sꝫ si tale cōficiatur ⁊ vulnerū sanguine
manātiū cōglutinatiuū erit: ⁊ oīa etiā vlcera ad cica
tricē ꝑducit si ⁊ oleo remittat̄ ⁊ cuz vino mediocris
etatis cōmisceat̄: deinde in circuitu eiusmodi dispo
sitionibus apponat̄ ꝙs sepius sine vlla molestia cō
glutinauit. Cōfert aūt vt diximus in lacerosis cuti
bus nō parū mel si vsqꝫ ad emplastri ꝯsistētiā elixet̄
eiꝰ vō elixatiōis mediocritas vix recte ꝑficit̄ nisi in
spiciat̄ opꝫ.n. ipm neqꝫ adeo eē durū vt difficulter la
bat̄ neqꝫ ita hūidū vt circūfluat nā qꝺ duruz est ad
eādē ꝑuenit cū duris emplastris absurditatē: humi
dū vō veluti supiectū calido corpori vndiqꝫ circun
fluit ⁊ siccū linteū derelinq̇t qꝺ nō mō nihil iuuat
sꝫ etiā nōnūꝙ obest cuti q̇ dꝫ cōglutinari. At si me/
diocriter elixet̄ h̄ q̇dē optimū est medicamētum in
hmōi sinibus sꝫ qm elixationis eiꝰ mediocritas nō
facile pōt cōiectura attigi rectiꝰ mihi visuz est ei myr
rhā subtiliter tritā asꝑgere aut aloē vel thus aut ali
qꝺ ex his vl' oīa simul: tū ꝑ̄cipue cū linteo iūctū hūi
dius appet. Opꝫ aūt asꝑgere ista ꝑ cribrū qꝺ subli
me supra ꝑmel teneat̄: sufficit āt semel aut bis agita
re vt mediocriter excidat: sepiꝰ vō ⁊ dū elixat̄ adiicio
melli aliq̇d ex ante dictis medicamētis qñ ꝑ̄sertim si
nꝰ maior fuerit atqꝫ ꝓfundior vsꝰ sum aliqñ ⁊ te/
nui cētaureo qꝺ mirū est ad hmōi medicamētū: post
ipꝫ vō ⁊ simphitū vtile est: ⁊ deinde ireos illirice ra
dix: postea farina ex orobis neqꝫ obscurū est q̇n ⁊ cō
tūdi oporteat ⁊ ꝑ cribrū subtile trāsmitti. Ac postmo
dū resolui talia oīa melli aūt cōmiscēt̄ eo tꝑe qñ dꝫ
ab igne āmoueri tātū nobis suꝑ terrētibꝰ donec mel
li decocto optime vniāt̄: meliꝰ aūt fuerit si cacabum
ab igne āmouētes hec oīa admisceāt̄: ⁊ deinde dili/
gēter agitemꝰ donec mel adeo tepidū reddat̄ vt cor/
pi cui curatio adhibeat̄ possit iponi. ¶ De gāgrena.

COnsequēs est vt deinceps dicamꝰ de in
flāmationibꝰ ꝙ gāgrene facte sunt nomi/
nāt aūt (vt nosti) gāgrenas eas ꝙ ex ma/
gnitudine inflāmationis fiūt mortifica/
tiones ꝙ nōdū tñ itegre facte sunt nā cū oīno mēbrū
effectū est emortuū vt pūctū vel sectū vel adustū nō
sentiat ꝙ patit̄ statī recidere opꝫ ꝙ sanā ꝑtē vicinā
attingit sꝫ qꝺ ita affectū est denigrat̄: qꝺ vō in medio
est cōstitutū ita vt tēdat ad mortē gāgrena noiatur.

Curatꝰ autē euacuātibus nobis ꝙ possumus multū sanguinis q̄ in mēbro patiēte cōpingitꝰ cuius cā fiūt mortificationes ob id qḋ arterie ex angustia loci nequeūt se attollere: reliquo aūt trāspirationes exhibere. Aut igitꝰ cutē vniuersam multis sectionibus ꝓfundis secare opꝫ vna cū subiecta substātia aut plurimis scarificationibus ꝓfundis incidere, sanguinē vero manare permittēs imponere debes ex medicamētis aliqḋ ad putrescētia vtilibus cuiusmodi est farina orobi vel lolij si vero talia nō assint fabarū farinā adhibe atq̄ ipsum oximel solū ⁊ si fortius medicamē apponere velis adijce sal aut ex trociscis aliquē exq̄sitissime tritū q̄lis andronis ⁊ polyidis et passionis est ⁊ muse medicamētū ad hec aptissimuꝫ qḋ in here sectione scriptū est: vtaris aūt ex his q̄ antea diximus animū aduertēs ad corpus egroti: nam si rusticū fuerit ⁊ durū nā fortissima medicamenta desiderat: femineū vero ⁊ molles carnes habēs imbecilliora sic ⁊ viri q̄cūq̄ ⁊ molles carnes habēt ⁊ balneas amāt ⁊ in ocio degūt mollia exigūt medicamēta neq̄ dubiū est idē in pueris faciēdū esse ⁊ si quando etiā putrefactā atq̄ emortuā partē abscideris vt securius agas his vtere medicamētis nām corporū simul attēdēs atq̄ eius insuper partis q̄ male affecta est q̄dā em̄ sunt q̄ citissime ad putredinē veniunt ⁊ satius est ob maiorē securitatē q̄n abscindis aut circuncidis id qḋ iā putruit eā q̄ veluti q̄dā radix est sane parti adiunctā adurere sicuti sepius in pudendis facere cōsueuimus nōnūq̄ male affectis ꝑtibus q̄ adurūt afferentes q̄n vero linamētū submittens facta ꝟo adustione solemus (vt nosti) vti succo porri qui vbi nō adsit his que paulo ante diximus vbi ꝟo tibi videbitꝰ his remedijs adhibitis cessare putredo vt cito crusta excidat medicamēto qḋ nominatur cephalicū cū melle vtere. Melius ꝟo ⁊ ex hydreleo pane decocto vel farina ordeacea vel etiā triticea facere cathaplasma id ē͂t medicamētū qḋ tetrapharmacū nominatꝰ ac preterea macedonicū sunt crustarū suppurationibus atq̄ earū accidentijs accōmodatissima silꝰr autē ⁊ q̄cūq̄ vim habēt ad suppurationē ꝑducēdi ⁊ panis vero tritꝰ cū apio ⁊ ocymo optime crustas disrūpūt ex simplicibꝰ aūt medicamētis iris vel radix panacis vel aristolochie vel acori cū melle in molibus ꝟo corporibus sufficit orobi farina cum melle vel thure. Aufert aūt ⁊ crustas macherionis medicamētū ⁊ iris cū melle cū ꝟo exciderint cruste hmōi vlcera possunt; q̄buscūq̄ medicamētis q̄ carnē inducāt ad sanitatem perduci.

¶ De Cancris.

Cum de his habūde dictū sit reliquū est vt de carcinosis tūoribꝰ disseramꝰ q̄ in oibus q̄dē ꝑtibꝰ corpis fieri cō sueuerūt sꝫ ī māmillis ꝑserti mulierū q̄ a nā purgationem nō habēt q̄ vbi nuduꝫ ꝑuauerit tunc mulier integra fruitꝰ sanitate: hi ꝟo oēs tūores ex atre bilis suꝑfluitate generātꝰ de q̄ diximꝰ in cōmētarijs in q̄bꝰ de potētijs nālibus egimus vbi ostēdimꝰ hūc hūorē dū sanguis in epate fit fecis vinarie ꝓportione generari: expurgari aūt a splene q̄ ex eo nāliter hꝫ alimētū. Cū igitꝰ nālis tēperatura hūc hūorē paucū generauerit ⁊ ratio victus adhibita ꝓfert ⁊ splē satis attrahit ex eo q̄ generatꝰ: nulla hmōi suꝑfluitas in venis coaceruatꝰ. At cū vel oia vel aliq̄ euenīūt ī ꝯriū tūc ī venis multiplicatꝰ ⁊ eas de q̄bus dicturi sumꝰ facit egritudines. Dico aūt his q̄ antea exposuimꝰ ꝯria vt. s. epar ad generādū hmōi suꝑfluitatē sit aptū: sit etiā ratio victus ꝑ tales adhibita cibos q̄ crassum ⁊ feculentū humorē ꝓcreare nā apti sunt: splen ꝟo sit nā imbecillior: ⁊ q̄cq̄d de ea suꝑfluitate generatꝰ ad se minime trahere potēs. In hoc ꝟo corpore turbidꝰ fit ac crassescit is q̄ in venis cōtinetꝰ sanguis ⁊ nōnū ꝙ a venis habētibus (sicut ⁊ alia oia) cū excernēdi id qḋ extraneū est per emorrhoidas excernitꝰ: sepius autē ⁊ ad varices decūbit ⁊ q̄n̄q̄ ad cutē vniuersaꝫ expellitꝰ fitq̄ is morbus quē elephātē nomināt nā ⁊ aliq̄n ad alias corporis ꝑtes q̄ ceteris sunt imbecilliores hūor iste defertꝰ atq̄ euidēter apparent q̄ in illa ꝑte sunt vene nigro sanguine ac crasso plene quāto q̄ crassior fuerit ac nigrior tāto deterior est passio in māmillis autē sepe vidimus tomorē forma ac figura cācro animali cōsimilē. Nā queadmodū isto pedes ex vtraq̄ ꝑte sunt corporis ita in hoc morbo vene distēdūtur ac figurā oīno similē cācro representāt hūc morbū ꝑ sui initia sepe sanauimus. Sed vbi in molē insignē satis attollitꝰ nemo sine manus opere potuit curare. Itaq̄ in oī huius generis curatione: intentio est totum q̄ circūstat tumorē preter nām q̄ partibus sanis adheret abscidere sꝫ ob vasorū magnitudinē cū presertim fuerint arterie profluuij sanguinis statim periculū imminet: ꝙ si laqueis eas circūprehēdas passiones insequitꝰ. Si autē ⁊ morbi radices exurere statuas neq̄ huic rei maximū periculū deest cū ꝓpe loca mortalia fit insignis adustio hūc igitꝰ morbū (vt diximus) in principio sanauimus ⁊ tūc presertim cū atre bilis hūor nō admodū crassus videbatꝰ existere. Nā sic purgātibus medicamētis ex q̄bus sanitas sequitꝰ prompte succūbit neq̄ obscurū est hmōi medicamēta debere esse euacuāde atre bili accōmodata qḋ tā diu faciēdū est donec sanitas pristina subsequatꝰ q̄n ratio victus optimos generans hūores interim adhibeatꝰ. In alexādria q̄dē elephātis morbo plurimi corripiuntꝰ ꝓpter victus modū ⁊ regionis feruorē. At in germania ⁊ misia rarissima hec passio videtꝰ ⁊ apḋ scytas lactis potatores nūq̄ fere apparuit: in alexādria vero plurimū generatur ex victus ratione. Comedūt. n. farinā elixatā ⁊ lentē ⁊ cochleas ⁊ plura salita ⁊ nonnulli ex ipsis carnes asininas ⁊ alia quedā que crassum ⁊ atre bilis humorē generant. Nam cum circūstans aer calidus fit motus hūorū agitꝰ versus cutē huic igitꝰ morbo q̄s antea diximus cōferūt purgationes qḋ si et etas et virtus ꝑmiserint sanguis prius mittendus est.

¶ De cura cancri.

In cancris vero non inutile est neq̄ in istis vbi nihil ꝓhibet sanguinē mittere demuꝫ purgare ⁊ si fuerit mulieres mēstrua euocare: si q̄dē nōdū quīq̄gesimū annū attigerint patiēti aūt ꝑticule succus solani imponatꝰ nam hoc medicamē ad hmōi vtile est: qḋ si nolit egrotās medicamēto adeo humido illiniri cū presertim domū exit ad cōsueta negocia peragēda medicamē ex pompholyge cōstās est imponendū quo me vidisti vti ad cancros exulceratos ⁊ si hoc nō adsit adhibe alterū medicamentū nostrū quod ex chalcite fit. In victus vero ratione succus ptysane abūdāter exhibēdus ⁊ serū lactis ⁊ ex oleribꝰ malua attriplex ⁊ bletū ⁊ q̄n tempus tulerit cucurbitis vtēdū ⁊ piscibus petrosis ⁊ volatilibus exceptis palustribus.

¶ De Elephantia.

SEd his q̄ elephātiā patiūt᷑ in viperarum esu est mirabile auxiliū. Ita vero eas condire opꝫ: queādmodū vidisti marsos qui feris venenatis ⁊ aspidibꝰ nutriunt᷑. Capite quidem ꝑmū absciſſo ⁊ cauda vſq; ad digitos: quatuor deinde oībus interaneis exēptis cute etiaꝫ vt liquere pōt adēpta aqua. Deinde abluat᷑ corpus ipsarū sed neq; aliter cū theriacū antidotū conficere volumꝰ vſq; ad hoc ꝑparamus sed deinceps coquimus differenter: in theriaca aūt paululū anethi ⁊ pauci salis .ī. aqua ponētes: in his aūt qui elephātiasi laborāt in olla anguillarū modo ꝑparātes et albū ius efficientes: fit aūt hoc mō. Aqua abūdātis in ollam funditur paucū olei ⁊ cū hoc porrū ⁊ anetū adijcitur: liquet aūt ꝙ viperarū carnes sunt decoquēde donec exquisite molles reddant᷑. Ipsum etiā medicamētū cōfectū ex viperis qđ theriacam appellāt optimū est ad potandū ijs qui hmōi morbo laborāt vel etiā si cui libuerit ad cutem oblinien dam: nā cum oīa hec facta fuerint nōnūꝙ̄ solet squama a cute decidere aut quid simile ei qđ seniū serpētis appellat᷑: in alijs aūt tumoribus preter naturā nō putaui oportere eā que manu fit curā hoc in loco scribendā cum tu medicamēta probatiſſima a nobis acceperis.

¶ De strumis.

IN strumis eñ ea q̄ astringere et exiccare ⁊ pus etiā facere possunt: in his aūt que melicerides dicunt᷑ ea q̄ has diſſoluēdi vim habent ⁊ q̄ pus resoluunt medicamenta ⁊ aquā in scroto ⁊ abdomine accepisti quibus etiā in aqua intercute laborantibus vtaris. In his eñ duplex intentio est .s. vt sanet᷑ tumor durus in viscere ⁊ coaceruata humiditas diſſoluatur. At prius de scirri curatione dictū est sed differūt quum talē tumorē partes patiuntur ⁊ differentē exigunt curaꝫ. Quare curatio hydropū ad has tres reducitur intentiōes vt sanemus durū tumorē qui in viscere est vt ea apponamus que humiditatem diſſoluunt ⁊ medicamenta que vrinam mouent in potu demus: hec quidē ad te miſſa qui longe peregrinaturꝰ eras mediocriter se hr̄e visa sunt. Si vero (vt institui) librū de medicamētis ſm morbos ⁊ loca patiētia cōposuero illū in tuo reditu habebis. Sed et aliud opus magnū amicis expostulātibꝰ exarabit᷑ in quo tota ars curādi cōtinet᷑ etiā si tibi peregre detineri diutiꝰ cōtigerit singulos qui a nobis scribentur cōmētarios ad te mittere non grauabimur.

¶ Finis.

¶ Guilielmus Budeus Thome Lupseto Anglo. S. D.

VOs mihi libros therapenticos credideras Lupsetē doctiſſime eos ad te remitto tumultuaria quidē lectione ⁊ succinctim nō etiā perfunctoria et oscitāter euolutos. Volui eñ eorum lectione non modo tibi operam sed etiam mihi nauare: tametsi cum id primum facere insisterem altius omnino nihil animo agitabam quā vt paucorum dierum officio satisfacerē petitioni tue simul vt eadem opera aduentitiorum voluminū contrectatione animum meum oblectarem negocijs confectum. Solet enim (vt nosti) nostre sortis hominibus incessere cupido haud illiberalis de vnoquoq; opere literario estimationē factitandi vt quispiam studiosorū in medium protulit aliquod ingenij sui specimen: ita scilicet natura ferente vt sui quisq; ingenij atq; industrie modū contendere cum aliorū gaudeat quo certius perpendat quid prestare eadē in re possit. Verum cū idipsum hominum more facereꝫ humanitus quoq; mihi obrepsit (vt ingenue in sinu tuo loquar) certandi quoq; libido cum eorum librorum interprete Linacro: tametsi eum summa esse eruditione preditum non nescius iam diu forem. Itaq; pauca quedam loca ad Mcmi lucernam inspecta ⁊ animaduersione (prope dixerim) delatoria obseruata quum primore specie se mihi non ꝓbassent cum greco statim exemplari collata partim mutare partim noua facere de integro conatus vt nihil aut parum promouere me sensi criminationem illam meam potius fuisse iudicaui emule contētionis ab ingenua ipsam ⁊ studiosa alacritate manantis ꝙ̄ iustam equamq; reprehensionem. Id vtrum in culpam inertie ⁊ imperitie vetere mihi debeam an in operis laudem exacte absoluti aliorum esse iudicium malo quandoquidem nondum me eum censendi locum in doctorum concilio adeptum esse arbitror. vt optimꝰ quisq; ⁊ existimatiſſimus transire in sententiam meam debeat anteꝙ̄ rem ipsam ad manum aspexerit. Hactenus tamen in medium ferre sententiam non dubitarim si omnia similia sunt ijs que legi Galen. nobis eleganti et exquisito sermone latinum esse factum: vt iam Britannie decus hoc futurum sit qđ olim Pergamum in Asia illustrauit. Quo in opere animaduerti Linacrum multo plus tribuisse prisce scribēdi vertēdiq; seueritati quam nostri temporis indulsisse licentie lasciuienti. Hec ad te scripsi vir amice in instrumenti viatorij apparatu coemptuq; occupatus ijsq; rebus constituendis que ad instantem mihi peregre profectionem pertinebant pene iam vt accinctus mihi esse viderer cum ineunde vie dies non ex alieno arbitrio penderet: alioqui rarus domi ⁊ iam cursitator circuitorq; factus inuito meo genio ⁊ obluctante mihi. Sed fortuna (vt arbitror) ante mihi fere iniqua nunc etiam ludos sibi nostratibusq; hominibus factitare in me exercendo constituit: que negocioso genere commercij cum ijs me hominibus committit qui non tam salutationum ⁊ venerationis honore quam postulatorum erumnis gaudent: quas cum summa oblectatione spectant. Vale.

¶ Inuictissimo illustrissimoque Henrico octauo Anglie regi dn̄o Hybernie ac vuallie Cornubieque principi Thomas Linacrus medicus suus. S. P. D.

Terum iam maiestatem tuā Henrice Regum clarissime cogor exorare vt ex inclyti nominis tui prefatione lucubrationibus meis fauoris aliquid conciliem. Quas enim ad te nunc affero tanto profecto magis quam priores patrocinium tuum postulant: quāto fuere sicut grauioris opere ita vereor ne supra vires meas. Affero enim nunc Galeni opus in quo ille omnem que proprie de medendo instituitur rōnez cōplectitur. Opus plane arduū ⁊ qđ siue id ob subtilitatez suā siue plixitatez mille iam annis nemo satis latine ne dicā ex tanti opis dignitate vertere (qđ sciam) est aggressus: vt mihi plane dolenda studiosorum sors videatur qui hactenus desyderio eius partim barbaris quibusdam iisdemque malefidei inuersionibus partim nudis rerum capitibus Arabū quorundam arbitrio excerptis omnique non modo ratione que reluctantem lectorem ducere sed etiam que hesitantem quoquomodo inhortari possit orbatis incumbere sunt coacti. Quod ipse mecum idētidem reputans tentandum pro virili existimaui nunquid ipse prestare possem quo simul his melius consulerem simul cum duas medicine partes prioribus lucubrationibus tibi dedicassem non committerem vt vel tertie partis desyderio officium in te meum claudicaret: vel cum multi tibi pro seruata sanitate ⁊ debeant et debituri sint. non plurimi etiam sint qui redditam sibi salutem tibi aliquando acceptam referant. Itaque quanquam magnitudo rei nonnihil me merito deterruit tamen quod quouis labore instantiaque non longissimo saltem interuallo me assequi posse confidebam detractandum non censui: potissimum cum me magnopere consolaretur quod docti quoque homines primos nostros conatus velutique preludia sic approbarunt vt sicubi in iis que nunc paraui vel tedio tam longi operis lassus vel difficultate alienis vestigiis semper insistendi victus humano fortasse more laber: facile sperem equos lectores modo plura niteant paucis (quas ipse presertim occupatus et subcisiuis temporibus ista cudens parum vbique cauerim) non iri offensum maculis. Quas alioqui ipsas quo tuo nomine que afferimus minus sint indigna: non in his modo verum in omnibus que scripsero prout vel ab amicis lectoribus admonebor vel ipse eas deprehendaz: in eo qđ superest vite mee statui emaculare. Interim Rex clarissime sines has quoque lucubrationes sub tui nominis patrocinio commendatiores exire: presertim cum non tam a me tibi destinate sint quam plane debite vel quod (in qua nate sunt) aule tue veluti fetura sint: vel quod tu quicquid vsquam laborum est meoruz iure tibi vendices: qui me tam munifice non victu modo stipendioque alis sed etiam amplissimis muneribus ornas. Et alioqui cui potius mea omnia aut debeātur aut etiam dedicentur quam tibi qui sic meas quātumuis tenues lucubratiunculas estimare soleas? Cui potius medicus tuus hoc quo sanitati tue consuli possit conferam quam tibi? Cui satius literarum studiosus ipse quicquid in his musseo nūcupē quam tibi Regum omnium literatissimo? cum certe non aliter eruditos viros sic vt facis complectereris nisi doctrinam eorū ipse ꝑ he perspiceres. Cui denique Anglus ipse aulicus que tuus nisi tibi ⁊ Regi meo ⁊ principi indulgentissimo? Quo magis his cum tot nominib⁹ tibi debita vel verius tua sint gratiam aliquam vel ex eo quod tibi omniuo non displicent parari patieris. Id futurum non dubito si ea (quod dixi) sub inclyti nominis tui prefatione veluti munita in publicum prodire permittas. Diu valeas viuasque Regum decus.

¶ Iani lascaris.

Omnigenos Peā suetū te pellere morbos
In latio ⁊ diti subtrahere arte animas.
Desidē vbi ⁊ bardū vidit facūde Galene
Posthabitūque aliis quos mēorare piget
Dixit prospiciens populis Age mysta Linacre
Redde virum ingratis q̄libet Ausoniis:
Tā sibi quā proauis qui dogmata prisca relinquūt
Thriciisque inuoluunt ingenia ⁊ tenebris
Hec deus. At Thaumas afflatus minime talem
Te vertit qualem Grecia culta tulit.

¶ Galeni methodus medendi vel de morbis curandis Thoma linacro Anglo interprete.

Um et tu sepe alias charissime Hiero: ⁊ alii quidez amici me nūc hortentur vt sibi medendi methodum conscribam: ego sane tametsi tum vobis in primis gratificari tum vero posteros nonnihil prouiribus iuuare studens semper tamen fateor cunctabar ac distuli multis de causis quas nunc quoque percommode dicturus videor priusq̄ id quod petitis aggrediar: sunt enim ad ea que post dicentur sane non inutiles Earum igitur omnium illa precipua fuit quod frustra me scripturum timebam: cum nemo prope dixerim hac nostra etate veritatis inquisitioni sit deditus sed pecuniam et ciuilem potentiam ⁊ inexplebiles voluptatum delicias omnes eousque suspiciant. vt si quis sapientie quoduis studium sectetur pro insano hunc habeant: quippe qui primam ipsam et vere sapientiam que diuinarum humanarumque rerum est scientia ne esse quidem omnino existiment. Medicinam Geometriam Rhetoricen Arithmeticen Musicen ac reliquas id genus artes esse quidez autument ceterum ad finem earum studio contendēdum minime censeant. Me vero ex iis qui me vnice diligere sunt visi nonnulli sepe increpant quasi plus iusto veritatis studio impendam quasique nec mihi ipsi vsui nec ipsis in tota vita sim futurus nisi ⁊ ab hoc tanto veritatis indagande studio desistam ⁊ mane salutando circumeam et vesperi apud potentes cenem: his enim artibus tum amari tum accersi tuz vero pro artificib⁹ haberi: nequaq̄ ex iis que in propria professione sint consecuti: neque em̄ esse q̄ de ea

iudicēt vbi omnes totū diem diuersis studijs transi
gant mane quidē omnes salutationibus publice oc
cupati mox in alia munia distracti vtiq3 ad forū 7
lites non exigua turba ad saltatiōes 7 aurigas alia
maior: iā vel alee vel amorib9 vel balneis vel ebrie
tati vel comessatiōi vel demū alicui corpis volupta
ti dedit9 sane nō exiguus nūerus: vesperi vero rur-
sum oēs ad symposia publice collecti: vbi postq3 vi-
no se impleuere nō lyra citharave aut aliud musicū
instrumentū circūfertur (quod sicut olim in eiusmo
di cōgressu tetigisse honestū: sic cōtra nō cōtrectasse
admodū erat turpe) sed nec sermones vlli habentur
quales in symposijs agitari solere veteres prodide
rūt nec aliud honestū quicq3: imo inuicem sibi ppi-
nant 7 de magnitudine poculorū certant: vtpote in
ter quos optimus censetur nō qui plurimis instru-
mentis musicis aut etiam sermone philosophico vti
nouit: sed qui multos cosq3 maximos calices exicca
uit. Adeo mihi mane etiānum ebrij videntur ex hijs
pleriq3: nonnulli vero etiam tam plane vinum olere
q3 si modo hausissent. Eoq3 fit vt quoties egrotare
ceperint medicos aduocent non quidem optimos vt
pote quos per sanitatem noscere nunq3 studuerunt:
sed eos quos maxime familiares habent quiq3 ipis
maxime adulantur: qui et frigidam dabunt si hanc
poscent 7 lauabunt cum iusserint 7 niuem vinumq3
porrigent: postremo quicquid iubebitur mancipio-
rum ritu efficient: contra plane q3 veteres illi medi-
ci ab Aesculapio oriundi qui tanquam duces mili-
tibus et reges subditis imperare egris voluerūt: ne
quaquā vero Cetarum et Tibiorum 7 Phrygium 7
Thracum emptitiorum ritu parere atq3 obseq. Ita
q3 is non qui melius artē callet s3 qui adulari apti9
nouit magis in precio est: huicq3 plana omnia puia
q3 sunt: huic edium fores patent: hic breui efficit' di
ues plurimumq3 potest huic discipuli formosi a cu-
biculis vbi iam fuerint exoleti traduntur. Atq3 hoc
Thessalus ille cum animaduertit: non solum in alijs
Rome diuitibus assentabat' sed etiam artem trade-
re sex mensibus se pmittens complures discipulos
breui cōparauit. Si enī neq3 Geometrie neq3 astro
nomie neq3 Dialectices neq3 Musices nec vllius de
niq3 bonarum disciplinarū indigēt qui medici sunt
futuri (quemadmodū Thessalus iste promittit) nec
etiam longam experientiā 7 operū artis vsu3 deside
rant: cui non promptū sit artē aggredi ceu facile me
dico futuro? Atq3 hinc adeo fit vt etiam sutores et
tinctores 7 fabri tū materiarij tū ferrarij proprio
magisterio relicto in medicine artis munera insiliāt
Nam qui pictoribus 7 vnguētarijs mixturas suas
preparāt etiā de primo loco certant. Atq3 ob hec ipe
medendi methodū scribere sum cunctatus. Quā vti
q3 et viri veteres inceperunt 7 posteri eorum perfice
re sunt conati. Atq3 olim quidem nō parua lis erat
eorum qui in Co atq3 Cnido habitabant vtri vide
licet inuentorum multitudine reliquos superarent:
quippe geminum hoc genus Asclepiadarū adhuc
in Asia supererat deficiente nimirū quod in Rhodo
viguerat. Certabant cū his honestum illud certamē
quod Hesiodus predicabat etiā medici qui italiam
incolebant. Philistion Empedocles Pausanias et
horum sectatores: erantq3 tres he certantium inter
se nobilium medicorum schole. Plurimos ergo atq3
optimos discipulos Coe fortuna contulit: ab hoc
Cnidie. Nec tñ in paruo habenda precio erat 7 que
in Italia noscebatur. At horum nemo nec mane po
tentiū fores salutaturus nec vesperi cenaturus fre-
quentabat: sed sicut Hesiodus cecinit Nāq3 alium
ditem cernens cui deest quod agatur. Ipse solu3 ver
tit tauris 7 semina ponit. Ita illi inter se ppetuo cer
tabant non vtiq3 de aranda serendave terra. (quip-
pe que vt Asclepiadarū genere inferiora sic Ascreo
poete erant non indecora) sed de Apollinis Aescu-
lapijq3 arte tum exercenda tum vero semp augenda
ac pro viribus perficienda. Nunc vero honestū om
ne certamen intercidit aut certe minimū eius inter
homines adhuc superest. Regnat autē inhonestum
nec est qui hoc auertat aut opem malo ferat. De quo
Hesiodus: Nec tibi persuadeat lis deuitare laborē.
Dulce malū alterius cui sit. Hec enim lis (vt Hesio
do etiam diuinior poeta cecinit) Armatur primum
tenuis sed postea celo Admouet ipsa caput terris ve
stigia figens. Huius litis stimulis agitatus Thessa
lus Hippocratem ac reliquos Asclepiadas maledi
ctis incessit: ac totius terrarum orbis theatrum in
suis ipsius libris constituens inibi iudicatur vincit
que 7 contra omnē antiquitatē ipse a se victor decla
ratur. Hec facit tū in eo libro quem de cōitatib9 scri
psit tu3 in Syncreticis: quin in reliquis quoq3 oib9
cōtumeliosus esse non desistit veluti in epistola quā
ad Neronē mittit his ipsis inter initia verbis vsus
Cum nouam sectam condiderim et que sola vera sit
ppterea quod qui ante me medici fuerūt oēs nihil
vtile pdiderunt vel ad sanitatem tuēdā vel morbos
ppulsandos. Pergēs aūt in opere Hippocrates (in
quit) noxia pcepta tradidit. Ausus ē et aphorismis
eis id est sententijs cum summo dedecore contradi-
cere. Et cum ostendat se in Hippocratica disciplina
nec a quoquam institutum nec eius opera sub pre-
ceptore legisse tamen nō veretur etiam talis cum sit
palmā sibijpsi tribuere. Quo magis alique esse me
partes vident' (quāquam alias parū assueti impro
bos acerbe taxare) aliqd tamen contra hunc ob ve-
terū contumeliā dicere. Quid iprobe que bona sunt
calūniari tentas vt multitudini placeas cū liceret ti
bi in veritatis cōtēplatiōe excellere si diligens esses
ac veritatis amator? Quid ita ruditatis auditoru3
patrocinio abuteris ad veterū blasphemiam? Num
paterne artis socios impudētissime Thessale iudi-
ces medicorū statues? Istis sc3 iudicib9 vinces pro
culdubio siue quid contra Hippocratem siue cōtra
Dioclem siue contra Praxagoram siue contra reli-
quos veteres dixeris. Quin potius viros antiquos
Dialecticos scientes qui verum falsumq3 discernere
sunt periti qui consequens ac repugnans distingue
re qui demonstrādi methodū a pueris sunt medita-
ti hos inquā iudices in concessum introducito. His
sedentibus aude quippiam Hippocrate3 accusare.
His pronunciaturis aggredere scelesta illa tua: bar
baraq3 voce contra Hippocratem primum illud dis
serere non oportere de hominis natura curiosu3 esse
deinde si quis hoc donet male illu3 de ea inquisiuis
se ac falso omnia precepisse. Ergo quis iudex erit?
Nū Plato? quando huic saltem iniurius esse mini-
me es ausus. Ego vero ne discipulos quidem eius
refugiam non Speusippum non Xenocratē. Aristo
telis vero vel rogem iudicium subeas et cū eo Theo
phrasti. Optem vtiq3 7 zenonem 7 Chrysippum et

eorum qui hos sectantur quēlibet iudicem eligas.
Horum nemo vir audacissime Hippocratis de na-
tura hominis scita dānauit: que tu mihi nec legisse
vnquam videris nec si legisti intellexisse. certe si itel-
lexisti iudicare de ijs minime gentium potuisse. vt
q̇ sub patre male lanas carpente in gynecio sis altꝰ.
Nec em̄ putes nos vel egregium genus tuum vł cla
ram doctrinam latere. Nec Hippocrati ⁊ reliquis ve
teribus in surdo theatro maledicas: sed qui sis. ⁊ vn̄
venias quo genere ortus qua educatione vsus qua
disciplina imbutus prius ostende: atque ita dic ali
cubi ista: verum illud prius vir audacissime monitꝰ
non esse cuiuis in vlla bene instituta ciuitate cōces-
sum publice dicere: sed si quis vir clarus est qui ge
nuis possit et educationem tum vero eruditionē cō-
cionatore dignam ostendere huic dicere permittunt
leges. Tu cū nihil horum ostendere habeas audes
tm̄ homo sordidissime Hippocratem accusare: facis-
ꝫ in nugacibus libellis tuis grecos sedere iudices.
Fers aūt ipse sententiā nec illoruz expectas. Et pal
mā tibi ipsi das modo de oībus medicis modo de oī
bus grecis. Hec enim insignis audacia sapientissi-
mi scilicet Thessali est omnes se medicos vicisse sed
seipso litigatore seipso agonotheta seipso iudice:
post hos etiam reliquos grecos in certamen prouo
casse Rhetoras Geometras Grammaticos Astro-
nomes Philosophos: inter quos constitutū ac lani-
fici elocutione vsum censuisse se omniū primū esse:
quippe medicinā reliquas oēs artes precellere se ve
ro medicos om̄s superasse. qꝺ vnum forte fortuna
recte collegit. Si enim medicina est oīm artium pre-
stantissima in ea vero Thessalus primas partes ob
tinet vtiꝫ omnium hominū ita sit primus ac So-
cratem ⁊ Lycurguz precellat ceterosꝫ omnes quos
Pythius vel vt viros bonos vel vt sapientes vel vt
musarum ministros vel vt iouis famulos vel deniꝫ
vt alio quolibet munere dijs gratos laudauit. Age
dum igitur Thessalo hymnos decetero om̄s cantēt
scribantꝫ victorie carmina: tū publicū orbis thea-
trum constituatur: acceditoꝫ aliquis qui canat eū
qui in textrina sit altus vicisse Demosthenē Lysiam
et reliquos rhetoras: superasse Platonē Socratem
⁊ ceteros philosophos: palmam eripuisse Lycurgo
Soloni ⁊ alijs legislatoribus: victorem deniꝫ totiꝰ
hoīm generis coronatum esse rhetorum philosopho
rū legislatorū. Nam si geometras etiaz grāmaticos
ac musicos noīatim post tantos titulos cōmemorez
cōtumeliosus in hoīem videar. Ubi em̄ Lycurgus
Solon Plato Socrates ⁊ Pythagoras dāt manus
nū pulchrū etiā sit Hipparchi Archimedis Aristo-
xeni Aristarchi ⁊ alioꝝ quorūdā id genꝰ meminisse
nulliꝰ p̄cij hoīm vt Thessalꝰ dicet? Sed q̇s tanti spi
ritꝰ poeta existet q̇ hec canet? Quis dabiꝛ Homerꝰ q̇
hexametro tono hāc Thessali victoriam celebrabit?
aut q̇s lyricus q̇ veluti Pindarus alte in dithyram
bis tonabit: quiꝫ sicut olim Bacchi ita nunc Thes
sali p̄coniū efferet? An horū potiꝰ nullū requirimꝰ
sed eorū qui iambos scribunt Archilochum aliquē
aut Hipponactē aut ex tragica scena quēpiam q̇ sic
hoīem cōpellet. Quiesce dū miserrime ī stratis tuis
nāꝫ haud vides que te putas nosse ꝓbe. Horestis
mihi somniū narras Thessale. Quale nā id theatrū
est in quo tu vinces Hippocratē? Qui iudices erūt.
Qui nā p̄mia ꝓponēt? Uis ne p̄miū Platonis suf-
fragiū legamꝰ? fortasse em̄ hūc iudicē non reijcies.
Atq̇ ille hec ad verbū ait: Anime igiꝛ naturam apte
putas intelligi posse nō cognita totiꝰ natura? Imo
siquidē Hippocrati ex Asclepiadarum genere fides
est habenda ne corꝑis quidē naturā absꝫ hac me-
thodo. Recte ais amice: oportet tm̄ cum Hippocrate
sermonē cōferētes num cū eo concordet estimemus.
Sane quidē. Igitur de natura cōsyderare q̇d est qꝺ
Hippocrates rectaꝫ ratio dicit? Nū ad hunc modū
de cuiusꝫ rei natura primum illud perpēdi oportet
sit ne de quo volumus vel ipsi scientes esse vel alios
facere scientes posse simplex an varias species hn̄s
Mox si simplex sit facultas eius estimanda est quā
videlicet ad q̇d agendū obtineat aut quā ad patiē-
dum ab alio sit sortitū. Sin plures habeat eiusmo-
di species: his enumeratis qꝺ in vna feceris id vna
quaꝫ exigere oportebit: nempe quid illa facere per
naturā sit apta vel q̇d ab alio pati. Audistin vir bo
ne Platonē simili methodo anime naturā inuenien-
dam esse cēsere qua corꝑis naturam Hippocrates?
An adhuc vis multas hoīs dictiōes ex multis libro
rum eius locis deligā in q̇bus ille Hippocratē oīm
qui ante se fuerūt maxime admiratur? An potiꝰ cū
id alibi fecerim (nempe in eo opere in quo de Hip-
pocratis et Platonis placitis disserui) illuc qui id
scire volet remittā? vbi (vt arbitror) clarissime osten
dimus in plurimis maximisꝫ rebꝰ horū hominū
inter se consensum. Atꝫ alio me conferens alium ti-
bi aduocē in testē cetum nempe. Peripateticū. qui ⁊
ipe Hippocratis physiologie principia confirmat.
Quin de hoc quoꝫ proditū a me in alijs commēta
rijs est: quorū vnus de elemētis secūdū Hippocra-
tem inscribitur: post hūc alij tres de temperamētis:
mox alij duo alter de inequali intemperie qui etiam
ad tractationem de temperamentis ꝑtinet: alter de
optima corporis constitutiōe: deinde etiā tres de na
turalibus facultatibus. Hos igitur si quis leget cla
re ꝑspiciet rationū Hippocratis de natura Aristo-
telem interpretē esse. Quin etiam de morborū discri
mine quot hi quiꝫ sint ac de symptomatis pari mo
do preterea de horum vtrorunꝫ causis primus om
nium quos auditu nouimꝰ Hippocrates recte prin
cipia dedisse videtur. Post eum vero Aristoteles la-
te ea est interpretatus. Hec ita esse intelliget qui cō-
mentarios nostros quos de singulis horum scripsi-
mus legere non grauabitur. Quare si Peripatetici
iudicium exercebunt Hippocrates (arbitror) vincet
Thessalus vt inuerecundus ⁊ impudens eijcietur.
Sin Stoicis in confessum admissis iudicium per-
mittetur: ex ijs placitis que ipsimet statuunt Hip-
pocrati palmam dabunt: quippe calidum frigiduz
siccum et humidum primus Hippocrates inuexit:
post eum Aristoteles euidenti demonstratione asse-
ruit. Eadem Chrysippi emuli parata cum accepis
sent minime sunt obluctati sed omnia ex horuz mix-
tura constare confirmāt atꝫ hec inter se mutuo age
re ac pati artificēꝫ naturam esse: omnia deniꝫ Hip
pocratis dogmata de natura recipiūt: nisi quod in
re tenui est illis cū Aristotele dissensio: quippe cum
recte Hippocrates affirmet totū corpꝰ esse (vt grece
dicitur) σύμπνουν καὶ σύρρουν quasi conspirabi-
le ⁊ cōfluxile dicas: oēs que animalis ꝑticulas mu-
tuo a se affici: recipiūt q̇dē hoc vtriꝫ: diffidēt in eo
qꝺ Aristoteles q̄litates tātū in se mutuo trāsire: om̄s

noq; misceri:Stoici non has mō:sȝ etiā substātias ipsas existimēt. Qd aūt hoc definire medico supua cuū sit:qdq; ad medicine opus abūde sit si tantum cōcedātur ea que ab vtrisq; sunt demōstrata :itē qd q̄litates virtutes q; in mixtis:tote sint totis permix te:hec ⁊ ante a me sunt demonstrata:⁊ si res poscet: nūc demōstrabunt. Quare ⁊ Platonis:⁊ Peripateti corꝝ:⁊ Stoicoꝝ iudicio:Hippocratis physiologie vi ctoria dabitur. Imo vero ex eius physiologia oēs q̄ iā cōprehensi sapientie ꝓfessores sunt:ostēdūt ne/ mini fas esse morbos cōmode curare:q̄ corporis vni uersi nām nō ꝓspexerit. Nūqd igit̄ si de palma sub horū sapiētie ꝓfessorū iudicio certasset Thessalus: vicisset:q̄ oīs sue physiologie Hippocratē authorez habēt? Quid aūt si Geometris:Astronomis: Musi cis:aut Rhetorib⁹ iudiciū cōcedet:putemusne hos Hippocrate premisso alij vlli palmā daturos? Ego sane nec alium quēuis primas esse laturū arbitror: oīmq; minime impudētissimū Thessalū :vt quo ne/ mo Geometriā:Astronomiā: Musicē:ac Rhetoricē magis dehonestarit.itaq; apud hos in parū amico theatro certauerit. Verū hos fortassis in theatrū mi nime inducet:vtpote quos ipe prior inimicos reddi derit:sed ijs sapiētie ꝓfessorū dūtaxat q̄ in Dialecti ce sunt periti:vt q̄ vere falseq; orationis iudicāde fa cultatē exercuerint:iudicū ꝑtes cōcedet. Atq̄:si Pla/ tonē:Aristotelē:⁊ Chrysippū:ceu parū in hac facul tate exercitatos trāsibimus:quosnā q̄so alios inue/ niemus? Quare si nec aliarū artiū ꝓfessores iudices admittet:nec q̄ in Dialectice ceteris oībus sapientie ꝓfessoribus prestiterūt:illi suffragabunt̄: q̄ tādem erunt q̄ eū vicisse iudicabūt? Qui illi freqūēs thea/ trū constituēt? Qui victorem renunciabūt? Qui de niq; coronabūt? Ipse videlicet seipsum :id quod in illis egregijs libris suis fecit:in quibus seipsum iu dicauit:coronauit:declarauitq;. At fortassis illud si bi glorie memorieq; inter homines occasionem fore est arbitratus:si optimis viris lacessitis:nos sibi re spōdere cogeret. Verū ita ⁊ zoilus celeber clarusq; fit:q̄ Homeri statuā flagellauit:⁊ Salmoneus:q̄ io/ uē est imitatus:reliquaq; flagitiosorū hominū non exigua turba:q̄ vel meliores nō sunt reueriti : vel in deos ipsos fuerūt cōtumeliosi. Verū hi nō bonā de se opinionē reliquerunt:nec emulatur quisq; qui cō pos sit mentis:nec Homeromastiga zoilū:nec demē tē Salmonea:quamuis maledicis zoilus in admira tione sit:⁊ Salmoneus sacrilegis. Sȝ q̄d hos memo ro? Cū ⁊ qui loculos precidūt:similia perditorū stu dia:⁊ ꝑditores ꝑditorum:suspiciāt:nec est prorsus quispiam qui ꝓprium cetum in quo palmā merea/ tur:desideret. Adeo si Thessalus inter coquos:tincto res:lanificos:sutores:ac fullones :de victoria certas scripsisset : vtiq; ⁊ retulisset de Hippocrate victo/ riā: ⁊ nemo nostrum ei repugnasset. Nunc cum om nes homines iudices facit:ex horum autem nume/ ro sunt et Plato et Aristoteles:et Theophrastus et Chrysippus:nequaq; omne punctuȝ solus feret:sed alicui fortassis prouocare ad alium iudicem licebit. Quanq; enim Hippocrates certare cum Thessalo: vtpote indigno se:nolet:at forte Erasistratus nō ne/ gliget:multoq; minus Herophilus:atq; his etiam minus Asclepiades:alij que multi iuniorū medico/ rum:quibus est ad contentioneȝ natura propensior: minime impune abire cōtumeliā sinent qua pariter omnes Grecos Thessalus aspergit:sed producto in mediū homine:omnes eius libros crassissima igno/ rantia refertos:Grecis ostendent:qui tot libris scri ptis:⁊ tot nugacissimorum versuuȝ milibus effusis nusq; in vllo operum suorum demonstrationem vl/ lam afferre tentauit:sed tyranni ritu : duos tantum esse ī omni victus ratione morbos iubet:nempe flu/ xum:⁊ clausum:non intelligens se differentiam quā dam morborum dixisse:quam vtiq; prisci(vt osten/ demus)probe nouerunt. Ceterum nemo tam rudis fuit vt differentias morborum ipsos esse morbos putaret:ac remediorum indicationem ab ijs sume/ ret:substantia ipsa pretermissa . Atqui hic Thessali paruus scilicet error:quem vel puer in simpliciori/ bus disciplinis altus statim aduerteret:hic inq; par uus error:eo insolentie hominem euexit:vt magnuȝ ⁊ preclarum aliquid inuenisse se putaret:perinde ac siquis cum omne animal rationale esse aut irratio/ nale dixisset:non animalium differentias:sed aliud quippiam dixisse se putaret:cum scilicet huic illud quoq; similiter sit dictum:omne animal mortale est: vel immortale. Quippe oppositio : que in singulis differentijs notatur:coniuncta de omnibus specie/ bus dicitur. Omne enim animal aut mansuetum est aut ferum. Omne animal aut pedatum est:aut apes Omne animal aut cornutum:aut mutilum . Nec est inter differentias inuenire oppositionem vllaȝ:que sit altera prestantior aut potior:nec que magis om nibus insit particularibus . Verum non conuenit cum de animalium numero queritur:vnam differen tiarum oppositionem respondere. Hoc enim pacto duo erunt animalia vniuersa:nec vllum magis ra/ tionale vel irrationale:q; mortale vel immortale:aut ferum vel mansuetum : aut reliquarum oppositio/ num quelibet. Qd̄ si quis differentijs omissis: sicut plane ratio exigit:equum:bouem:canem:hominem: aquilam:apim:formicam:leonem:⁊ ouem responde at:reliquaq; omnia per species animalia connume ret:constat hunc querenti quot sint in totum anima/ lia:recte respondisse. Quin si multa sermone anima/ lia memoret:testeturq; enumerare se omnia non pos se:sic quoq; commodissime responderit. Similis agi tata questio de morborum numero:⁊ omnibus an/ tiquis medicis est:alijs septem eos in totum esse af/ firmātibus: alijs plures his:pauciores ve dicenti/ bus:omnibus tamen ad species que in substantia: non que in differentia essent:respectum habentibus Nemo enim ita erat indoctus:aut logice speculatio/ nis rudis:vt differentiam specierum pro substantia loquendo vsurparet:quemadmodum iste qui e gy/ necio exiliens:tantis viris maledicit:ipse nec genus habens quod referat:nec educationem:nec eruditio nem qualem illorum quisq;:quorum alius Aristo/ telis:alius Platonis:alius Theophrasti:aut deni/ q; alterius cuiusq; eorum qui in logica contempla/ tione fuere exercitati:familiaris fuit. Veluti igitur rogatus quispiam quot sint in vniuersum elemen/ ta:si duo ea esse responderit:quippe aut vocale om/ nino:aut consonans esse quicquid vocis sit elemen/ tum:is verum quidem dixerit:ceterum ad questio/ nem non responderit:ad eundē modū:arbitror:si q̄s omniū morborum numerum cōprehendere studēs: speciem quidē vllam morboruȝ:veluti phlegmonē: scirron: vel tumorem:referre non curet:solas autem

differentias memoret: siue clausum ⁊ fluidū: siue rarū ⁊ densum: siue durū ⁊ molle siue adstrictum ⁊ laxum: verum hic quoqꝫ dixerit: minime tñ ad questionē responderit. Primū nanqꝫ in eo error est: qꝺ non omnis differentia generi addita: ad speciei cōstitutionem aliquid cōducit: sed que ex generis propria diuisione nascitur: quippe he demū differentie sunt: que species cōstituant: reliq̄ oēs aliene. Etēī animalis proprie differentie sunt: mortale ⁊ immortale: rationale ⁊ irrationale: mansuetū ⁊ ferū: aliaqꝫ id genus. Molle vero ac durū: graue ⁊ leue: rarū ⁊ dēsuꝫ magnū ⁊ paruū: animalis differentie nō sunt: sꝫ substantie. Itaqꝫ etiā si cū animali vel molle vel duruꝫ: vel dēsum vel rarū: vel magnū vel paruuꝫ cōponas ad speciem cōstituēdā nihil sane contulerint. Sin vel rationale ⁊ imortale: vel rationale ⁊ mortale animali adieceris: efficit̃ iam illic deus: hic homo. Ita ꝟo ⁊ si rationali animali duas illas differētias addideris que sunt gressile ⁊ bipes: sic quoqꝫ speciē quāpiā effeceris: nēpe hominē. Vñ fieri non potest vt vllius rei specificas differentias inueniat: qui eā definitione siue substātie oratione ad vnguē nō circūscripserit. Alius deinde error incidere solet ijs q̇bus parū exercitata ratio est: qꝺ cū vnā aliquam differētiaruꝫ oppositionē inuenerint: speciē aliquā ꝓpositi generis se putēt inuenisse: ceu pauloante de vocis elemētis est dictū. Siquidē q̇ vocale ⁊ cōsonans dixit: non dū oīa humane vocis elementa dixit: sed duas tātū primas ⁊ generales differētias. Qꝺ si vocales rursꝰ in longas: breues: mediasqꝫ diducēs: tū cōsonātes in semiuocales: ⁊ mutas: itēqꝫ tū lōgas tū breues vocales bifariā: medias vero trifariam: sꝫ ⁊ mutas primū in aspiratas: tenues: ac medias: dein rursus tripartito harū singulas: mox semiuocales ꝓpria (ne frustra multis morer) sectione secet: ita quatuor ⁊ viginti elementa vocis q̄ Greci vtunt̃: inueniat: q̇ppe id tātū dixisse: qꝺ elementorū quedā vocales sint: q̄dā cōsonantes: nōdū omniū elementorū artificem: aut plane scientē auditorē reddidit: sed si quis vbi in longas: breues: ⁊ medias diduxerit: adijciat duas esse breues: nēpe ε et ο: duas preterea lōgas: ⁊ tres vero medias α, ι, υ,: sic sane artificem auditorē de omnibus vocalibꝰ effecerit: itēqꝫ de cōsonis ad eūdē modū. Itidē si q̇s tradere de morborū numero instituat: quot hi in vniuersum sint: nō dꝫ arbitror is in prima statim differētia subsistere: sed diuisa ea ꝓcedere: donec ad aliquā infimarū specierū: ⁊ quo amplius in aliam distrahi non possit: perueniat. Id ꝟo quā haud cuique sit promptū: sed ei dūtaxat q̇ in diuidendi arte magnopere sit exercitatus intelligere pōt primū is qui omnia legisse volet que de eo genere methodi in principio Philebi a Platone sunt ꝓdita: dein cui Sophistā ⁊ Politicū legisse placebit. Iam ꝟo difficilior adhuc res videbit̃: siquē primuꝫ Aristotelis librū de partibus animaliū relegisse nō penitebit. Conat̃ eñi ī eo libro oēs animaliū differētias enumerare: at vbi multas dubitationes mouit vix suspecte ac timide ꝓnunciare quippiam audet. Post hec cū Aristoteles ⁊ Plato tātā tāqꝫ difficilem rē esse cēsuerint genera in ꝓprias differētias exacto diuidere: ac post hos Theophrastus ⁊ alij philosophi rationē absoluere tentauerint: vtpote ne apud ipsos q̇dē satis adhuc cōstantē: homo audacissimꝰ Thessalus absolute: citraqꝫ vllā rationē adhibitā ꝓnunciāt: credēdū sibi censet duos in totū esse in victꝰ ratione morbos: ꝑsertim simplices: ac primos: ⁊ veluti elementares. Nā tertium ab his ratione gignit: ex ambobus cōpositū. At si vlla methodo hec: sicut iactas: inuestigasti: cur hāc nobis nō dixisti? Sꝫ contra plane quā pro grauitate nominis qꝺ tibi arrogas homo temerarie: atqꝫ a methodo alienissime rē ꝓnunciasti: qui ne principiū quidē ipsum vnquam attigeris a quo cepisse necesse sit eū q̇ recte cuiuslibet rei species ⁊ differētias sit inuenturus. De re eñi q̄libet: puer: vnū principiū optimū. Nosse id oportet de quo proposita questio est: aut prorsus est aberrādū. Plato quodā loco ait. Non ad diuidendū mō q̇duis ab ipsa quesite rei essentia nobis esse inchoandū censens: sed etiam in omni disquirenda re eiusmodi ꝑ principio vtendū. Ergo hic quoqꝫ (arbitror) ꝑ erat vbi quid morbas sit: quid symptoma: ⁊ q̇d passio: diligenter prius dixisses: ac dein q̄ cōueniāt differātqꝫ ipsorū singula: definiuisses: sic demū tentare in proprias ea differentias diducere: secundū eam quam sapiētie professores tradiderūt methodū: aut si quaꝫ potiorē ea q̄ ab ijs prodita est: explorasses: hāc ipsaꝫ prius astruere: tū illud ostendere: ac grecos docere: hūc qui in textrina sit altus: superasse Aristotelē et Platonē in methodis logicis: humo afflixisse Theophrastū: ⁊ Stoicos in Dialectice: clarissime ostēdisse oēs eorū sectatores ne primos q̇dē morbos: q̇ essent vnquā nouisse dico: ⁊ Herophiliū illū dialecticū: et cōdiscipulū eius Philotimū: ⁊ preceptorē eius Praxagorā: qui ab Aesculapio originē traxit: ⁊ q̇ cū his ⁊ ante hos fuerūt Erasistratū: Dioclē: Mnesitheuꝫ Dieuchen: Philistionē: Plistonicum: ipsum deniqꝫ Hippo. Porro simplici verbo dicere omnes inuictu morbos esse duos: nō methodo: nō demōstratione: nō ratione vlla probabili: non lenimento aliquo: nō alia re prorsus adhibita: ꝑterquā eiusmodi in veteres blasphemia: id facere imperantis hominis est: nō docentis. Esto vero taceas q̄ logica methodo insistens hec inueneris: at certe vñ saltē de veritate sermonis iudicasti: adhibitū aliquid oportuit. Nā inueniēdi eius quod queritur: logice methodi facultatē prestant. At que fidem ijs faciant que recte sunt inuēta: duo sunt apud oēs homines instrumēta: nēpe ratio: ⁊ experiētia. Quippe ad eū q̇ īterrogauerit cur huic febricitāti frigide habēde potestatē feceris: duplex respōsio est: altera q̄ ortū naturāqꝫ febris docet ac de morborum temporibus disserit: tū ad eūdem modū aque frigide nām explanat. Vbi hec ꝓposuit: conat̃ docere in hoc morbo: atqꝫ hoc tpe: aquā frigidam congruuꝫ remedium esse. Altera de nullius horum natura solicita ad experientiam confugit: nempe quod in tali morbo atqꝫ tempore sepe frigidā ꝓfecisse vidit. Debebat igitur (opinor) ⁊ Thessalus vt̃ experimentū vel rationem assertionis sue occasionē adhibuisse non sicuti tyrannus imperare ac sibi citra demōstrationē credēdū exigere. At quā (īquiūt) audire demōstrationē postulas? Ita enim contra interrogant eius sectatores: neqꝫ id iniuria vt qui nec eo vnquam peruenerint vt notionem demonstrationis tenerent cum nec Geometriam nec Arithmeticē nec Dialecticem nec resolutoriam nec deniqꝫ logicā vllam speculationem attigerint. Quocirca respondēdum his ita est. Nimis sero quid demonstratio sit discere postulatis: nec fieri potest vt breui tempore

speculationem que subtilitatē mentis desiderat asse
quamini: presertim qui nec subtiles rationes audi-
re sitis assueti: ⁊ peruersi in diuturno errore versati.
Sed istos mittam⁹: vt q̄ ne intelligere quidē q̄ vere
discipline sint: valeant: nedū ipas discere: aut recte
iudicare. Nos vero vna cum ijs qui exercitati sunt:
⁊ demonstratione intelligunt: ⁊ natura sapiunt: (ne
qꝫ eñi Thessalios asinos docere profitemur) ad id
qđ ꝓpositū nobis ab initio est accingamur: ac stati
vna cum ipsa medendi methodo tradenda: etiā cās
ipsas vnde errarint pleriqꝫ ex ijs qui tradere eā sūt
conati: exponam⁹: quippe ad firmiorē veritatis fidē
nō parū conducere videtur id quoqꝫ. Ac primū qui
dem illud cauebimus ne simul de ambobus tum me
thodo que ratione nititur: tū experientia que ratio
ne non vtitur: agamus. Non enim de omni reme-
diorum inuentione nunc loqui statuimus: sed tan-
tum ea que hec methodo explorat: ita vtiqꝫ vt de
empirice ipsa ⁊ a nobis in alio opere est proditum:
⁊ ab ipsis empiricis plurimum elaboratum. Atqꝫ
vtinā rationales oēs medici propositū ita preme
rent: nec experientiā ⁊ rationē miscerent: atqꝫ in vnū
confunderent: sed quā vtraqꝫ vim habeat: quātūqꝫ
ad propositum artis finem cōducat: seorsum tracta
rent atqꝫ perpenderent. Ergo methodo quippiā in
quirere inuenireqꝫ: ex aduerso opponitur ei quod est
fortuito temere que reperire. est autē id cū via q̄dā:
⁊ ordine: ita vt in disquisitione aliquid primū sit: ali
quid secūdum: ⁊ tertiū: ⁊ quartū atqꝫ ita de reliquis
oībus deinceps: quoad demum ad ipsum qđ ab ini
tio est ꝓpositū: sit peruētū. Ac empirici quidē ratio
nabiliter ingenue que fatētur: nec inueniendi: nec do
cendi apud ipos esse necessariū ordinē. Nā nec arte
vlla ratione ve experientiā niti: imo vnius fortune
fauorē ad ea que querit inuenienda requirere. Qui
vero rationē: inuentionis sue authorem statuerunt:
ac ordinē: vnāqꝫ viam quo ad finē ducat: ꝓposuerūt
ijs fuerat q̄dē necessarium a primo aliquo auspica
tis de quo inter oēs homines cōueniret: sic transire
ad reliqua. Ceterū hanc rationē non sequitur plera
qꝫ medicorū pars: imo principia quoqꝫ ipsa cōtro-
uersa sumit: nec illa demonstratione cōfirmat: tū ad
reliqua simili mō trāsit: legislatorū ritu sanciens ve-
rius quā demōstrans. Que omnia inde adeo his ac
cidunt: qđ nihil prius de demōstratione sunt medi
tati: sed simul ⁊ inquisitis insistunt: ⁊ ad eorū fidem
demōstratione vti audent: simile ꝓfecto quiddā ijs
molientes qui spherā: aut cubū: aut conū: aut cylin-
drū: aliud ve id genus metiri aggrediuntur: cum tñ
oīs geometrice ac logice rationis sint ignari: imo ꝟo
nec cubiti: palmi ve: aut pedis mēsurā ꝑpatā hēant
ac deinde hijs q̄ vel demōstrationē ab ipsis exigūt:
vel tacere censent: irascuntur. Veluti eñi in illo ridi-
culus sit: siquis rectāguli trigoni: cuius alterū (exē-
pli causa) latus circa rectū angulū quinqꝫ sit pedū:
alterū duodecim: dicat aream nō esse triginta pedū
sed quadraginta: nec eius rei demonstrationē vllā
afferat: ita hic quoqꝫ ridiculus est q̄ quicquam affir
mat qđ demonstrare nō possit. Ergo sicuti in demō
stratione de triangulo (neqꝫ eñi recedendum nobis
ab exemplo est: qui indoctos istos methodicos a dis
putatione nostra iam abegimus) ipsum quod ꝓpo-
situm est: ex duabus his ꝓpositionibus colligebat:
vna que spatium id qđ lateribus pedū quinqꝫ ⁊ pe-
dum. xij. cōtinetur: sexaginta pedum effici dicit: alte
ra q̄ triangulū dimidium eius esse spatij ꝓponit:
harū vtraqꝫ rursus vt demōstrationis fidem recipe-
ret: alijs ꝓpositionibus egebat: mox ille alijs: quo-
ad peruētū ad primas esset: he vero nec ex alijs: nec
ꝑ demonstrationem: sed ex se fidem faciunt: sic arbi-
tror ⁊ in ijs omnibus que in medicina demonstran
tur: ad primas ⁊ indemonstrabiles propositiones: ⁊
que ex se fidem faciant: omnia esse perducenda. Ac si
omnes de medēdi methodo sic dicere aliq̄d institu-
sent: prorsus sicuti inter Arithmeticos: Geometras:
⁊ logisticos: ita inter ipsos quoqꝫ conuenisset: q̄ppe
apud quos discere ab ipso statim initio lꝫ q̄d quoqꝫ
nomine quo vsuri sunt significet: quas ꝑterea ꝓpo-
sitiones indemonstrabiles (que axiomata vocāt) ad
disceptationē sint sumpturi: veluti lineā esse longitu
dinem citra latitudinem: superficiē: que lōgitudinē
latitudinēque tantū habeat: ⁊ triangulum esse hoc:
quadrangulum illud: ac reliqua ad eūdē modū. Ab
ijs vbi axiomata eiusmodi vsurpanda sibi esse pre-
dixerint: que eidē sunt equalia: inter se esse equalia
⁊ si equalibus equalia sint adiecta: tota fore equalia
postea demonstrare theoremata tentāt: nihil extra ea
que a principio presumpserunt: adijcientes. Pleriqꝫ
tñ medicorū: sicut ipse scis Hiero charissime: interro
gati vñ nā principium inuentionis sue sumpserint:
tantum abest vt indemonstrabilia principia: ⁊ que
omnibus hominibus in ꝯfesso sint proferant: vt nec
quo sibiipsis cōsona respōdeant: inueniant: sed sur
sū ac deorsum Euripi more agant: cōtraria quisqꝫ
in progressu sermōis: ijs que ab initio statuerunt: af
ferētes. Siquidē sapientissimus iste Thessalus: cum
apparentes esse cōmunitates dixisset: paulopost nō
solum non alium quenquā priorū medicorū vidis
se eas asseuerat: sed nec ipsū qui primus eas pepe
rit Themisonem. Huius nanqꝫ vnius esse monstro-
sas illas cōmunitates fatetur: ceu patris legitimos
filios. Post hoc vero qui secuti sunt omnes: ⁊ inter se
⁊ ab ipso Thessalo dissentiunt: nec easdem cōmuni-
tates tradentes: nec omnino inter se vel in vno con-
cordantes. id quod sepenumero tibi: ipsis etiā me-
thodicis ꝑsentibus ostēdi: fortasse q̄ aliq̄ñ mai⁹ ociū
nactus: de incōstantia eorum scribam. At nunc tan-
tum saltem ad rem ꝓpositā sumi expedit: oportuis
se eos presertim secte authores exposuisse prius de
qua re singula nomina dici vellent: sicut empirici fa
ciunt: qui apparere ea dicunt que sub sensū cadūt:
nosci vero: que memoria tenentur: apparere simul ⁊
nosci: que ⁊ ante aliq̄ñ sub sensum venerunt: ⁊ nunc
simili modo veniūt. Num igitur ita ipsi quoqꝫ ap-
parere communitates dicūt: ceu sensu cognitas? An
⁊ que ratione comprehendimus: apparentia nomi-
nant? Empirici nanqꝫ non adeo cōcedunt quicquā
ex ijs que sola ratione nosci videntur: apparens di-
ci. Rursus veteres philosophi duplex esse genus ap
parentium decernūt: vnū qđ ipsi empirici cōprobāt
nempe eorum que sensu aliquo noscuntur: veluti al
bi: nigri: duri: mollis: calidi: frigidi: ⁊ similium: alte-
rum indemonstrabile: eorum nimirum que intelligē
tie primo occursu patent: veluti que eidē sunt equa
lia: ea inter se esse equalia: et si equalibus equalia
addantur: tota equalia fieri: ⁊ si ab equalibus equa
lia demas: que restāt equalia fore. hui⁹ esse generis
aiunt ⁊ quod nihil citra causā fit: ⁊ quod omnia ex

ente quopiam:⁊ quod ex eo quod omnino non sit:ni
hil fiat:simili mō perire nihil in id qđ prorsus nō sit
itē qđ affirmare vel negare:de quoq; sit necesse:alia/
q; id genus nō pauca:de q̇bus in logicis tractatibꝰ
agit̃:⁊ ipse in cōmētarijs de demōstratione:quā po
tui:dixi clarissime. De his inter eiusmodi principia
cuiusmodi logica nuncupamus:q̇dē philosophorū
cōtendūt: atq; ambigūt.hi tñ hactenꝰ saltē sunt mo
desti qđ oi demonstrationi fidē suā abrogāt :intelli/
gentes(arbitror)tametsi id nō dicāt:illud saltē se cer
to scire:nihil oino demonstrari posse si logicis prin/
cipijs fides nō sit adhibita. At q̄ eousq; rudes amē
tesq; sunt:vt ne id q̇dē intelligere q̄ant:hi demōstra
re q̇dē conant̃:ceterū q̄:qualia ve:aut quot demon/
strationis principia sint:nec noscere nec q̄rere volūt:
nec aliū docētē audire sustinēt:sz absolute ꝓnūciāt:
⁊ ꝟba loquūtur q̄ nec q̇d significēt:ipsi clare explica
re valeāt. Merito igit̃ eorū emulis centū voluminū
opera scribunt̃:partim inuestigātibus de quo qđq;
dici nomen Thessalus voluerit:partim nihil tale in
uenientibus:cui oia ab eo ꝑticulatim dicta cōsenti/
ant. Nam que demū apparentes ille communitates
sint:aut quomodo appentes:dicere nō possunt : nisi
iterū atq; iterū totidē libros scripserint. quippe qđ
apparet:aut sub sensu oino cadat opz : aut sub intel
ligentiā vno semel occursu. vtrinq; sine vlla demon/
strationis ope. qđ ꝟo intellectui se vno occursu non
exhibet:protinus idē cōtrouersum est:ac demonstra
tione eget:nec artē vllā a tali principio incepisse cō/
uenit. Hec si in logicis methodis exercuissent :⁊ ipsi
ea intelligerent:⁊ tempus nostrū frustra nō cōtererēt
Nūc qm̄ inexercitati rudesq;:per amentiā audēt de
mōstratione vti priusquā q̇d ea sit didicerint:necesse
est cū similibus sui:oēs aberrent:prorsusq; nugētur
ac eos qui recte demonstrant minime intellegant :
sed tēpus inaniter cōsumāt. Ergo cū his nequaquā
vt cū rationalibus animalibus vel disputandū am/
plius est:vel ijsdē impense cōtradicendū : priusquā
didicisse quenā res demonstratio sit velint:⁊ q̄tenus
exercitatum esse opz qui ea probe sit vsurus. Tecum
vero omnē deinceps sermonem cō feram: ipsis vsus
methodis quas in cōmentarijs de demonstratione
tradidi. Quippe non solū principia omnis demon/
strationis esse ea que tum sensui:tum intelligētie ma
nifeste se exibēt:sed etiā in omni requerenda nomen
ipsum adsumi ī disputationē oportere in illis docui
mꝰ. Nūc neutrū precipere statui:nec quemadmoduz
inuenire:nec quemadmodū demonstrare cōueniat:
sz ijs q̇ didicerāt:⁊ exercitati sunt:simul aliquem la
boris oportunū fructū reddere:inucta nimirū nō te
nui re:quam nunc instituimus:simul si qui sunt qui
bus artium maxima cordi est:que circa animum ho
minis versatur:ipsos quoq; in minoribus exercita
re. Quippe id tenaciter seruare in oi methodo opor
tet:vt in ea te multis sepe leuioribus ꝓblematis pri
us exerceas:quā maioribus manū admoueas. Hoc
igit̃ nobis vere discipline principium esto: qđ vtiq;
statim inter initia facturi fueramus:tum artē ipsi
inquirentes:tum alijs preeuntes:q̇ adhuc ꝑuersi nō
essent. Noniā ois morbi curationem inuenire ꝓpo/
situm est:necesse est morborum numerum prius sciri
At qm̄ fieri nequit vt aut differentias generis vlliꝰ:
aut species inuenias:ipo qđ diuiditur nō plane ex/
plorato:oportet ꝑfecto nūc etiam quid morbus sit:
narremus:quo sic diuisionē eius rite adeamꝰ. Qua
igit̃ ratione id methodo inueniamus? Quanā alia
nisi ea quā in libris de demonstratione ꝑcepimus?
Nempe vt de notione ipsa prius cōueniat:cum sine
hac:ꝓposite rei substantiā inuenire nō liceat. Ipsaz
vero notionē:que oibus in cōfesso sit sumendā dixi/
mus:vt que alia principiū iure non dicat̃. Que igit̃
est de egrotando oibus hominibꝰ cōfessa notio? Et
de q̄ maxime subiectare verbū hoc egrotare enūciāt
Nūquid vbi citra offensam omniū corporis partiū
actiones obeunt:⁊ valere se tūc dicūt:⁊ minime me/
dicis egere putant:vbi ꝟo naturaliū corporis actio
nū senserint quāpiā vel male geri:vel prorsꝰ nō ge/
ri:⁊ egrotare se illa parte corporis existimāt : cuius
actionem affici vidēt:⁊ mediū de remedio cōsulunt?
Ego sane oēs homines ita video tū morbi:siue egri
tudinis:tū vero sanitatis:siue valetudinis nomen
vsurpare. Quinetiā eā quā dixi notionē oēs obserua
re non in his modo nominibus:sed etiā in oibus q̄
tū his cōiugata sunt:tū nominibus:tū ꝟbis. Quip
pe cū ⁊ valere illū existimenc:cui nullius ꝑtis actio
sit vitiata:⁊ egrotare:cui sit vitiata:⁊ valentem eum
nominent:cuius omnes corporis partes actiones
suas secūdum naturā edant:⁊ egrotantē : cui male
affecta pars aliqua sit. Nec quisquam omnino aut
alijs nominibus vtit̃:aut de alia re enunciat iaz di/
ctorum nominum quiduis:id quod diffuse in med
cinalium nominū interpretatione ostendimus. Atq;
hoc saltem mihi per omnem disceptationem memo/
ria teneri maxime velim:nominum interpretationē
ex patrie me consuedine facturum:sicut in cōmenta/
rijs de demonstratione dixi:ipsius rerum essentie tū
inuentionem:tū inquisitionem:tum demonstratio/
nē:non esse ex ijs que multitudini videntur:immo ex
sumptionibus sciētificis:que lemmata grece vocāt:
de quorum inueniendi ratione in illis est proditum
Ergo accepto eo qđ oēs cōfitentur principio (nēpe
illud in medendi methodo propositū esse:vt egrota
corpora in sanitatem vindices.id vero est:vt nāles
partiū actiones si que vitiate sint:corrigas)iā quod
deinceps est inquiramus:quot numero in totū res
sint q̄ loco prope se consistunt:necubi aliqua proce/
dente ꝟmone vel ꝓ morbis accipiamus:cū sint his
similia:vel vt sanitatē:cum ad huius naturā prope
accedāt. Proponamus aūt claritatis cā particulas
aliquas in q̇bus confirmet̃ qđ dicimus:ac primuz
quidem ante ceteras oculū. De hoc igitur oibus ho
minibus non medicis modo:sz etiā alijs q̇buslibet
conuenit:eius opus esse:vt videat. Seu vero opus:
seu actionē inter loquēdum dicā:in presentia saltem
nō refert. Ad eūdē modū:nec si q̇s aspicere: oculorū
esse opus dixerit:nec si q̇s aspectū:aut visum:aut vi
sionē:aut quomodocunq; aliter nominet:q̇cquā re/
fert:qm̄ etiam si quis solecismum committens nomi
net:ad rei ipsius sciētiam nihil id afferat incommo/
di:mō de qua re nomen pronūciet clare explicet. In
hoc enim precipua doctrine vis est. Nominet̃ igit̃
oculus pars corporis:neq; hic referat partē ne an
ꝑticulā q̇s dixerit. Quicquid em̄ totū complet atq;
integrat:id totius ꝑticula ⁊ pars nominat̃. Est em̄
pars ex ijs q̄ ad aliq̇d dicuntur. quippe pars: totiꝰ
integri que pars dicit̃:eque profecto vt totū ⁊ inte/
grū per relationez ad partes ⁊ particulas proprias
nominantur. Est que sicuti dextrum ad sinistrum :⁊

finistrū ad dextrum:ita plane ⁊ totum ad partem ⁊
pars se habēs ad totū.Ergo si quis hac seruata no
tione malit partē dicere quā particulā aut si q̄s cō-
tra ꝑticulā potius quā partē:is mihi ad rerū inuen
tionē impedimento nō sit ceterū imperitū se lingue
latine prodit.Dictū vero alibi(vt scis)diffuse de no
minū vsu est.Ac nunc quantum satis ad rem sit ꝓ-
positam arbitror adijciam illud duntaxat indicans
non oportere nominib⁹ seduci:nec qui in ijs dissen-
tiunt hos statim in reb⁹ quoq; ipsis dissentire puta
re.In quo genere oēs(vt vno verbo dicā) nō medi-
cos modo nostre tēpestatis sed etiā philosophorū
plerosq; parū exercitatos vides:vt quorū paucissi-
mi noīm diuersitatē a rerū diuersitate distinguere
norint.Uerū hui⁹ quoq; rei methodū ī logicis specu
lationibus tradidim⁹ cui⁹ opportunitas si quādo
alias vtiq; nūc quoq; ad vsum venit. Que nā igiꝛ
fuit ea methodus?Nēpe vt a rerū incipias differen
tia non aūt nominū tamē ostendas quatuor exēpli
gratia esse res que in vicino sunt posite:post deinde
vt demōstratione cōfirmes neq; plura esse neq; pau
ciora que in ꝓposita disceptatione contineanꝛ:po-
stremo vt accōmodato rerū cuiq; suo noīe sic reliquū
sermonē absoluas nec mutans dehinc nec trāsferēs
nomen vllum:sed cui rei ipse ab initio imposueris
de eadē ꝑpetuo vsurpās.Quippe ita ⁊ dilucida do
ctrina efficitur atq; a cauillationib⁹ quas homony
mia parit libera:⁊ qđ frustra est additū facile depre
hendiꝛ ⁊ qđ deficit cito inueniꝛ:⁊ que cōsonant dis-
sonant q̄ maxime in eiusmodi explicationib⁹ exacte
discernunꝛ.Ergo illud repetam⁹ denuo.Uisus ocu
lorū actio est:locutio lingue:incessus crurū.Ipa rur
sus actio motus est actiuus.Iā horū ipsorū motus
immutatio est eius qđ prefuit.Actiuus quia a se edi
tur.Passiuus q̄ ab alio quopiā extrinsec⁹ posito ex-
citatur.veluti volatio actio est animalis volatilis:et
incessus aīalis gressilis qđ autē ab alio sic agiꝛ vt lo
cum mutet id vtiq; nō agit sed patitur.Egit nāq; q̄
ex Pireo Suniū cōmeauit.quippe motus actiue est
id est ex seipso ⁊ ꝓpria natura.contra passus est qui
ex Pireo Sunium nauigauit:vtpote qui naui vectus
est.At q̄m motū prioris esse habit⁹ mutationē dixi-
mus ea vero immutatio dupl'r fit nempe aut in qua
litate aut loco:vtiq; mutatio que in loco agitur latio
dicitur:que in qualitate alteratio:ita videlꝫ vt sit la-
tio immutatio vel demutatio vel mutatio prioris lo
ci(de industria enī multis sum vsus noībus maxi-
me scꝫ insinuare studēs qđ lꝫ vnius rei multas defi
nitiones efficere que vocibus tantū nō etiā notioni
bus differāt)alterationē vero vel mutationē in qua
litate vel demutationē eius que prefuit qualitatis
vel imutationē in qualitate vel trāsmutationē quali
tatis vel quomodocūq; aliter auditori qđ dicit cla-
rum fore speraueris:quippe huc tibi varietas inter
ꝑtationis sit vtilis.Ergo visio(nā redeūdū ad ocu
lum est)actio partis est:oculus vero ipa est anima-
lis particula:nā particulā an partem dicas(vt ꝑdi-
ximus)nihil refert.Instrumentū vero appello ani-
malis partem que ꝑfectam edere actionē possit:ve-
luti oculus visionē ⁊ lingua loquelā ⁊ crura itionē
Ad eundē modū ⁊ arteria ⁊ vena ⁊ neruus tum in-
strumenta tum partes animalis sunt. Pro hoc nāq;
nominū vsu nō a nobis modo sed etiā veterib⁹ defi-
nito:oculus quidē ⁊ pars ⁊ particula ⁊ instrumētū
vocabitur:cornea vero tunica particula ⁊ pars non
aūt instrm.Simili mō ⁊ q̄ ragoides ⁊ q̄ arachnoides
⁊ que amphiblestroides grece dicunꝛ.quippe qua ꝑ
singule ꝑmū quidē ac maxime oculi particule sunt.
⁊ quia is etiā faciei pars est itidem ⁊ ille faciei sunt
partes sed scđa quadam ratione.ita vero ⁊ toti⁹ cor
poris ꝑtes sunt ꝓpterea quod facies ipsa toti⁹ cor
poris est portio.Homeomeres vero.i.similaris pars
est sicut ipm clare indicat nomē que vndiq; in simi-
les diuiditur:veluti in oculo vitreus humor ⁊ cry-
stallinus ⁊ tunicarū propria cuiusq; substātia.Por
ro hec latius indicata sunt in dissectionū cōmenta-
rijs.Hic vero ea tantū dixisse sat est quorū ad id qđ
instat meminisse est opus.Est aūt opus ostēdere in
singulis particulis plura inesse q̄ inter se dissideant
nec tn̄ a medicis omnibus sint percepta:hoc aūt vti
le esse prediximus ad noīa a nobis recte vtēda vtiq;
cuius causa nūc id tractandū suscepimus. Indica-
bitur aūt ⁊ ad ipam nobis ꝓpositam methodū ma
xime necessariū.Est enim instrumētū oculus: actio
vero visio:vna ex particulis eius similaris ac ꝑmū
visiōis instrumentū crystallinus humor:sicuti in li-
bris vbi de ijs egimus monstratū est:id nāq; est qđ
alterari debet ab aliquo extrinsecus occurrentium
colorū vt animal videat alterari vero nō potuit nisi
purum omnino perspicuūq; esset.At purū ita per
lucidū que esse non posset sine eo qđ nūc obtinet tē-
peramento.Quippe ostensum est vnāquāq; rerum
talem esse qualis est ꝓpter calidi frigidi humidi et
sicci temperamentū.Eoq; fit vt siquid horū magno
pere immutatū sit aut plane nō videbit aut male vi
debit animal.Uerū hoc nobis paruꝫ adhuc constat
modo artem querere orsis.Nec opꝫ aliqđ ex ijs que
post sunt inquirenda velut scituꝫ presumere:nec ipe
huius gratia eorū que de crystallino alibi dixi men-
tionē feci:sed claritatis causa eorū que nunc sunt di
cenda.Uidentes enim oculū probe mun⁹ suum obi
re ac rursus nequaq; videre atq; illud sanitatē eius
hoc morbū vel vitiū vel quicquid libet vocantes(ni
hil enim ad rem ꝓpositam refert)querim⁹ deinceps
que demum sit eius note causa.Un inquies ad hoc
moti.Certe ex indemonstrabili axiomate de quo in-
ter oēs cōuenit ꝓpterea qđ intelligētie euidens est.
Quod ergo est id axioma.Nihil absq; cā fieri.q̄ppe
hoc nō concesso nō daꝛ aut lese visiōis aut prorsus
amisse causaꝫ requirere.Sed q̄m id ex ijs est que in
telligētie sunt manifesta:ꝑsumētes iā aliquā subesse
lesionis causam ad eius inquisitionē venim⁹.Ergo
hāc causam seu affectū aliquē corporis seu corpus
certo modo affectū appellare velis nihil sane ad reꝫ
ꝓpositam interest.Illud omnino fateberis aut mor
bum ipsum hanc esse:aut si quidem morbus est ipa
actionis lesio affectum qui huic officit morbi cau-
sam esse.Existitq; hoc loco rursus de nomine contro
uersia ipsum ne oculorum affectum a quo visus le-
ditur morbum vocemus:an ipsum actionis vitium
Uerum siue quis actionem vitiatam morbum dici
velit vtiq; multo prius statuat necesse est sanitatem
esse naturaliter se habentem actionem:siue affectum
qui actioni incommodat multo quoq; ante qui se-
cundum naturam est siue hunc affectum siue consti-
tutionem dici velit sanitatis vocabulo appellet.
Quippe committere vt cum inter actiones posue-
ris sanitateꝫ in affectibus existimes statuendū mor
bum:

bū:aut contra cū in partiū constitutione sanitatē:i
actionis vitio morbū:tū reliquis methodicis: tū ve
ro principe huiꝰ insanie Thessalo digna sñia est. Et
em̄ oēs fere qui sunt indocti huiꝰ insanieqꝫ dogmatū
sectatores sanitatē esse naturaliū actionū firmitatē
ac robur aiūt:morbū vero nequaꝙ actionis lesionē
⁊ infirmitatē:sed alij corporis quendam affectum:
alij corpꝰ certo genere affectū. Qua quenā obsecro
maior dementia sit? Hocem̄ vel quiuis deprehēdat
non oportere in altero sanitatē:in altero morbū:sed
in vno omnino gñe ambo constitui. Siquidē contra
ria sunt q̄ eodē genere plurimū inter se dissident:ve
luti candidū ⁊ nigrū:etem̄ vnū est horū genus co
lor. Ideoqꝫ si ɔtraria inter se sunt sanitas atqꝫ egri
tudo in quocūqꝫ genere eorū que naturaliter se ha
bent statuetur sanitas:in ipsiꝰ innaturali habitu po
netur morbꝰ. Quare si sanitas actio est que ſꝫ natu
ram se habeat:omnino morbus preter naturā actio
fuerit. Sin autem affectio quepiā aut constitutio na
turaliter se habens sanitas est:⁊ morbꝰ affectio con
stitutiove preter naturam necessario fuerit. Ac Thes
salus quidē finire morbū ne aggressus quidē vsꝙ
est:quin potiꝰ hariolandū nobis reliquit de qua re
vocabulū id enūtiet. Qđ enim nihil interesse censeat
inter morbū ⁊ pathos:iam tibi in ipsiꝰ hoīs com
mentarijs ostendimꝰ:in quibꝰ translatitie ambo po
nit:transfertqꝫ vtrūqꝫ in alteriꝰ locū:ceu nihil intersit
hoc:an illo modo loquaris. Eiꝰ vero sectatores vni
uersi:sursum deorsumqꝫ aguntꝰ:ratiocinantes: ac se
tegentes omniaqꝫ facientes vt vel obscure loquātur
vel omnino non vt Thessalꝰ ipse:atqꝫ ante hūc The
miso:qui fundamentū illis huiꝰ insanie iecit. Qđ si
tibi ea que Proclꝰ:⁊ Rheginꝰ ⁊ Antipater:ad hec q̄
Eudemꝰ:Mnaseꝰ:Philo ⁊ Dionysiꝰ in hoc genere
prodiderūt dicere velim:vtiqꝫ a proposita tractatio
ne:q̄ ⁊ scientifica est:⁊ ipm qđ vtile sit docere conaꝛ
imprudens excidam. Verū de horū dissidentia lice
bit aliqñ:fortasse etiam in sequentibꝰ mentionē fa
cere:vnaqꝫ cū his Menemachi:qui oēs eorum res
astutiꝰ turbauit:atqꝫ confudit:⁊ nugacis Olympi
ci:cū que hoc etiā Appollonide:⁊ Sorani: ⁊ qui ad
hucviuit Iuliani:quē vtiqꝫ ⁊ nos cōuenimꝰ:vt viua
videlicet hominis voce meras nugas condiscerē: ſꝫ
nec is explicare potuit q̇d morbꝰ pathosve esset. Cu
ius rei vel maximū signū est:qđ cū viginti plus anni
iam sint ex quo illū Alexandrie conuenimus:scripse
ritqꝫ iterū atqꝫ iterꝝ institutiones(nam has assidue
transponit transformatqꝫ:nūꝙ ijs quas scripsit cō
tentꝰ)nusꝙ tamen earū est ausus q̇d morbꝰ sit pro
dere:tametsi certe adeo ea que nihil ad rē pertinēt
in ijs agitet:vt etiā illud inquirat sit ne pictura me
dicis ex vsu:⁊ tñ tā multa taliaqꝫ cū scribat:nec dissi
mulare habeat:sicut nec Menemachꝰ: quasi metho
dice secte absurditatē clare non norit: ne in hodier
nū q̇dem diem in institutionibꝰ suis vsꝙ scripsit q̇d
morbum pathosve nominet. Mihi certe ipm īterro
ganti adeo multa obscuraqꝫ respondit:vt nihil eorꝝ
q̄ dixit plane intelligerē:cogererqꝫ illud tantū hoī
dicere:quod mihi desciscere ab Olympico videreꝛ:
quanꝙ is auus doctrine ipsius fuerat. Nam Iulia
nus hic Appollonide Cyprij:ille Olympici disci
pulus fuerat. Ergo Olympicus (vti dixi) sanitatē
morbūqꝫ finire ausus:illam esse affectū aiebat q̇ ab
sentia sit morbi. Rursus morbū mutationem a natu
rali in id quod preter naturam sit stabilem. Quorū
sane vtroqꝫ multa sunt a ratione aliena: que ⁊ tunc
Iuliano exposui:⁊ nūc summatim dicam. Qđ enim
(inꝙ) confusionem facit:idest quod Olympicus nō
illud tantū absolute dicit:sanitatem affectū esse post
tū extra morbū:sed etiam illud definitioni adijcit:
quem affectū definimus naturaliū actionū constan
tiam ⁊ firmitudinem:haud enim conijcere valeo in
sola ne actionū constantia:an in corporis affectu:
an in ambobus sanitatem statuat:sed forte vt vtiqꝫ
cū reliquis methodicis assolet confuse alieneqꝫ abu
ti grecorū vocibꝰ:ita nūc quoqꝫ affectū non ad cor
pus sed ad actiones refert:vt nimirū ad hūc modū
definitionem intellegas. Sanitas affectio est actio
nis in absentia morbi. Porro iustum (arbitror) fue
rat:alterū duorū definitioni adiecisse aut actionum
aut corporis:vt videlicet aut ita se haberet finitio:
Sanitas est affectus actionū in absentia morbi:aut
certe talis. Sanitas est affectio corporis in absentia
morbi. Quinetiam si ambo iūgere voluisset: ita quo
qꝫ licuisset:vt dilucide sic breuibus dicere. Sanitas
est affectio tū actionū:tū corporis in absentia mor
bi. Quid aūt cū subijcit? Quem affectū definimꝰ cō
stantiam ac robur actionū naturam suam tuentium
vtrū ne pars hec fuerit eius quod predictū est iun
gendaqꝫ tota definitio est ad hunc modū? Sanitas
est affectus corporis in absentia morbi:⁊ constantia
actionū que ſm naturam se habent ac robur:an ista
ipsa per seipsam perfecta definitio est:ac quid sani
tas sit docens:prout sane nonnullis methodicorum
placuit:qui sanitatem esse dixerunt constantiam se
cundū naturam se habentiū actionū? Verum si hec
absoluta est:haud scio quid doceat ea que ante dicta
est:que affectū esse sanitatem precipit. Quippe illđ
quod dixit in absentia morbi eiusmodi plane est qđ
vel puer explodat:cū si ita definire permittitur: ma
nifestum sit ⁊ morbum fore affectum corporis in ab
sentia sanitatis:ita videlicet vt vtraqꝫ definitio non
quid sit id quod queriꝛ:sed quid non sit doceat. Sed
mittamus (inꝙ) si placet:⁊ hec cū sint ad rem nō ad
modum necessaria. Illud certe preterire dissimulare
qꝫ non licet:quod in sanitatis explicatione oīa actio
nibus tribuantur:vel solis: vel etiam confundendo
inuoluendoqꝫ: ac obscure quodammodo miscendo
ipsum affectionis vocabulum: in ipsius vero morbi
definitione nulla sit actionum mentio:nam illud di
cere satis habuit: morbum esse mutationem corpo
ris a naturali statu ad eum qui preter naturam sit:
constantem ⁊ stabilem. Ac debuerat inꝙ aut in actio
nibus:aut in affectibus vtrūqꝫ constituere. Quid ve
ro mihi respōderit: ⁊ sepe tibi iā mihi Hiero narraui
⁊ nunc repetere non erit alienum. Nihil (inquit) mi
ri est in actionum constantia cum robore sanitatem
poni:in affectu corporis preter naturam morbum.
Neqꝫ enim contraria sunt: vt tu reris inquit. Est em̄
eorum aliquid mediū:quod nec sanitas sit nec mor
bus. Quo ego sermone audito:abij stupefactꝰ simul
ac dolens:fatendum enim est quod accidit. Antea ei
neminem vnꝙ eorum qui in tanta essent opinione:
prorsus stupidum conueneram:tum autem primū
conueniens merito obstupui:non quod is solꝰ adeo
sine sensu esset: sed quod multos etiam alios habe
ret discipulos:qui cum statim in initio doctrine sue
methodicos ita errare viderent:tamen a secta nō de

sciscerent: aut si omnino nonviderent: prorsus essent attoniti. Nam quid queso ad rem: morbum sanitati non esse contrarium: propterea quod aliquid eorum sit medium? Patet eñ hac scilicet ratione non fore albū nigro cōtrariū: propterea quod eorum sint media: flauum ⁊ fuscum: ⁊ rubrum: ⁊ pallidū: ⁊ reliquorū colorum singuli: nec calidum frigido: quippe horum quoq; sunt media tepidum ⁊ temperatum. Ac sapientes istos methodicos cum nec leui nec spernēdo lapsu sic sint inter initia statim lapsi: speremus ne veritatem vllam eorum que sequantur posse intelligere? minime profecto: quippe que in arte medica spectantur: omnia ex his pendere docebimus: idq; merito: siquidez in ijs artibus que methodo aliqua traduntur: earum constituendaruz principium est finis ipsius notio. Ac in huius quidem notitia: alijs quoq; permultis varie est erratū: alijs medicine finē esse affirmātibus plerūq; sanare: alijs ea facere que sint ad sanitatatem conducibilia: alijs morborum causas adimere: alijs pro se quēq; omnia peragere: alijs prout cuiq; succurrit: ac de his definire seorsuz conueniet. Nemo tamen adeo fuit stupidus vt ī alio genere poneret sanitatē: in alio morbū: sed vel actionibus naturaliter se habentibuseos tribuit: vel partium constitutionibus: quos aliqui affectus vocāt. Siue autem in actionibus naturaliter editis fit sanitas: in ijs que preter naturam sunt: erit morbus: siue in constitutionibus naturaliter se habentibus: in ijsdē preter naturā se habentibus erit morbus: siue in affectib⁹: in his ipsis erit ⁊ inualetudo. Neq; eñ profunda vlla spectatione ad hoc est opus: tantum sufficit non esse peruersuz. Nā quis obsecro dubitet si videre sanitas sit morbū esse vel cecutire: vel omnino nonvidere? Quis non intellegit si audire sanitas sit non esse morbū: vel egre audire: vel prorsus nō audire? Pari modo si concoquere bona valetudo est: vł male concoquere: vel plane non concoquere inualetudo est. Et si suo aliquē arbitrio moueri sanitas est: vtiq; morb⁹ fuerit ⁊ conuulsio ⁊ palpitatio: quēpalmon vocant: ⁊ neruoꝝ resolutio: ⁊ tremor: ⁊ deniq; quicquid voluntariū motū vel penitus destruit: vel etiam impedit. Ad hec si naturaliter sentire sanitatis opus sit: insensibilitas ⁊ vitiosus sensus: ⁊ stupor ⁊ dolor egritudines erunt. Rursus si ordinate respirare sanitas est: vtiq; spirandi defectus vel inequalitas morbus est. Atqui si hi morbi sunt: dubium nō est particularum affectus ex quibus hec eduñt: morborum esse causas: nec oportere aut phlegmonē: aut scirrum: aut erysipelas: aut abscessum: aut vlcus: aut tumorem morbos dicere: contraq; si he egritudines sunt: manifestū est nullū illorū esse morbū. Quippe duo rerum genera sunt nusq̄ inter se similiū: sed oīfariam dissidentium: ⁊ tota natura differentium: alterum horū generū corpus vocant: alterum actionē. Ergo oculus: ⁊ lingua: ⁊ auris: ⁊ crus: atq; id gen⁹ singula corpora sunt certo modo affecta: visus: auditus: sermo: incessus: actiones predictorum sunt corporum. Si itaq; in certo quodam corporum habitu egritudo constituitur: certe in certo quodaz actionū habitu non statuetur. Ediuerso si in hoc morbus cōsistit: planū rursus est ī corpoꝝ affectu non esse. Verum quod affectus ipse causa sit: actio vero id quod ab affectu corporis efficitur: id vero est quod preter cetera ⁊ fatendū medico sit: ⁊ obseruandū. Adeo q̄squis hoc ignorat: is in re labitur que plane est ex necessarijs. Atqui vel actionis lesionem: vel corporis affectum aliquo nomine appellat: quanq̄ parū conuenienter nominat: potest tamē de rebus ipsis rectā habere sententiā. Contingit autē non ex nominum: sed rerum recta opinione ipsa commoda morboruz curatio. Jam hoc ipsum multos medicorum ignorātes inuenias: putantesq; in rebus dissidere eos qui corporum affectus morbos esse censent: ab ijs qui ī actionis vitio eosdem constituunt. Atq; horū omniū errorū qui ⁊ sepe iam dicti sunt ⁊ post dicentur: vnica causa est: quod qui inuenire quiduis logice sunt aggressi: nō fuere in logica methodo exercitati: sed simul veluti ratione cogitatio[ne]q; exercitati fuissent ab experientia desciuerunt: simul cum in ijs exercitati essent magnopere sunt lapsi: siquidem millies eos de nominibus tanq̄ de reb⁹ litigantes inuenio. Rursum vbi rem quēpiam maximam ignorarunt: nomē se ignorare putantes: veluti in eo quod nunc est propositum: discernere nequeunt corporis quidem statum cause rationē sustinere actionem eius quod ab eo perficitur: sed nec quod sanatur id esse corporis affectum. Quippe comitatur necessario hunc naturaliter se habentem naturalis actio. Contra si a natura recesserit: vt actio statim preter naturam se habeat. Porro in hoc totum vertitur: estq; hoc principiū: ac veluti primū quoddam elementū oīs methodi q̄ de medēdo instituiť. Ceterū an hoc ipm appellare morbū oporteat: an actionis vitiū idest de nomine dubitare. Dicemus autem aliquid ⁊ de noīm vsu: sicut in alijs prius iā fecimus. Verū nunc de ipsis nō distinguo: quo videlicet hocipsum rerū fide magis cōprohē: ostendāq; quodnam sit hui⁹ de medendo methodi principiū ⁊ radix. In quo cum alij multi ex ijs q̄ rationales se dogmaticosq; appellant: tuz vero pbi isti methodici sunt falsi: atq; illud quidem ijs q̄ prudentes sunt: iam quodammodo apparet nihil esse aliud quod a medicis curetur q̄ corporum affectū: veluti proximo libro mōstrabitur. Nūc illud nobis propositū erat: vt ignorantiam eorū corrigeremus: qui quot in vniuersuz res sint que in presenti disputatione proxime inter se habeanť ignorant. Videť eñ vnū harū gen⁹ esse ipsorū corporū alterū actionū. Ac corporum quidem genus precedere actiones easq; gignere: has vero sequi: idq; si corpora naturaliter se habeant inculpabiles ac naturales: sin preter, nām sint affecta: aut nullas prorsus aut oīno certe impeditas. Tertiū preter hec gen⁹ est causarū que hos affect⁹ creāt: nā quā rationez habet affectus ad actionē: hanc alterū quippiā ad ipsum affectū oīno habeat opz illo dūtaxat euariās: qđ affect⁹ cū actione vna consistit: nec potest vsq̄ aut proba actio esse sine corporis naturali affectu: aut vitiosa nisi cū corpus sit vitio affectū. Eius aūt affectus qui actionē impedit: cause possunt quidem non etiā esse: possunt aūt ⁊ adhuc manere. Ergo diuerse oīno ab affectib⁹ cause sunt. Ac tertiū hoc iā inuentū genus diuersuz est ⁊ ab actione ⁊ eo qui hanc gignit affectu. Ab hoc quartū aliud genus est eorū que quū corporibus ⁊ naturaliter, ⁊ preter naturam se habentibus insint: actioni nec cōmodant nec incōmodant: sicut exēpli causa: color corporis ex diuturna in sole mora niger ex candido factus: aut contra vbi versatus in vmbra quis sit: ex nigro candidus: aut ruber lauantib⁹: aut

pallidus timentibus. Quippe hec nec actiões sunt nec corporis affect⁹ qui sint actionis cause: multoq̃ minus ipse cause que affect⁹ qui preter naturã sunt creant: sed symptomata que diuersas corporum alterationes necessario sequũtur: siue he sm naturam: siue preter naturam se habeant. Ergo cum quatuor definita genera iam sint: ex quib⁹ vel noscẽdis: vel nõ noscendis: probe secus ve incipiendam esse medẽdi artem monstrabimus: liceat decetero cuiuis prout volet: ijs nomina imponere veluti affectũ corporũ preter naturam se habentem: cum actionem aliquã vitiat: morbũ si placet appellato. Ipsum vo functiõis vitiũ: insigne quoddam morbi symptoma. Que alia ratione accidũt ceu colores: ea quoq̃ si volet appellato symptomata. Ceterũ ea distinguat a functionũ vitio: atq̃ si hoc insigne morbi symptoma vocet: illa familiaria ꝓpriaq̃ nominet. Quedã etiam preter hec si volet: nec familiaria: nec propria: sed forte quedaꝫ incidẽtia. Quartũ vero ab ijs genus statuito quod sit insalubrium: siue (vt ita dicam) morbificarũ causarum. Atq̃ harũ que quidẽ in ipso animalis corpe cõsistũt: internas nominet que extrinsecus externas: nisi malit (vt nũc vulgus medicoꝝ insueuit) illas antecedẽtes has primitiuas vocare. positis aũt pro arbitrio vel hoc vel illo modo noĩbus: dummodo clare ꝛ ex vsu legentiũ: nec mutet postea: nec alteret eorum vsum: sed perpetuo per omnem disputationẽ obseruet: quo ꝛ que dicat facile intelligamus: ꝛ refutationes redargutionesq̃ omnes ad aliquid clarum distinctũq̃ referamus. Qualiter (inquis) ꝛ ad quem modum? Nam id quoq̃ indicãdum adhuc arbitror propter stupidos istos methodicos: nẽpe esto dicat aliquis phlegmonem affectum esse preter naturam: ipsam vo lesam phlegmone laborãtis particule functionem morbi insigne symptoma veluti pedũ quidẽ lesum ingressum: oculorũ visum: auriũ auditum: ruborem autem: ꝛ tensionem: ꝛ renixum: ꝛ tumorẽ: qui preter naturã sit: ac phlegmonis succedat: diuersum quoddam genus siue symptomatum: siue accidẽtiũ: siue quo alio nomine appellare malit: illud mõ sciat clareq̃ definiat nõ esse idem genus cum vitio actionis rursus sanguinis redũdãtiam (si forte hec fuit) internam ꝓhlegmones causam: externam vero ciborum abũdantiam. Ergo sicuti ipse exempla sermõis habẽdi clara posui: ꝛ quatuor genera distinxi ac notiones eorũ dixi: ita ꝛ Thessalo arbitror faciendum fuit presertim post tot ꝛ tantos viros quos se vicisse predicauit: nouam sectam condituro. Nunc vero nec ipse apertum quicquam attulit: nec sectatorum eius quisquam Olympicus enim cum ausus sit definire quid pathos sit: non eius: sed symptomatis retulit notionem. In summa igitur nec quid pathos sit: nec quatenus a morbo differat intelligunt. Uerum hoc nos in sequẽtibus docebimus: simul em̃ omnia dici non possint. Uerũ concesso ijs idem esse morbũ ac pathos: inspiciamus ea que dicit Olympicus. Pathos (inquit) est cõuersio corporis a naturali habitu in eũ qui preter naturam est permanẽs. Post paululum progressus: sciẽdum ait est differre a symptomate pathos: quod pathos: vt pauloante dixi: affectus corporis est preter naturam permanẽs: sympthoma quod huic accidit quodq̃ ĩ ijs que preter naturam sunt: specialem ac magis etiam particularem figurationem habet. Hec est egregia interpretatio sapientis Olympici qui pathos ac symptoma finire est ausus. Que sane tot vitijs scatet vt mihi in mentem veniat illud stulti ad cribum negantis inuenire se quid eius obturet aut non obturet. Quid em̃ primum ex ipsis dicas aut quid omittas? quippe omnia refutare que perperam sunt dicta longum sit. Num omnis mutatio ab eo quod secundum naturam se habet ad id quod preter naturam est morbum censetis: si modo permanentia illi adsit? At vos tum coloris vitium tum atrophiam id est affectum in quo corpus non nutritur symptomatis nequaquam morbis adnumeratis. Quid autem cacochymia idest vitiosus succus? quid cachexia idest malus corporis habitus? quid succi defectus? quid vo ipsa redundantia? nonne preter naturam sunt? Si ergo permanentia his accedat inter morbos numerabunt. Atqui nec ipsi id vultis ꝛ merito sane. Etẽi supra id quod preter naturã sit affectus adijci oportet etiã aliquam ab eo ledi actionẽ: nam quoad illese he omnes seruãtur etiam si milles corpus sit alteratum mutatũq̃ nullus tamẽ eorum affectuum morb⁹ est. Quod enim curationeꝫ desyderat aliud plane nõ est quam affectus qui vitiat actionem. Siquidemq̃ primũ maximeq̃ desyderamus id naturale est actio propter hanc ꝛ naturalẽ siue cum affectum siue cõstitutionem nominare velis. Uidere nãq̃ ꝛ audire ꝛ loqui ꝛ ingredi indigemus nõ aũt oculis auribus lingua aut cruribus. nam si videre alia particula liceret quis oculorum esset vsus? Et si alio quouis instrumẽto audire liceret que auriũ esset vtilitas? Pari modo ꝛ lingua ꝛ cruribus minime profecto esset opus si loqui atq̃ ingredi sine his possemus. Ac videre quidẽ nostra ipsorum causa indigemus: oculis non nostra: sed ideo vt videamus. Jam linguam aures crura nõ ꝓpterea requirimus vt instrumẽtis ꝛ multis affluamus partibus sed loquele gra ꝛ auditus ꝛ incessus. quippe de mortua quauis particula q̃ abscindi potest: veluti digito pede aut sũma manu nõ patimur hanc ociosam gestare ac veluti pondus extraneum circunferre: illud clare hoc ipso declarantes haud quaq̃ nos particulis illis sed functionibus egere. Ueluti igitur totam particulam actionis causa req̃rimus eodem (arbitror) modo naturalem quoq̃ eius constitutionem actionis gratia desyderamus. Sicuti enim supra diximus cause vicem ad actionem constitutio prestat. Que vero constitutionem vnde actio nascitur necessario sequuntur sanis quidem nobis accidentia egrotantibus symptomata nuncupantur Atq̃ hec quattuor genera sunt omnium que in corpore nostro habentur seu secundum naturam nos seu preter naturam habuerimus: actio constitutio q̃ has precedunt que sequuntur: his dehinc nomina qui volet imponito singulis seorsum: ac si Dionem aut Theonem appellare velit eorum quodlibet mea nihil refert illud modo intelligat seruetq̃ vbiq̃ quatuor in vniuersum res esse qui site inter se proxime sint. Et quoniam huc sermonis veni videor mihi hoc iuste exigere vt sicuti nos illis permittimus que velint nomina indere ita illi inuicem nos vsitatis ꝛ antiquis vti sinant. Alioqui sane graue atque adeo iniurium sit: si illis solecismũ cõmittere tyrãnorũ ritu licebit nobis vel grece vel latine loqui nõ cõcedet. Uocato si placet sanitatẽ ipsarũ functionẽ cõstantiã quãquã ostensum a nobis est affectũ cõstitutiõemq̃

partiũ cui⁹ ope functiones ẜm naturam edim⁹ sani
tatem ab omnib⁹ appellari. Atq̃ id cũ statuerint sa
nitatẽ morbũ tamen censento non actionis vitiũ: sed
qui preter naturam sit affectũ. Tanq̃ ergo nos illos
nec grece latineve nec dialectice nominantes non im
pedim⁹: ita illi nobis permittant ⁊ grece latineve ⁊
dialectice non oẽm qui preter naturam sit affectũ: ꝫ
qui actioni incõmodat morbũ noiare qui preter na
turã sit: nec tñ actionẽ obturbet non morbũ: sed mor
bi symptoma. Rursus sicut illi permanẽtiã adijciũt
nec indicant quot horas eiusmodi affect⁹ moratus
morb⁹ sit censend⁹: ita illi nobis concedant illud per
manentie nomen subtrahere. Nã si q̇s siue trib⁹ ho-
ris: siue quatuor: siue hore tñ dimidio: toto corpe ve
hementer sit arrept⁹: sic vt neq̃ sentiat neq̃ moueat̃
hũc nos apoplecton siue attonitũ dicim⁹. Eque siq̇s
cõuulsus toto corpore sit: hũc etiã comitiali morbo
laborare: nulla nec horarũ nec dieꝝ rõne habita: q̇p
pe noĩa id gen⁹: nature rei: nõ tpis modi sunt indi-
cia: nõ aliter q̃ albũ ⁊ nigrũ ⁊ calidũ ⁊ frigidũ: alio
q̇ mirũ mehercule sit: si aqua calida cal'a nõ sit: nisi
ꝑpetuũ diẽ talꝫ ꝑduret: aut q̇ sex horis febricitauit
nõ febricitauerit: oportuisse eñ vt febricitauerit: du
rasse malũ: quanq̃ qđ tp̃s id sit qđ durationẽ illam
iusta ne fuerit an sec⁹ determinet: nemo eorum tradi
dit: vtrũ ne dierũ aliq̇s numer⁹ sit an mensiũ: an ho
rarũ: aut cur durabilẽ dicant: cũ licuerit diuturnũ li
cere: aut cur hoc q̇dẽ mutãtes nõnulli eoꝝ difficile so
lubilẽ dicant. At certe hoc nõ generaliter morbi: sed
lõgi morbi propriũ est: perinde ac facile solubile bre
uis. Ueꝝ existimare referre: egre solubilẽ an durabi
lẽ: an diutinũ dixeris: nonne extreme est ruditatis?
Jã illud profecto magis mirũ: qđ ipsi veluti a gra-
ui somno experrecti distinguere pathos a symptoma-
te aggrediunt̃: cũ author stupiditatis eorũ in secun
do die methodo sic scribat. Eadẽ nãq̃ cũ precedunt
pathos dicunt̃: cũ succedũt symptomata. Quãuis ei
lõge mirabili⁹ hoc ip̃m sit q̃ ea q̇ ab illis dicunt̃: vti
q̃ iocinoris phlegmonẽ: si primo statim die irruat
pathos esse cõcedere: sin alteri cuipiã scđo aut tertio
die succedat abire in symptoma: quãq̃ q̇d diẽ scđaꝫ
memoro? cũ meli⁹ sit horã scđam ab inuasione dicere
An eñ in scđo die phlegmone iocinoris in sympto-
ma migrabit: in scđa ab initio hora nõ migrabit: nec
symptoma erit? Cũ illud saltẽ qđ est alicui qđ ꝑces-
sit: superuenire illi oĩno cõpetet. At qđ tã celeriter in
quiũt superuenit: ab eo qđ vna irruit nõ distat. Rur
sum igit̃ dictũ ab illo clare oportuit quot horis de-
terminet distinguatq̃ qđ supuenit ab eo qđ vna in-
uadit. Ac Thessal⁹ q̇dẽ eiusmodi est. Olympic⁹ vo:
ceu in arcem ipsam sapiẽtie euect⁹: nõ ita pathos a
symptomate discernit. ꝫ pathos id esse qđ dictũ est:
symptoma vo qđ huic accidit: mirifice veꝫ ac diluci-
de essentiã ei⁹ interp̃tat⁹: q̇ppe q̇d ip̃m symptoma qđ
pathos comitat̃ sit adijcere (vt arbitror) ac definire
oportuit: nũ corpis aliq̇s affect⁹: nũ lesio quepiam
actionis: nũ pariter vtrũq̃ esset. Ac ille q̇dẽ minime
id dicit: sed nobis videlicet diuinare est op⁹. Illud
vero qđ definitioni apposuit: nẽpe specialẽ atq̃ etiã
magis particularẽ in ijs que preter naturam sunt: fi
gurationẽ habens: quã non excellentiã claritatis hꝫ
atq̃ etiaꝫ nominũ grecam perlepidãq̃ interpreta-
tionẽ? Si magis specialem quandã figurationeꝫ: in
ijs que preter naturã sunt symptoma habet: quid er
go est qđ magis generalẽ notã habet? Non eñ dixit
an sine collatione ad generale: magis speciale liceat
inuenire. Sin ad nihil omnino referes magis specia-
le ꝓnunciat oppido quã diligẽter clareq̃ interpreta
tur: q̃q̃ ⁊ pauci ⁊ dilucidis vbis dicere licebat oĩa
que circa corpus animalis preter naturam sunt: vel
morbum esse vel causam vel symptoma. Quibus om
nibus cũ illud preter naturam sit cõmune: morbus
actioni officit: causa ipsum precedit: symptoma illuꝫ
sequitur: ipsum videlicet natura duplex: alterũ actio
nis lesio: alterũ affectio quedam morbum sequens.
Uerũ (vt dixi) si quis omnes eorum errores excute-
re velit: finem dicendi non inueniat ipseq̃ mi Hiero
optime scis eorum nos ne millesimam quidem par-
tem refutare conatos. Ergo si illud tãtum adiecero:
primum hunc librum hoc loco claudam: nempe qđ
in ipso methodi principio non pauci medicorum fal
luntur vtiq̃ qui Thessali ac Themisonis sunt emuli
quiq̃ methodicos se appellant: insignibus ac maxi
mis erroribus: cuꝫ his vero non pauci eorum qui se
dogmaticos ac logicos nominãt. Siquidẽ nisi quis
omnes affectus a quibus actio leditur inuenerit: nu
merum ipsuꝫ morbum: quãtus qualisque sit ad vn-
guem definire nõ potest. Id cum quidam eorum fa-
cere nũq̃ vel tẽtuauerint: tyrãnorum more que ipsis
videntur: citra omnem euidẽtem ꝓbationẽ pronun-
ciãt. Alij nõ modo ipsi non demonstrãt: sed nec a de-
monstrãtibus discũt. Ac plurima (vt scis) medicoꝝ
pars qui nunc sunt in precio eiusmodi est: nec id for
tasse mirum. Nam vbi philosophorum pleriq̃ citra
demonstrationem credẽdum sibi postulant: quid de
medicis mirere: quibus nec vacat veritatis inquisi-
tioni vacare? vt qui mane in exosculationibus (ita
enim appellãt) sint occupati vesperi vino onusti: ac
ebrij. Uerũ ego veteris tibicinis exẽplo mi Hiero:
vel cũ musis ipsis certauero: cũ alioqui turpe putẽ ti
bicinẽ: qui presertim aut magnã rem prospere molie
batur adeo repertum fuisse laudis cupidum: me au
tem qui medendi methodum ab antiquis inquisitã
nõ tamẽ hactenus exacte proditã inuestigare absol-
uereq̃ valeam: propterea que hac tẽpestate regnat
ignauiã grauari atq̃ cũctari. Quare cõtra nũc affe
ctus quam ante mihi videor. Non eñ ꝓpriũ vobis
qui me ad medendi artem totam ordine perscriben-
dam hortati estis: hoc munus dedico. Ac primus li
ber hic mihi finiatur: totius quod sequit̃ operis secũ
dus ad hunc modum deinceps incipitor.

¶ Galeni Methodus medẽdi: Uel de morbis curã-
dis: Thoma Linacro Anglo interprete Liber scđs.

Que corporibus no

stris a nature sue mõ egressis mi Hie
ro dulcissime accidunt eoꝝ quatuor
tradite differentie sunt. Una ipsius
functionis vitiate. Altera ei⁹ q̇ hanc
peperit affectus: tertia causarũ q̇ ipꝫ
precesserũt affectũ: quarta symptomatũ que hũc ne-
cessario cõsequunt̃. Qđ itaq̃ vel cũcta hec esse mor-
bũ oporteat: vel hoꝝ quedã vel certe ex his vnum id
promptũ colligere cui⁹ est: cũ eñ egrotantib⁹ preter
hec nihil insit: vtiq̃ preter hec morb⁹ nõ fuerit. Qđ
ergo reliquũ est: aut oĩa hec collecta morbus erit: aut

horū quedā: aut vnū saltē oīno: sed eñi omnium esse collectionē: preter id qđ neminē vsꝗ habuit authorem: etiā dici non potest: nā que queso morbor̄ causa: aut quod morbi symptoma erit: si omniū pariter collectio morbus censebitur? Neutrū profecto erit. Ergo duo preter morbos genera reliqui necessum ē. Alterū causarū que hos creant: alterū eorū que necessario sequuntur: non tamen homini officiunt. Verū si hec abstuleris: reliquū est vt in altero duorum statuatur morbꝰ: aut ipsis functionibꝰ afflictis: aut qui has edunt affectibus. Fuitqꝫ ⁊ antiqua sane de hoc controuersia: ⁊ hodie dissident inter se omnes nō modo medici: sed etiā philosophi: alij ipsius actiōis vitia: alij affectꝰ vnde actio prodit: morbos nominātes. Et dissidere viros in rebꝰ tā obscuris minime ē mirū: non intellegere tamen eos qđ de nomine contendunt: sane laxatione est dignum: quippe si inter oēs conuenit: ad affectū qui functioni obest: curationis consilia dirigi: quid ad artis officia conferat definiuisse affectus ne an lesa functio morbꝰ sit appellandus? Vtrouis eñi modo appellantibꝰ eger sanitati restituet̄: modo quis affectui cōmodis presidijs occurrat. Hic nāqꝫ est quē alterare mutareqꝫ ⁊ prorsus summouere opꝫ: non vitiū functionis. Nemo enim ipsam claudicationē sanat (id eñi esset ridiculū) sed affectū qui hanc efficit: veluti phlegmonē si huiꝰ vitio claudicat̄: atqꝫ hanc ⁊ perfundit: ⁊ cataplasma superimponit ⁊ scarificat: ⁊ per halitū digerit: ⁊ oī ratione discutere tentat: vtpote cū hac abolita reddat̄ rectus incessus: nec hac summota claudicationē corrigere prorsus sit opus: cū nec remaneat quicꝗ praue functionis si qui huic obfuit: prorsus sit amotus affectꝰ. Quoad vero huiꝰ quicꝗ relinquit̄: necessuꝫ est ad portionem eius actioneꝫ vitiose edi. Hūc itaqꝫ affectū seu morbū appellasse: seu pathos vitiū ve seu morbi causam: seu pathus vitij ve causam quis velit: id nihil ad curationē nec prosit nec obsit. Sed neqꝫ si Theonem aut Dionem hunc vocet quis: modo rite sanet: ne hic quidem egrotanti officiat. Quinimo si quis prorsus innominato eo: tamē que ex vsu egrotantis sunt adhibeat remedia: non solū hic nihil offendet: sed etiam bellissime curabit. Verū q̇ alterū docere volet que ipse tenet: huic prorsus nominibus pro rebus vti est opus: in quorū vsu claritas quasi meta spectanda erit: naꝫ qui sic nominare queqꝫ studet: vt qui discit clarissime itellegat: is optimꝰ preceptor fuerit. Quoniā igitur ⁊ nos iam docendi munꝰ ingredimur: necesse est alicubi rebꝰ noīa iponamus: an vero dilucide id vos estimetis licet. Ergo affectꝰ qui actionē vitiat morbꝰ appellatur: hūc si quid assequit̄: symptoma qđ illum excitat causa.

¶ His ita distinctis inspicienda diligenter est nominū diuersitas: que egritudinibꝰ imposuerūt ipsorū primi authores. Subinde enim a lesa particula sunt indita vt grecis pleuritis .i. laterū cōpunctio. Peripneumonia .i. pulmonū phlegmone. Ischias .i. coxendicū morbꝰ. Podagra .i. pedū vitiū. Nephritis .i. renū vitiū. Arthritis .i. articulorum vitiū. Ophtalmia idest oculorū phlegmone: ⁊ Cephalalgia .i. capitis dolor. ⁊ Dysenteria idest intestinorū noīa. ¶ Subinde ab ipso symptomate: vt ileos .i. tenuioris intestini morbꝰ. Tinesmos idest desidendi assidua cupiditas. Spasmus idest conuulsio. Palmos idest palpitatio: ⁊ Tromos idest tremor. Paralysis idest resolutio: ⁊ Apepsia idest cruditas. Dyspnea idest difficultas spirādi: vel inordinata spiratio. Apnea idest defectus spirandi: ⁊ Agrypnia idest vigilia: ⁊ Paraphrosine id est delyrium: ⁊ coma idest sopor. ¶ Sepe ab ambobus: vt Cephalalgia: ⁊ Otalgia idest aurium dolor: ⁊ Cardialgia: idest cordis dolor. Odontalgia: idest dentium dolor. Hysteralgia: idest vteri dolor. ¶ Sepenumero a causa putata: vt Melancholia omnibꝰ: Cholere ijs qui a Cnido medicis. Hinc etiam fortassis ⁊ Leucophlegmatias hyderos: que aque intercutis est species nomen accepit. ¶ Nonnūꝗ a similitudine ad aliquid extra positum: vt Elephas siue Elephantiasis: Cancer: Polypꝰ. Staphyle idest vua. Leuce idest vitiligo alba. Myrmecia id est myrmecie: siue sessiles verruce. Atheroma idest tuber cui pulticule simile quid inest: quaꝫ Greci Atheram dicunt. Steatoma: quod seuo simile quid continet. Staphyloma idest oculi morbus: cuꝫ in summa tunica quiddaꝫ acino simile eminet. Meliceris. Anthrax idest carbunculus. Alopecia idest aree in capite. Ophiasis idest vitium serpentis formam rep̄sentans. Sycosis idest ficus. Satyriasmi ⁊ priapismi: pudendi preter naturam erectiones. ¶ Ipsorum vero morborum que nec locum affectuꝫ nomine representent: nec causam que eos effecit perpauca sunt nomina. Phlegmone: Gangrena. Scirrhos idest durities vix sentiens: Erysipelas. Apostema idest abscessus. Oedema: qui tumor est laxus citra dolorē. Empyema idest collectum in thorace pus. Vlcus ex arthrema idest luxatio. Catagma idest ossis fractura. Spasma idest conuulsum. Rhegma idest ruptum. Coloboma idest mutilum siue cuttum. Dothien idest furunculus. Ionthus idest varus. Phyma laxarum partium phlegmone. Quanꝗ horum quoqꝫ nōnulla partim locuꝫ corporis siue particulam afflictā subindicare videntur: partim a pregrauāte symptomate nominarit. Quod si quid citra huiusmodi insinuationem est nominatum: at certe differētias suas multiformes habet: veluti vlcus tametsi ipso nomine vnitatis solutionem in carnosa parte non indicet atqꝫ ita afflictam partem vna insinuet. At particulares eius differentie varie sunt nominate. Chironiū: Telephium: Cancer: Herpes: Phagedena: omniaqꝫ id genus: partim ab ijs qui primum ea sanarunt vt Chironium: partim ab ipsis qui ijsdem sunt affecti vt Telephium. Cancer autem a similitudine ad animantē. Phagedena a symptomate: similiter Herpes. Verum Phagedena vlcus omnino est: idqꝫ depascēs siue exedēs: siue quomodocūqꝫ appellasse libet. Herpes non semper vlcus est: quotiesqꝫ cum exulceratione est: non vtiqꝫ seruata veteri sede vicinas partes depascit: sed sicuti nomen ipsum indicat ritu serpentis bestie: relicto priore loco transit ad alterum. Cauum vero vlcus: ⁊ sordidum ⁊ purum ⁊ equale: ⁊ qđ ὑπερσαρκοῦν grece dicit̄: idest cuius supercrescit caro: hec magis proprias sortita sunt appellationes: non tamen similes omnes: sed equabile a propria nimirum differentia: sicuti ⁊ cauum ⁊ supercrescens. At cruentum ⁊ purum ⁊ sordidum non a proprijs differētijs: sed ab externis symptomatis sunt appellata. Ergo cum tam impar nominum impositio veteribus fuerit: multoqꝫ etiam magis cum Epinycti

da: ꝛ Acrochordona idest pensilem verrucam: ꝛ Myꝛ culopa dicant: primum quod noctu est enatū: alterū qđ summā occuppat cutē: tertiū qđ noctu visum au fert: aliaq̧ eiusmodi multa faciant: (quippe si om̄ia numerem) quod ipse fugere iussi (superuacua perse qui videar) id omni modo agendū est ei quē verita/ tis studiū tenet: vt ab ea quam nomina imaginatio nem faciunt recedens: ad ipsam rerū substantiaȝ se conferat: atq̧ hanc inspiciat: tū quot in vniuersum sint ꝛ morbi ꝛ symptomata: ꝛ proxime siue iterne ho rum cause requirat. Nos igitur id alijs cōmētarijs fecimus: quorum vnus de egritudinum numero est inscriptus autem est de morborū differentia: alter de symptomatum est differentia. Adeo vero in eo ope re causas horum vtriusq̧ seorsum explorare studui mus (dico tum morbi: tuȝ symptomatis cuiusq̧) vt ad presentem disputationem nihil amplius deside/ retur: sed preparata omnia iam siut. Itaq̧ ne legen da quidem que hic dicemus vlli suaserim priusquā in illis sit exercitatus. Quippe si quis illis taȝ nūe/ rosis theorematis neglectis huc se contulerit: nec ipe fructū percipiet: ꝛ que recte sunt tradita temere incu sabit. Ac in illis quideȝ particulatim omnia tū mor bos tum symptomata tum causas inquiro: hic duo bus adhuc adhibitis que necessaria erunt ijs q̄ me/ dendi artem exercebunt: tum me ad vsum inuentoꝝ prodendum conferam. Quenam sunt inquies duo illa que paro? Certe vnum quid inter morbum: ꝛ quod greci pathos vocant intersit indicabit. Alterū quod sine corporis elementis (ex quibus primū cō sistit) noscendis non possint morbi inueniri ostēdet. Hec igitur nos accuratissime tradere studebimus. Qui ea legent oro ne prius ad ipsam methodū me/ dendi se conferant: quam ꝛ ipsi quot in totum mor/ bi sint per se inquisierint: ꝛ que prodita a nobis sunt curiose inspexerint. Ergo ceu hec fecerint incipiam que promisi. Tres esse in corpore affectus preter na turam ostensum iaȝ est. Causas: Morbos: Sympto mata. Causas veluti redundantiam vel corruptelā. Morbos vt phlegmonem: vlcus. Symptomata vt malum colorem ꝛ gracilitateȝ. Diuersa ab his sunt que immodice a corpore excernuntur: aut que pre/ ter naturā retinentur ꝛ functionum vitia: omnia sci/ licet communi nomine symptomata dicta: ceterū nō vni generi subiecta. Quippe affectus quidam cor/ poris est vitiosus color: quod excernitur aut retine/ tur affectus non est sed affectum sequitur. Similiter actio vel lesa vel integra affectus sane non est: parti/ cule tamen vnde editur affectum necessario comita/ tur. Ac tumor quidem ꝛ phlegmone ex ijs sunt q̄ ab solute esse dicuntur. Eodē modo ꝛ redundantia san guinis ꝛ corporis pallor. Actio vero ex eorum nume ro non est: que esse absolute dicuntur: aut certe non si militer sicut iam comprehensa: siquidem nullo tem poris spatio manent eius partes: sicuti profecto nec sermonis: nec etiam motus vllius: sed horum quili bet in ipso (vt sic dicam) fieri esse suum obtinet. Cuȝ vero duplex sit motus genus: vnum in loco: aliud in qualitate: prius delatio: secunduȝ alteratio dicitur. Ac omnis quidem actio motus est actiuus. Omnis alteratio eius quod alteratur mot⁹ est passiuus. Pa titur nāq̧ quod alteratur. Ergo affectus duȝ alterā tur mouentur cum a motu cessauerint iam alterati sunt: non autem amplius alterantur. Quicquid em̄ quocūq̧ modo se habet: aliquo omnino affectu est p̄ ditum. Quod autem in constanti egreq̧ auferibili affectu est: id habitu iam quodam affectum est. Sa ne alteratur is qui nigrescit: alteratus est qui iam ob nigruit: siue (vt sit dicam) nigrefactus est. Itaq̧ al teratio generatio est qualitatis: aut affect⁹: aut quo modocūq̧ appellare velis: nec si alterationem esse de positionem vel mutationeȝ eius quod prefuit dicas id pugnet cum eo quod dixit alterationem genera tionem esse qualitatis: cum ambo in idem recidant nam ꝛ que prior in corpore qualitas fuit mutatur: ꝛ nunc noua gignitur. Quippe eius qui in solever satur candor mutatur: nigritia gignitur. Rursus ei⁹ qui igni se calefacit frigus mutatur calor fit. Quo ties vero cuiuspiam quod substantia non sit genera tionem esse dicimus: non idem eo sermone signi/ ficamus sicut cum absolute generationeȝ proferim⁹ Nam que absolute generatio nominatur: via est in substantiam. Que vero huius vel illius generatio di citur: via est in illius (vt sic loquar) entiam siue sub/ sistantiam. Verum hoc veluti extra rem sit dictū. Qđ vero propositū nobis in disputatione maxime fuit: ferme iam definitum est: nempe aliqua in generatio ne ꝛ mutatione ꝛ alteratione: ꝛ vt semel dicam i mo tu ipsam essentiam habere: aliqua in ipsius substan tie constantia. Ac sanitas quidem ꝛ morbus: ꝛ que cūq̧ symptomatum causarūq̧ affectus vel habitus sunt ex permanentium constantiūq̧ numero sunt. Actiones omnes alterationesq̧ in quacunq̧ re fue/ rint: in ipso fieri essentiam suam possident. Et cor/ pus secundum quocūq̧ mouetur: secundum ideȝ pa titur: motusq̧ eius pathos siue passio est. Sane pri sci motus omnes: etiam qui naturaliter se habēt: ni si actiui sint: pathe grece idest passiones nominant: sicuti etiam ipsos actiuos motus actiones. Eo pa cto ꝛ Plato sensuum alterationes: pathe siue passio nes appellat: cum iunioribus aliter (nescio quomo do) sit visum: vt videlicet de solo eo qui preter natu ram sit motu: id nomen vsurpent. Ac a veteribus qui dem pathos priuatim de omni extrinsecus motu di cebatur: nunc per abusum etiam affectus qui ex pas sione iam prouenere: nec amplius in motu sunt: pa/ the siue passiones appellant: non tamen diuturnio res: aut egrius auferibiles. Sed eiusmodi nomencla ture a iunioribus sunt inuecte. Diximus autem ali bi diffusius de medicinalium nominum vsu. Nec il lud nobis ad considerationem propositum nunc est sed tantum quemadmodum ipsi vtemur: claritatis gratia differere necessarium est visum. Nam aduer/ sum sanitati affectum: a quo ledi actioneȝ dicimus: morbum tantum appellamus: siue diutinus hic: siue breuis sit: siue momento duret. Ex reliquis affectibus qui preter naturam sunt eos qui hunc precedunt: causeq̧ rationem obtinent: causas tan/ tum dicimus vel pathe. Qui illum sequūtur si actio num offense sunt: ꝛ symptomata ꝛ pathe. Eodem modo ꝛ immodicas vel inanitiones vel retentio/ nes. Qui vero affectus sunt: veluti vitiosus color: su pra passionis ꝛ symptomatis appellationem: etiam affectus vel affectiones vocamus: ita nimirum vt sunt. Omnium igitur horum commune: idest qđ pre ter naturā sunt ꝛ cause ꝛ morbi ꝛ symptomata. Pro/

pria illa sunt quod morbus actioni incommodat symptoma hunc sequitur causa precedit. Ergo nec is qui morbum esse motuz preter naturam dixit intellexit quid diceret: quemadmodum in primo libro docuimus methodicorum nonnullos definiuisse adiecta ex superabundanti constantia. Nec si quis mutationem esse ab eo quod secundum naturam ad id quod preter naturam voluit quippe que non magis morbi quam cause ⁊ symptomatis definitio est: quando omnia ea affectus sunt preter naturam. Verū si breuis spatij sunt: constat acuta esse: sin egre auelluntur: diuturna. Pathus autem siue passionis appellationem de morbo dixisse veteres quemadmodum grece ⁊ arrostian idest infirmitatem: ⁊ asthениam idest imbecillitatem ostensum nobis est in ijs que de medicinalibus vocabulis scripsimus. In quibus illud quoque traditū est ipsos qui egrotant appellari ab illis grece non solum νοσοῦντας: id est egrotantes: sed etiā ἀρρωστοῦντας idest egre habētes: ⁊ ἀσθενοῦντας idest parum valentes ⁊ κάμνοντας idest laborantes.

¶ Reliquum nunc fuerit vt cuius causa hec omnia diximus in medium adducto ad aliquid eorum que proxime tractanda sunt deinceps transeamus. Id quid sit roges. Certe non aliud quam quod sepius iam dictum est. Primum ac maxime id medicos studere idq; fere proprium eorum munus esse: vt morbos adimant. Quippe simul cū hoc non modo actionis vitium statim euanescit: sed etiam reliqua omnia symptomata tolluntur. Siquidem primum ac maxime actionis ipsius que secundum naturam edatur: omnes egemus propter illam vero ⁊ sanitatis. Sed ⁊ functionis incommodum amoliri omnes cupim⁹: ob id vero etiam morbum ipsum. Ceterum non functionis vitio sed morbo ipsi id est affectui preter naturam qui actioni incommodat applicamus remedia. Quisquis igitur ex ijs que particulis naturaliter insunt ⁊ que temere accidunt: ⁊ que actionis sunt cause distinguere non potest: hunc sane credibile non est affectum ex quo primum actio leditur inuenire posse. Naz que temere corporibus accidunt etiam si milles sint alterata nocere profecto actioni non possunt quandiu a quibus orta est omnia naturam suam tuentur. Horum vero si vel vnūquodlibet sit alteratum actionem quoq; ipsam statim ledi intantuz est necesse inquantum ab eo cum secundum naturaz se haberet est adiuta. Ac mihi quidem res tota explicata iam est clareq; ostensum ijs presertim qui intelligere vera possunt fieri non posse vt omnium morborum numerum methodo quis comprehendat nisi idem omnium causarum actionis numerum corpore secundum naturam se habente nōrit. Nihil tamen ex iam dictis intellegere adhuc possunt quicumq; vel rudiores sunt ⁊ ingenio crassiore vel methodice secte nugis innutriti. Denuo igitur quod nunc generatim dictum intelligentibus est illis quoq; speciatim exponamus vnum aliquod atq; alterum veluti exempluz sermonis proponentes. Cur lingua sapores percipit nec vlla pars alia? Num propter colorē aut situm aut magnitudinem aut figuram? Quippe ea affecta nec commode sapores sentiente aut colorē eius ad naturam suam reducemus si videlicet huic actionem debet: aut iam dictorum quoduis si ab illo agendi vim accipit. Quod si propter aliud ab ijs q̇ppiam constat si illo tantumtenus ad naturalem habitum sit restituta nullo etiam reliquorū fore opus. Nam esto exempli gratia densitas exiguorum meatuum causa sit cur succi saporem dijudicet. Nunquid horum symmetriaz que in sanitate visitur tuebimur rursusq; ametriam idest a iusto modo recessum quoes laborant corrigemus? Esto (si placet) mediocris calor causa sit cur saporem intelligat. Num hic quoque manifestum est: ceteris neglectis vnam adhibendam curam vt illud seruemus a quo agendi facultatem accepit? Iam si propterea quod ita in sicco humidoq; attemperata sit idcirco sentiat: quis nō reliquis posthabitis huc tantum intendat vt neq; iusto siccior sit nec etiam humidior? Quis rursus si hoc verum est non facile prompteq; colligat duos esse vniuersos lingue morbos alterum siccum alterum humidum? Veluti rursum si per moderatum caloreз ⁊ frigus habet quod sentiat quis nō hic quoq; duos esse morbos eius intelligat caloris frigorisq; a modo recessum? Nō aliter quoq; si propter tenuiuz meatuum competentiam sensum est nacta promptum profecto hic quoq; colligere est omnino eam ex horum contrario habitu esse vitiandam duplexq; vitium fore densitudinem eiusmodi meatuum ⁊ raritudinem. Sed num etiam plura dicam quo stupidos istos inducam vt si nihil aliud illud saltem intellegant non posse quenquam nec inuenire nec demonstratione asserere morborum numerum qui non ex ijs que particulis insunt: tum que cause actionis sint: tum que temere accidunt norit? Num etiam alrerum adhuc tertiumq; exemplum adijciam? Sepe namq; multitudine exemplorum stupidorum animi veluti a somno excitantur. Age igit̄ ita hoīes interrogemus. Idcirco ne corpus calida frigida dura mollia lenia ⁊ aspera omnia deniq; tangibilia sentit quod candidum colore est aut nigrum aut rufum aut vno verbo quod talis coloris est? An propter horum nihil sed aliud q̇ppiam? Neminem enim arbitror latere quin si quid probe sentiendi munere vtetur id tantum illi tuendū custodiendumq; sit ex quo vno probe sentiendi facultatem accepit. Nam si ex eo quod candidum fuit: id dotis optinuit: eius nimiruз tuendi maxima erat habenda cura sicut nigri fugiendi. Sin contra ex eo quod nigrum fuit sentiendi vim habuit: omnes (arbitror) alios colores fugere formidareq; oportebat. Ad eundem modum ⁊ si inde adeo sentit quod flauum vel rufum est fugiendi (arbitror) alij colores sunt ceu sensuз vel penitus abolentes vel vitiantes. Preterea si eo quod durum sit sensu est preditum: si molle fiat deterius sentiet. Eq; vt si eo quod densum sit: si ad raritudinem mutetur. Iam si tenuium meatuum symmetrie acceptam sentiendi vim refert: vbi ab hac recesserit: vitiabitur. Et generaliter: vt sentiat: id tantum ipsum adsit oportet: vnde sensum optinuit: atq; id tantum corrigatur vnde sensus est lesus: cuз a natura recessit. Num igitur tertio exemplo est op⁹ an hec abunde satisfaciant? Sane prudentibus vel hec superuacue puto: vt qui vniuersale intellegere sine exemplis possint: rudibus autem ⁊ auersis ⁊ contentiosis ne si tertium quidem addam exemplum: que

quam fortasse profecero. Veruntamen quando duo iam dicta sunt: ⁊ inaniter tempus nostrum semper terunt: non fuerit alienum: unum etiamnum ijs exemplum adijcere. Proponatur itaqꝫ iam quemadmodum ventriculus male concoquens nobis sit corrigendus. Verba autem faciemus non solum cōtra methodicos sed etiam contra eos rationaliū qui non cognita ipsius actionis prima causa: quam continentem etiam nominare sunt soliti: methodo quadam ac ratione constitui posse artem putāt. Esto igitur quispiam dicat (ab ijs enim que obuiam promptaqꝫ absurditatez exhibent cepisse prestat: quo eos si fieri potest ad ea que confusa magis sunt intelligēda sensim perducamus). Esto (inquam) aliquis dicat hunc quempiam qui nunc cruditate laborat: et multos deinceps dies solo lacte est alitus: ac vētris colorem mutauit: albūqꝫ ex rubro reddidit: idcirco ventris sui functionem vitiasse. Fortasse iam rides: ⁊ iure profecto rides. Verum si scias quam sit simile ⁊ huic de coloribus citra ullam demonstrationem adhibitam quiduis pronunciare: ⁊ tibi de exiguorū meatuum symmetria: aut alio quolibet affectu: non arbitror iure ridebis. Nam aut in tete risum vertes: aut non in hunc. Nam esto impudens sit qui causaz minus probe concoquendi colori imputet: dicatqꝫ quod quoniam ex naturali colore ventriculus ruber est: nunc vero redditus est plane albus: idcirco cruditate laboret est necesse. Libens sane audiam quid tu contra hunc obijcias. Ego eīm aliam rationez nō inuenio: quam ut iubeam qui ita dicet: prius ostendat an omnino propter colorem iustam ac naturalē actionem ventriculus edat. Tu si quam aliam habes libens audiam. Sed nec habes nec habere illaz contradicendi rationem potes contra eum qui colorem cruditatis ventriculi causam esse dicit: quā exigere ut doceat quomodo ex naturali colore consecutus ut concoqueret ventriculus sit. An igitur huic qui colori cruditatis causam imputat: fides non adhibebitur anteqꝫ doceat etiam hoc nomine agere vētriculum: tu cum vel tenuium meatuum symmetrie vitio: vle aliȷ̄ cuipiā hāc ascribas: credi tibi postulabis priusqꝫ doceas quo pacto ex symmetria ī illo genere agat? At hoc nū aio (inq̄t) nec aliud q̄cq̄ esse cōcoctionis continentem causam: sed prorsus id ignorare me fateor. Atqui si ei qui colori actionis causaz tribuit: necesse est etiam eidem lesionem actionis imputet: qui vero tenuium meatuum symmetrie actionis causam dicit: etiam horum ipsorum a iusto modo recessum: eandem vitiare fateatur: tuz qui temperamento quatuor qualitatum caloris: frigoris: humoris ⁊ siccitatis: actionis causam assignat: etiam eorundem ipsorum intemperiei offensam eius ascribat: utiqꝫ et tibi necesse erit: eo quod secundum naturam est: prius presumpto: ita quod preter naturam est inquirere: aut si ipsum quod secundum naturaz est non nosti: nec quod egressum a natura est nosti. Etenim vos etiam ipsos audio contra empiricos dicere: fieri non posse ut qui id quod secundum naturam sit: non norit dignoscere id quod preter naturam sit possit. At nosco (inquit) quod secundum naturam se habet. Quero totum ne an partem eius aliquam? Atqꝫ pars ipsa quam nosti: est ne actionis ipsius causa: an ventriculo inest ociose? Nā quid demum eius nosti? situm videlicet: ⁊ magnitudinem: ⁊ contextum: ⁊ figuram? At nihil horū actio est causa. Sed nec empiricos horum quicquam latet: quippe qui ⁊ se partium dissectione: cuz occasio hāc offert: uti fatentur: ⁊ ex illa se hec intelligere: non tamen actiones usus qꝫ particularum. At noui (inquit) ⁊ actionem. Est enim circūplexus ⁊ attritio. At nisi causam eius noueris: nec morbum intellexeris. Naz si quatuor qualitatum mediocris temperies: actionis sit causa: earum intemperies omnino vitij causa erit. Tu vero reris phlegmonem: ⁊ scirrhon: ⁊ tumorem: ⁊ abscessum: aliaqꝫ que oculis usurpari possunt solos esse ventriculi morbos: quāuis ne hec ipsa quidem veluti empirici solis oculis manibus ⁊ reliquis sensibus apprehendas: sed ad ipsam essentiam eorꝫ tentas ascendere: atqꝫ hanc diligenter disquirere: videlicet non contentus ijs symptomatis que sensui apparent: que tamen symptomata empiricis definiunt ac circūscribunt suam syndromen. Sic enim ipsi appellandam censent symptomatum congeriem que in affecto sunt loco. Sed nec curationis indicationem ex apparentibus symptomatis accipis. Nō enim (autūno) preter naturam: nec an renitens nec an cum dolore: nec an ruber: sed an sit in finibus arteriarum impactio ex coincidentia consyderas ac curationem (ut ipse fateris) ad hoc referens exploras. An non ea est Erasistrati docendi ratio: ubi de febribus agit? sicuti rursus alia Dioclis: alia Praxagore: alia Asclepiadis. Itaqꝫ non a symptomatis que in phlegmones apparent loco: indicatio presidij his sumitur: sed ab ipsa substātia. Neqꝫ enim an tumor a natura egressus: neqꝫ an renitentia: neqꝫ an dolor pulsatilis: sed an ⁊ coincidentia: ⁊ impactio in finibus pulsatilium: aut obstructio in exitu venarum: aut putredo aliqua succorum: aut corpusculorum ratione contemplabilium: in laxitatibus eque ratione speculabilibus intentio sit estimant. Quare hi omnes ab affectu phlegmone laborantis partis non a symptomatis que hanc sequuntur: presidiorum indicationem sumunt. Ad eundem arbitror modum ⁊ si quis calidū: frigidū: humidū: ⁊ siccū causatur. Verū hic etiam si venter citra phlegmonem: aut ulcus: aut abscessum: aut alia id gen⁹: eo tm̄ q̄ frigidus sit: nō recte concoquat tamen remedijs nō destituit. Atqui phlegmonas scirrhos aliaqꝫ que oculis videre licet tantum esse morbos putant ridicule plane cruditates que preter hec fiunt ex imbecillitate ventris incidere dicunt: ceu affectum aliquem priuatum seiunctumqꝫ imbecillitatem esse velint: non autem in suppurantibus aut scirrho grauatis: aut phlegmone affectis: aut alia quauis ratione laborātibus inesse. Quipe omnia hec vitia: siue in ventre siue in iocinore: siue in pectore: siue in alio quouis accidant: illico partē in qua sunt ad ꝓpriā functionē edēdam imbecilliorē reddūt. Sed nec id satis illis erat ad indicāda remedia: alioqui frustra inq̄rūt affect⁹ frustraqꝫ ad ipsam morbi essentiam subeunt: tanquam non aliter detur idonei compotes esse remedij. Non igitur qui imbecillitatem vitium esse dicunt ubi nullo ex ijs que ipsi morbos definiunt affecto ventriculo: animal cruditate laborat: ij duz a nobis refellantur

expectant sed ipsi seipsos redarguunt: cum non proprium aliquod sed commune omnium dicant quodq;, nec illis ipsis iudicibus remediorum inuẽtionem indicare facile possit. Quippe illud roborare imbecillitatem nomen nuduz ac veluti meta est quo curans dirigit non curatio. Nam quid faciendo ijs qui inualidi ad actionem sunt robur vindices non dicunt. At in hoc curatio consistit. Tum nisi ventriculi affectu inuento vt remediorum sis compos fieri non potest. Quippe si refrixit calfaciẽdus est: si humentior est effectus siccandus est: si immodice incaluit refrigerandus est: si siccatus humectandus est. Atq; he quatuor simplices curationis rationes sunt. Altere quattuor composite sunt. Si frigiore ac sicciore temperamento redditus venter est calfaciendus simul humectandusq; est sin humidior ⁊ calidior iusto euasit: siccandus ac refrigeranhus est. Pari modo si calidior ac siccior est effectus tum refrigerandus tum humectandus est: sin humidior ac frigidior quam pro natura est: siccandus ac calfaciendus est. Quare octo tum ventris ipsius affectus sunt quas illi imbecillitates dicunt: tum octo medendi rationes. Nec sicut empiricis sic vlli dogmatizantium dicere licet sint he non sint nihil esse opus intellegere. Funditus nanq; logicam sectam subuertent si ignorato affectu curationis tamen facultatem abunde sibi superesse dicãt. Etenim ab vsu ipso omnes quomodo curandum sit intellegent si ab ipsius rei natura indicationem non sument. Ac emperici quidem ⁊ quod inuenire posse non putent quicquam eorum que abstrusa sunt: ⁊ qđ id etiam si inuentum sit non desyderent: (quippe obseruatas a se esse curationes in apparentibus cõcursibus) merito nec scire se an octo affect⁹ sint quibus venter imbecillus sit aiunt: ⁊ citra eiusmodi superuacuam morositatem remedijs se abundare. Qui vero ⁊ rationem se habere profitentur cuius ope etiaz abstrusa inquirant: ⁊ ipsorum inuentionem presidiorũ prestare indicationem dicunt hos quomodo non pudeat dicere: aut non nosse se an octo affectus sint: aut eos ad medendum parum se requirere? Neque enim id tantum dicere satis est non nosse se: sed refellere par est eos qui se scire affirmant ceu parum vera professos. Quo ad vero nec ipsi id faciunt alij que nõ pauci demonstrationis fide confirmant omne corpus pro certo quatuor qualitatũ tẽperamento opus suum edere: rationabilius est illis accedere: nisi forte qui nuda afferunt verba plus sibi credi postulabunt quam qui cum demonstrationum fide loquuntur. Atqui illi si non aliud saltem suadere ac docere auditorem student non cogere iubereq;. Hi totum cõtra tyrannorũ ritu iubẽt ne queram⁹ actionis causaz. Verũ nos hoc nõie Dionysiũ Phalarim ceterosq; tyrannos odio ꝑsequimur quod iubẽt imperantq; nõ suadent ac docent: sicut Solon: Draco: ⁊ Lycurgus. At inquit ego intra limites artis maneo: vos ⁊ ab ijs exceditis: ⁊ ad naturalis philosophie principia nos adducere pergitis. An igitur homo lepidissime ne hoc quidem ipsum demonstrabis: quinam videlicet medicine artis sint limites: queq; nouisse expedit ei qui ratione remediorum inuentionem molietur: sed terrifico vultu tuo reddere attonitos putas? Audio quidem ⁊ te illud dicẽtem non oportere actionis inquiri causam. Audio ⁊ empiricos dicere: nec actiones ipsas esse consyderandas. Audio non minus illum qui dicit non tantum has esse estimãdas sed etiam causas vnde nascantur querendas. Num igitur ex eo esse me iniquorum iudicum numero iubes: qui priusquam omnes qui inter se dissideãt audierint: vni ferunt suffragium? An primum que vestrum quisq; dicat: seorsuz audire vis: dein conferre atq; perpendere quis tum sibi: tum apparentibus consentiat: quis rursus nec secum: nec cum ijs que apparent? At qui si ita faciam. Empiricos audiam etsi que dicunt stabiliter non demonstrent: saltem ea lenire conantes. Vos ne id quidem facitis. Nam sane libenter audierim quis vestrum vel lenimen aliquod vel demonstrationem aliquam afferre sit conatus cur actionis causam inquiri non expediat. Que enim a me methodos supra est posita: inquirandam esse demonstrauit. Vos quod inquirenda non sit: nec demonstrationem vllam: nec rationem vllam probabilem afferre conamini: sed tantum elato supercilio tetrice nos obiurgatis abscedere a summa physiologia iubentes: nec sic querere hominis naturã intellegere vt philosophi faciunt: qui ad prima vsq; elemẽta ratione ascendunt. Illud quoq; vobis vel dixisse tantum satis videtur: nempe arteriam ⁊ venã: ⁊ neruum principia continentia: ⁊ veluti elementa eius physiologie que de homine instituitur ponenda esse. In quo quidam Herophilum laudauit: quod ita ad verbuz dixit. Esto hec prima esse tametsi prima non sint: sed qui ad demonstrationem prouocat: ac hypotheses istorum qui sic opinantur: pugnare secum ostendit: hunc aduersamini ac fugitis prorsusq; nõ auditis: ⁊ contẽnere simulatis ibiq; rationem fastiditis: ijdem scilicet qui contra empiricos rationem demonstrationemq; extollitis. Nam quod secum dissident rationes omnium qui vel ex dimidio dogmatizant: etiam ijs qui tenuiter in demonstrandi methodo sunt exercitati: facile perspicere licet. Cum em̄ phlegmone venter laborat: atq; inde adeo cõcoquere non valet: quenam phlegmones causa sit querendum censent: atq; inde presidiorum copiam cõiectãt spreta empiricorum inuentione. Cũ vero citra phlegmonem: aliudve id genus vitium solius intemperantie culpa concoquere non valet: hic rursus auxiliorum facultatem ab experientia petunt. At qui hec secum non conueniunt: cum empiricorum opinio sibi constet: preterea demonstret efficiatq; quod volunt ex ijs que vos ipsi non efficiamini lemmatis. Quippe si fieri vllo modo potest vt ex ijs que apparẽt symptomatis curandi ratio coniectetur ignorato affectu vtiq; non hic possibile in alio fuerit parum possibile in alio fuerit parum possibile: sed eque in omnibus possibile erit. Ergo ne hoc quidem loco rationem vllam afferre poteritis quo minus vbi affectum explorare nequitis: experiẽtia ipsa satis sit ad remediorũ inuentionem. Omnia igitur tyrannorum ritu imperatis. Vti vero demonstratione nec ipsi vultis (prestat enim ita fortasse dicere quam non posse vos) nec ijs qui vti tum volunt: tum possunt acceditis. Itaq; quid aliud sunt disceptationes vestre quam lites: ⁊ contẽtio: ⁊ prouocatio ad conuitia ⁊ pugnas: cuiusmodi preceptorũ vestrorum quidam perpetuo exer

cuit: aut irridens si quis calidi vel frigidi mentionē faceret tanquam balneatoribus magis quam medicis ea nomina conuenirent: aut vehementer increpans quasi longissime a medēdi arte digressum: aut Erasistrati credendum sibi censentis authoritatem obijciens. Veruz hec vt primo auditu oblectabant: ita cum secūdo ⁊ tertio audiui molestia sane fuerunt ceu scurris quam medicis magis congrua. Si enim authoritas eorum qui vltra non esse procedendum iubent legitimus testis esse ad demonstrationem putabitur: omnia mere nuge erunt: nec finis in disputatione vllus: nisi qui nunc visitur: inimicitia: pugna: conuitium. Quippe qui a logicis demonstrationibus digressi credi quippiam cēsent: propterea quod Herophilus aut Erasistratus ita iussit: hos necesse esse omnis generis conuitia pugnasqꝫ sequi admirāda scilicet disputationem que nunc habentur premia. Fingamus enim alius dicat huic qui commode non concoquat ventrem in sicco ⁊ frigido intemperiem contraxisse: proindeqꝫ humectandum ac calfaciendum esse: alius quod naturalis eius mutatus ad frigidius ⁊ humidius sit: calidum siccumqꝫ victum adhibendum suadeat: tertius autem quispiam accedens quod que comprehensa sunt: non recte sint dicta: id ne tentet quidem ostendere: sed tantum eos qui dixerint obiurget: quasi superflua scrutentur: ⁊ testes adhibeat Erisistratum vel Herophilum. Nonne (vt dixi) dissidij hinc mutuiqꝫ conuitij initium excitabitur? quippe illos contra necesse est Atheneum: ⁊ Mnesitheuz: ⁊ Dioclem: ⁊ Plistonicū: ⁊ Hippocratem: ⁊ Philistionem: ⁊ sexcentos alios tales opponere testes. Si enim testibus decisa lis erit: non modico hi vincent. Nam quod tum insalubris intemperamenti plures sint species: tum cuiusqꝫ earum diuersa curatio: vbi non Hippocratis modo: ⁊ plurium aliorum medicorum: sed etiam Platonis: Aristotelis: Theophrastri: zenonis: Chrysippi ⁊ omnium illustrium philosophorum testimonio comprobarint: vtiqꝫ ⁊ quod citra naturam corporis exacte inuentam fieri nequeat: vt vel de morborum differentia quicquam inuenias: vel auxiliorum conuenientiuz copie sis compos: ijsdem ipsis tum philosophis tum medicis confirmabunt: his que non tyrannorum ritu: sicut isti: iubentibus: sed euidenti ratione probantibus. Contra hec igitur: qui calidum ⁊ frigidum: balneatorum: non medicorum dicunt esse vocabula: dicterijs videlicet vtentur: ⁊ risus mouebūt moriones: phrygas: aut scholasticos narrātes. Quippe conscij sibi sunt non modo nihil demonstratione confirmatum scire: sed nec quid demonstratio sit intellegere. Ergo ex his dicterijs necesse est oriatꝛ dissidi initium. Ut enim primium omniū memorem que nugantes sine demonstratione dicere non dubitant: consydera quo pacto necesse sit ex eo pugnam subsequi. Nam vbi contra dicta eorum nuda: ⁊ demonstrationis expertia: ac contra testes ipsos quibus credendum censent: alij tum celebriores: tum longe plures testes opponunt: necesse est vel cedere: vinciqꝫ vtroqꝫ: ⁊ quod demoustrare recusarunt: ⁊ quod numero testium sint impares: vel perfricta fronte Erasistratuz omnibus illis testibus dicere maioris esse fidei. Siquidē hic necessarium est alteruz negare esse maioris fidei aut Hippocrate ⁊ Mnesitheo medicis: aut Aristotele ⁊ Platone philosophis: alterum esse maioris fidei instare: deinde varie vltro citro tam immodesta contentiosaque contradictione iactata: alterum eorum impelli: vt dicat non esse: alterum bene sane: si tu Erasistratum in ordinem rediges. Hec enim quotidie fieri in medicorum disputationibus o Hiero vides. Ea vero semel data porta omnia iam mulierculrum verba ingeruntur: ⁊ quum mutuis se maledictis asperserint: inutiliter amisso tempore discedunt. Atque hanc turpitudinem non est quod dicat aliquis non esse ab ijs qui demonstrationem fugiunt: inceptam. Fugiunt autem multifariam vt scis: alij cum grauitate tantum increpantes: alij scurrile aliquid commenti: alij in risum sanasqꝫ disceptatione abrepta. Quod si quis sermoni stare demonstrationesqꝫ audire audet: primum quidem omnino non intellegit: (neqꝫ enim potest qui demonstratiue methodi sit imperitus: eos qui ipsa vtuntur intellegere) deinde si aliquatenus intellegit: at quod dogma suum in quo est innutritus: propugnare omnino decreuit: contra tendere agressus: dein deprehensus que nec rite cludant nec colligant tum vana nugaciaqꝫ dicere irascitur: ⁊ deuouet dialecticos: ceu malorum causas: quod videlicet pituitam a naribus ipsorum detergent: ipsisqꝫ mederi conantur: adhibitis scilicet non melle ⁊ placentis: sed allio ⁊ cepis: que etiam pituita: tentatos gallinaceos sanare solent. Quippe millies affuisti ijs cum a diuerse cludentibus argumentis non aliter quam ab ipso allio: ⁊ cepis cogerentur lachrymari. Nec te profecto latet: multos sepe nobis priuatim fassos: sentire iam se suam sectam quam sit absurda: nec tamen hanc posse publice mutare: cum alioqui: nec alias nossent vnde haberentur in precio: ⁊ iam vulgo propter hec ⁊ noti ⁊ in precio forent. Itaqꝫ ob hec ipse quoque distuli commentarios de medendi methodo scribere pro comperto plane habens paucissimos huius tempestatis ab ijs adiutum iri. Etenim nisi magna quepiam miraqꝫ mutatio humanarum rerum fiat actum de bonis studijs est: vtpote confusis ac corruptis nemine veritatem ipsam: sed tantum scientie famam querente. Optime enim profecto scis: ne quinqꝫ quidem vsquam inuenisse nos: qui esse potius quā videri docti cuperent. At qui nisi quis sapientiam ipsam propter seipsam expectat: ne tempus quidem vllum inueniet quo se in logica methodo exerceat: immo diuitijs: ⁊ fame: ⁊ potentie ciuili inhians in horum ambitu vitam omnem consumet. Ergo dimissis his rursus ad propositum redeamus. Est autem ab initio propositum illud: qui omnem morborum numerum methodo non inuenerit hunc maxime in ipsis medendi methodi foribus lapsurum cum constet totidem esse medendi rationes quot sint morborum idee. Ergo sic in enumerandis morbis egisse: vt talibus neqꝫ priuatis proprie attentus infinitos statuat: nec in primis statim generibus subsistat: id in promptu cuiqꝫ non est: sed ei tantum: sicut antea dictum est: qui in diuidendi metho-

dis sit exercitatissimus. Principium vero diuisionis eorū est sic: vt etiam alibi diximus: vt essentie ratio rei diuidende: constituatur. Igitur illud monstratū nobis est morbum omnino vnū ex ijs esse que preter nām sint. Hec aūt quatuor cū sint: actio offensa: affectus: vñ actio ꝓuenit: affectus ipsi⁹ causa: ⁊ que hūc subsequunt̃ symptomata: siue functionē ipsam vitiatam: siue vnde hec prouenit affectum: morbum nominare velis: nihil id medendi methodum immutare ostensum est: modo vnum illud intellegatur: primā ipsam curationem: quam etiam nonnulli continentem appellant: affectus esse qui actioni incummodat Porro ostensum a nobis diximus: rationabili⁹ hunc morbum appellari: non tamen vetare nos quin si cui id cordi sit: actionis noxam morbum nominet: affectum qui hanc creet: morbi causam. Presumpto igitur quod morbus vocetur affectus is preter naturā qui functioni officiat: inquisiuimus deinceps quot in vniuersum morbi essent. Ubi clarum obiter fecimus: si quis via ordineq; ꝓcessurus sit: nec (sicut vulgus medicorum facit) tyranni ritu imperatur⁹: huic inueniendum esse affectum illum qui functionis effectrix sit causa. Hunc sane nos temperamentum diximus esse, calidi: frigidi: humidi: ac sicci. Proindeq; primum morbum in similaribus esse ex horū intemperie ostendimus. Alius quispiam corpusculorum ⁊ meatuum symmetriam statuet: eoq; ex indebito meatuum ipsorum modo egrotare animantes. Ceterum si, quis nec ipse actionis causam: in quonam sit entiū genere audebit statuere: nec ijs qui statuunt contradicet: ac nihilo secius tamen ratiōe methodoq; se procedere arbitrabitur: hunc egregie improbum esse diximus: vt qui nec tutum se ab empiricorum accusatione facere possit: ⁊ secū plane pugnet. Quippe eiusmodi homines ex dimidio logicos esse: qui qua ratione phlegmone: scirrhos: tumor: ⁊ alia id genus fiant: multo labore disquirunt. Ledi autem etiā citra hec omnia ex sola intemperie actionem: non intellegunt: sed empirice talia curant. Quisquis igitur quantum hi aberrent scire volet: tum quot morbos transiliant: quantoq; plures ignorent quam norint: libros nostros de morborum differentijs perlegat. Intelleget enim Hippocratem primum omnium recta instituisse via. Que cum a posteris absoluenda fuerat: non modo nemo eorum absoluit: sed pleriq; etiam que probe fuere inuenta: corruperunt. Proxime autem vt viam que incboata ab eo perficerent absoluerentq;: Aristoteles ⁊ Theophrastus accesserunt: ⁊ si fateri verum oportet: potestate absoluerunt: cum cōstituerint: aliō esse in corporibus similaribus morbi genus: aliud in ijs que instrumentalia dicantur. Quippe a similaribus functiones edi: eoq; esse cuiusq; instrumenti vnam tantum similarem. Reliqua vero que cum hac quoduis instrumentum perficiunt: ea vsus alicuius gratia facta esse: illius quod prima erat actionis causa. Sed ⁊ horū tamen rursus cuiusq; esse per se actionem: veluti in oculis. Satius enim fortassis sit: que in alijs diffuse ostendimus: strictim hic commemoremus: ipsum visus instrumentum est crystallinus humor: relique oculi partes: eius causa sunt facte. Quarum omnium vsus narrauimus in decimo operis de partium vtilitate libro. Ceterum quanquam crystallini maxime causa omnia sunt facta: singula tamen eorum aliquam seorsum actionem sunt nacta: ac vena quidem: ⁊ arteria: ⁊ neruus toti animanti communem. Membranule oculi omnes cum sint nutrimenti participes: omnino naturalibus facultatibus sunt predite: ac perinde etiam functionibus que ab his proficiscuntur. Quotiens igitur crystallinus humor ex intemperie laborat: omnino leditur oculorum functio: ceterum non est eorum: vt organa sunt: morbus. At quod hypochyma vocant: nullius similarium est morbus: sed oculi totius: vt instrumenti. Ad eundem modum si in finibus venarum que in cauo iocinoris habentur: obstructio ex lentis aut crassis succis subsit: digestio quidem in corpus per has morabitur egritudo tamen totius iocinoris: ceu instrumenti censebitur: nulla similarium eius partium egrotante. Quod si intemperies venas eius infestauerit: ipsarum quidem illarum morbus primum erit: ex accidē te vero etiam iocinoris. Ac Erasistratus quidem in phlegmones substantia tradenda est lapsus: cum nec in particulis que, phlegmone laborant in finibus pulsatilium: impactio necessario cernatur: nec arterie spiritum tantum cum in naturali habitu sunt: cōtineant: veluti in tractatione de his ostendimus. Si igitur phlegmone eius generis morbus sit cuius autumat: ⁊ scirrhos eius generis cuius ille opinatur: et reliquorum singuli: sicut ipse obscure: ⁊ multis: sequaces eius clarius explicare conantur: vtiq; solidas ipsas partes liberas propemodum a morbis relinquit nisi quatenus vlcerari: collidi: incidiq; valeant: atq; id genus aliud quippiam pati. Laborare vero eas se totis eiusmodi morbis: quales nos octo intemperantias ostendimus: id nusquam dicit. Atqui corpora vniuersa etiam que difficillime afficiuntur: veluti es: lapis: ferrum: saltem calfieri: frigefieri: siccari: humescereq; cernuntur: vt vtiq; mirum sit: si tantum arteria: ⁊ vena: ⁊ neruus: nihil eiusmodi sentient. Atq; hoc etiam magis mirum: si patientur quidem: functionem tamen legitimam edent: veluti (si ita fors tulit) in corde facultas quedam est (vt ipse quoq; Erasistratus confirmat) qua laxatur ⁊ cōtrahitur. Hanc autem ledi profecto oportet si viuenti animali cor sit exemptum: quemadmodum sepe factū in sacrificijs videmus. Quippe si non leditur: perpetuo mouebitur: nec tantum ad tempus, aliquod: vt nunc cernitur. Manifestum est igitur lesam esse: proindeq; mouere desinere. Illud igitur consideratu non inutile erat: cum potest saltem facultas ea ledi etiam antequam cor sit exemptum: quenam sit eius lesio: quenam alia preter intemperiem. Nam neq; figura eius mutata ap paret: nec cauitas: nec ligamentum: nec osculum: nec alia vlla pars perdita: sed tantum naturalis temperies mutata. Ergo omnes hi similarium partium morbi omnino vt dictum est: ab illo sunt omissi. Siquidem vbi sanguis in finibus arteriarum impactus actionem vitiat: id arterias ipsas quatenus instrumenta sunt: male habet. Ut vero similares particule sunt: octo quidem secundum nudas qualitates intemperies habent: octoq; rursus cū fluxione. Oportet igitur: quisquis horum cū certa scientia demōstrationes cepisse velit: a libro de elemētis incipiat: post deinde reliquos sigillatim (vt

dictum est)relegat.Sunt vero proximi huic cōmen/
tarij de temperamentis.Ab ijs proximus est qui de
inequali intemperie inscribitur.Mox q̄ de naturali
bus facultatibus.Alijqꝫ qui de anime affectib⁹ sunt
pditi:id que de vnoquoqꝫ deinceps:⁊ seorsuz. Hos
excipiūt qui de particularū vsu sunt inscripti.Quos
sequuntur qui de morborum symptomatūque diffe
rētijs titulum habent.Pleriqꝫ vero medicorum nec
tantum experientie applicantes animū(cum tamen
liceret ex empiricorum institutione bonis esse medi/
cis)⁊ perfectioris rationis cupidi:cum aut ijs que
citra demonstrationem sunt enunciata credant: aut
vitiosis demonstrationibus fallantur:non solum ni/
hil excogitant boni:sed etiam que per experientiam
sunt cognita:corrumpunt.Siquidem ratio non leue
momentum optinet ad experientiam vel ornandam
vel corrumpendam:sed quantum recta ratio ornādo
adijcit:tantum:vel etiam amplius:vitiosa detrahit.
Atqꝫ hec me sepe medicorum vulgo predicantem au
dis:qui priusqꝫ in methodis logicis se exercuerint:
vel cum demonstrare aliquid tentant:seipsos fallunt
vel cū diuidere quiduis in species ac differentias:hic
quoqꝫ imperitorū coquorum ritu nō per membra in
cidunt:sed conterunt:collidunt:ac dilaniāt:veluti in
eo quod nunc est propositū.Consulo igitur(vt scis)
talibus omnibus:experientie animum intendant:cū
nō leue instet periculum ijs qui supra vires aliquid
moliuntur:ne ⁊ id non consequantur:⁊ que intellige/
re alias possent:omnino amittant.Ergo cum ijs qui
tum recto sunt ingenio:tuz discere parati:ipsi rursus
sermonem conferamus:illud tantum ex ijs que inter
initia diximus:commonentes:non esse committendū
vt vtraqꝫ simul confundantur misceanturqꝫ:⁊ q̄ per
experientiam sunt inuenta:⁊ que sola ratiōe sunt in
uestigata:sed cum vtrumqꝫ seorsum sit tractatū:post
ambo coniungantur.Ergo cum ipsi de experimenta
li inuentione alibi egerimus:de logica in his commē
tarijs differere proposuimus.Ac mihi videor ijs pre
sertim qui commentarios nostros de morborum sym
ptomatumqꝫ differentijs perlegerunt:cum quib⁹ sci
licet mihi deinceps sermo erit:iam clare ostēdisse ma
xime in ipsis statim foribus lapsum Thessalum esse.
Lapsus enim non leui lapsu ⁊ Asclepiades erat:vbi
inter initia de elementis corporis male sensit.Cete/
rum multo ⁊ maiore ⁊ grauiore Thessalus:quippe q̄
omnes in victus ratione morbos in duos similiter il/
li contulit affectus.Multos vero medicinalium sco/
porum ademit:quibus ille est vsus.Pessimum autez
grauissimumqꝫ illud admisit:quod nec ipsas actio/
num noxas:nec affectus qui earum cause sunt:mor/
bos censet:sed solis vacuationibus vel statis vel pre
cipitatis intentos esse vult.Accedit quod nec quid sit
plus iusto fisti precipitariue vacuationem: clare do/
cet.Quippe vel ad vires:vel ad causam:vel ad affe/
ctum:vel ad id quod per sanitatem semper est obser/
uatum:referri iudicium oportet.Ex quo factum ar/
bitror vt pugna inter eius sequaces non parua sit
orta:vt qui tum de reliquis omnibus inter se dissi/
deant:tum de eorum que pathe vocant:⁊ notione et
subsistentia.Uerum si nunc de pugna eoruz historiā
moueam:deflectam ad inutilia sermonem. Omnem
igitur deinceps sermonem faciam ceu cum illis agaz
qui commentarios de morborum ac symptomatum
differentijs:preterea de causis eorum relegerint: ad
hec:qui ea omnia quorum pauloante memini reuol/
uerint atqꝫ hinc ordiar. Quoniam actiones omnes
a similaribus corporibus proficisci ostendimus:reli
quas vero omnes singulorum instrumentorū parti/
culas:vsum quempiā ipsis prebere:duplex sane mor
borum genus erit:alterum in partibus similaribus:
alterum in totis organis.In similaribus intemperā
tie:in totis organis vnum in figura spectatur: aliud
in particularum numero:aliud in cuiusqꝫ quantita/
te obseruatur:quartum in positura.Utrarumqꝫ vero
partium:id est similarium instrumentaliumqꝫ: com/
munis est ipsa vnitatis diuisio. Ergo sex in vniuer/
sum morborum sunt genera.Unum ipsorum simila/
rium proprium:nempe intemperies quatuor:vt mo/
do dictum est:instrumentorum cuiusqꝫ:⁊cum his sex
tum:quod tum similaribus tum instrumētalibus est
commune:ipsius vnitatis solutio.Horuz cuiusqꝫ dif
ferentie ad vltimas vsqꝫ species in libro de morborū
differentia sunt tradite.¶ His sic se habentibus:iaz
de medendi indicationibus est dicendum:sed hoc ip/
so indicationis vocabulo prius exposito.Quippe ip
sam sequentis siue agendi insinuationem:indicatio/
nem dicimus.Nam inuenitur quidem ⁊ ab ipsa expe
rientia id quod consequens faciendumve sit:ceterum
non ita quasi in precedenti aliquo designatum:pro/
indeqꝫ nemo empiricoruz dicit hoc isto indicari:quā
ꝙ certe sequi hoc illud dicunt:⁊ precedere hoc illud:
⁊ consistere hoc cum illo.Deniqꝫ omnem artem horū
obseruationem memoriamqꝫ esse dicunt:nempe quid
cum quo:⁊ quid a quo:⁊ quid post quid identidem
sit visum.Ergo ex ipsa rei natura ordiri:atqꝫ ab ipa
quod sequens sit:citra experientiam inuenire : id est
indicatione inuenire.Definito iam hoc quoqꝫ:ac rur
sus quod ante diximus:ad memoriam reuocato: om
nem medendi methodum seiunctam ab experientia
procedere:nec recte facere eos qui ambas doctrinas
empiricam logicamqꝫ in vnum cogunt atqꝫ confun/
dunt:que reliqua sunt prosequamur . Fuerit autem
omnium que reliqua sunt ordine primum:quod pro
posita iam proxime sequitur . Sequitur autem pri/
mum ac maxime illud:quod omnis medendi metho/
dus per indicationem fit.Quippe quantum ab expe
rientia seiunctum est:id totum indicatio nominatur.
Quare quisquis condere medendi methoduz ad vn
guem parat:huic a primis est indicationibus auspi
candum:atqꝫ hinc ad eas que deinceps sunt transeū
dum:rursusqꝫ ab his ad proximas. Itaqꝫ pergenti:
non prius desistēdum quam ipsius compos sit finis.
Porro finis proposite nunc nobis tractationis est:
inuenire cuiusqꝫ morbi remedia . Quodnam igitur
vie que huc perducit statuetur principium ? Nempe
morbi ipsius cognitio:qualis scilicet is natura sit:vt
prius est ostensum.Quippe si id quod curatur is est:
ratio profecto est ab ipso quoqꝫ indicationes esse in/
cipiendas.Ergo primum que generalis communis
que morborum omnium indicatio sit:inuestiganduz
est:ab hac deinde ad alias speciatim descenenduz.
Quippe necesse est omnes morbos vnius eiusdem
que participatione morbos appellari: veluti arbi/
tror et hominem : et bouem : et canem : et reliquo/
rum singula . ¶ Unum namque idemque in omni/
bus hominibus habetur cuius gratia omnes candē

appellationē hominis sortimur. Pari modo canibꝰ
vnū idemqꝫ oibꝰ inest cui cogitatiōe innitimur cū ca
nem intellegere volumꝰ. Similiterqꝫ in oībus equis
vnū idemqꝫ inest propter quod omnes equi dicunt̄.
In homonymis aūt hoc clarius perspicere licet. Nā
oībus quadrupedibꝰ aīalibꝰ que latrant: vnū idēqꝫ
inest vtiqꝫ quod ⁊ quadrupedia sūt ⁊ latrabilia. At a
marinis illis rapacibus beluis quas ipsas quoqꝫ
canes appellamus: vnū rursus idemqꝫ inest qꝺ ter-
restribus nō est: ita vt his cum illis in canuʒ natura
nulla sit nisi tantū nominis conuenientia. At homi-
nis cū homine veluti Socratis cū Alcibiade nō no-
minis modo verū etiam eorū que ijs insunt societas
est. Nā ⁊ animalia ⁊ bipedes ⁊ pedestres ⁊ rationa-
les ⁊ mortales sunt. In plenūqꝫ nihil vlli singularium
hominū qua homo est inesse deprehendas qꝺ nō et
reliquis insit. Ceterū terrestribus canibus ab ijs q̇
sunt marini multa insunt diuersa: seu corporis spe-
cies formā seu animi mores. Quippe ille cicur est ho
minisqꝫ amans: hic insidiator ⁊ ferus. ille terrestris:
hic marinꝰ. ille quadrupes; hic nō. Rursus ille latra
bilis: hic ad latrandū minime habilis. At nō terre-
strium canū hic latrabilis est ille nō: nec rursus hic
quadrupes alter nō quadrupes: sed oībus ipsis vna
forma inest qua canes nominant̄. Nec ꝟo substātijs
modo id inesse videt̄: verūetiam ipsis accidentibus:
vel vt affectus sunt: vel vt actiones vel vt passiones.
Verbi gratia homo inambulās ab homine inambu-
lante nihil differt ſm ipaʒ inābulationē: sʒ nec vstus
ab vsto: nec cesus a ceso: nec albus ab albo: nec niger
a nigro. Verū in maioris minorisqꝫ ratione singuli
horū nō paruā optinēt differentiā veluti magis mi-
nus ve albus. Verum quatenus albꝰ vnū idēqꝫ cū al
tero albo possidet: ita nimirū vt qua homo ē vnū idē
qꝫ cū alio quolibet homine. Et in singulis deniqꝫ si-
gnificatorū vnū idē vbiqꝫ inest. Ita igit̄ ⁊ ipsuʒ egro
tare ⁊ valere se habēt. illud eñ egrotantibus omni-
bus inest hoc valentibus: vtiqꝫ vnū idemqꝫ vtrūqꝫ.
Et veluti nomine hominis vnū ita etiā nomine sa-
nitatis vnū significat̄. Declarat aūt ⁊ quotidianus
inter nos sermo qꝺ in q̇bꝰ homonymia nō est in his
vnū est qꝺ significat̄. Si eñ dicat quispiā vulneratū
sibi esse lapide caput nemini nō dilucidus sermo est:
aut ambiguus: sicut est cū dicit̄ deuoratū esse a cane
Coriscū. Siquidē a quo cane statiʒ rogabit auditor:
ꝓpterea videlicet qꝺ duo sunt canū genera: terrestre
alterum: alterum marinum. At nō quo lapide aut qꝺ
caput rogabit: cū ⁊ oīs lapidis qua lapis ē vna spe-
cies sit ⁊ oīs capitis qua caput. Canis ꝟo vt canis:
sane nō vna: sicut nec ligule qua lingula: qñ ⁊ tibie ⁊
calceamēti pars lingula est. Ac si quē audias mini-
stro iubentē vt lingulā afferat incertū est quā lingulā
dicat. Sin ventrē aut vesicā aut iecur afferre iubeat:
nō itē. Ergo singulis significatis vna subiecta res ē:
non tamen cuiqꝫ voci vna res subijcitur. Interdum
eñ tantūmodo significatur per vocē: nec quicquā su
bijcitur. Verū de his que ita dicuntur disserere pre-
sentis propositi non est. Quibus aūt non tantū signi
ficatur aliq̇d sʒ etiā res aliqua subiecta est his quot-
quot significata fuerint totidem sunt ⁊ reruʒ idee. Ac
vocis quidē vnū significātis vna necessario erit ⁊ rei
species: numero tamen plures has esse licet: sicuti A.
Eoqꝫ septem esse vocales dicimus elementa Grecoꝝ
idiomate quatuor ⁊ viginti ad communem videlicet
omniū speciē que vna est referentes non ad particu
lares q̄ chartis lignis mēbranis ⁊ lapidibꝰ sunt scri
pte quarū maximus numerus est nec potis numera
ri peneqꝫ in infinitū extēsus. nā possunt in toto tpis
spatio infinita scribi tū A. tū B. tū C. eodē modo ⁊
reliquarū literarū singule. Verū ea in vniuersuʒ qua
tuor esse ⁊ viginti numero dicimus: nō particulares
intelligētes sed tantū species q̇bus (vt arbitror) ipsa
nomina indicimus. Quippe nō hoc qꝺ in charta scri
bitur A dicitur: illud quod in ligno pingit̄ A nō di-
citur: imo tū hoc tū illud: idqꝫ siue describas in terra
siue in lapide: siue scalpas: siue coloribꝰ pingas. Sʒ
nec pueros docet quispiaʒ multa A. ⁊ B. ⁊ C. ⁊ reli-
quorū singula: imo q̇dqꝫ horū vnū simul aūt oīa vi-
gintiquatuor. Simili genere si equū vnū puero indi
ces aut camelū: vbi aliū rursus equū aut camelū a-
spexit nō rogat qꝺ animal id sit: sed illū equū hūc ca-
melū nominat atqꝫ illū quē prius cū hoc quē nūc cer
nit eundē esse dicit quāuis fortassis alter mortuꝰ iā
sit: alter (hic videlicet quē cernit) supersit. Iā vinū ho
mines heri hodieqꝫ idē bibisse se dicunt: nēpe specie
idē. Interim tria se vina hodie bibisse narrant aut
etiā vnū ad speciē vbiqꝫ respiciētes. Preterea quinde
nas fores vno sigillo obsignatas ad speciē scilicet in
oībus sermonē referētes. Adeoqꝫ est euidēs ac oībus
natura īsitū tū hominibꝰ tū brutis vt aliud q̇d ceu ī
substātia subiectū aliud seu specie vnū intellegāt: vt
vel asinorū (q̇ tñ oīum brutorū stupidissimi vident̄)
aliud esse specie vnū aliud numero notitiā nō fugiat
Cōspecta nāqꝫ camelo asinus se retrahit ⁊ fugit ac
timet si nunqꝫ ante camelū cōspexit: sin aūt videre iā
assueuit qūuis aliā aliāqꝫ illi demōstres tñ ꝓpter cō-
suetudinē nū amplius timet: sʒ veluti vnā speciēʒ in
tuetur ⁊ illā cui insueuit ⁊ hāc q̄ nunc primū appa-
ret. Ad eundē modū nec homines timet ꝓpter cōsue
tudinem: sʒ hos quoqꝫ velut vnā speciē videt. Verū
si curatorē inspexit: nō solū vt hominē sed etiā vt hūc
hominē agnoscit ⁊ micat auribus ⁊ caudā quatit ⁊
rudit ⁊ lasciuit cū eū aspexit vtiqꝫ indicās se familia
rem agnoscere. Hūc itaqꝫ tū vt hominē tū vt familia
rem agnoscere. Hunc itaqꝫ tū vt hominē tū vt fami-
liarem noscit. Eū aūt quē primū iam videt vt homi-
nem similiter vt familiarē nō similiter. Quare nō nos
modo verum asini quoqꝫ iam aliud vt numero idem
tum vident tum etiaʒ noscunt ac meminerunt: aliud
vt specie. Ac Dionem curatorem (esto enim ita voce-
tur) aliter vt hominem aliter plane vt curatorem suū
agnoscūt vernaculi asini vtiqꝫ cōmunē eius cū alijs
hominibus speciem vt hominis capientes: priuatā
vero ac secretam vt Dionis tatum. Ergo tantū abest
vt veteres philosophos laudem tanquā amplū ali-
quid magneqꝫ subtilitatis inuenerint quod idem ac
diuersum vnū ac non vnū nō solum numero sed etiā
specie sit inaudiēdū: vt etiam ipsis asinis hoc inesse
natura dicam. Sane adijciunt veteres philosophi nō
tantum numero ac specie aliquid idem dici verum
etiam genere. Verum id iam ad rem propositam nō
desidero. Mihi eñ vnicū illud satisfacit quod ipsis
asinis stupidiores ostendi qui non concedunt aliud
spē vnū: aliud numero dici magisqꝫ his etiā q̇ vnū
esse phreniticū ⁊ vnū empiricū: vnū tñ esse hominē
non cōcedūt: aut qui non intelligūt specie quidē vnū
esse hominem numero nō vnum: nec Socratem vnū
esse tum specie: tum numero. Phreniticuʒ aūt specie

esse vnū:multitudine nō vnum:cum fieri nō possit vt
Dion:Socrates: Theō ⁊ Corisc⁹:pariter si ita fors
tulit:phreniti laborātes cū quatuor sunt: vnus mul
titudine sint:sed specie vnus:multitndine nō vnus.
Absurdius aūt multo est quod empirici dicunt:cum
vnū esse empiricum dicūt: deinde rogati quomodo
vnū dicant eum qui viuit cum eo qui mortuus est:⁊
eum qui est in Grecia:cum eo qui est in Egypto:mi
rificū respōsum afferūt. Quatenus (inquiunt) Em/
piricus est:hactenus etiā vnus est. Hoc enim extre/
me stupiditatis est:si adiectis illis quatenus ⁊ hacte
nus:nec que ipsimet loquuntur intelligant. Si enim
hacten⁹ Serapion ⁊ Menodot⁹ vnus sunt ꝗ empy/
rici sunt:ꝑfecto in alijs vnus non erunt: quando si
omnifariā vnus essent superuacue (arbitror) ac fru/
stra adita essent illa quatenus ⁊ hactenus:cū prom=
ptum esset dicere vnum esse Serapionē ⁊ Menodo
tum:ita nimirum vt si de ipso tantū Menodoto lo/
quens adiectione nō egeres:sed absoluto sermone di
ceres:Menodotus est vnus. Ergo si vnus absoluto
sermone est Menodotus:Serapion aūt ⁊ Menodo
tus nō absoluto sermone vnus:sed quatenus empi/
rici:omnino profecto ipsis alia queptam inerūt qui
bus duo sunt:⁊ nō vn⁹ ambo. Efficiturqꝫ hoc illud
quod antiqui philosophi dixerunt:aliud numero et
idem ⁊ vnū esse:aliud specie:nec esse mirū si Meno/
dotus Serapioni in aliquo idem sit atqꝫ vnus in ali
quo non idē neqꝫ vnus:quatenus enim empiricus
idem:quatenus autem hic resimus:ille naso adunco
aut candidus aut niger: aut magn⁹ aut paruus:nō
idem. Nunquid igitur sic est vterqꝫ eorum homo:vt
vel naso est adunco vel resimus: an sic vt empiricus
est? An hoc quoqꝫ puer intelligat: quod qua homo
vnus sunt: qua hic resimus:ille grypus non vnus?
Num igitur extremi stuporis est:aut pertinacie:aut
nescio quo nomine merito appellem:fateri vnū esse
phreniticum qua phreniticus simili modo lethargi
cum ⁊ pleuriticum: hominē vero qua hō est:nō vnū
Preterea empiricum vnū dicere qua est empiricus:
equum vero ⁊ equus est nō vnum? Cū audire liceat
Aristotelem ⁊ Theophrastum affirmantes: specie
quidem posse alterum alteri idem esse:numero vero
non idem. Atqꝫ etiam ante hos illum qui ipsos hu/
iusmodi significatorum distinctionem docuit:audire
dicentem nihil esse miri vnū esse multa ⁊ multa vnū.
Quippe adeo dilucide omnem hāc disceptationem
Plato in ꝑncipio Philebi absoluit:vt mihi vel ipsis
stupidis videatur esse dilucidus. Asini namqꝫ no/
runt tum hominem:tum camelum:tum bouem:pre/
terea hunc hominem hāc camelum:hunc bouem. Eo
dem modo viam norunt:nō tātum absolute vt viam
sed etiam vt hanc viam. Nam in ingressu vie quā nō
nouit:asinū statue attēdeqꝫ vt illam perambulet ac
totā peragat:in neutrā partē declinās nisi sicubi in
diuersa scinditur: vtiqꝫ declarans se speciem ipsam
vie meminisse:⁊ clare intelligere. Quippe inambu/
lat eat que trita est:quatenus autē ignorat:fallitur.
Neqꝫ eñ ex recordatione eius que insectilis vnaqꝫ
numero est hanc quam non nouit: peragere potest.
Manifestum ꝟo est eum hanc viam qua nūc primū
insistit:quatenus via est:vt noscentem inambulare:
quatenus ꝟo numero vna est:eatenus ignorare:pro
pterea quod ⁊ nusqꝫ ad non tritā diuertat: ⁊ qua in
duas scinditur:nesciat vtra sit eundem quod tamen
omnino non ignoraret:si secundo aut tertio nunc ꝑ
hanc ingrederetur. Nam quoniam alterum nouit:al
terum non nouit: propterea videlicet quod com/
munem vie speciem cognoscit:propriam autem hu/
ius vel illius ignorat:vtiqꝫ quatenus nouit:non fal
litur:quippe qui trite insistit:quaten⁹ ignorat:fallit̄
nesci⁹ subinde in triuijs quā eligat. Duplicem ergo
cognitionē habēt ⁊ asini:cōmuniū specierū alterā:pri
uatarū alterā. In summa siue vnam speciē appellare
cōe illud velis:siue genus siue cōmunitatē:si illi⁹ hāc
quā ipse nūc interpretor notionem custodias:de no
minibus cōtēdes rem tñ mutare non poteris. Et de
nominū quidem impositione:alius fortasse quispiā
tecum contendit:vtiqꝫ qui eque in rerum contempla
tione vt tu parū est exercitatus. Ceterum nos saltem
non contendemus:illud potius te monebimus me/
minisse quod Plato ait. Multa enim vnū esse ⁊ vnū
multa. Mirificum sane dictum:nec facile est cōtende
re cum eo qui horum vtrūlibet statuat. Etenim si hoc
obserues nō erit qꝺ contendas vt nunc contēdis par
tim ignorantia partim adductus pertinacia. Sed si/
ue quis vnum esse phreniticum dicat vnum esse cō/
senties:siue multa ita quoqꝫ consenties. Simili mo/
do ⁊ empiricum ⁊ dogmaticum ⁊ methodicum. Non
aliter sane ⁊ medicum vnū esse ac multos dices vnū
quidē qua medicū non vnum ꝟo particulari multi/
tudine. Nō eñ de empirico loquens illud quatenus
adhibebis de medico loquēs id tolles. Neqꝫ rursus
de medico loquens adijcies de homine loquēs aufe=
res. Nec phreniticū vnū esse dices qua phreniticus
egrotātē ꝟo nō vnū. Siquidem hic quoqꝫ qua egro/
tās est vn⁹ est. Dedisce igit̄ tandē nugas illas q̄bus
in alijs libris captiose vtens:censes ostendi tibi ipꝫ
hominem solum ⁊ seorsum a particularibus homi/
nibus:tāqꝫ ipse ostendere possis empiricū citra Me
nodotum ⁊ Serapionem:⁊ alios particulares empi
ricos:aut etiam phreniticum seorsum a particulari/
bus phreniticis. Ubi igitur est error: vnde que hec
mutatio vt asinis adeo ipsis sint stolidiores? Nēpe
vnde in alijs quoqꝫ infinitis fallūtur. Quippe vbi a
notionibus ad rerum substantias transire tentant:
deinde per logice cōtēplationis imperitiam fallunt̄:
vtiqꝫ subuertūt cū rerū addubitatione etiam ipsas
notiones. Siquidē excipit eos hic q̄stio de generib⁹ ⁊
spectebus:ꝗ nō modo homines qui in logicis metho
dis nō sunt exercitati sꝫ etiā nisi acriter intendāt ali
quos ex ijs q̇ sunt exercitati pōt fallere. Ceterū non
oportet ꝑpterea qꝺ de rerū substātia dubitāt a ma/
nifestis recedere notionib⁹:nec putare cōsultū aliq̄d
inuenisse vtrouis vel ēpiricos si vnū dicāt nō adie/
cto quo significato vnū sit:vel methodicos si ꝑ gene/
re vel specie:vel cōi: cōmunitatē vsurpent. Mihi eñ
melius visum est notione ipsa clare iā definita (nēpe
qua phrenitici sūt hac esse oēs vnū:ꝗ ꝟo hic iuuenis
ille senex aut gracil' aut corpulēt⁹ aut vir aut mulier
hac m̄ltos) veteri elocutiōe decetero vti ac cū Aristo
tele Theophrasto ⁊ Platone loquēdo ꝑiclitari q̇ oia
id gen⁹ specie esse vnū dicūt multitudine ꝟo nō vnū
nō phreniticū modo aut lethargicū aut empiricū sꝫ
etiā dogmaticū ⁊ methodicū ⁊ hominē ⁊ equū ⁊ virꝫ
⁊ mulierē ⁊ reliquorū singula. Nō si ad ꝑticularia
descenderis veluti hanc mulierem que indicari digi
to potest hanc sane nō possis specie quidem vnā di/
cere multitudine vero multas. quippe hec mulier que

indicari digito potest: vna est vtroq; modo ⁊ specie ⁊ multitudine: qđ etiā aliter numero dicere solemus. Hi vero ita non faciunt: sed alij cōmunitates nominant: ceu vero nō magis dubitari de ijs quam generibus ⁊ speciebus possit. Alij quatenus hoc quippiam est: vnū esse dicūt: quatenus aūt nō vnū nequaq̄ explicāt. Etenim par erat hos quoq; queadmodum ostendunt qđ Menodotus: ⁊ Serapio: ⁊ Theodas: ⁊ Glaucias: ⁊ Apollonius: ⁊ Calicles: ⁊ Diodorus: ⁊ Heraclides: ⁊ Lycus: vnus oēs sunt qua empirici: ita rursus queadmodum nō vnus oēs: sed multi sunt: exponere. Siquidem in his exponēdis alicubi plane deprehendissent idē tum vnū: tū multa nō modo esse: sed etiā dici posse. Menodotus nāq; ⁊ Serapio: qua empirici sunt: vnus sunt: vno ꝟo ⁊ qua medici: ⁊ qua hoies. Quid vero qua aīalia? Nā id queri ab his operpciū est. Nū hacten⁹ quoq; Menodotus ⁊ Serapio vnus sunt? Nā si id negēt: nec nos cōcedemus quaten⁹ empirici sunt: eaten⁹ esse duos hoies vnum. Sin cōcedant hec quoq; duos eē vnū: nempe quatenus ambo sunt aīalia: ꝓtin⁹ illđ subijciemus. Recte igitur ab antiquis philosophis dictū est: aliud numero: aliud specie: aliud gñe esse qđ tum idem: tū vnum est. Dehinc rursus interrogabimus: Phreniticus Menodotus: phreniticꝰ Serapio: idēne est: an diuersus? Si respondent oīno vnū phreniticū eē: vnū q̄ ⁊ eundē ambos qua phrenitici: rursus percōtabimur. Quid aūt qua egrotantes? num hac quoq; ambo vnus sunt? Si negent: neq; nos illis cōcedemus qua phrenitici. Sin annuent: vtiq; rē aliquā ponemus cuius vna sit spēs: de qua oēs homines morbi nomen enunciāt. Nō enim phrenitis res aliqua fuerit cui vna sit idea: atq; hactenus oēs qui ea sunt affecti: vnum efficiens. Morbꝰ aūt silr vnū non faciet eos quos occupauerit. At nulla est (inq̄t) ita distincta species aut aīalis aut morbi: sicut hois ⁊ phrenitidis. Quid ais improbe? An nihil tibi significare videtur he voces: aīal ⁊ morbus: sed similiter efferri vt blytyri ⁊ scindapsus? An significāt quidē: verum nulla res substat que vocibus respōdeat: veluti in Scylla ⁊ Cētaurus? an etiā significāt: atq; id qđ significatur: vnū est? Quippe si nulla sit res q̄ ijs vocibus aīal ⁊ morbꝰ indicet: nō recte dicis hominē esse aīal: aut phrenitim morbū. Sin est res aliqua: ⁊ vere dicis tū hūc q̄ aduenit: aīal esse: tum hūc qui decūbit: egrotare: est vtiq; oīno aliq̄d eoꝝ q̄ ipis insunt: de quo vocem vtrāq; enuncias. Verā ad hec intelligenda parū es exercitatus: tametsi ea ex pmis sint que in logicis instōnibus tradantur. Ceterū q̄d hoc ad ipam veritatē? Nō eñ profecto ex ijs que tu nō intellegis: iudicāda veritas est: sed ex ijs que q̄spiā intellegit: qui ⁊ natura prudēs sit: ⁊ ea didicerit: ac exercuerit: nec idē cōtētiosus sit: sed veritatē amet. quoꝝ nullum in te est: quāquā mediusfidius haud scio: an ista natura prudentem desiderent. Quis eñ nescit nō inde significare Socratē: ac refimū: sed Socratē totius esse subiecte substantie nomē: reliquorū noīm nullū de tota corporis substātia dici: nō simū: nō progastora: non caluū: sed horū aliud figure nasi esse nomen: aliud defectus capilloꝝ in capite: aliud magnitudinis esse ventris? Atq; hec sunt que respectu partiū dicūtur. At si cādidū aut nigrū Socratē dicā: de oibus arbitror corpis partibus noia ꝓnūciem: ceterū nō totam substantiā: sꝫ vnum ex ijs que illi accidūt: indicem nempe colorē. Quinetiā si crassum dicam aut tenuem: durum aut mollē: hirtū aut glabrum: aut cetera id genus que Socrati accidūt: ne siquidē de omni eius substātia appellatiōes affero: sed vnum aliquid eoꝝ que ipsi accidunt ostendo. Ad eundem modum ⁊ sedere ipsum: ⁊ inambulare: ⁊ mouere ⁊ dormire ⁊ vigilare: ⁊ singula id genus nomina: de nulla ꝓfecto substantia dicimus: sed aliq̄d eorum que Socrati insunt: his significamꝰ. Que nimirū in superioribus vel actiones esse: vel passiōes: vel quosdā affectus diximꝰ. Satius ergo fuerit: nūc quoq; sub hac te formula exerceam: quēadmodū ēt in superioribus ostēdimus: ac nō a noibus: sed a rebus orsus. Incipe vero a teipso primū: estima q̄ simplex ne res sis: an cōposita. Vtrum ne pes sis: an nasus: an oculus: an caput. Constat enim nullū te horum esse: sed nec sine his. Verum ⁊ ex his ⁊ ex reliq̄s partibus vniuersis: quarū singule debitā habeāt posituram: totus es cōpositus. Esto igitur nomē Themiso. At cū Themisona claudum esse aio: eo qđ dico claudum: pedum affectū significo. Themiso vero totius est nomen. Quinetiam simus cecus que a parte dicitur Themiso. Rusus vero ⁊ crassus nō a parte: sꝫ ab affectibꝰ q̄ toti insunt: nō aliter quā inambulās: sedēs: disputans ⁊ viuens. Nū igitur intellegis nō esse hec totius substātie tue signa: sꝫ alia a parte quapiam esse nominata: alia ab vno affectu? Cum vero bonum te iustū ve quispiam dicit: num etiam prospicis hec esse affectuum noīa qui in animo tuo ꝯsistūt? Atqui si noris quod hec ad portionem se habent cū albo ⁊ nigro (quippe sicuti ista corporis: ita illa animi affectionum sunt nomina) intelleges (arbitror) ⁊ artificem et inertem: vel si quod nomen artifici est contrarium: ab animi affectibus esse imposita. Iam si artifex vnde nomen accepit scias: scies (arbitror) medicus quoq; vnde sit appellatus. At hunc si vnde dictus sit cognoris: nō est qđ magnopere labores vt inuenias cui demū inditum sit nomen empirici. Sane ipsum qđ a vobis exigo: nec adeo difficile: nec magnum est. Quippe ipsa p̄dicamenta diuidere: logice speculatiōis est initium. Cuius esse vos oīno expertes: facile declarāt ea que temere nugamini. Vel nūc igitur resipiscentes: posthac incipite que corpori accidunt nominare: veluti quod hic albus est ⁊ niger: aut certe vehementer calidus: adeo vt egre ferre calorem possit. Deinde calorem ipm qui adeo auctus sit vt occasione eius corpus laboret: nec probe perfungi actione possit: permittite volenti appellare febrē. Siquidem oēs homines eum qui ita sit calidus: febricitare dicunt. Nec sane rem magnam facietis nomen mutantes: nisi quod tempus vestrum perdetis. Illud potius vir bone facito. Cum Themisonem febricitare dices: ⁊ Dionē febricitare: ⁊ multos ad eūmodū febricitantes noīabis: perpende diligēter nūquid in ijs omnibus vnum idemq; sit ipsum (vt sic dicam) febricitare: an diuersum. Inuenies enim vnū esse idēq; specie: multitudine qđ etiam numero dicimus non vnū: cū aliter tibi nec vt respondeas fas sit nec intellegas. Ergo qui febricitat is qua febricitat vnus plane est: quādo ⁊ qui delirat quatenꝰ delirat etiam est vnus. Quid vero ⁊ qui simul febricitat ⁊ delirat: nunquid et is vnus est qua simul et febricitat et delirat. Sane id neminem latere arbitror. Ponatur igitur ambobus ijs vnum nomē febricitāti dico

ac delirāti: vocetur que phreniticus qui ita laborat.
Quod si nō intellegis queadmodum ambobus vnū
nomen sit positum: admonebo te fortassis nominū q̄
ipse vsurpas. Quippe equum aliquid appellas: nē-
pe animal (vt ita dicam) hinnibile: siue qđ ad hinni
tum sit habile. An igitur interesse cēses: equū dicas:
an animal quod ad hinniendū sit habile? Ego sane
non censeo. Atqui si id ita est: ambobus illis noībus
⁊ animali ⁊ hinnibili: quo vtcꝫ breuior esset sermo:
equuz indidisti. Ad hunc etiam modū si quod pede
stre ⁊ bipes animal sit pro tribus noībus vno inter-
pretari velis hominem vocabis. Et sane solutio cu-
iuscꝫ nominis in suā orationē ad eum modū absol
uitur. Quinetiam vt cōijcias cōpo nasque orationē
in vnum nomen: non aliter qu ā iam dictio fit modo:
cum videlicet ⁊ simplicium cuiuscꝫ notionē secundū
ipsius nomē tenes: ⁊ simul ex duobus simplicibꝰ rur
sus alteram notionem efficere compositā potes: mox
illi nomen imponere: subinde rursus ipsi composite
alia simplici adiecta: vbi ex tribus iam simplicibus
vnam notionē feceris: huic quocꝫ nomē aliqđ impo
nere. Quomodo inquies: ⁊ qua ratione id? Siquidē
nō grauabor exercendo eos qui resipiscere a diutur-
na ista ignorātia non recusant: longius ꝓgredi. Ca
lor: simplicis rei nomē est. preterea actionis lesio sim
plex quedā res est. At tātus calor quātus iā actioni
officiat: nō etiam simplex res est. Quod si etiā totū ve
xet corpus: multo ꝑfecto minus iam simplex est. Er
go quo minus multis vtātur homines: ad compen-
dium alioqui natura ꝓcliues: eiusmodi calorē febrē
vocant. Quippe expeditius dictu est febricitare Dio
nem: quam tantū in toto corpore caloris habere: vt
multas functiones corrumpat. Ergo cū affectū ipm
significare volunt febrim: cum vero eū qui affectu la
borat: ab affectu ipso nomen declinant; vocātque fe
bricitantem: ad eū modū quo a candore candidū: ⁊
a nigrore nigrum. Itacꝫ cōposite rei nomē febris est
atcꝫ hoc etiā magis febricitans. Simplex aūt est de
lirium. Uerum si simplex hoc cū cōposito copules: ho
mo ipse phreniticus affectus phrenitis nominatur:
queadmodum ⁊ homo ipse ne animal rationale mor
tale dicamus: breuitatis causa homo est nominatus
ipso hominis vocabulo orationis vim quandā com
prehendente. Atcꝫ id est qđ veteres philosophi ora-
tionem nominis dicere appellant. Ceterum non du-
cunt in infinitum: sed vscꝫ ad simplicia subeūt. Nā
cum hominē in animal ⁊ rationale ⁊ mortale solue
ris: postea ipsum animal solues in substātiā sensilē.
At non ipam substantiā ampliꝰ soluere poteris nec
etiā sensile. Quippe simplex primum que est horum
vtrūcꝫ. Quo fit vt mihi mirari subeat de ijs q̄ phre-
niticū ⁊ hominem esse concedunt: morbū vero ⁊ ani-
mal esse nō cōcedunt. Quippe quod perinde est ac si
composita esse des: de simplicibus dubites: quasi nō
priora compositis natura simplicia sint. At nō vidi
(inquit) ipsum per se aīal. Sed nec hoīem insulse vi
disti: ⁊ tamen teipsum ais hominem esse. An illud fa
teberis; aīal aūt esse te non fateberis? Nuscꝫ (inq̄t)
vidi per se morbum. Sed nec phrenitim vnqꝫ solā vi
disti: sed in Theone aut Dione: aut alio quopiā ho-
mine. Quare hoc plane puerile est: eo qđ nuscꝫ mor-
bum ipsum per se solum videris: idcirco putare mor
bum non esse. Quippe ita nec febrim: nec phrenitim
nec aliud quippiam id genus esse dabis. At quorū
nullum vscꝫ ipsum per se solum videris. Sane expe-
diebat potius non ita: sed vt dictum supra est: a rebꝰ
ipsis cepisse: cogitationecꝫ ipsa spectasse quod essent
in totum simplicia: mox ꝓprio noīe cuicꝫ imposito:
ex ipsis iam cōposita nectere. Ergo subiecto corpori
vnum hoc primū insit: quod sentit. Num cui id inest
anīal nō appellabis? Nō inquies. Atqui de nomine
hoc pacto hesitabis: sed nec sensile corpus esse conce
des. Iā ita de rebus ipsis falso opinaberis. At si et
corpus aliquod sensile esse: ⁊ nomen hoc animal de
eiusmodi corpore dici concedes: audebis postea dice
re animal nihil esse. Ergo nec albū aliquid erit: nec
inambulans nec currens: quippe ab ijs que ipsi acci
dunt: dicitur corpus albū inambulās ⁊ currēs. Ipo
rum vero accidentiū hoc albedo: illud inambulatio:
tertium cursus dicitur. Eodem modo sensus vnum
q̄d est ex ijs que corporibus accidunt: sentiens vero
ipsum est corpus: hoc vero etiā aīal noīatur. Quis
igitur vbi sentiens corpus aspexit: omisso hoc nomi
ne aīal: aliud querat quod de eo dicat? Num corpus
duntaxat intelligitur: tancꝫ Centaurus? an res quo
cꝫ aliqua huic appellationi est subiecta? Patet pro-
culdubio esse subiectam aliquam. Age quid sensus?
intelligitur ne tātum: an aliquid est eorū que corpo-
ri insunt? Mihi vero etiā id clarum esse videtur: nē-
pe sensum vnū esse ex ijs que corpori insunt. Atqui
si necꝫ corpus tantūmodo intelligitur: sed etiā subsi
stit: nec etiā sensus: imo is quoqꝫ subsistit: qui fiet vt
ambo cōiuncta cōpositum efficiant nō ens? Nam id
iam perridiculū sit: corpus quidez esse ac sensum: ni-
hil tn̄ eē sentiēs corpꝰ. Sicut illđ magis ridiculum:
sentiēs q̄dē corpꝰ esse: aīal aūt nihil eē: ceu aliud q̄d
dā aīal sit: ⁊ nō hoc. aut quicꝫ intersit oratiōe: an no
mine indicare aliquid velis. Ecꝫ absurdū sit ⁊ mor-
bum negare aliq̄d esse. Quippe si affectus nihil sit:
morbꝰ quocꝫ nihil erit. Sin affectus aliq̄d esse dederis:
vticꝫ ⁊ morbꝰ aliq̄d fuerit. Quicuncꝫ eīm affectꝰ fun
ctioni officit is est morbꝰ. At nō potes (inquiūt) ostē
dere mihi ipm ꝑ se morbum. Imo nec phrenitim vir
bone nec febrim: q̄ tn̄ nihilominus esse fateris: sicuti
multa alia. Nā micrologiā noīm: quā philosophi q̄-
dā scite sunt cōmēti: sed q̄ omnē in vita loquendi con
suetudinē subuertit: sic vt ne ipsi quidē in suis ipoꝝ
operibus ea vti possint: impresentiarū omitto: vt qui
⁊ alibi de ipsis diffusius egerim: ⁊ in ope de elemētis
quecūcꝫ sunt necessaria dixeriz. Intellego aūt micro
logiam qua diuidunt in genera: greca illa τὸ ὄν: τὸ
ὑπάρχον: τὸ ὑφεστός. latine ens ⁊ subsistēs siue subsi-
stā dixeris: quippe q̄ trāslatitie nobis tūhic tū in se
quētibus latine ponētur. At aūt omnes in oībꝰ refu
tē: fieri oīno nō pōt. Sed eīm quod non mō propria
morbi notio sit sed etiam res aliqua subiecta q̄ hanc
appellationē sit sortita: satisfaciāt ad p̄sens q̄ hacte-
nus sunt dicta. Clarius aūt idē ipsuz in ꝓgressu ser
monis intellegetur: vbi de primis indicationibꝰ ab-
soluta disputatio erit. Quecūcꝫ uo nūc dicta de mor
bo sunt: ea mihi ⁊ de symptomate et passiōe eē dicta
cēseo. Preterea sanitate ⁊ paritate ⁊ robore ⁊ potētia
oībus q̄ alijs quoꝝ noīa ⁊ notiones de rebꝰ quibus
dā subiectis sunt dicta. Oīa nācꝫ hec corpibꝰ insunt
partim vt affectus: partim vt actiōes: ptim vt passio
nes. Preterea quedam ceu naturaliter insint: que-
dā ceu preter naturā. Indicatio quocꝫ ex singl'is eo
rum seorsum prebet: a plurimis tamen pretermissa.

¶ Galeni Methodus medendi: vel de morbis curá dis Thoma Linachro anglo interprete.

¶ Liber Tertius.

I igitur Hiero in dicatio que ab ipsa rei natura pri/ mum orit̃: qđ agendum sit inuenit: necesse est remediorum inueniendo/ rum initiũ ex morborũ ipsoꝝ natu ra sumi. Siquidẽ absurdũ sit: aliud esse qđ curandi rõnẽ prescribat: aliud qđ curet̃. Et/ enĩ idicare de se quicq̃ magis potest q̃ de alio. Hoc aũt clariꝰ fiet in sequentibꝰ. Verũ qm̃ oĩbꝰ in cõfes so est primas indicationes ex affectibꝰ esse sumẽdas certe laborandũ pluribꝰ frustra nõ est vt hinc esse in cipiendũ doceã. Illud potiꝰ monstrare tentemꝰ: ne/ q̃ totũ hoc esse: nec prorsus magnã aliquã partem: veluti methodici putant: sed minimã ⁊ tantũ initiũ Igit̃ ijdem ipsi aiunt calculum qui in vesica sit: pro pterea quod in toto genere preter naturã sit ablatio nẽ sui indicare. Ad eundem modum verrucas: ⁊ myr mecias: ⁊ atheromata: ⁊ steatomata: ⁊ meliceridas: ⁊ alia id genus. At intestinuꝫ quod iam in scrotum decidit: omniaq̃ que luxata sunt: quod videlicet lo ci gratia preter naturam se habent: reponenda se in suũ locũ docent. Atq̃ tantũ abest vt horũ quippiam artificij cuiusq̃ sit: vt etiam priuatoruꝫ cuiq̃ patere possit: quippe qui mẽbrũ quod luxatũ sentiunt: re/ duci in artus iubent: preterea verrucã tolli: ⁊ vlcꝰ ad cicatricẽ duci: ⁊ aluũ fluentẽ sisti. Verũ quibus hec rationibus fiant id sane nesciũt: atq̃ id est quod ad ijci a medico debet. Itaq̃ indicatio que a morbis su mitur principiũ tantũ est: ⁊ (vt sic dicã) carcer vnde medendi ratio promouet: nulla prorsus ipsius me/ dicine artis adhuc portio: aut certe nec magna nec propria: sꝫ que etiã plebi sit cõis. Ergo cui facultas est illa inueniẽdi ex quibus perfici possit quod a pri ma indicatione suggerit̃: is merito morboruꝫ est cu rator: qui si per experientiam inuenit, obseruator et piricus est nominandus: sin ratione quadã ⁊ metho do logicus ⁊ methodicus ⁊ dogmaticus. Ergo ple/ beius quidẽ (altiꝰ enĩ idẽ repetendum est) medicum adit reponi sibi membrũ iubens: aut os quod forte fractũ est formari atq̃ ꝯponi aut melicerida sibi tol li. Verũ quo pacto horũ quodq̃ perageť: id sane in uenire medicine artis est munꝰ. Ac empirici quidem per experientiam inueniri omnia contendunt. Nos partim experientia: partim ratione: cum neq̃ illa in uenire omnia queat neq̃ sola ratio. Veruntamen cõ fusam mixtãq̃ tradendam esse doctrinam non cense mus: sed seorsum empiricã ⁊ seorsum logicã quo fa cile appareat quã habeat vtraq̃ vim. Nunc vero de ea que ratione paritur inuentione dicere statuimus Nũ igitur est nobis methodus aliqua: qua vsis in/ uenire predictorũ singula liceat? dico quod superua caneũ genere sit adimere ⁊ quod motũ loco sit: id ꝓ prio loco reddere: ⁊ quod vnitatis solutum sit vnire. An empiricen ad hec requiremus? Ego sane metho dum esse aliquam qua quesita inuenias: plane mihi persuasi: eiusq̃ principiũ esse id quod singuli morbi faciendũ dictant. Vnitatis nãq̃ solutio vnitionem postulat. Ea in osse fractura dicit̃: grece catagma: in carnosa parte vlcus: sicuti etiã vulnꝰ: ⁊ ruptio qđ rhegma: ⁊ conuulsio qđ spasma dicit̃. Vulnꝰ quidẽ solutio quedam ex vulnerando in carnosa parte reli cta. Ruptio ⁊ conuulsio citra vulnerationem facta. Prior enĩ carnose partis diuisio est posterior neruo se. His omnibus vnitio molienda indicatur: que an prestari vbiq̃ possit: an in multis non possit: hoc vtiq̃ internoscere primũ iam hominis artificis est. Quippe nemo plebeiꝰ nouit nec neruosam transuer si septi partẽ: nec intestina tenuia non posse quẽ in dicant finem recipere. Sed ⁊ de preputio ⁊ de tenui buccarũ parte: quod similiter se habet: ideꝫ ignorat. Preterea an caries in osse que Tekedon grece dicitur sanari queat: sicut erosio in carne: compertũ non ha bet. Iã an coalescere fractura possit veluti vulnꝰ pre terea in callo adglutinari possit certũ non intellegit. Pari modo in capitis fracturis vulgꝰ omnino non nouit sit ne expectanda calli generatio an aliter cu/ randũ. Porro multo adhuc magis ignorat an cor/ de vulnerato: aut pulmone aut ventriculo: aut iocino re fiducia sanationis sit. Nec in summa quicq̃ vltra primã indicationẽ vulgaris quisq̃ nouit. Itaq̃ hoc ipsum primũ artis est opꝰ: vt intellegas sperare ne id quod tendis debeas an secꝰ. Etꝰ rei duplex cogni tio est: nec potest addi ratio tertia. Altera per expe/ rientiã cui longo vsus est opꝰ. Altera per ipsiꝰ rei na turam: siquidem hec tũ cuiusq̃ particule substantiã estimabit: tũ actionẽ: tũ vsum situq̃. A quibꝰ proce dens non solũ quod sanari non potest preuidebit: sed etiam quod recipere sanitateꝫ potest: de inueniẽ dis ei remedijs deliberabit. Cõstat aũt qđ a simpli cissimis incipiet. Porro nihil est simpliciꝰ vlcere qđ in summa carnosa parte sit. Huiꝰ ergo siquidem vl/ cus tantũ sit curationis finis vnitio est. Sin etiã cuꝫ cauitate sit duplex eiꝰ propositꝰ est finis: sicuti etiã duplex est affectus: nempe vlcus quod est vnitatis solutio: ⁊ cauitas que ex amissa aliqua animalis ꝓ pria substantia est contracta. In quo genere fieri in/ terim non potest vt alteriꝰ propositarũ finiũ sis cõ/ pos: veluti si non modo caro ipsa: sed etiam subdi/ tũ illi os perierit. Quippe impleri ad vnguẽ cauitas eiusmodi non potest: cicatrice induci certe potest. Sꝫ hec vlceris sanatio est: cauitas insanabilis remane/ bit. Hoc igit̃ ipsum aut per experientiã: aut ratiõis ope dignosci oportebit. At Thessalꝰ nec his vtitur: nec tertiũ quicq̃ adijcit: ⁊ tamen nugari non erube/ scit. Sed id mittamꝰ. Illud potius doceat imitator Thessali medicꝰ: quo pacto cauũ in carnosa parte vl cus: nullo ex ijs que subsunt leso sanabimꝰ. Sarco/ tico (inquit) medicamento: idest qđ carne impleat ĩ/ posito. Bene sane; magna facilitas: fortasse aũt stu/ piditas potiꝰ erat dicendũ: si cũ sarcoticũ dixit satis fecisse se questioni putat. Quippe si sarcoticõ iaꝫ scie mus quid amplius requirimus. Dic nobis qđ illud sarcoticon sit quo est vsurꝰ? Thus reor inquies: aut iris: aut aristolochia: aut erui farina: aut panax: naꝫ de siccis medicamentis principio mentionẽ faciam. Age igit̃ hec medicamẽta quo pacto inuenisti? Ex perientia inquis. Quid igit̃ est qđ per te ampliꝰ est adiectũ? Siquidẽ qđ cauũ implendũ sit: id quidem vel priuatꝰ quisq̃ nouit: at ex quibꝰ id: ⁊ per que me dicamenta fiat experiẽtia docuit. Thessalꝰ vero nec vt empiricꝰ: nec vt logicꝰ medicamentũ id nouit. Vt empiricus qꝛ videlicet non vult. Vt logicus: qꝛ non

potest. Nā ego eū vt empiricum id scire plane noui.
Cū enim duo sint omnis inuentionis instrumenta:
(nempe experientia ⁊ ratio) qui quod inuentum est
nouit: sed tamen rationē eius dicere in promptu nō
habet: is prodit se per experientiam id inuenisse. Ut
igitur quantū erret intellegat auriū nobis operam
paulisper accommodet. Uolo em̄ paucis cum solius
experientie professore agere. Etem̄ hunc quoqꝫ dice-
re par est: quo pacto siccū hoc quod carnē producat
medicamentū inuenit: quod vtiqꝫ cephalicon nomi-
nant. Porro componitur id ex iride ⁊ aristolochia: ⁊
eruo: ⁊ thure ⁊ manna idest cortice thuris. Est autē
⁊ aliud quod preter iā dicta corticē panacis recipit
sicuti etiā aliud cui elota cadmia admiscetur. Dicat
itaqꝫ mihi hec quomodo sint inuenta. Et quid (in-
quit) attinet de inuentione eorū querere: ac nō recte
potius inuentis vti? Atqꝫ hec quidē ab initio statī
respondent: post vero interim ex somnijs inueniri
posse talia dicunt: interim forte quapiā aliud fuisse
in aliud effusum mox aliquē vti mixti ausum. Cete-
rū fiducie eius spem non dicunt. Hec igit̄ manifeste
sunt nuge. Tertiꝰ his inueniēdi modus plane est ra-
tionalis. Siquidē simpliciū illorū quispiā vnūquod-
qꝫ vt sarcoticū expertus: mox aliqn̄ carnē non facere
cernens ratione deprehendit non oī nature eorū qđ
qꝫ cōpetere. Si em̄ cui aristolochia vlcus carne non
impleuit: huic thꝰ cōtulit: cui thus non profuit: huic
iris admota fuit vtilis: rōnabile erat (arbitror) non
oēs ab oībus similiter affici. Hoc vbi semel in rōci-
natione venit: optimum factu est visum ꝙ plurima
eiusdē speciei in idē miscere: quo nulli corporis na-
ture deesset qđ cōueniat. Atqui amice in commixtis
speciebus non seruatur actio sue cuiusqꝫ substantie
sic vt in vnaquaqꝫ substantie specie non desit quod
morbo curando conueniat. Nā si aut corporis natu-
rā inuenire possent aut adhibiti medicamenti vim:
nō esset fortasse ijs tali varietate opus: vt quibꝰ vnū
illud medicamentū quod vni corpori conueniret: in-
uenire in prōptu esset. Nūc cū ignorant vtrūqꝫ pa-
rū recte oīa miscent: vnum scꝫ qđ oībus naturis qua-
dret: moliri medicamentū studentes. Hanc ego com-
ponendorū medicamentorū rationē primis illis me-
dicis excogitatā arbitror: atqꝫ vt antiquū inuentum
recipio. Ceterū tantū eā a vera medicinali metho-
do abesse reor: quanto certe rationabilior est transfu-
sis in se mutuo cribris. Quippe nisi illud primū co-
gitet: solius se compositionis que ex similibus specie
medicamentis conflatur: non eius que ex contrarijs
initur: methodū dixisse: mox in eius miscelle multitu-
dine vnum fortasse esse medicamentum quod labo-
ranti sit vtile: fortasse vero nec vnū contra septē octo-
ve que ex vsu non sint: ita vt pluribus numeris ob-
sit eiusmodi medicamentū quaꝫ prosit: hec inꝙ nisi
reputet: plus eū ignorare negocij ꝙ nouisse dixerīꝫ.
Oleum nāqꝫ cauo vulneri infusum: aduertissimum
omniū medicamentū est: cum si ita mederi velis: vsu
ipso intelleges sordidū ac male olēs vlcus fieri. Qđ
si tempus quoqꝫ anni calidius sit: ac vitio mali suc-
ci homo laboret: aut fluxionibus obnoxiꝰ natura sit
aut etiā in victus ratione delinquat: timor est ne illi
pars ea computrescat in qua vlcus est factū. Timor
vero est ⁊ si cera siue sola siue in oleo soluta vtare. At-
qꝫ hec quidem putrescere vlcus facient. At si erugi-
nem ad leuorem tunsam insperges: ea quidem nullo
modo putrefaciet: dolorē tamen ac rosionem inferet
non paruā preterea exedet ad phlegmonē excitabit.
Quod si largius vtere conuulsionē quoqꝫ accerset.
Quoniā igitur neqꝫ oleū: neqꝫ erugo: neqꝫ cera cauū
vlcus implere carne potest: constat quod ex ijs q̇ ex-
perientiā profitentur: nemo vsꝙ ea miscebit. At ego
sane hec miscebo: immo debita mensura non hec mo-
do: verūetiā alia mille pharmaca ex ijs que cauo vl-
ceri sunt inimica. Quippe si non ijsdem facultatibꝰ
ledunt: sed quodāmodo contrarijs: imparia quidem
immodicaqꝫ profecto fuerint: vt ad cauū vlcus im-
plendū. Uerū quemadmodum ex duobus tempera-
mentis immodicis vnū efficiatur modicū: id in me-
dicamentorū componendoꝝ rationibus docuimus
Non est igitur difficile ex oleo: cera: ⁊ erugine: medi-
camentum quod carnem producat conficere. Si em̄
noris eiusmodi vlcus mediocriter siccandū esse: non
siccare autē nec ceram nec oleum vtiqꝫ intelleges nec
alterum seorsum nec ambo simul cauū vlcꝰ implere
posse: immo vero nec eruginē solam vt que immodi-
ce siccet. Ergo si omnia miscueris: modice siccū effi-
cere medicamentum poteris. Quis vero cuiusqꝫ esse
modus debeat: id mihi in libris qui de medicamen-
torū compositione sunt inscripti iā traditū est. Nūc
quoqꝫ si res postulet indicabitur in sermonis ꝓgres-
su. Nā primū omniū abigendus mihi a sequētibus
libris amethodus iste Thessalꝰ est: sed indicato priꝰ
illi quantuꝫ a recto aberret. Nam prudenti vel que
nūc dicta sunt satis ostenderint qualis esse debeat
medendi methodꝰ. Uerū nō est cū talibꝰ sermo. Ita-
qꝫ etiā necesse est cū istis adhuc disputemꝰ: hinc sum-
pto initio. Oīs que preter naturā est cauitas: imple-
ri postulat: quare ⁊ que in carnosa etiā accidit parte
Ipsa vero impletio inueniendorū remediorū finis
quo tenditur est. Ut vero que ipleāt inuenias: ⁊ mul-
ta ratione opus est: ⁊ multiplici particulatim indica-
tione ⁊ methodo rationali exacta. Etem̄ sepe vidisti
difficilia sanatu vlcera curare nequiuisse nec eos qui
experientiā profitent̄ (istos inꝙ q̇ remedijs scatent)
nec etiā eos qui rationē sibi vindicant omnes: quip-
pe Thessalij isti quos methodicos nominā̄t: sunt au-
tē reuera a methodo alieni tanꝙ asini lyrā: ne ad au-
diendā quidē eiusmodi speculationē sunt idonei: ne-
dū quod rectū est ratione inueniant. Uidisti autem
subinde in eiusmodi vlceribꝰ empiricos quidē alias
se ad aliud medicamentū transferre: cū nulla ꝑfecto
ratio transitū ipsum monstraret. Uerum qm̄ multa
sunt experti que cauum vlcus impleant: ipsam vero
vt ijdē vocant idiosyncrisian: idest corporū proprie-
tatē: in qua singula eorū pollere sunt visa: nec agno-
scere nec meminisse possunt: ideo nūc quoqꝫ ad qđ se
transferant non intellegentes sed sperantes in mul-
tis particularibus experiendis obiter qđ conueniat
oīno inuentum iri: alias ad aliud transiliunt fortu-
ne potiꝰ ꝙ rationi eius qđ conducat inuentione ꝑ-
missa. Similes his sunt tametsi id nolūt: ⁊ q̇ ex dog-
maticis ad naturalia corporū principia subire rō-
ne non valuerūt. Quippe hi (vt ante ostēdimꝰ) ex di-
midio empirici sunt. De istis vero a methodis Thes-
salijs qđ etiā loquar? Soli igit̄ ij q̇ vera methodo
curāt: tū singulis id genꝰ vlceribꝰ idonea medicamē-
ta ⁊ victū aptū inueniūt: tū liquidissime rebus ipsis
ostendūt quantopere conducat quantūqꝫ ad meden-
dū lumen prestet ipsa de natura tractatio. Etei pre-

termitti negligi que aliquādo qđ vtile sit: ijs qui ab alio pharmaco ad aliud assidue trāseūt: nō semel tibi ostendi vno aliquo ex medicamētis quibꝰ illi fuerant vsi eiusmodi vlceribus sanatis. Spreta vero eius modi medicamēti facultas ab ijs merito est: quod videlicet ꝛ propter intempestiuū vsum non solum non prodesse: sed etiam obesse est visum: ꝛ quod in primo vsu nihil aliquando quod esset euidēs effecit. Vidisti porro nō minꝰ oculoꝝ nos grauissimos dolores sanare: aut balneo: aut vini potione: aut fomētꝭ: aut sanguinis missione: aut purgatione: qđ nihil aliud adhibet medicoꝝ vulgus quā medicamēta hec que ex opio ꝛ mandragora ꝛ hyosciamo fiunt: maximaꝫ plane oculoꝝ perniciē: vtpote que nulla re alia illiꝰ ad presens leniminis speciem prestant: quam quod ipsum sensum enecant. Multosqꝫ nosti ab eiusmodi medicamentoꝝ vsu: cum liberalius fuissent admota nunqꝫ postea naturalem statum recepisse: sed ex his principio quidē confuse atqꝫ egre vidisse: tēpore vero suffusione quā hypochisin vocāt: vel pupille nimia dilatatione quā mydriasin appellant vel tabe corrugatione: quā rhytidosin vocāt: occupatos. Nosti profecto nō minus ꝛ illud: cū ab ephebis vsqꝫ mecū sis versatus: nec sub vllo me vsqꝫ preceptore vidisse eiusmodi opus: sed id per me ratione excogitasse: ꝛ quā longo tēpore aphorismum illum. Dolores oculorum meri potio: vel balneum: vel fomētum: vel vena incisa: vel purgatio tollit: consyderauerim: quamqꝫ ex reliqua Hippocratis diligentia sperarim: ne in hoc quidem vel falsum quippiam: vel quod fieri non possit precipi: idqꝫ fuisse quod me ad inquisitionē incitauit: quo ad ipsa Hippocratis insistens via: inueni quo pacto discernerem quando quomodoqꝫ dictorum quoqꝫ sit vtendum. Qua ratione multis qui talia viderunt manifestum feci quāta medicinalis methodi vis sit: quātiqꝫ mali occasio fuerit qui nō seruata veteri medicina: nouas sectas condiderint. Itaqꝫ ꝛ vos me quāquam a principio recusantem: orando tamē impulistis omne hoc opus tractādum susciperem. Qđ deos precor: alijs quoqꝫ hominibus sit vsui. Certe exiguam spem habeo propter eum qui nunc regnat bonarum artium contemptum: diuitiarum vero existimationis: ꝛ ciuilis potentie admirationem. Ad que quisquis se conuertit: is nulla in re veritatē inuenire poterit. Verum hec prout deo placebit: ita finientur. At nos medendi methodū que veteribus quidem exculta est: nunc vero neglecta iacet: pro viri li restituemus: repetita nimirum quam de cauo vlcere incohauimus disputatione. Ac de prima quidem inuentione eoruꝫ que eiusmodi vlcus carne impleāt: satisfaciant que pauloante diximus: cōcedamusqꝫ si libet empiricis que dicunt omnia. At de inuentoruꝫ vsu ꝛ sepe tibi in ipsis rebus ostendi: ꝛ nūc sermone indicare conabor quēadmodum empirici vbi solēne cuiqꝫ medicamentum nihil profecit apte ad aliud: certaqꝫ ratione transire nesciant. Atqꝫ id iure accidit siquidem cum causam improsperi successus prioris medicamēti ignorēt: nec quo eā i secūdo declinēt: habēt quippe cū causaꝫ ignorēt cur munere suo medicina fungatur: nec cur fallat intellegere valent. Hoc vero ignorato: neqꝫ ad aliud trāsire rationabiliter possunt: quādo nec in illo vitare eandē causam possunt. Agedum igitur ipsi iam Hippocraticā veraqꝫ caui vlceris sanandi methodū tradamus. Porro hāc ab ipsa rei substātia ordiri oportet. Itaqꝫ quoniā in cauo vlcere id nobis proponitur: vt caro que perijt restituatur: scire licet generande carnis materiā sanguinem bonum esse: opificē auctoremqꝫ naturam. Veruꝫ non satis est naturam dixisse nisi etiā quorū natura sit adiectum ꝛ vbi. Constat autem quod subiectorū corporum quibus superinduci caro debet: natura ipsa gignende carnis opifex est. Porro cuiusqꝫ corporis natura monstrata est ex calidi: frigidi: humidi ac sicci temperatura consistere. Quare manifestuꝫ est iustū horū temperamentum in subiectis particulis quibus restituturi deficientē carnē sumus: opificis habere rationē. Ac primū quidem in omni cauo vlcere duo illa consyderāda nobis sunt: ꝛ qđ subiectuꝫ est iusta ne tēperie sit: id est an scḋm naturā se habeat: (quippe monstratū est sanitatē in similaribus corporibus ipsarū quatuor qualitatū esse tēperiē) ꝛ preter ea sanguis qui influit: bonus ne: an modicus sit. Si igitur horum alterutrū vitiosum sit: multi sane affectus preter naturā existūt. Nobis tamē vna cautitas in carnoso mēbro proponitur. Fingamus igitur ꝛ sanam esse partē: ꝛ sanguinis cōfluxū citra vllū vel in qualitate vel quātitate vitiū. Porro his ita se habētibus: nihil est preterea qđ obstet quominus prima carnis generatio prospere cōtingat: idqꝫ nullius externi medicamēti ope. Quippe causis ambabus vnde nascitur presentibꝰ nulloqꝫ extrinsecus quod impediat obstāte nō pōt prohiberi carnis generatio. Verū i ipsa prime carnis generatiōe duplex prouenire excremētū necesse est veluti etiā in cōmētarijs de natura docuimus qđ oēm qualitatis alimēti mutationē alterum crassius alterū tenuius excremētū sequitur. His excrementis etiā per vniuersum corpus semper prouenientibꝰ: qđ tenuius est ipsa inuisibilis est perspiratio q̄ etiā subinde fit visibilis quoties vel naturalis calor lāguet vel nutrimēto vtitur quam iustū sit ampliore vel motꝰ quispiā vehemētior animali cōtingit. alteruꝫ est sordes q̄ in summo corpe nostro colligitur. Quintiā in vlceribus tenuius excremētū sanies grece ichor appellatur: qđ crassum est sordes. Ac ex tenui q̄dē excremēto vlcus humidū redditur ex crasso sordidū: eoqꝫ duplicibus medicamētis eget: vtiqꝫ vt humidū est siccātibus: vt sordidū q̄ expurgent. Ergo cū nullo vnquā pte natura cesset: certe nec tēpus vllū erit in quo non ambo hec in cauo vlcere colligentur. Quare nec tēps vllum erit in quo nō vtruqꝫ medicamētoꝝ genus desyderabit vtiqꝫ ꝛ qđ siccet ꝛ qđ expurget. Ac cuiusmodi quidē genere esse medicamētū debet inuentū iā est. Verū non est id satis. Siquidē specie aliqua inuenta est opus que sit vlceri admouenda. Hec igitur q̄uo ꝛ qua methodo inuenietur? Nempe ea que in libris de simpliciuꝫ medicamentorum viribus est tradita. Ostendimus nanqꝫ in his quedaꝫ medicamēta siccare quedā humectare quedaꝫ refrigerare quedā calfacere quedam nonnulla per cōiugationē vel calfacere ꝛ siccare: vel frigefacere ꝛ humectare vel calfacere ꝛ humectare vel refrigerare ꝛ siccare esseqꝫ in singulis eoꝝ maioris minorisqꝫ ratione multitudine sane ifinitā ceteꝝ ad vsuꝫ medicinalē limitibus qui facile cōprehēdantur circūscriptaꝫ primo quodā in his ꝛ secundo ꝛ tertio ꝛ quarto statuto ordine gradu ve. Cuiꝰ igitur ordinis erit medicamentū quod carni producēde sit aptū quodqꝫ modice tū siccare debere tum detergere proposuimꝰ? Certe primi ordinis. Quippe qđ sup hūc

fuerit ita vt non modo hūoris qui influit redūdan-
tiā consumat: sed etiā affluentē sanguinē populetur
id refici carnē seu materiē eiꝰ absumens prohibebit.
Porro talia eē ostēsuꝫ est thꝰ ⁊ hordeaceā: ⁊ fabaceā
⁊ erui farinā ⁊ irim: ⁊ aristolochiā: ⁊ cadmiā: ⁊ pana
cā: ⁊ pōpholygē. Oia vero hec tū maioris minorisqꝫ
discrimine inter se dissidere: tuꝫ alia eorū simplices
qualitates vincentes habere: alia compositas mon-
stratū est. Siquidē aristolochia ⁊ panax tum ceteris
plus siccant: tum natura magis calent: hordeacea fa
barūqꝫ farina multo his minꝰ siccant: nec vllū calorē
obtinent. Thus modice calet minꝰ tamen illis siccat
adeo vt quasdam corporū naturas omnino non sic-
cet. Erui farina. ⁊ iris: horū atqꝫ aristolochias ⁊ pa
nacis mediū locū tenent. Uerum quod sermo noster
vtiliter attigit denuo repetamꝰ. Quippe thꝰ in hūi
da corporis natura carnē producere pōt: in sicca nō
potest. Scire nāqꝫ licet duas esse primarū indicatio
nū differentias: qd̄ ſm naturā se habet custodiā sui
indicante: ⁊ propterea que similia sui sint postulan-
te: quod preter naturā est: sublationē sui eoqꝫ cōtra-
ria requirente. Perit enim quidqꝫ in contrariū: ⁊ a cō
trario. Atqꝫ vlcꝰ quidem quo est humidius: eo sane
medicamento quod magis siccet indiget. Corporis
vero natura quanto est humidior: tanto quod minꝰ
siccet medicamentū postulat. Quare si qua sunt vlce
ra quibus par est humiditas: quod in sicciore corpo
ris temperamento consistit: vtiqꝫ magis siccari po-
stulat: qd̄ in humidiore hoc sane minus: quo natura
nature interest. Siquidem productā carnē ei que p̄-
fuit similem esse oportet. Ubi igitur pristina siccior
fuit: nouellam quoqꝫ sicciorem fieri conueniet: quare
vberius hec siccari quantoqꝫ magis sicca fuerit: tan
to qd̄ admouet̄ medicamentā: magis siccā faculta-
tem habere debebit. At in humidiore natura tanto
rursum ijs que minus siccent medicamentis est opꝰ
quanto caro ipsa minus est sicca. Thus igitur vt ad
humani corporis naturā eiusmodi obtinet tempe-
ramentū: quod cū tēperatis ⁊ medijs naturis cōsen
tit: humidiores paulo liberalius siccat: eque sane vt
que ad summū sunt sicce ijs paulo est hūidior. Me-
rito itaqꝫ thꝰ in q̇busdā tū vlceribꝰ: tū naturis: pus
q̇dē mouet carnē nō p̄ducit: in q̇busdā etiā carnē p̄
ducit. Itaqꝫ si obseruaueris rationi respōdere euen
ta deprehendes. In humidiore nāqꝫ natura produ-
cere carnē potest: in sicciore nō potest. Preterea ī mo
dice humidis vlceribus carnē efficere potest: in ijs q̄
prehumida sunt prorsus non potest. Uides ne igit̄
clarissime qui recta methodo curare vlcus velit: quot
huic theorematis sit opus? Nam postq̄ inuentū est
humorem omnino huic vitio inesse: vtiqꝫ siccans pa
randum medicamentuꝫ indicauit. At quoniā ipsoꝝ
siccantium quedam magis siccant: quedam minus:
partim ex vlcerum diuersitate partim ex egri natu-
ra: quod expedit est desumptuꝫ. Itaqꝫ non modo de
corporis natura meditatus sit oportet quisquis cō-
mode sanare vlcus debet: verūetiā diligenter specu-
lationē omnem de medicamentis didicisse: tū sicci hu
midiqꝫ corporum temperamenti notas callere. Cō-
templare igitur quanta sit methodicorum istorū p̄
nunciandi temeritas: qui vnum id sibi ad cauū vlcꝰ
sanandū satisfacere putant: si sciant quod carne est ī
plendum. Non enim in hoc curandi ratio consistit:
immo id eo inueniendo quod carne sit impletuꝝ. At
quod implebit: iā (inquit) experiētia est inuētū. Dic
proinde ⁊ qd̄ sanabit inuētū experiētia esse: nec fru
stra gloriare: nec methodū extolle. Quāqꝫ apd̄ ipsos
quoqꝫ empiricos experiētiaqꝫ sine certa limitatione
sit dānatur. Scribunt nāqꝫ in cōmētarijs de medica
mentis ad hunc modū. Emplastrū ad eos qui molli
sunt corpore: ⁊ pueros: ⁊ mulieres. Noruntqꝫ thus
in naturis eiusmodi carnē in cauis vlceribus (modo
aliud nullū symptoma sit) p̄ducere: eadēqꝫ implere.
Utrū tamē eiusmodi corpora hūida sint: atqꝫ idcir-
co modice siccantia desyderēt: an alia euentus causa
sit sane nō norunt. Rursus enim ad senilia corpora
aliud scriptū medicamentū inuenies: aliudqꝫ ad ea
vlcera que egre ad cicatricē veniunt: orasqꝫ preium i
das habēt: que octhode greci vocāt. Multasqꝫ alias
discretiones in omnibus suis medendi cōmentarijs
scribunt: quibus quoad licet: ad curande nature p̄-
prietatem appositum pharmachū inueniunt. Quip
pe discretiones in quaqꝫ arte proprium a comuni se
cernere conantur: quātoqꝫ plura quis discreuerit li-
mitaueritqꝫ: eo propius ad p̄prietatē accedit. Ipsuꝫ
vero ad vnguem proprium nec scribi omnino potest
nec dici. Eoqꝫ tum empirici ij qui in arte fuere dili-
gentissimi: tum dogmatici fere omnes fatentur nul-
lam scribi posse curationem ad vnguem exactā. Sed
id quod ad coniecturam de laborantis natura desy-
deratur: alij ex proprio cuiusqꝫ medentium vsu: alij
ex ratiocinando adijciendum esse affirmat. Nemo ta
men eorum adeo fuit preceps vt omni vlceri cauo
vnam se habere medicinam que carnem restituerit:
profiteretur. Non enim apud vllum inuenies eius-
modi pharmacum quod omne vlcus cauum sanet:
imo pro modo humoris sordisqꝫ: atqꝫ ipsa laboran
tis natura: immutanduꝫ medicamētum esse. Missa
ergo hic methodicorum impudentia: age videamus
quid empirici dicāt: qui ex proprio cuiusqꝫ vsu exer
citationeqꝫ adijciendum aliquid cēsent ad propria
laboranti inuenienda remedia. Siquidem (vt sepe
diximus) nulla est in arte medica nec res nec mede-
la que specie dicibilis non sit. Sed quod nec dici: nec
scribi: nec omnino precipi potest: id quātitas in quo
qꝫ est. Nā in vlceribus humor ⁊ sordes dici possunt
quātitas in neutro dici potest: quāquam hic quoqꝫ
accedere propius ad indicandam eā studemus: exi-
guam copiosamqꝫ sordem dicentes: preterea tenuem
⁊ crassam: ⁊ prosus multam: ⁊ admodum paucam:
⁊ mediocrem ⁊ competentem: aliterqꝫ ad hunc mo-
dum varie nominantes: quo videlicet quam proxi-
me licet ad quātitatem indicandam accedamus. Di
ligenter igitur attēdas nūc velim vt intelligas quā
tum prestet methodo quiduis quā sola experientia
facere. Esto namqꝫ notum sit hoc vel illud pharma-
cum ad cauum vlcus implendum facultatem habe-
re in ijs qui vt nos loquimur humidiore sunt tēpe-
ramento: vt obseruator ⁊ empiricus qui molli sunt
carne ac mulieribus ⁊ pueris: deinde nunc tali ad
modū nihil prosit. Nos igitur cuiꝰ causa nihil p̄fuit
inuestigabimꝰ: atqꝫ hāc in duo estimāda reducemꝰ.
Nā aut parcius siccauit medicamētū: aut nimiū: ho
rumqꝫ notas habebimus sordē ⁊ saniē. Nā si pluscu
lum sordis sit: totūqꝫ vlcus humidiꝰ: intra modum
siccauit: sin purū ⁊ absqꝫ humore cernit̄ vltra. Sta-
tim igit̄ mēsurā quoqꝫ excessus defectusqꝫ ex ip̄o no
tarū modo intellege mus: tātoqꝫ pharmacū qd̄ dein

ceps applicabit: vel siccius vel non tale admouebi-
mus. Empiricus autē si admodū cuipiā medicamē
tū carnē non restituit id quidē videt: ceterū ignarus
partius ne: an nimium siccando id euenerit: transire
ad alterū non potest. Ad eundē plane modū ⁊ Era
sistratus Erophilusꝙ ex dimidio (vt dictū est) dog-
matici male vlcus sanabūt: quippe qui ea tm̄ vitia
curare ratione tentant que instrumentaliū partium
sunt propria. Ulcus (vt iā dictū est) cōe similarium
instrumentaliūꝙ est: ideoꝙ id quatenꝰ in similari-
bus prouenit: eatenus empirice curabūt. Quinetiā
si ea curare tentent quorū substantia oīno perit: aut
etiā que manca curtaꝙ sunt in his quoꝙ necesse es-
se a logice curando multifariā aberrent. Si eniʒ qđ
periȷ̈t: substantia quepiaʒ similaris fit: necesse est eū
qui regignende huic consulet totius esse nature pe-
ritū. Ac de his quidē post dicetur. Illud interim cla
rissime ostensum arbitror: non esse cuiusꝙ probe vl-
cus curare: primāꝙ indicationē: que vel plebeiȷ̈ spa
tet minimā esse curationis partē. Nā ⁊ caloreni: fri-
gus humiditatē: ac siccitatē: actiuas qualitates esse
demonstratione accepisse necesse est: ⁊ deinde que no
bis tū de tēperamentis seorsum dicato volumine sūt
scripta: tū que huc pertinent in aliȷ̈s voluminibus:
oīa nouisse. Atꝙ hactenus quidē de vlcere cauo ser-
mo est habitus: ipsam tantum caliditatem curanti-
bus nobis. Siquidē que vlceris propria curatio sit
nondū traditū est. Perficitur aūt ea quoꝙ iuxta eā-
dē methodū: quippe que tū a laborantis partis tem
peramento tū a medicamentoruʒ facultate accipit.
Porro ambo hec a tractatione de elementis pēdent
Etenī nisi illud in methodo concessum sit quatuor q̄
litates geniture corrupteleꝙ causas esse: nec metho
dum incohoasse nec prouexisse: nec absoluisse fas est.
At vero vt illas agentes mutuo patientesꝙ ostēdas
id ad speculationē de elementis pertinet. Qđ igitur
in precedentibus ostendimus: id nunc presenti ser-
mone est confirmatū: nēpe nihil posse medicū de vlla
similariū partiū agitare sine naturali quā vocāt sciē
tia. Uerū illic de similaribꝰ duntaxat idest ostensum
hic iam sermo noster quodāmodo īsinuat ne in ipsis
quidē instrumentalibꝰ cuiq̄ꝫ integrā inuenire cura-
tionē licere qui illam non attigerit. Porro idem ī to
to opere etiam euidentius monstrabitur. Uerum ad
ipsam vlceris quod solū consistit curationē transire
nunc tempestiuū videtur. Fuerit autem solū: si nec
affectus vllus simul adsit: nec symptoma. Esto igit
que exulcerata est particula nec fluxione vexata: nec
malo succo vitiosa: nec omnino extra naturaleʒ tem
periem: sed nec vlla cauitas adsit: nec vlla cutis amis
sio. Nam id quoꝙ bona pars medicorum preterit:
non intellegens postq̄ꝫ cauum vlcus carne iam iple-
tum ac planum effectum: nihilominus tamen hiat:
duplicem adhuc particule affectum superesse: alterꝫ
substantie cutis amissionem: alterum continui solu-
tionem. Ergo quoties vnum id habetur: nempe con
tinui solutio: siue ea summe est cuticule (quā epider-
mida vocāt) siue cutis totius: siue etiam pariter sub
iecte carnis: vitiū qđ vlcꝰ dicitur ita existit: postulat
ꝙ tantū agglutinari. Quippe si cōmisse simul sint
cutis ore: nihil erit in medio cutis generis diuersi:
quēadmodū in eo qđ iā repletū est planūꝙ redditū
In hoc enī ore vlceris se non contingunt: sed totius
vlcerate partis cutis periȷ̈t: quā vtiꝙ restituere opʒ.
At in eo quod acuto aliquo est diuisum vna agglu-
tinatio requiritur: non etiam cutis generatio. Quo-
ties ergo vlceris simplicis propositum sit inuenire
curationem presumendum in sermone est diuisaʒ eē
carnosam particulam citra vllius portionis amissio
nem. Nā latū qđ cicatrice induci postulat: oīno cuti
culam quam epidermida grece vocauimꝰ desiderat.
Hanc igitur tū gignere: tū sibi vnire oportet: duoꝙ
tibi hoc loco existunt: ad que sicuti in cauo vlcere con
siliū diriges: propterea quod affectus ipse geminus
in ambobus est. Quo igitur (ipsorū inquiet forte ali
quis) planū vlcus a cauo discernitur: si ⁊ geminus
vtrobiꝙ est affectus: ⁊ geminus curanti propositus
finis? Nempe multitudine amissarū partium. Quip
pe in cauo vlcere non ipsa modo periȷ̈t cuticula: ve-
rūetiā reliqua cutis natura vniuersa: ⁊ subiecte car
nis portio aliquando non exigua. In repleto vlcere
caro non deest exterius coopertimentū desiderat. Ac
que eius generis vlcerū curatio sit post dicemꝰ. Nūc
eius quod vlcus tantū sit: nec aliū vllū affectū adiū
ctū habet: quenā debita curatio sit precipiamꝰ. Er-
go quoniā hic sola diuisio proponitur: diductorum
oras vna coniunctas esse oportet. An non id solū: ve
rumetiam coniunctas manere? Porro bifariā simul
manent que commissa sunt: cum alia per se: alia ope
aliorū subsistant ac maneant. Per se quidem quecū-
ꝙ secū concrescunt ac coalescunt. Aliorū ope ⁊ q̄ col
ligantur: ⁊ que glutino aliquo tenentur. Ac que con
crescant omnino mollia naturaliter sint oportet. Ta
lis sane est tum caro ipsa: tū quecūꝙ carnea ex ipsa
constitutione sunt. Quecunꝙ vero dura siccaꝙ sunt
eorum diuise partes coire simul nequeunt: sed gluti
nū aliquod vinculum ve quo commissa maneant re-
quirunt. Et taliū quidem sanatio in sequentibꝰ pre
cipietur. Nunc de iȷ̈s que vniri possunt inceptū ser-
monē peragamus: hic quoꝙ ipsam coitionis coale-
scentieꝙ causam inuestigantes. Est vero sicuti in ca
uis vlceribus vt caro producatur: ita in simplici vl-
cere vt ore ipse secum coalescant natura certe causa:
adeo si que dissident in idem adamussim componas
citra omnem reliquam extrinsecus molitionem coa-
lescunt. Oriturꝙ tibi iam alius attendendus finis:
nempe orarum adductio: a quo orsus quibus id ef-
ficias inuestigabis: quippe aut vinculo ex duobꝰ ini
tiȷ̈s circundato. aut sutura: aut fibulis (quas greci
ancteras vocant) impositis: aut horum quibusdaʒ
aut omnibus que diducta sunt in idē adduces. Ex-
pedit aūt quod circūiniȷ̈citur: neꝙ molle nimium sit
⁊ alge ritu fragile (bryodes grece vocant) quo videli
cet tuto contineat: neꝙ rursus ita durū vt premēdo
offendat. Tum vero ipsa circūductio nec ita laxa sit
vt nihil efficiat: nec ita vehemens vt premendo dolo
rem excitet. Hec si feceris fueritꝙ vlcus solū citra vi
tiosum succū: aut fluxionē: aut intemperiē: aut phle-
gmonē: aut aliud quodlibet vitiū proculdubio coi-
bit. At si vel pre eius magnitudine fieri nequeat vt
disiuncte ipse partes exacte ad imum vsꝙ sibi con-
iungantur: videlicet nec sutura: nec fibulis: nec deli-
gatura pertingere ad eas valente: vel etiam saniesiā
illic sit collecta: vel dolor quispiam adiunctus: eius-
modi vlcus ex sola partium commissione agglutina
ri omnino non potest: quando quod dolet: plus ali-
quid effluere facit: atꝙ etiam si quod affluit: pro iu
sto nature modo se habeat: attamen vires ipse par-

tiū questū propter dolorem: tū etiam ex vulnere sunt imbecille: ne quod iustū est ferent: sed veluti ab iniusto grauabuntur. Atq; hinc omnino superuacua sanies proueniet: mirum etiam nisi ⁊ phlegmone. Iaʒ vero si etiam circa dolorē sanies in medio adductorum labrorum vlceris interuenerit: aut etiam locus quisq; medius interfuerit: qui sanie quidem fit vacuus sed aere plenus. non potest eiusmodi vlcus sola dissidentium partium coniunctione conglutinari: quando ⁊ sanies iam vnioneʒ dispersit: ⁊ que coniūgendis interueniunt loca vacua: interiorum lateruʒ frontes prohibent se ꝯtingere. Quare ille saltem vlceris partes vt coeant etiam carne prius impleri nature opera postulant. Porro he adeo plane sunt exigue: si modo diuise vlcrris partes rite sint coniūcte: vt vnius diei spatium desiderent: aut ad summū biduī. Hoc igitur tempore medicamento opus est qđ particulam siccet: vt ⁊ si qua sanies vacuū locū influxura est hanc prohibeat. Nunc igitur medicamentū quod carnem producat ⁊ mediocriter siccet: rursus mihi ad memoriam reuocabis: vt intellegamus siccius ne eo esse glutinatoriū debeat an secꝰ. Sane qđ carnem producit: si totū qui confluit sanguinem cōsumeret ipsam materiam creande carnis adimeret. At glutinatoriū aut omnino carnis generatione nō eget: aut plane exigua: quare plus siccet oportet quā quod carnem producit. Ergo tū hac ratione tenui q̄dam differentia inter se dissident: tum vero altera nō parua: quatenus scilicet quod carnem producit: statim etiam detergendi vim obtineat oportet: quo nō modo redundantiam humoris siccet: sed etiā sordeʒ auferat: glutinatoriū nec detergeat: nec expurget: sʒ contra prorsus substantiam omnem in idem cogat: cuiusmodi facultatem habent medicamenta ea que austera ⁊ adstringentia vocantur. Hec nāq; in idem cogendi ac stipandi non detergendi: neq; purgandi facultatem habent. Quo fit vt vbi carni producēde studemus: maxime cauendū sit a medicamēto quod adstringat: vtpote quod sordem vlceribus actiuis affligat quam vt facile possit absolui. Vinum igitur omnis vlceris qua vlcus est optimū est medicamentū. Quod si nec illud qua vlcus sermoni sit adiectum idem tamen arbitror intelleges. Quippe recordationis tantu causaʒ est additum: ne quis obaudiat: nō sicut necessarium aliquid definiens. Adeo si memorem te eorum omniū que in proximo libro sunt tradita de rebus singulis tum nominandis: tum vero subiectis prestiteris: nihil ē quod talia tibi decetero definiam. Illud tantum abunde mihi erit: si per singula eorum simplices affectus a compositis secernā De quibus mihi nōnihil prius est dictū: ac nunc nihilominus est dicenduʒ: non adeo me hercle re ipsiꝰ causa: quam quod pleriq; medicorum dictione ipsa decepti: cauum ⁊ equabile: recens ⁊ inueteratum: sordidum ⁊ purum: liberum phlegmone ⁊ phlegmone īpeditum putant differentias esse vlcerū. Necesse igitur est distinguere que proprie vlcerū differentie sint ⁊ que aliorum affectuum complexiones. Veruʒ hoc posterius paulo. Sane solennis veteribus doctrina (que vtinam nunc esset in vsu) maxime naturalis ē. Quippe ij simplicis cuiusq; affectus propriaʒ curationem dicūt: precipueq; omniū Hippocrates. Medendi nāq; methodus ad hunc modū bellissime ꝓcedet si de singulis simplicibus seorsuʒ preceperimꝰ post deinde de compositis omnibus alteraʒ reliquā methodum indicauerimus. Veluti enim si duo vere essent in victus ratione morbi clausum ⁊ fluens: idest qui in retentione ⁊ fluore spectarentur: cum seorsum vtriusq; curationem dixissemus: de coniunctiōe amborum esset agendum: sicut Thessalus ipse censet eodem (arbitror) modo quoniam vlcerum qua vlcera sunt: omnino est species: tum phlegmonaruʒ qua phlegmone sunt: altera item species vna est: oportet vbi seorsum vlceris: seorsum rursus phlegmones curationem tradideris: post deinde ambas in idē coniungere. Id igitur si fecerimus: omne profecto vlcus tum siccari debere: tū etiā adstringi: pro dicta iā methodo inueniemus: non tamē detergeri: contra cauitatem in carne siccari: quidem postulare ⁊ abstergeri: minime autem adstringi. Quinetiam ad eundem modum quē prius diximus in cauis vlceribus: nūc ad portionem naturam corporis estimabimus: mollis ne ac laxa sit: an dura sicca ⁊ compacta. Siq̄deʒ prior quanto est humidior tanto medicamentis minus siccantibus eget. Posterior quatenus est siccior eatenus rursum que vehementius siccent: magisq; adstringant desiderat. Empiricus enim (arbitror) hic quoq; pueros: ⁊ feminas: qui tenero sunt corpore: memorabit iuuenes agricolas ⁊ nautas his opponēs. Ceterū cū nō intellegit qđ ī pueris ⁊ feminis propter humiditatem temperamenti eiusmodi medicamenta visa sunt conducere: rursus altera messoribus ac nautis propter siccitatem conuenire: nec cuiusq; corporis curationem exacte conijciet: nec erroris causam deprehendet. Quo fit vt nec quemadmodū se ad potius transferret vbi parum cessit ijs q̄ per experientiam prius nouit intelleget. Hec igitur summatim de glutinatorijs medicamentis diximꝰ. Hinc vero altera quedam methodus succedit ad eorum preparationem compositionēq; pertinens. Si quidem cauo vlceri quicquid volumus statim applicamus: siue siccum id: siue humidum medicamentū sit. Licet enim omni parti vlceris ea tum inspergere tū illinire. At in vulneribus quorum maior est profunditas id non licet. Quippe vbi semel oras cōiūxeris: contingere que in alto sunt diuisa non possis. Consideranduʒ igitur est non modo an siccans adstringensq; modice medicamentū sit: verumetiam an peruenire ad imū valeat. Nam ⁊ cerussa ⁊ lithargyrus siccant adstringuntq; modice: sed si ea cinerī ritu citra vulnꝰ insperges nihil proficies. Neq; enim ad fundū pertinet medicamenti vis quod ita sit siccū: humiditatem igitur desiderat: quo simile emplastici sit: vel etiam humidioris cuiusq; medicaminis Verū hec operis eius quod de medicamentorū compositione precipit propria speculatio est: non eiꝰ qđ de medendi ratione instituitur. Quo vtiq; an ad reʒ propositā requisituri videamur: id procedente opere dicemꝰ. Nūc ad vlcus qđ cicatrice induci postulat reuertar: de quo paulo āte dixi eiꝰ quoq; primū quo tenditur finem ex eodem esse genere cuius est ⁊ caui. Quippe regignere aliquid opus est quod perijt: nō tantum vnire que dissident: ceterum diuersa ratione hic gignere quod desit qua in cauo: quando illic sanguis: hic caro pro materia fit. Impletur igitur qđ cauum est ex gignenda carne: que ipsa ex sanguine primordium habet. At ad cicatricem perducitur qđ iam est impletū ex gignenda cute: que ex subiecta creatur

carne. Ceterum caro eadem specie cum ea que perijt
gigni in cauo vlcere potest. Cutis talis omnino qua
lis erat que perijt: prorsus restitui non potest: simile
quiddam cuti ⁊ quod eius officium suppleat: potest
non tamen plane cutis. Ac causa quidem cur sicuti
caro adepsqꝫ regignũtur: ita cutis que prorsus perie
rit: regigni nequeat ex naturalibus problematis est
petenda: quẽadmodum aũt tum naturam tum vsuꝫ
cutis imitemur hinc accipiẽdũ. Eiusqꝫ rei methodũ
iam tradamus. Quonniam tegere carnem naturali
aliquo tegumento propositum est: (quippe id est du
cere ad cicatricem vlcus) aut cutis nobis generanda
est: aut summa caro cuti similis efficienda. Verũ vt
cutis regeneret: fieri omnino nequit: quod superest
igitur efficere est tẽtãdum. At que igitur huius effi-
ciendi est ratio? Nempe alteratio. Quippe vt carnis
pars quepiam non amplius caro permaneat: sed ve
luti cutis euadat postulamus. Quo pacto igitur (in
quies) alterabit? Profecto alicuius alterãtium qua
litatum ope. Incidit enim rursus hoc loco: vel nolen
tibus nobis: de elementis sermo: sine quo nec quod
cicatricem inducat inuenire medicamentum licet: ne
dum quod carnis producende: aut agglutinandi fa
cultatem habeat. Ergo quoniam cutis carne ipsa tũ
siccior est: tum etiam densior: si carnem siccabimus ⁊
adstringemus cuti etiam persimilem reddemus. Ha
bes medicamẽti quod cicatricem inducit summam.
Verum ea non satisfacit: nam ⁊ glutinatoria tum sic
cabant: tum etiam adstringebant. Ergo quo hec ab
illis distent: id si ipsam rerum substantiam inspicias
inuenies. Nam quoniam in glutinatione vlcerũ sic-
candum quod confluit est: quo videlicet affecta pars
superuacuis vacet: in cicatrice ducẽda nõ modo qđ
confluit: verum etiam humor qui in ipsa carne cõti-
netur est cõsumendus: multo profecto siccius q ꝺ ci-
catriceꝫ inducat: quã quod agglutinet esse cõueniet:
quando glutinaturo vnum id propositum est: vt ei⁹
quod ꝰm naturam est: redũdantiam cõsumat: qui ci-
catricem inducet: non hoc modo verũetiam vt ei qđ
ꝰm naturam se habet: aliquid deradat. Galla igit
immatura hoc loco: ⁊ malicorium: ⁊ egyptie spine
fructus: modice siccantia pharmaca sunt. Chalcites
⁊ es vstum: ⁊ eris squama: ⁊ misy: ⁊ fissum alumen:
multo his sunt valentiora. Misy quidem ⁊ chalci-
tes ꝑcipue: mitior aũt eris squama atqꝫ etiã hoc mi
tius es vstum. Qđ etiam si lauabis vtiqꝫ min⁹ mor
dens medicamẽtum habebis. Porro hoc quoqꝫ ad
speculationem de componendis medicamentis per-
tinet: que sane medẽdi methodum ordine sequitur.
Nam medicamẽtorum facultas nosse id quidem me
dendi methoduꝫ precedit tractatũqꝫ de his alibi est.
Compositio vero medicamẽtorum medendi metho
dum sequitur. Quippe vbi hec vniuersale precepit:
dico autem siccandum: aut humectandum: aut cal-
faciendum: aut refrigerandum esse: tum vel modice
id faciẽdũ esse: vel valenter: vel leuiter: intelleximusqꝫ
cuiusqꝫ simplicium medicamentorum facultatẽ: hãc
qꝫ per se ⁊ seorsum perpensam: tam profecto quo pa
cto quis ea cõmode ad vsum miscuerit: consyderare
cõueniet. Existit igit eo pacto duplex de medicamen
tis peritia: altera de eorum viribus: altera de compo
sitione ac preparatione. Verum ad id quod superest
methodi de vlceribus redeundum est. Superest au-
teꝫ (vt arbitror) de supercrescente carne dicere: quam
ypersarcosin grece vocãt pleraqꝫ medicoꝝ pars. Est
porro is quoqꝫ morbus ex eo genere qđ in quãtitate
magnitudineve partiũ spectatur. Licet eñ pro arbi
trio voces. Ex eodem genere ⁊ cauitas erat de qua
iã egimus. Ergo veluti qđ vlcus cauũ vocãt: nõ vnũ
est vitium: sed pariter ⁊ cauitas ⁊ vlcus: ita vulcus
quod supercrescẽtem carnem habet: nõ vnus est mor
bus: sed simul caro supercrescens: ⁊ vlcus. Indicat
autem magnitudo que preter naturam est: primam
indicationem (quã etiam veluti metam inueniendo
rum remedioꝝ diximus) ipsius scꝫ exuperãtis abla
tionem. At hec sola medicamentorum ope perficit:
non opera nature: videlicet cõtra quam in carne resti
tuẽda aut glutinatione se habuit. Hec eñ nature ip
sius sunt opera: pharmacis tantum que actioni ei⁹
obstant: summouẽtibus. At supcrescentis carnis de
tractio nullum quidem nature opus est: sed medica-
mentis perficitur que vehemẽter siccent. Porro pro-
xima sunt eiusmodi medicamẽta tum ijs que valen-
ter detergent: tum ijs que cicatricem inducũt: sic vt
nõ pauci interim per errorem medicamẽtum qđ car
nem minuit: vel pro eo quod sordem deterget: vel ꝓ
eo qđ cicatricem inducit: accipiant. Exempli gratia:
misy ⁊ calcites si humide nature applicabis: potius
carnem demere ꝙ cicatricem inducere deprehendes.
Unde siquãdo ijs vti ad cicatricem inducendam in
aliorum penuria cogimur: parcissime ipsis vtemur:
summum tãtum specilluꝫ in ea ad exactissimũ liuo-
rem tunsa dimittentes: ac post velut tenuissimũ quẽ
dam pollinem partibus que cicatrice induci postu-
lant imponentes. Qđ si minuere que supcreuere stu
demus: liberalius imponemus. Sane erugo magis
etiã quã hec minuere carnẽ potest: ita vt genus eorũ
que cicatricem inducant: omnino sit egressa. At si illa
etiã aduras: vt minus acria: sic ad cicatriceꝫ inducẽ
dam reddes magis apta. Si vero etiã laues: adhuc
fient mitiora. Meministi vero (arbitror) ⁊ tu ei⁹ qui
cerebri hoc videri medicamento sordidũ vlcus citra
rationẽ curauit: mel que ei admiscuit: ac multis dein
ceps diebus eque sordidum reperit: sic que inops cõ
silij fuit: nec quo se verteret habuit. Accidit enim vt
nõ modo nõ purgaret sordes: sed etiã vt de subiecta
quoqꝫ carne nõ nihil vna detraheret ⁊ colliquaret ꝓ
pterea qđ medicamẽtũ valentius quã ꝓ laborantis
natura erat. Is vero qui medebat: plus deinde mel-
lis assidue medicamẽto adiecit: quo videlicet adhuc
valentius purgaret: ceu non satis id medicamẽtum
prius adhibitum fecisset. Euenit autem plane con-
tra: quippe quantum ille intenderat medicamenti
acrimoniam: tantum caro subiecta contabuerat. Qđ
vero in vlcere ex liquata carne [sordis apparuit] id
medico: ceu medicamentum parum efficax fuisset:
imposuit. Atqꝫ huius quidem ignorantia etiam in
discernẽdi peritia erat: nõ solum in medẽdi metho-
do. Eteñ si quã maxime sil'r sordidũ ex vtroqꝫ medi
camẽto vlc⁹ deprehẽdit: ac certe cauitas maior ex va
lenti ⁊ qđ colliquat medicamento efficit. Quinetiã
labijs prealtis: rubrũqꝫ: ⁊ phlegmone quodãmõ affe
ctũ vlcus cernit. Aliqñ ꝯo rosionẽ quoqꝫ manifestã
ex hmõi medicamento eger sentit. Qđ vero minus
quam par est siccat: nec mordet: nec quicꝙ efficit eo-
rum que retuli. Patere autem ⁊ in his arbitror. Em
piricũ etiã si experientia quã maxime distincta dis-
cretaqꝫ vtatur: trãsire tamen vbi quid nõ cessit ad id

quod expedit non posse: immo vni illi id dicere: qui
vera methodo (quā ipse nūc instituo) medet̄. Quip
pe quam Thessalij isti amethodi methodū profiten
tur nomen esse nudū intellegis omnis affectꝰ vacuū.
Qui cū tanta tāq; multiplex saltem methodꝰ sit ī vi
cere sanando: neq; empiricorum discrimine ad inue/
niēda remedia sunt vsi: neq; sicut dogmatici ab ipa
rerū natura indicationem agendorū sumpserūt: sed
solū id quod nec vulgares lateat proponentes: nem
pe cauū vlcꝰ impleri postulare: plenū cicatrice indu
ci: qđ carne supercrescente luxuriat minui: sordidum
expurgari: mūdū vel cicatrice induci vel agglutina
ri: vlcerū curationis methodū quandaꝫ explicasse se
putant: tantū scilicet absunt vt intellegant hūidio
ribus naturis minꝰ siccantes medicinas conducere:
siccioribꝰ q̄ magis siccent. Ergo qđ in tota disputa
tione nostra manifeste apparuit id denuo resumēdū
est: vt ⁊ nos illi ꝙmaxime simꝰ attenti: ⁊ reliq̇ oēs q̇
veterē methodū corruperūt: quantū aberrāt clariꝰ
intellegant. Incipiā vero ab eo vlcere qđ impleri po
stulat: vnū; id ꝓ exēplo proponēs: qn̄ etiam proxime
de eo sermonē feci. Ab hoc de omni in vniuersum cu
ratione loquar. Ergo illud non ratione modo: verū
etiam experientia considerantibꝰ apparuit: nō oēꝫ
naturam eadem medicamēta requirere: sed infirmio
res molliores q; mitiora: validiores sicciores q; valen
tiora: ita vero tū in ijs quibꝰ cicatrix inducebat̄ se
habebat: tū etiam que glutinatione egebant. Omni
no enim nullū vehementiū pharmacorū ferunt mol
les nature. In eiusmodi vero sermonis nostri decur
su perspicuū plane fit: tū egri naturam esse confide/
randam: tū cuiusq; hominis propriam esse curatio
nem: tū supra hec illud tertiū: nempe qm̄ cuiusq; na
ture proprietas ineffabilis est: nec exacta scientia cō
prehendibilis: hūc esse optimū cuiusq; particularis
egritudinis medicū: qui iam methodū comparauit:
ex qua ⁊ dignoscere naturas possit: ⁊ coniectura con
sequi que sint cuiusqꝫ propria remedia. Ppro exi
stimare communem quandā esse omniū hominū cu
rationem: sicuti stupidissimi methodici putant extre
me est dementie. Atqui illi ob id stata esse putat oīa
medicine artis theoremata: hoc est eiusmodi eē que
scientes homines faciant: firmāqꝫ sui notitiā prestēt
ipsorūqꝫ artem notitiaꝫ quandam esse communita
tū non proprietatū: tanꝙ cōem ⁊ generaleꝫ hominē
non particulares curarent. Ergo sicuti in alijs om̄i
bus statim inter initia sunt lapsi: sic in hoc quoqꝫ.
Siquidem curat̄ non homo communis ⁊ generalis
sed nostrū quisqꝫ: alius videlicet aliud temperamen
tum naturamqꝫ obtinens. Hi vero vnam esse omniū
hominum curationem existimant. Ergo contra si cu
iusqꝫ priuatim naturam explorare ad vnguē scirem
vtiqꝫ qualē fuisse Esculapiū mente concipio: talem
me esse putarem. Sed quoniaꝫ id fieri non potest: cer
te vt quoad homini licet: quamproxime accedā: tuꝫ
ipse me exercere decreui: tum alios vt idē faciant ad
hortor. Ac conantur quidem quantum possunt ⁊ em
pirici: vt a communibꝰ quidem secedere: ita propiꝰ
ad ea que propria sunt accedere. Verū quantum hi
quoqꝫ ab eius rei perfectione absint supra est dictū
Non enim hec in pueris: vel mulieribus: vel senibꝰ:
vel mollem carnem albāqꝫ habentibus: aliaqꝫ id ge
nus pro certis discretionibꝰ (sicuti illis placet) sunt
ponenda: immo quēadmoduꝫ in humore ⁊ siccitate
corpus se habeat. Ac empiricos quidem medicos:
tum ob alia multa: tum ob id probare maxime con/
uenit: quod accedere quātum licet ad egri proprieta
tem conantur. Post enim reliquas discretiones om/
nes quas adhibent etiam que a consuetudine sumi
tur adijciunt: tanꝙ hinc remediorum que egro ma/
gis sint propria cōpotes futuri. Dicet̄ autē a nobis
in sequētibus de cōsuetudine fusius: vbi pro cogno/
scēda proprietate laborantis nature etiam discrimē
a ꝯsuetudine priscis inuētū esse docemus. Hāc itaq;
cum reliquis empirici recipiūt: ⁊ preter hanc ipsum
etiam medicum qui sepe egrum inuisit: quam eū qui
non viderit commodius curaturuꝫ aiunt. Postea, ta
men cum hec omnia adiecerint stabilem se atq; scien
tificam habere notitiam proprie curationis egri ad
huc non dicunt. At vero impudētissimus Thessalus
illud modo vnum intellegens quod cauum vlcus sit
implendum constantia tamen ⁊ firma dicit esse me/
dicine theoremata: ꝙꝙ hoc saltem omnes (vt ante iā
dictum est) homines sciunt: nō ij modo qui nūc sunt
postꝙ Thessalus iste alter videlicet Esculapius in/
ter eos venit: sꝫ etiā (arbitror) qui ante Deucalionē
⁊ Phoroneuꝫ fuerunt: si modo hi rationales erant.
Imo vero preter hoc quod carne esse implendum ca
uum vulcus nouerunt: etiam illud non ignorarunt:
qui medicamenta nosset que tale vlcus carne imple
rent hunc medicum esse. Atq; hec si per experientiaꝫ
sunt inuenta: constat empirice nobis esse curandum:
sin ratione inuenta sunt logice. Non enim profecto
aliud inuenit: aliud nunc cōmode vtetur. Verum de
his nobis cum empiricis res est. Quod autem dice/
re ceperam vera ipsa medicina de laborantis natu/
ra coniecturam fecit. Nominat (arbitror) id vulgus
medicorum grece idiosyncrasiam: omnes q; id incom
prehensibile fatentur: ideoq; ipsam veram medicine
artem Esculapio: Apollini q; cōcedunt. Pendet por
ro omnis hec ratio ex duplici principio: empiricis
obseruatoribus q; ab ijs que manifeste apparent: lo
gicis ab ipsis elementis. Nam quod alij aliud medi
camentum prosit: etiam pueri iam ferme sciunt: ⁊ ra
tio pariter que ab elementis ducitur id confirmat.
Si namq; quindecim differētias in hominum tem/
peramentis ex minoris in ijs maioris q; ratiōe: idq;
in humida tantum natura statuas: necesse profecto
est medicamentorum etiam quibus sis vsurus: quin
decim differentias noueris: quarum alie magis: alie
minus siccent: quo nimirū qđ cuiq; nature cōgruat
inuenias. Qđ si etiam in sicciore natura alijs quin/
decim positis: ad has quoq; parimodo alia quinde
cim medicamēta requiras: habebis in totum trigin
ta medicamenta que triginta naturis cōuenient: qui
bus vti is demum cōmode poterit: qui in corporum
temperamentis diligenter se exercuit. Nunquid igit̄
si totum corpus temperamēto sit sicciore ab ijs que
magis siccent medicinis iuuabitur: si pars quepiam
eius ceteris partibꝰ sit sicciorꝫ que minus siccent re/
quiret? An liq̇do patet hic quoq; q̄ pars sicciꝰ tēpe/
ramētū obtinuit: hanc etiā q̄ magis siccēt postulare:
que humidiꝰ sit sortita minꝰ siccātia? Atq; hoc totū
ꝑtermittūt amethodi isti Thessalij q̇ vnā oī ꝑticule
congruere medicinā putant. Empirici quātū in hoc
Thessalios istos methodicos superāt: tm̄ a veris me
thodicis logicis q; superant̄. Habēt em̄ profecto illi
quoq; ab ipso scꝫ vsu edocti: aliud medicamētum ad

ea vlcera que in oculis accidunt aliud ad ea que in
aurib⁹ aut articulis aut carnib⁹ aut sola cute. Cete/
rū qđ nec in ijs se transferre ad alia possint ex ijs q̄
supra dixim⁹ facile patet. ¶ Qm̄ aūt ⁊ de his satis iā
dictū est rursus ad disputationis initiū reuertamur
misceamusqꝫ vlceri oēs q̄ simul cū ipso incidunt af/
fect⁹ ab intēperie primū orsi. Si em̄ exulcerata caro
vel prius etiā ex quauis occasiōe fuit: vel ipso vlcera
tionis tp̄e iusto calidior frigidiorve est effecta: vtri/
qꝫ medelā exigit q̄ nō modo moderate siccet sed etiā
in tantū calfaciat refrigeretve inquātum subiecta ca
ro a naturali suo habitu recesserit: tū fieri nō possit vt
in vlcere vel carnis productio vel sinus impletio vel
agglutinatio vel cicatricis inductio recte vnq̄ cedat:
nisi subiecta caro pro naturali modo se habeat: Nec
frustra dictū supra est hec omnia nature esse opera:
purgari tamē sordida minuiqꝫ supercrescētia hec fie
ri etiam carne naturalem statū nō seruante licet pro/
pterea quod tantū medicamētorū sunt opera. Quo/
circa legitimi vlceratarū partiū tēperamēti quoties
eas vel carne implere vel glutinare vel citratrice indu
cere studes maior tibi solicitudo erit. Seruari nāqꝫ
dedebunt nature motus quos cōprehensorū singula
comitantur. At alias nō seruabuntur nisi prorsus se
pro nature sue ratione pars habeat. Veluti igitur si
phlegmone cum vlcere vna esset: priusquam hec di/
scussa esset nemo id vel carne implere vel glutinare:
vel cicatrice inducere tentaret: ad eundem arbitror
modum etiam si sine phlegmone sola subsit intem/
peries nullū horum fore prius sperabimus quam
illa sit sanata. Rursus igitur hinc indicatio quedam
ad medicamentorū que superius comprehensa sunt
inuentionem oritur. quippe omnia ea siccantia erāt:
sed dissidebant inter se pro intensionis remissionisqꝫ
modo. Ceterū definitū antea non est quatenus in ca
lefaciēdo frigefaciēdoqꝫ se haberēt: sꝫ methodus hoc
quoqꝫ inuestigandum cogit. Nō em̄ tantū an siccet:
sꝫ an etiam non valde calefaciat aut refrigeret expen
di oportet. Ergo altercū (hyoscyamū grece vocant) ⁊
mādragorā ⁊ meconiū ceu supra modū refrigerātia
fugies: tametsi siccant ea quoqꝫ quantū sit vlceri ex
vsu. Resina vo ⁊ pix ⁊ aspaltus: quanq̄ modice sic/
cant: tm̄ immodice sunt calida. Ideoqꝫ eis nemo vter
solis nec aliter nisi cū leuiter refrigerantibus admix
tis vnum ex omnibus medicamentum fecerit quod
sit temperatum. Si igitur hec ita se habent sicuti pro
fecto habent: inspici etiam conueniet ⁊ circundantis
nos aeris temperiem. Siquidem veluti medicamen
tum quoddam is quoqꝫ corporibus nostris forin/
secus incidens vbi immodicus calore vel frigore est
sanationē moratur. Danda igitur opera est vt medi
camenta excessui occurrant. Ideoqꝫ Hippocrates in
calidioribus anni temporibus ijs quibus frigidior
facultas sit medicamētis vtitur calidioribus per fri
gidiora. Non ignoras ꝓfecto hic quoqꝫ ex stupidis
Thessalijs quendam fateri quo pacto in calore ⁊ fri
gore se habeat qui egrum continet aerem inspicere:
non tamen anni tempora a se inspici: quasi nomina
ipsa temporum anni prosint obsintve non eoꝝ tem/
peramenti ratio: aut non huius causa veteres ad ea
respexerint. Verum quod qui certa methodo curare
vlcus debet huic necesse sit tum ad prima ⁊ maxime
elementa venire tum anni tempora ⁊ corporum tem
peramenta non in toto modo verumetiam in sin/
gulis partibus considerare abunde monstratum
reor. Rursus vero repetendum hoc etiam loco est
quod prius diximus in indicatione que a sicco hu/
midoqꝫ sumitur. Nam sicuti in illis humidior na/
tura humidiora sicciora medicamenta exigebat ita
nunc calidior calidiora frigidior frigidiora requiret
contrariam scilicet ijs que preter naturam ⁊ ijs que
secundum naturam sunt indicationē prestantibus
quippe que secundū naturā sunt similiū sibi indica/
tiua sunt: que preter naturā contrariorū: si modo il/
la seruari hec summoueri desyderant. Ac qđ tū cor/
porum temperies: tum anni tempora tum partium
nature cōsyderanda ab eo sint qui probe vlcus sit sa
naturus: clare me docuisse existimo: ad hec quod pri/
ma quidem medicationis indicatio a solo sumatur
affectu remedia tamen inueniri non posse nisi prius
ad corporum elementa sit ascensum ⁊ egri tempera/
mentum perpensum non corporis modo vniuersi sꝫ
etiā afflicte particule: cum hoc quoqꝫ ambientis tē
perie estimata: que vtiqꝫ cum ad presentes status tū
vero regiones excenditur. ¶ Quod autem contrarie
subinde in vna curatione indicationes sint atqꝫ has
quemadmodū tractare conueniat latius quidē dice
tur in sequentibus nō tamen alienum sit nunc quo/
q̄ paucis de ipsis egisse. Etenim quod egri tempera
mentum sit humidius particula ipsa que laborat sic
cior: aut cōtraqꝫ hec sit humidior totius temperamē/
tum siccius: mirandū non arbitror. Pari modo in ca
lore ⁊ frigore quod contrario temperamento sit pars
cum toto. Veluti igitur si totum corpus medio tem/
peramento esset: (quod esse optimum docuimus) ni
hil plane quantum ad laborantis naturam attine/
ret in medicamētis nouarem⁹: ita vbi vel siccius vel
calidius vel frigidius iusto cernitur eatenus inten/
dere vires medicamentorum oportet quatenus cor/
pus ad naturalem intemperiē est versum. Non enim
(arbitror) excidit nobis que naturalis intēperies sit
⁊ q̄ preter naturā. Dictū em̄ de ipsis est ī alijs ac pre
cipue in libro q̄ de inequali intēperamēto est inscri/
ptus. Pone igitur totū laborātis corporis tempera/
mentū humidius esse eoqꝫ medicamēta desyderare q̄
minus siccēt: ipsā vo egram particulā ex eoꝝ nume
ro esse q̄ sicciores sint qualia esse dixim⁹ q̄ min⁹ sunt
carnosa cuius generis sunt que circa digitos ⁊ arti/
culos habētur preterea q̄ circa aures ⁊ nasū ⁊ oculos
⁊ dētes sunt: ac vt semel dicā vbi crebre chartilagi/
nes ⁊ mēbranule ⁊ ligamēta ⁊ ossa ⁊ nerui sūt: adeps
vo ⁊ caro vel omnino nulla est vel ꝑquā exigua. Di/
uersa aūt in his est ea q̄ a patiente particula accipi
tur indicatio ab ea q̄ ex egri sumitur natura. Quare
si quanto egri temperamentum iusto est humidius:
tāto particula iusto sit sicciór: nec adijciēdum: nec de
trahendum pharmaco quicq̄ est: sed tale adhibendū
quale si vlcus in medij temperamēti particula consi
steret adhiberemus. Sin siccior debito particula ma
gis fuerit quā corporis temperamentum iusto est hu
midius: vtiqꝫ in tantū intendi siccitatē medicamēti
conueniet quātum particule temperamētū totius tē
peramētū excedit: veluti si quatuor numeris sit exul
cerata pars medio temperamēto siccior egri natura
gradibus tribus humidior: manifestū est particulā
q̄ nūc exulcerata est: siccius vno gradu desyderaturā
medicamētum quā que sit tēperata. Qđ aūt hec oīa
coniectura sint accipiēda tū qđ optime conijcere po

terit q̄ in ratiocinādo de his sit exercitatꝰ liquido patet. Ac in talibus quidē oībus cōtrarie subinde indicationes vno tēpore fiunt. Neq̧ eñ est quod de indicationibus q̄ a calido ⁊ frigido sumunt̃ etiamnū dicam vtpote q̄ ad portionē dictorū intellegi possunt. In alijs ꝟo etiaꝫ in tēporibus q̄bus ꝑficiende sunt indicationes separantur: in principio presertim curationis altera cessare altera officio fungi: sicut exempli causa cū vlcus cauum simul sit ⁊ admodum sordidum. Quippe affectus ꝑter naturā in hoc triplex est vlcus cauitas ⁊ sordes. Ordo ꝟo sanatonis a sorde expurganda ordiet̃ qꝺ videlicet nec glutinari q̄cq̄ nec carne impleri pōt priusq̄ purū fuerit. Secūdū locū exiget cauitatis sanatio. Si nāq̧ vel glutinabimus vel cicatricē inducemus vel (vt summatim dicā) curabimꝰ vlcus cauitatē implere nō poterimꝰ. Pone ergo nō solū tria hec particulā obsidere ſꝫ etiā phlegmonem vel erysipelas vel gāgrenam vel intēperiem aliquā simplicē cōpositam ve. Nū nā hic manifestū est qꝺ nisi quis illā prius sanauerit implere cauū vlcus nō poterit? Quippe dictū supra est carnis generationem ex sana q̄ subiecta sit ortū habere. Ex ea ꝟo quā phlegmone premit ⁊ intēperata ⁊ vno verbo egrota: caro gigni noua nō pōt. Ergo in oībus eiusmodi cōplexionibus triplex tibi ꝓpositus finis erit vnus veluti a causis sumptus eius qꝺ post futuruꝫ est: alter vt qꝺ rationē optinet eius sint quo nō: tertius eiꝰ qꝺ veluti accelerantiū ⁊ vrgeniū nominat̃. Siquidē iusta subiecte carnis tēperies cause rationē habet vt q̄ concrescere secū qꝺ vlceratū est faciat ⁊ cauitatē impleat. Puritas vlceris rationē eius sine quo nō: atq̧ hāc sordes interpellās curationē morat̃. Habet ꝟo ⁊ ipsa cauitas ad vlcꝰ rationē eius sine quo nō: quādo nisi cauitas prius impleta sit induci cicatrice vlcus nō possit. Ergo si ad hec respexeris ordinē sanationis inuenies: veluti si phlegmone ⁊ cauitas ⁊ vlcꝰ ⁊ sordes simul in eadē particula constiterint primuꝫ phlegmonē secūdo loco sordē tertio cauitatē esse sanandam ⁊ quarto vlcus. Ac in iam dictis quideꝫ tū ordo tum agendoruin inuentio ex his sumitur. Urgentis vero indicatio inter ista non habetur: in alijs autem habet̃. Nam affectus vnde primū maxime q̄ imminet homini periculū hic primꝰ curari debebit: interim vero non primus modo verumetiam solus: veluti si puncto musculi capite cōuulsio q̄ nulla cōuenientium medicamentoruꝫ vi remittit̃ superueniat. Quippe ꝑciso per transuersum toto musculo cōuulsionem quidē sanaueris aliquē tñ ex particule motibus vitiaueris. Ad eundē modū cū e vena vel arteria sanguis immodice ꝓfluit si totū vas per trāsuersum ꝑcideris vlcus quidē eius sanare postea nō poteris periculū tamē qꝺ ex profluuio sanguinis impēdebat sustuleris. Iā neruū punctū sepe cogimur trāsuersum ꝑcidere quoties vel cōuulsiones vel delyria: vl̃ ambo magna egreq̧ sanabilia superuenire vulnerationi cernimus. Pari modo vbi luxatio cuꝫ vlcere in aliquo maiorū articulorū incidit vlcus sanamus: luxationem insanataꝫ relinquimꝰ: quādo si hāc quoque sanare conemur conuulsiones omnino sequent̃. Tertius itaq̧ propositus medendi finis is est q̄ ad id quod vrget attendit: diuersus nimirum a duobꝰ illis modo dictis: Neq̧ enim idem est aliquid vel vt causam consyderes vel vt id quod rationem optinet eius sine quo non: vel vt quod vrget. Sed ⁊ quod vrger: tum eiusmodi interdum esse vt alium insanabilem affectum relinquat: dictum iam est: tum ꝟo affectum ipsum nonnunq̄ a nobis ipsis induci partim in neruo puncto: vel tendone: vel vasorum cuiuspiaꝫ sanguinis ꝓfusione: partim in capite vulnerati musculi. Nam vbi luxatio cum vlcere vna consistit: non ipsi affectum facimus: sed tantum eum qui factus est non sanamus. Dicetur vero de his accuratius in sequētibus. In presentia namq̧ redire ad proprias vlcerum differentias placet: ac propositum sermonē breuiter complectu: quo siqua ex his etiam indicatio remediorū sit reliqua: eā non pretermittamus. Ergo putrescens vlcus: ⁊ quod exeditur: ⁊ quod gāgrena ⁊ quod erysipelate affligitur: ⁊ cancerosum: ⁊ dolens ⁊ indolens queq̧ alia id genus veluti vlcerum differentias loquuntur: si quis empiricam curationem prodens: nec aliud cogitans pertractet: non est cum eo contendendum: si vlcerum ea differentias nominat. Millies enim dictum est non oportere de noībꝰ contendere. Sin tanq̄ artificiosum aliquid de indicationibus dicturus docendus est omnes iā dictos affectus cōpositos esse: alias ꝟo esse differentias simplicis soliusq̧ vlceris ⁊ cui nullus alius adiunctus sit affectus. Nam si ab acuto aliquo facta tantū diuisione forma eius quod vulnerauit impressa est: existent profecto sic multe vlcerum differentie obliquorū rectorum pampini modo retortorū hami ritu vncorum aliter quocumque modo se habentium. Atq̧ he quideꝫ differentie omnes a figura sunt. A magnitudine rursus ꝓ maioris minorisq̧ rōne mille alie. Nā ⁊ magnū ⁊ paruū ⁊ maius ⁊ minus vlcus. vlcere tum dicitur tum vero est. Quinetiam breue ⁊ longū in summo residens ⁊ in profundum penetrans. Atq̧ in singulis horum tum quod magis tale minusq̧ est siue in spatij siue in magnitudinis siue quantitatis siue quocumque modo appellasse libet differentia. Quod si hec ita se habent omnino profecto ⁊ equale vlcus ⁊ inequale in alto differentie erunt. Quippe diffisso si ita sors tulit per longitudinem femore potest superior diuisionis pars alte descendere inferior in summo corpore habere: aut contra in summo esseq̧ superior est profunda que inferior. Iā illa quoq̧ nempe diruptum aliqua ex parte aut ex toto fuisse: ⁊ incisum fuisse: ⁊ vbi quod vulnerauit oblique sub cutem se dedit: alterā vlceris partē in cōspectu esse: alterā sub cute latere: idq̧ vel ex supernis ꝑtibus esse: vel īfernis vel lateralibꝰ: omnia hec vlceris differētie sunt. Ab ipso tempore rursus alie vlcerum differentie sumunt̃ cruentum recens exigui temporis ⁊ diuturnum. Atq̧ in omnibus his ipsa maioris minorisq̧ ratio numerosa est. Atq̧ ab ipsa vlceris natura he differentie sumuntur maxime quidem proprie que a substantia rei capiuntur. Nempe q̄ a figura ducūtur ⁊ a diuisionis magnitudine: idq̧ vel in longitudine vel in altitudine: vel ī ambabus: preterea equalitate in his ⁊ inequalitate: extrinsecus ꝟo accedentes ⁊ que scilicet rationem optinent eius sine quo nō: tum a tempore in quo factum vlcus est (ita enim aliud recens: aliud vetus vocatur) tum ex eo quod totum pars ve conspectum fugit vel conspiciendum se prebet. Iam vero ⁊ a generationis ratione: eo quod totum sit incisum vel totum disruptum: vel pars incisa pars dirupta. Quod si que a loco quoq̧ in quo est vlcus differentias censeas: veluti

si finis musculi: vel principium musculi vel medium musculi: vel cutis sit quod vlceratum est: vel iecur venterve sit in quo vlcus consistit: fuerint profecto ⁊ ipse vlcerum differentie: nō vtiq; a propria ipsorum natura: sed a locis in quibus cōsistunt desumpte. At cū phlegmone quis obsessum vlcꝰ dicit: aut supercrescente carne pressum: aut cauum: deinde similes vlceris differentias dixisse se ijs quas modo retuli putat: hūc necesse est in medēdi methodo falli. Quippe grece phlegmenō helcos ex formula dictionis similē habet interpretationis figurā cū paruo vlcere: ceterum q̄d significatur: simile nō est. Siquidē profundū: aut summotenus factū: cum de vlcere dicimus: propriā eius differentiā ostendimus. Phlegmenō vero omnino vlceris differētia nō est: cū possit phlegmone pars affici etiā vbi vlcus nō sit. Quo fieri arbitror vt hic immutare dictionē liceat. Si eñ accidisse alicui vlcus cū phlegmone dixeris: proprius ad rei naturā: ⁊ clarius interpretatus sis non autem si alij cum magnitudine: alij cū paruitate factū dicas: quippe cū ⁊ magis ex natura rei ⁊ clarius loquere: si huic magnum accidisse vlcus: illi paruum dixeris. Adeo si fieri possit vt mutata dictio ⁊ rei nature cōuenientior: ⁊ audituris clarior sit: cōmittendū nō est quo minus id fiat Quippe caput ad effugiendā in rebus deceptionem est vt definita locutione vtare. Quānam igitur in talibus methodū statuamus? Etenim tradenda quepiā preceptio est: ac veluti scopus: quo semper intētis discernere statim liceat differentiā ne alicuius affectꝰ dixerit quis: an alterius affectus cōplexū. Esto igitur tibi discrimen hoc. Quod cōsistere seorsum ⁊ ꝑ se pōt id nullius vnq̄ alterius fuerit differentia. Ergo magnitudo: paruitas: equabilitas: inequabilitas: tempꝰ ⁊ figura ex eorū numero sunt que alijs accidunt. Ulcus: phlegmone: gāgrena: ⁊ putredo: singula seorsum ⁊ per se cōsistere possunt: sunt namq; corporis nostri affectꝰ quidā preter naturā: minime ea que affectibꝰ necessario accidūt. Quippe oībus his necessario accidit vt vel parua sint: vel magna: vel equabilia: vel inequabilia: vel recentia: vel inueterata: vel euidēter appareant: vel condantur nec videantur. Phlegmone vero affici: ex ijs que vlceri accidūt nō est: veluti nec putrescere: nec gangrena tentari. Sunt eñ hec omnia ex morborū genere: siquidem affectus preter naturam sunt: ⁊ actionē vitiant. Alio rursus modo vlcus crucians: ⁊ vlcus sordidū: ceu quedam vlceris differētie dicuntur. Ceterū compositum quippiam hic quoq; indicatur: sed diuersa ratione quam vt phlegmone tentatū: aut putrescēs vlcus dicebatur. Quippe illic affectus sunt phlegmone ⁊ putredo: hic dolor ⁊ sordes ex symptomatū sunt genere. Pari modo ⁊ cum dicitur cacochymon vlcus: id est vitioso succo obsessum aut fluxione vexatum: aut arrosum: causa cum affectu copulatur. Manifestumq; ex talibus est: methodi eius que de medendo instituitur: primos ac simplices: sine que vlla compositione morbos: veluti elementa quedam esse. Quo magis in commentarijs qui de morborum differentijs sunt scripti: omnes eos enumerauimus. Sane nihil referat: primos: an simplices dixeris: quando quod primum est: simplex est: ⁊ quod simplex: primum: ideoq; etiam elementa re. Indicatio vero curationis ex differētijs fit: sed nō omnibus. Nam recens vetusve vlcus nihil indicat: quanq̄ indicare videtur nōnullis: sed hi seipsos fallunt nō aliter quā in ijs que ad victus rationem spectant: cū aliam initij: aliam incrementi: aliam summi vigoris: aliā remissionis indicationē esse dicunt. De quibus latius in sequentibus dicturus: nō est quod nunc sim verbosior. Uerū quod tantū ad rem presentem sit satis: id adijciā. Recens vlcus cū omnino ab altero quolibet affectu est liberū: nec symptoma vllū habet adiunctū: aliā putant indicare curationē quā vetus. Id vero nō ita se habet. Siquidē q̄d vlcus tm̄ est: nec quicquā aliud: (est porro eiusmodi: cui nec cauitas adest: nec dolor: nec sordes: q̄d que ⁊ omni alio affectu est liberū) ⁊ ipsam tm̄ vlceris sanationē desyderat: cuius vtiq; propositus finis vel vnitio: vel agglutinatio: vel coitio: vel continuatio est. Quippe millies diximus licere appelles vt iubet: modo rei nihil mutes. Eiusmodi igitur vlcꝰ: siue recēs: siue antiquū sit: eandē semꝑ curationē requirit: nihil plane ꝓpriū indicāte discrimine eo q̄d a tēpore sumitur. At si cauitatē alte reconditā sub cute habet: cōsyderare oportet vtrum ea in superiore parte sit ita vt sanies ex ea prona effluat: an in inferiore sic vt illic sistatur. Eius igitur cui effluxꝰ patet: eadē que aliorum curatio est. Cui nō est: huic ipsi moliamur effluxū opꝫ. Eius duplex ratio est: alias tota cauitate desecta: alias in fundo tm̄ aperta. Quū vero harū alterutra sit ineūda: docebit tū locorū ipsa natura: tū vero vlceris magnitudo. Si nanq; ⁊ loca ipsa dubiā sectionē faciāt: ⁊ vlcꝰ magnū fuerit: in fundo aperire magis expedit. Sin cōtra se habeāt: perscindere prestat. Deligatio vero eius incipiat quidē superne: finiatur infra: vbi scꝫ patet effluxus. Q̄d aūt differentia ea que a vulneratis omnibꝰ particulis sumitur: ad indicandā curationē sit maxie opportuna: id in superioribꝰ est dictū. Uerū ea quidē vt similiariū: hec cuius nunc memini: vt instrumentaliū est indicatio. Sane dicetur de ea que vel vt similariū corporū: vel vt instrumentaliū indicatio est: in sequētibus vberius. Nūc ad proprias vlcerū differētias est redeundū: ac de ipso seu trāsuersū sit: seu rectū: seu ꝓfundū: seu in summo corꝑe: seu paruum: seu magnū: definiendū. Trāsuersa nanq; vlcera eo q̄d labra eorū magis dissident absuntq; a sese: cōiungi diligentius postulāt: ideoq; tū suturis: tū fibulis in his est vtendū. Que vero per longitudinē musculorū sunt facta: hec si a duplici initio deliges: nec suturis nec fibulis egebis. Sin aliter deligare placebit vel fibulis vel suturis vtere. Sufficiēt autem paucissime omnino suture. Et magna quidē vlcera: si recte ea que prius dicta sunt meministi: ijs que valentius siccēt medicamētis curabis. Parua vero: vel q̄ moderate siccent: abunde sanauerint. Profunda vero vlcera: omnino etiam magna sunt: voluntq; tum a duobus initijs deligari: tum vero nec labra sua preprope glutinari. At que profunda multum lataq; sunt vt duplici ratione sunt magna: sic duplicem quoq; indicationem prestant. Itaq; ⁊ que valenter siccent postulant: et ne immature labra coniungas: et vt a duobus initijs deliges: et vt altis suturis consuas. Ad eundem modum et si multe simul differentie coierint: quarum sua cuique sit indicatio: si quidem inter se minime pugnent: omnibus vti maxime expedit sint aliquatenus secum pugnent: quemadmodum distinguere de talibus oportebit: dictum quidem alicubi in precedentibus est: locupletius tamen dicetur in sequentibus. ¶ Nunc enim finiendus hoc

loco tertius hic liber videtur. In quarto qui sequetur de ijs affectibus qui vlcera comitari plurimum solēt disceptatio erit. Tradentur autem cum his etiam internarum causarum curationes.

¶ Galeni methodus medendi: vel de morbis curandis. Thoma linacro anglo, interprete: liber quartus.

Vnum esse morborū

genus ipsam quoqꝫ continuitatē solutam diximus. Hec in omnibus animalis partibꝰ incidit: nō tamē vnū nomē in omnibꝰ sortitur. Quippe que in carnosa parte: vlcus: in osse: fractura (grecis catagma) dicitur: in neruo: ruptio: greci spasma vocant. Eiusdez generis sunt ⁊ que greci iterū apospasma ⁊ rhegma ⁊ thlasma dicunt. Illud in ligamēto: hec in vasis musculisqꝫ ex violento ictu: vel graui casu: vel alio quopiā valente motu excitata. Que vero ecchymosis grece dicitur: plurimum vna cū cōtusione ruptioneqꝫ incidit. Fit autem aliquādo ⁊ ex oris vasorū apertione quā anastomosin vocant: ⁊ ex ea que a nōnullis diapidesis dicitur: aliud vtiqꝫ tūc solute cōtinuitatis genus. Iam vero ⁊ ex erosione: quā anabrosin grece vocant: soluitur interim in animalis partibus cōtinuitas. Verū is iam mixtus affectus est: vt qui aliud qͦdam morbi genus adsciscat: qͦ in quantitate partiū cōsistit: veluti supra cū de cauis vlceribus egimus est monstratū. Est eñ horū ipsorū duplex ortus: alias ab excisione: sepe ab erosione ꝓueniēs. Veruz excisio quo pacto eueniat: nō latet. Erosio si intrinsecus ab ipso animali prouenit: vitiosi succi soboles est. Sin extrinsecus: aut a valentibus medicamentis fit: aut ab igni. Et sane (vt dictum supra est) diligenter attendere oportet: ⁊ simplices affectus a cōpositis discernere: cum simplici morbo simplex adhibēda curatio fit: cōposito nō simplex. Ac quenam in cōpositis curandis tenenda methodus sit: supra est dictum. Ceterū non tantū generalitatē eius didicisse: sed etiā in singulis eius partibus exercitatū esse oportet: cū in his quoqꝫ nō paucis methodis (vt ita dixerim) particularibus sit opus: propterea quod cuiqꝫ morboruz speciei sua sit methodi species. Ergo quod reliquum est vlceruz curationis: in hoc libro exequamur: hinc sumpto initio: Omne vlcus aut solum est: ipsumqꝫ per se: nullo nec cum eo simul inuadente: nec ipsum precedēte aut sequente alio affectu: aut cum alio quopiam vno multisve consistit: quorū alij non modo statim ab initio vlcus excitarunt: sed etiam nunc maius efficiunt: alij eius sine quo non: vt ad curandi opus: rationem optinent. Verum de his prius dictum est. Atqꝫ maiꝰ vlcus reddunt: de ijs hoc volumine agetur. Ac duplex in his curationis consilium est: vt vel eiusmodi affectus e corpore prorsus eximas: vel incōmoduz quod inferūt vincas. Verum hoc vbi exiguꝰ plane affectꝰ est: fieri licet. vbi magnus est: duci ad cicatricem vlcꝰ prius nō poterit: quam illi affectui remedium attulerit. Ergo quinam ⁊ quot numero eiusmodi affectus sint: diligenter nobis consyderanduz est: inde nimirū sumpto initio: vnde supra est ceptum: Omne vlcus: siue solum sit: siue vna cum cauitate: ⁊ subiectam sibi carnem naturaliter habere postulat: ⁊ nequid inter oras conglutinandas intersit: quod tamen sepe fit: ita vt pilus: arena: sordes: oleū: aliud ve id genus glutinationem prohibeat. Ceterum hec ceu symptomata quedam vlcerum sunt: ⁊ que morari sanationem: si sint: possunt: officere si non sint: nō possunt. Subiecte vero carnis affectus cause rationem optinet ad id qͦ efficitur. Quippe ex hac: ⁊ per hanc: tum que dissidēt glutinantur: tū que caua sunt: carne implentur. Hāc ergo plane pro natura sua se habeat oportet: quo hec vtraqꝫ commode perficiantur. Atqꝫ recte hec quidez se habuerit: si id quod reliquis etiam omnibus est cōmune: proprium temperamentum tueatur. Itaqꝫ tēperatam esse subiectam carnem ad vlceratum glutināda: tum carne implenda: prorsus oportet. Nunquid igitur hoc tantum satis est? An etiam sanguinez qui confluit: ⁊ bonum esse ⁊ modicū quantitate oportet? Mihi id quoqꝫ multo maxime verum esse videtur. Nam ⁊ qui corruptus sanguis est: tantum abest vt ad glutinandum ⁊ carne implenduz sit vtilis: vt etiā ipse nonnunqꝫ corpus erodat atqꝫ exulceret: ⁊ multꝰ humor cum in vlceribus excrementa creet: sanationē (ceu prius diximus) moratur. Atqꝫ hi tres egre sanabilium vlcerum modi vidētur: qui ex intemperie subiecte prouenit carnis: qui ex vitio confluentis fit sanguinis: ⁊ tertius qui ex mensura confluētis nascitur. An non ita facienda diuisio est: sed sic potius? Nempe egre sanabilium rebelliumqꝫ vlcerum alia ꝓpter vlcerate carnis intemperiem: alia ob confluentem humorem talia fieri: tum intemperiem rursus ipsam bifariam diduci: cuz alias in qualitate sola nature modum egressa subdita caro sit: alias etiam cum accessorio quopiam tumore. Iam ipsum confluxum bipartito etiam scindi: nempe in confluentis succi tum qualitatem: tum quantitatem: interim vero misceri dictorum affectuum aut aliquos: aut etiaz pariter omnes. Porro tradenda est medendi methodus non omniū simul: sed cuiusqꝫ seorsum. Ac carnis quidem intemperies si squalēs siccaqꝫ videtur: aqua temperata fouens humectansqꝫ corriges. Quoties autem eo remedio vteris: esto tibi perfusionis humectationisqꝫ meta: vt cum primuz rubescit attolliturqꝫ particule moles: tum desinas. Quippe si vltra perfundas: quod attraxisti: id euocabis: itaqꝫ nihil profeceris. Quin etiam medicamentorum humectandi facultas plenior esto quam vt in sana carne preceptum est. Si vero humidior quam pro naturali habitu caro fuerit: contraria ratio ineunda est: ac medicamentorum facultas ad siccius transferenda: aqua vero nullatenus admouenda: imo si lauandum vlcus videtur: vinum aut posca: aut decoctum austere cuiusqꝫ herbe preparandum. Eodem modo ⁊ calidiorem quaz par est carnis habitum refrigerabis: ⁊ frigidiorem calefacies. Agnosces vero horum vtrumqꝫ partim colore: partim tactu: partim laborātis sensu: quippe alias vstionem sentire se fatentur: alias manifestū frigus in particula: gaudentqꝫ vel frigidis medicamentis: vel calidis: ⁊ alijs quidem rubor lenis insidet: alijs color magis albicat. Verum hec distinguere: propositi operis officium non est: quippe in quo non dignoscendi: sed medendi methodum instituimus: sed consequentia quadaz sermonis inuitante digressi in hanc sumus. Rursus igitur ad ea que proposuimus reuertamur.

¶ Partium que cum aliquo, preter naturam tumore exulcerate sunt: earum prius sanandus tumor est. Que vero omnis preter naturā tumoris curādi ratio

sit in sequētibus dicetur. Nun quantū eius rei cōiūctum cum vlcerum curatione est tractabitur. Cum labra tantum vlceris decolorata durave pusculum fuerint excidēda ea sunt ad sanam vsqꝫ camem. Cum vero amplꝰ ꝓgressus eiusmodi affectus est deliberatio incidit excidēdū ne omne id sit quod preter naturam visitur an spatio potius curandum. Proculqꝫ dubio est egri animū hoc casu consulendū esse. Aliqui enim longiore tēpore curari citra sectionē malunt: aliqui quiduis subire dūmodo citius sanentur sunt parati Cꝫ ṽo ⁊ mali succi q̄ ad exulceratā partē confluit: vt vlcerās q̄dē est sanatio eius hic dicet̃: vt malignꝰ succus est aut copia redundans in ꝓprijs ipsoꝝ locis tractabit̃. Cū ergo q̄ exulceratis partibꝰ influit succus: nec multo plus iusto: nec multo deterior sit auerti hunc regeriqꝫ conueniet adstrictis scilicet refrigeratisqꝫ ijs particulis que ante exulcerata sunt. Incboanda quoqꝫ deligatio est a laborāte ipsa particula deducendaqꝫ versus sanam: veluti in fracturis ossium p̄cepit Hippocrates. sed ⁊ q̄ vlceribꝰ ipsis admouent̃ pharmaca siccēt valētius opꝫ quā ea que simplici admouētur vlceri. Qḋ si sisti cōpesciqꝫ medicamēis influxus nequeat cā eius inuestigāda ē: atqꝫ hec prius adimēda. Ac si quidē ob partis q̄ fluxū recipit imbecillitatē aliquā id fiat huic nimirū medendū est. Fuerit aūt hec vlcerate quoqꝫ partis ꝓpria q̄daꝫ curatio. Sin ꝓpter sanguinis copiā vitiosumve succū vel corꝑis totius vel alicuius suprapositarum partiū: illa scilicet prius sunt corrigēda. At imbecillitas quidē partis ꝓpter quā plus iusto succoꝝ illi influit oīno ab intēperie ꝓuenit nō tñ ab oī. Coqꝫ fit vt exulcerata caro nōnūquā intēperata tantū sit nō aūt imbecilla: nōnunquā vtrūqꝫ ⁊ intēperata ⁊ imbecilla. Quippe imbecillitatis affecte partis valētior intēperies causa est. Hāc aūt sicut prius dictū est curabis vtiqꝫ calidā refrigerādo siccā humectādo frigidā calfaciēdo humidā siccādo: qḋ si frigidior pariter humidiorqꝫ locus sit calfaciēdo patiter ac siccādo: ⁊ in alijs ad eundē modū: vincentē videlicet qualitatē cōtraria semꝑ oppugnās. Huius rei ratio hec ē. Quidquid rectū est nō in animalibꝰ modo plantis ve veꝝ etiā alijs q̄busqꝫ: id symmetron est mediūqꝫ ⁊ omnis vitiosi excessus expers. Cui eñ nec demere quicquā nec adijcere nō partē aliquā nō qualitatē possis prorsus id recte se habet. Contra qḋ demi sibi aliq̄d adijcive postulat id iā ab optimo statu recessit. Ad quem vtiqꝫ redire aliter nō est nisi ⁊ qḋ superuacuū est tollatur ⁊ qḋ deficiēs est adiungat̃. Ac de ijs quidē quibus partes quepiam abūdāt deficiūtve alibi sermo erit. Ubi ṽo qualitas aliqua plus iusto inualuit ibi ⁊ cōtinuo vinci cōtrariā illi necesse ⁊ cōtinuo vitium corrigi ex ea q̄ victa est restituenda. Quippe refrigerans qḋ immodice incaluit: vna ⁊ qḋ deficit restitues ⁊ qḋ superat diminues. Quare q̄ per intēperiem aliquā a naturali habitu recesserunt eoꝝ sanationē per ea que cōtraria viribus sunt fieri oīno est necesse. Atque ad hūc modū caro aliave carnosa quepiā pars que fluxione humoris ob imbecillitatem affligitur: sanari debebit. Ubi intēperiei affectum iam sanaueris deinde etiam exulceratiōis affectum sanabis: nō aliter plane nunc curato intemperie quam si citra vlcus incidisset. Quo maifestum fit non esse vlceris sꝫ intemperiei propriam omnem eiusmodi curationem Ad eundem modum si aut alterius cuiuslibet particule occasione aut etiam totius corporis cum in eo sanguis malive succi redundant vitiosum aliquid exulceratis partibus influxerit: medendum prius est vel ei quod fluxionis est causa vel etiam toti corpori. Ita igitur ⁊ varices qui sepe supra exulceratum locum sunt prius sanabimus vt deinde mox vlcus sanemus. Etiam qui ex liene aut alia quauis notabili parte laborant: ipsa prius parte percurata mox ad vlceris curationē accedemꝰ. Ceterū nulla harū curationū ipsiꝰ ē vlceris: sꝫ alteriꝰ cuiusqꝫ affectꝰ q̄ vlcus vel gignit vel certe fouet. Nā illud qꝫ iā definiri tēpestiuuꝫ videt̃ nullā externarū vel (vt nunc loquunt̃) primitiuarum causarum curationis indicatricem esse sed huius indicationem ab ipso affectu initiuꝫ habere: que vero particulatim sunt agenda hec tum ab eo quod prima indicatio dictat tum ṽo ab egre partis natura tum ambientis temperie queqꝫ alia sunt his cognata inueniri. Nam (vt breuiter dicaꝫ) a nullo eorum que adhuc non permanent indicatio sumi eius quod ex vsu sit potest. Sed propterea quod ad eum affectum noscendum qui omnino tum rationem tum sensum lateat sepe cogimur de externa causa inquirere: opinatur vulgus hanc quoqꝫ sanationis rationem indicare. Quod plane secus est. Apparet id liquido in ijs quibus nosci affectus exacte potest. Siue enim ecchymosis siue vlcus siue erysipelas siue putredo seu phlegmone in parte aliqua consistat superuacuum est causam que horum quodlibet effecit inquirere nisi iam etiam faciat. Sic enim simul quod iam factum est curabimus: simul quod adhuc facit: facere inhibebimus. Si vero fecit illa quidem ceterū iam abijt: vtiqꝫ quod factum est curabimus: quod adhuc nō est nec se si velimus summouere id possumꝰ. Quippe rei presentis est curatio: eius autem quod futurum est prouidentia. Quod vero nec nunc ledit nec lesurum timetur id ab vtroqꝫ artis munere tum eo quod curat tum eo quod prouidet excessit. Quare nec indicatio ab hoc ad curationem vlla nec prouidētie ratio sumitur: sed vti dictum est ad eos tantum affectus qui nostram notitiam fugiunt externe cause cognitio est vtilis. Empiricis tamen ceu pars totius syndromes idest concursus in quo curationem obseruarunt externa causa interim sumitur: veluti in ijs q̄ a rabido cane ⁊ oībus qui a venenosis bestijs sunt lesi. Quinetiā ex dogmaticoꝝ quoqꝫ numero ijs qui sine rationali indicatione sola experientia curare se talia confirmant. Quippe his quoqꝫ externa causa ceu pars totius syndromes idest concursus queritur Iis vero qui ex priore vsu venenosarum animantiū vim norunt atqꝫ ab hac indicationem curationis sumunt: non sane ad curationis indicationeꝫ conducit externa causa cognita sꝫ ad presentis affectus cognitionem. Nam pone sciam scorpionis venenū frigida vi esse: sumamqꝫ veluti a frigido remedij indicationem: nullo tamen signo intellegam talem esse in hoc corpore affectum: manifestum est si scorpium percussisse didicero quod calfacere tum corpus totum tum punctam ab eo particulam conabor nulla amplius expectata experientia sed ab ipsa rei natura indicatione sumpta. Monstratum enim in ijs libris est q̄ de medicamentis sunt inscripti in quibus exercitatū esse censui quisquis ex his commentarijs fructum ꝑcipiet nullam eiusmodi facultatem sine experientia inueniri. Esset enim profecto felicitatis cuiusdam mu

nus si quis inspecto litbargyro aut castoreo aut can/
tharide protinus eorũ vires intellegeret. Verũ sicut
in omnibus peccata tum ab ijs qui modum excedũt
tum qui citra consistunt committunt: ita nimirum
hic quoq ac bis διὰ πασῶν (vt in prouerbio greco
est) non semel (arbitror) inter se discordant ⁊ qui ne/
que in hodiernum vsq diem affirmant sciri medica/
mentorum vires idq post tantam experientiam: ⁊ q̃
ex vna experientia sciri eas censent. Nam ⁊ hoc pre/
cipitanter inconsulteq dictum est si vtiq inconsultũ
est quod fieri omnino non potest: ⁊ illud hominum est
aut oĩno attonitorum aut plane litigiosorũ. Verũ de
his plura expectare nunc nõ opꝫ vtpote de quibꝰ di
ctum latius est tum in tertio de temperamẽtis tũ in
ijs libris quos de medicamentis inscripsimus. Cete
rum (vt dixi) ad noscendos affectus alique externa/
rum causarum cõferunt. Ubi vero presentis affectus
nihil latet nulla iam externe cause est vtilitas. Ac di/
ximus quidem in superioribus nõ esse in idem con/
iungendas vtrasq doctrinas sed seorsum empiricen
⁊ seorsum tradendam rationalem. Memoria autem
tenendum nunc quoq est quod quoniam propositũ
nobis in his commentarijs est solam rationalẽ tra/
ctare q̃ppe ad queplam horum que dicimus non ap/
ponitur quod absolute vera non sint sed tantũ ex me
thodicorum secte sententia: aliquem tamen id per se
ratiocinari vltroq apponere debere. Nũc enim ipsi
apposuimus nullam externarum causarum ad cu/
rationis indicationem conducere: sed ad affectus ali
quando agnitionem: fatentes videlicet externaꝫ cau
sam ijs qui empirice quiduis curant vnã esse partẽ
totius cõsulsus: idq siue ij ratione reliqua curant si/
ue omnia empirice. In ijs autem que deinceps scri/
bentur non erit necesse hoc adscribere. Rursus igit
ad propositum redeamus indubitatum illud princi
pium presumentes quo etiam in precedentibus su/
mus vsi: vbi diximus quod finem quo medicus ten/
dat indicet id esse affectum qui curari desyderet. ex
hoc vero ⁊ reliqua omnia sumi. Quod vero cum hoc
nulla externe cause societas sit ex ipsis maxime vlce/
ribus a quibus sermo est ortus intellegas. Finge enĩ
ex eo quod in partem aliquam procubuerit natum
vlcus esse. Quod si fit ex vitiosis prouenire succis ma
nifestum est. Ita enim in morbis facere natura solet
cum corpus expurgat omne excrementum ad cutim
trudit. Atq hanc quidem vlcerari: totum vero corpꝰ
purgari accidit. Quenam igitur est eiusmodi vlcerũ
sanatio? Nempe que reliquorum omnium quibus
nullus affectus malignus: quod cacohetes grece vo
cant: est adiunctus. Verum si hoc sic se habet: mani/
festum est nullam esse ad curationem a causa que vl
cus excitauit indicationem. Atqui si vitiosus succus
remaneret omnino aliqua ab hac quoq idicatio su/
meretur. Et alioqui absurdum sit si curationem po
stulet quod amplius non sit: aut si curationem indi
cet quod nullius indigeat. Quare dicere indicatio/
nem curationis ab externa causa sumi: omnimodo
est absurdum. Quoniam ergo non ab hac perspicuũ
est ab ea que presens est indicationem fore. At qua/
lis tandem ea est indicatio? Nempe ei qui exacte lo/
quetur que ad prouidentiã pertinet (prophilacticẽ
greci vocant) qui abuti vocabulo volet medicinalis.
Quãdoquidem ipsorum vlcerum: siue tãtum vlcera
sint: siue etiam cũ cauitate: si quis diligenter estimet

ex fugiendis prospiciendisq ijs que nature officiũt:
sanatio perficitur. Et in summa in quibus quod effi
citur nature ipsius opus est: veluti vlcerũ glutinatio
⁊ impletio: in ijs ad eam que prouidet artis partem
omnis pertinet cura. Ceterum sanatio vulgo dicitur
Ideo que etiam huius que prouidet partis in alte/
ro genere constitutum est quod morbosum affectum
iam presentem summouet: in altero quod euꝫ qui nõ
dum vrget prohibet. Itaq id quoq iuniores medi
ci de nominibus contendere se non intellegunt. Par
aũt erat: si de rebꝰ studiosi essent illud ĩuenisse duas
esse functionũ medici primas differentias. Aut enĩ
eos qui nunc vrgent affectus: ijs que moliuntur cu/
rant: aut eos qui non sunt fieri prohibent. Ergo pre
sentes iam affectus tollere: siue amouendis ijs que
nature opus impediunt: id fiat siue per medicamen/
ta quid ipsi moliamur: omnes profecto homines cu
rare dicunt: cauere autem ne accidant prospicere. Et
sane ea que succorum vitio sunt exulcerata: curant ij
qui ratione ac methodo artem administrant simul
illos purgantes: simul ea que nature opus impediũt
auferentes. Quorum vtraq qui exacte loquitur pro
philactica vocat. Vetant namq (vt in proximo ostẽ
sum est libro) omnia talia: aut sordem vlceri: aut hu
miditatem nimiam vitiosamve innasci. Non est igi/
tur de nominibus misere contendendum: sed metho
dus potius aliqua sanandorum vlcerum tradenda:
qualem (arbitror) ipse tum in proximo libro: tum in
hoc precipio. Ego namq vel stupiditatem Thessali
demiror: ita de vlcerũ que cacoethe dicuntur curatio
ne scribẽtis. Sũt aũt perq necessarie ⁊ cõmunitates
vlcerum diuturnorum ac non sanescẽtium: aut post
cicatricem inductam redeuntiũ ad hoc vt in ijs que
non coalescunt quidem: estimetur quid sit quod pro
hibeat id quod tollatur: in ijs vero que post cicatricẽ
inductam renouantur: vt cicatricẽ tenere cogas: ro/
borans scꝫ (sic enĩ τὸ μετασυγκρίνειν vertimus) vel
patientem particulam vel etiam cõmuniter totũ cor
pus: atq ne facile patiatur id preparans per ea que
hec faciat presidia. Atq hec quidem Thessalus cũ
in pncipio statim libri de chirurgia ꝓposuisset post
ea de ijs ipsis latiꝰ ad hũc modũ scripsit. Diuturna
vlcera ⁊ q̃ nõ sanescũt: aut q̃ ad cicatricẽ ꝑducta de/
nuo reuertunt: hec indicãt. Que quidẽ ad cicatricem
nõ ꝑueniũt: vt que coitionem fieri vetãt auferas: ac
locũ affectũ noues. Postq simile recenti vulneri fece
ris rursus vt cruentũ sanes. Quod si nõ processerit: vt
phlegmonẽ mitiges ⁊ reliquã diligentiã adhibeas
Que vero ad cicatricẽ veniũt ⁊ rursus se aperiũt in ac
cessionibꝰ quidẽ ⁊ exulcerationibꝰ vt simili modo cu
res hũs q̃ recẽs flegmone vrget: tum ex hijs q̃ miti/
gare solent super cataplasma inducas: idq donec de
ferueat ira: vbi deferbuit adiuues ad cicatricẽ indu
cendã: post hec vt partes circũpositas late cõplexus
malagmate quod ex sinapi sit cõpositum rubere facias
aut alio quopiã quod mutare possit ac vt minꝰ malo pa
teant efficere. Quod si ita nõ cessent etiã totius cõmuni
ter corpis curã habeas ipsũq per varias exercitatiões
⁊ gestatiões ⁊ vociferatiões adhibitis. f. earũ rerum
peritis roborãs etiã victus ratione gradatim tũ au/
ctã tũ diminuta principio a vomitiõe per radiculas
facto. Uteris etiã albo veratro alijsq oibus quibꝰ
vtimur in ijs q̃ diuturni egreq summoti morbi victꝰ
ratione subijciũtur. Atq hec quidẽ est Thessali dictio

Operepreciū vero est estimare hominis vel stuporez vel audaciā: vtiq̄ʒ si recte se dicere sibi persuasit: stuporē: sin cōscius sibi nihil dicere: imponere legētibꝰ sperat: audaciam. Ex diuturnis vlceribus quenam est o Thessale curationis indicatio? Ego sane neq̄ʒ ex his neq̄ʒ ex recentibꝰ: nec omnino a tēpore in vllo morbo curationem vnquā inueni: sed ex ipso quē sananduʒ mihi proposui affectu. Prorsus em̄ si tempus spectabitur: tanq̄ʒ ab eo indicatio sumatur: alterā omnino secundus: alterā tertius dies indicationem dabit: ad eundem modū ⁊ quartus alteram a quinto: ⁊ ab his omnibus sextus: ⁊ a reliquis singuli qui post istos. Sic affectus quos curamus: nō vltra nobis ad cōsyderationem proponentur: nec ab his indicatio sumetur: quo tamen ne cogitari quidem magis alienum a ratione potest. Quomodo ergo necessarie sunt diuturnorū vlcerum cōmunitates: vbi nihil indicare tēpus ipsum per se potest? Nō em̄ profecto vbi a malis succis vlcus eroditur: diuersam ex eo post quatuor menses indicationem sumemus ab ea quā statim ab initio sumpsimus. Ego sane nec sinerē quidem eiusmodi vlcus diuturnū esse: sed protinus in principio causam eius adimerē. Nam ⁊ nosse affectum a principio plerūq̄ʒ licet: ⁊ indicationem ab affectu sumi est necesse. Tempus vero quid amplius quam dierū numerꝰ docere possit: nō hercle possum cōijcere: nisi id voluit Thessalus: ad eiusmodi vlcera noscenda tēpus omnino esse manendū. Verum sic primum idiota prorsus sit: si videlicet fatetur nō prius agnoscere se affectum quam vlcus inueterauerit. Deinde illud quoq̄ʒ aperte fateatur oportet: ex alio suggeri sanatiōis indicationem: ex alijs preberi affectus notitiam. Nam esto conferat aliquid tempus ad agnitionem: certe indicatio curationis a tempore nō sumitur. Quid enim ad reʒ pertineat: si quod vlcus inueterauit: adimere que coitionem impediant: ⁊ nouare locum qui affligitur? Nam si propter fluxionem malignam: quaʒ cacoethe dicunt: vir inepte vlceris labra hoc vel illo modo sūt affecta: quid cōmodi erit si ea excideris anteq̄ʒ fluxioni sistende cōsulueris? Videlicet vlcus latius efficies veluti nōnulli faciunt eorum qui similiter vt tu vlcera curant. Siquidē causa que ea ⁊ dura ⁊ callosa priꝰ reddidit: adhuc manente: nihil aliud ex his excidendis accedet: quam vlceris amplificatio. Quippe illa ipsa q̄ excideris: perinde ⁊ dura ⁊ callosa rursus erūt atq̄ʒ ea que prius. Quamq̄ʒ ne idipsum quidem adiecit prudens scilicet Thessalus: callosa: ⁊ dura: ⁊ decolorata exulcerate partis excidenda esse: sed absoluto sermone abscindi que coitionem morantur iubet ac nouari. Ac si quidem summouere causas que glutinationem morantur suaderet: ⁊ vetus ea ratio esset: nec ipse eum accusarem. Precipitur enim ab omnibꝰ fere antiquis medicis quicunq̄ʒ ratione quadam ac methodo de vlcerū curatione scripserunt: causas que illa creant: abscindendas esse: eque profecto vt ceterorum omniū morborū. Non em̄ (arbitror) in vlceribꝰ manente adhuc causa que ea excitauit: hanc priꝰ tolli expedit: in alijs morbis nō expedit: sed omnino in omnibus in quibus effectrix causa adhuc manet: ab hac incohoanda curatio est. Quod si que coitionē impediunt: nō dixit de omnibus causis que eā impedire possunt: sed de labris tm̄: veluti ex ijs que subiecit ostēdit: plus certe nescire quā scire eorū que ad vlceris curationeʒ spectant: videtur. Quippe fieri aliquādo potest vt ⁊ hec causa sola sit quo minus sanescat vlcus: potest etiā (vt dictū est) causa esse ⁊ que citra tumorē preter naturā sit in exulceratis partibus intemperies: ⁊ que cū tumore quidē coniuncta sit: nō tamē qui omnino sibi labra excidi desyderet: potest ⁊ varix superiacens: vel lienis auctior: vel in iocinore vitium aliquod: preterq̄ʒ hec omnia imbecillitas egre partis que ipsa quoq̄ʒ intensa quedam est intemperies: q̄n etiā vitiosus in toto corpore succus: cacochymiā vocant: maxima scʒ causarū que incōmodare vlceribus possunt. Vexat sane nō minus vlcera ⁊ succorū equaliter se habentiū exuperātia: quā plethorā vocāt. Horū quoq̄ʒ si adimi Thessalus iubet: laudo hominem ceu veteribus subscribentē: sin labra tm̄: vnuʒ nouit ex multis: sed qᵭ nec opiliones lateat. Quippe si opilio vlcerꝝ labra dura: ⁊ callosa: ⁊ liuida: ⁊ nigra: ⁊ alio quopiā notabili coloris vitio videat: prorsus ea excidere nō dubitabit. Est em̄ excidere res prōptissima: maius vero quippiā atq̄ʒ artis egēs: medicamentis sanare. Thessalus aūt nec que labra molliri medicamētis possunt: vnq̄ʒ nouit: (quippe fatētur eū penitꝰ hāc artis partē declinasse: ita vtiq̄ʒ vt ipse quoq̄ʒ iudicat) nec omnino experientiā rationalēve scientiam de vllo medicamēto visus est habere: qᵭ ipsum quoq̄ʒ ex libro eiꝰ de medicamentis ostēdit. Verū de ijs q̄ ibi nō recte ab eo sunt ꝑdita: in ꝓgressu operis dicemꝰ. Nūc de diuturnorū vlcerū sanatione: quā in priꝰ posita dictione tradidit: paramus disserere. Sane meliꝰ fuerat nō diuturna: sed cacoethe ea vocasse: tū naturā eorū narrasse: ⁊ causas generationis eorū exposuisse: curationēq̄ʒ cuiusq̄ʒ: primū quidē cōmunē omnium quatenꝰ vlcera sunt: (qualē in tertio libro descripsi) deinde priuatā cuiusq̄ʒ pro efficiētis cause specie: veluti in hoc libro docui. Hic cū nihil horū fecerit: ⁊ nouandū vlceratū locū censet: ⁊ vbi instar recētis vulneris fecerit: vt cruēta sanandū. Hoc sane quis in operibus artis exercitatus nō euidētissime intellegat ab eo esse scriptū qui nunq̄ʒ vlcus curauit? Sanare ne vlcus diuturnū vt cruentuʒ quisq̄ʒ potest: vbi id simile recenti vulneri fecerit? Utrū ne labris eius fibula adductis: an sutura cōiunctis: an potiꝰ horū nullo: sed medicamento qᵭ cruentis sit aptum: ⁊ cū hoc sola deligatura fretus? Quis est qui nō norit vlcꝰ cacoethes statim etiā cauū esse: vtpote ex erosiōe natū? Nūquid igitur insulse Thessale fieri potest vt coalescat cauuʒ vlcꝰ priusq̄ʒ cauitas carne sit impleta? an nō est hoc vt cruentū sanare? Ergo ipse tu frustra cauorū vlcerū curandorū indicationē nō esse glutinationē: sʒ impletionē scripsisti. Quod si etiā nō esset ex se cauū omne vlcus contumax: certe dum (vt tu precipis) excisis videlicet labris vt cruentum efficitur: ex necessitate cauum fit: maximamq̄ʒ conquirit labrorum distantiaʒ: adeo vt non videam quomodo id glutines: ⁊ coire vt cruentum facias. Nam si adducere violenter labra que plurimum distant tentabis: phlegmonem necessario accersent: nec coalescent: id quod tantum intellegere mihi Thessalus videtur. Subdit enim: Si non fuerint victa: vt phlegmonem mitiges. Satius vero fuerat scribere: Cum nō vincentur: vt phlegmonem mitiges. Nā necesse est nō esse vincēda. Veruʒ vt hoc quoq̄ʒ Thessalo donetur: atq̄ʒ id trāseamus: nec anxie examinemꝰ: illud cuiuis apertū est qᵭ a cōmunitate quā ipsemet tradidit: prsus recessit. Quippe si quod obstat auferemus: nihil amplius de cōmu

nitate diuturnorũ vlcerũ qua diuturna sunt sumem⁹
Sed detur hoc quoq;:videamus que sequũtur.Scri/
bit enĩ ad hunc modũ.Que ad cicatricẽ veniũt:⁊ rur
sus se aperiũt:hec in accessione ⁊ vlceratiõe similiter
curabis ijs que recẽter vexata phlegmone sunt.Post
hec subdit:malagmate qđ ex sinapis semine fit:circũ
positis partibus ruborẽ excitandũ.Quid ais insane
etiã si acre ⁊ calidũ sit quod influit:rubrifieri particu
lam ex sinapis semine op3:ᷓ vt quod in multo tẽpore
cõtrahere ex fluxione debebat:id statim ex tuo medi/
camento obtineat:tota videlicet vlcerata atq; erosa:ᷓ
Nã veteres eas partiũ ĩbecillitates que vel ex frigo/
re:vel plurimo humore citra manifestũ calorẽ accide
rant:rubrifaciendo curabãt.Tu rubrificatione in oĩ
bus deinceps vteris:primũ nullo facto discrimine:p
pter ne partis imbecillitatẽ:an propter fluxionis ma
litiã nõ sanetur vlcus.Deinde ordinem inuertis.Nã
cum sinapi particulã vsseris:nec quicquã profeceris
tũ ad corporis totius curationẽ accedis:cũ cõtra(vt
arbitror)tum ratione:tũ experimento de ijs sit statu
tum:vt toto prius corpore a superuacuis liberato:tũ
calidum aliquod acre que medicamentũ parti admo
uere sit audendũ.Quippe eiusmodi medicamẽta om
nia cucurbite ritu ad se trahere a toto corpe sunt ha/
bilia.Itaq; nisi id prius vacuaueris:materiẽ fluxio/
nis acri medicamento relinques.Hoc enĩ tum empi/
rici fatẽtur:tũ dogmatici:hoc philosophorũ optimi
senserunt.Nã cum eorũ meminit Thessalus:non alie
nũ sit eos citare testes.Quod oculũ recte sanare ante
totũ caput nõ licet:neq; hoc ante totũ corpus:sic Ari
stoteles ac Plato de morborũ curatione senserunt:sa
ne ⁊ Hippocrates:⁊ Diocles:⁊ Praxagoras: ⁊ Pli/
stonicus:⁊ veteres vniuersi.Thessalus vero solus nõ
sic:sed primũ ad compositionem ex sinapi venit: post
de toto corpore solicitus est:ne hic quidez prudenter
quicquã docẽs.Nam cũ liceat corpore medicamento
quod purget semel vacuato:mox salubri victu refice/
re:hic vociferationũ meminit:exercitationumq;:⁊ ge
stationum:⁊ victus certo ambitu mutati:tum vomi/
tionis ex radicula mox summã his imponit:ipsu3 ve
ratrũ.Idem scilicet qui sine vllo magno negocio om/
nia sanare promisit.Ego vero ne intellegere quidem
possum quomodo quisq; aut deterius:aut maiore tẽ/
poris dispendio:aut inani magis opera sanauerit.
Age igitur sicut vsu nõnunq; vidimus:sic verbis quo
q; hominẽ fingam⁹ cui sanari vlcus cõtumax sit op⁹
Esto aliquis qui quidem sit sanus : sed ex scabenda
derepente quapiam particula:veluti brachio:pustu/
lam statim excitarit:mox eadem ipsa particula iteru3
atq; iteru3 pruritu vexetur:pustulaq; dirupta vlcus
decolor inequaliter erosum gignatur:atq; hec in tri/
bus quatuorve diebus a principio inciderint.Dicat
mihi hoc loco quispiam ex medicis qui Thessalũ imi
tantur:quonam pacto sanare eiusmodi vlcus conue/
niat.Ego nãq; cacoethes omnino id dico:⁊ ob id q̃/
lis sit totius corporis affectus : statim consyderabo.
Inuenĩã nanq; tum ex vlceris ipsius symptomatis:
tũ ex notis quas totũ corpus pre se feret:cuius maxi
me generis sit is qui redundat succus.Atq; hunc me
dicamento protinus educã:nec protraham dũ totus
hominis cubitus affectum quendã contumacẽ rebel
lemq; curationi cõtrahat.At Thessali sectatores: ip/
sius videlicet precepta seruantes:primũ expectabũt
dum vlcus inueteratum sit:quo in mirificam illã in/
ueteratorum vlcerum cõ munitatem recidat:quasi nõ
longe melius esset contumaciũ vlcerum:nõ autem in
ueteratorũ cõmunitatẽ:que curationẽ indicare :tra/
dere.Mox duorũ alterũ:aut excident:⁊ ceu recẽs vul
nus reddent:ac veluti ad glutinandũ partes ei⁹ ad/
ducent:aut primũ quod ex sinapi ꝯficitur medicamẽ
to vtentur.Quo nõ proficiente:ad sublatas voce3:et
gestatiões:⁊ reliquas exercitationes:⁊ victũ per cir/
cuitus mutandum confugient:ab ijs vomitionem ex
radicula mouebunt.Quod si his vlcus nõ sanabitur
veratrum dabunt.Sin nec id profecerit:hominem in
Libyam ablegabunt.Nam id quoq; adijcere debuit
Thessalus:post eximiam illã contumaciũ vlceru3 cu
rotionem.Quippe in vociferationibus:gestationib⁹:
⁊ alijs eiusmodi immorantur:quasi malum habitu3
corporis(quam cachexian greci vocant)nõ vitiũ hu
morum(quã cacochymian dicũt)curent.Et q̃d miri
si tum fatentur se vlcus cacoethes statim vt est natu3
nõ nosse:tum vero dum sit inueteratũ:ac sepe cicatri
cem ducat:sepe se aperiat:manebunt anteq̃ quid fa/
cto opus sit intellegant:vbi etiã eos qui quoquomo/
do febricitent:accessionẽ que tertio die futura non fu
turave est:transire censent:ᷓ Adeo videlicet ad vnguẽ
contẽplatione3 de crisi pernouerunt:aut summũ mor
bi incrementum futurũ prospicere possunt.Quid igi
tur sepe accidit:ᷓ Nempe tabescere in lectulis horum
culpa homines qui statim secundo die explicari po/
tuissent.Quippe nõ semel nos:aut bis ter ve:sed sex/
centies tum ipsi multos febricitantes simul vt p̃ma
accessio desijt:lauimus:tum preceptores nostros id/
ipsum facere vidimus:intrepideq; decetero victitare
permisimus:ceu post febri cariturus:quos sapiẽs sc3
Thessalus:qui primã diatriton id est tridui inedia3
excogitauit:prorsus arefecisset:totis(puto)trib⁹ die
bus fame cõfectos:mox dein(arbitror)modice scili/
cet in quarto die nutriuisset:ab hoc paulatim reficiẽs
vix sexto aut septimo ad cõsueta munia qui semel fe/
bricitassent:dimisisset. Adeo semp̃ homines in mor/
bis tabefaciunt:a quibus vtiq; facile possent liberari
Nam cũ paucissimis diebus sanari vlcus contumax
incipiens posset:Thessalus id in annum aut etiã lon
gius temp⁹ incurrere sinit. Manere nãq; dũ id cica
tricem sepe inducat:sepe etiã se resoluat:vt scias an
cõtumax sit:mox vbi curationẽ inceperis:ne tunc qui
dem corpus statim purgare:sed primũ medicamen/
to ex sinapi:dein gestatione:⁊ vociferatiõe:⁊ certo vi/
ctu:post radicula:ab his veratro vti hec quid aliud
quã annũ expectãtis sunt:ᷓ An:per deũ immortalem
cũ sex diebus:aut plurimũ septẽ posset homo curari:
multos mẽses trahem⁹:quo vc3 primũ an cacoethes
vlcus sit sciam⁹:dein curationẽ incohabim⁹:ᷓ Et que
demũ necessitas erat propriã inueteratorũ vlcerũ cõ
munitatẽ tradendi:presertim cũ nihil ad curationem
conducat:licueritq; nõ inueteratorũ:sed contumaciũ
nec horũ me hercle cõmunitatẽ indicatricẽ:sed cura/
tionẽ scribere:ᷓ Quippe accidit quibusdã tũ vlcerib⁹
tum morbis:vt cõtumaces rebellesq; ad curandum
sint:nec tamẽ inde curationis indicatio sumitur: sed
affectus ipse primam curationis indicationem sug/
gerit.Ex ea vero ⁊ que sunt agenda inueniuntur:ad
eum modum quem ipse tradidi.Quare hoc est metho
do curare:quod nos facimus:veteres imitãtes:si mo
do methodum esse oportet vnam quandam vniuersa
lem viam:que omniũ particulariũ sit cõmunis.Hic
vero etiam

vero etiã in hoc fallit̃:putatqꝫ quicq̇d omnino in ijs habet̃ q̇ methodo aliquid faciunt: ipsam methodũ esse. Nã notitiã certe habeat opꝫ tũ similis tum dissi milis q̇ methodo q̇duis molit̃:nõ tñ ipsum hoc me thodus est:similis scilꝫ dissimilis que notitia:neqꝫ h̃ Aristoteles Platove affirmat:quos falso Thessalus citare audet. Uerũ hec ad p̄sens refellere nõ attinet. Quare rursus ad medendi methodũ reuertor:pmit toque ostẽsurũ me tũ vnũ esse eius in oĩbus curatio nibus principiũ:tum viã q̄ ab eo principio ad finez vsqꝫ ducit:in oĩbus particularibus similẽ esse. Qua re etsi in singulis morbis priuata quedã methodus sanãdi videtur cõmune tamẽ in oĩbus genus vnum est. Auspicari nanqꝫ perpetuo oportet ab indicatio- ne que ab affectu cui mederi paramus:accipit̃: esti- mare vero ac discernere an cã que affectũ excitauit: iã desierit:an nũc quoqꝫ ipsum tũ augeat:tũ faciat. Dein:si desijt:ad eam q̄ in tertio huius operis libro traditur methodũ est veniendũ. sin adhuc facit: ad eam que hic docetur. Quippe eadẽ hac methodo tũ phlegmones: tũ febris:tum oĩum vno verbo mor- borũ remedia inuenias:vtiqꝫ si nihil etiãnũ fit: de precedentibus causis nõ laborãs:sed ab ipso tantũ affectu ordiens:sin nũc quoqꝫ aliq̇d fit:duos tibi cu rationis fines proponens:tũ alia deinceps vt dictũ est facies. Sed eñi mirari stupiditatẽ eorum q̇ Thes saluꝫ sequunt̃:est operepreciũ:nõ vtiqꝫ qõ in talibꝰ delinquunt:sed qõ dyspathias:⁊ meta syncriseis:et imbecillitates ⁊ firmitudines ⁊ alia id genus nomi na nõ paucaproferentes:que per ea significentur:ne nũc quidez:si interroges:respõdere possunt. Nã q̇d fit qõ in omnibus diuturnis vlceribus grece dicũt metasyncrine in ten hexin:nec simil̃r inter se oẽs nec clare:nec vt prudentes respondent. Atqui si vel anti quum nomẽ esset:vel ab vllo grecorũ vsurpatũ:ex ijs fortassis que illi scriberent:intellegi posset de quo id negocio dicerent. Nunc qm̃ stupiditatis ipsorum p priũ est:vtiqꝫ ex Asclepiadis hypothesi natũ:sicut ⁊ reliqua eorũ placita:equuꝫ profecto est ipsi sua som nia interpretentur:vnde scilicet quod grece dicitur σύγκρίνεσθαι τα σώματα, καὶ διακρίνεσθαι, qua si misceri secernique corpora dicas:solis ijs qui cor- puscula:⁊ meatus:aut indiuidua:⁊ vacuũ:aut deni q̄ impatibilia:⁊ inalterabilia:prima elementa sta- tuunt:liceat vsurpare:sicut certe vsurpant:⁊ assidue ipsis nominibus vtunt̃. Quinetiã ipse Thessalus in canone:cum hec principia cõfirmat:nouat q̇dẽ ali- quid ibi quoqꝫ preter ea que a Themisone ⁊ Ascle- piade sunt posita:ceterũ qõ sentit:docet sane non ob scure. Non eñi prorsus sicut Asclepiades cuꝫ in sym metria quadã:id est cõpetentia exiguorũ meatuum sanitatem:in ametria id est inconuenientia morbuꝫ constitueret:redituꝫ ad priscam meatuũ symmetriã sanationẽ putauit:ita Thessalus quoqꝫ est arbitra- tus:sed totum exiguorum meatuum statum censet immutandum. Atqꝫ ex hac opinione processit meta syncriseos nomẽ:idẽ plane indicans potestatẽ:quod grece metaporopesis:id est exiguorum status muta tio. Ceterũ nõ decebat ipsum in quibus fugere ab incertis obscurisque iubet:⁊ tantũ ijs communita- tibus que euidenter apparent:animum intendere: in ijs quoqꝫ dogmaticorum vti nominibus. At noli (inquiunt sectatores eius) cũ his vtit̃: dogmatice cũ audire:sed aphelos:id est simpliciter. Naꝫ ita fer re suppetias ex sectatoribus eius quidam solent: vi delicet ad aliud rursus nomen nos reuocantes:nem pe aphelian:quam nos simplicitatẽ vertimus:quaꝫ ne ipsam quidem quid significet:ipse sane intellege re possum. Si eñi sicuti ipsi hoc quoqꝫ rursus expo- nunt:ad aliud scilicet magis friuolum nomẽ nos re mittentes:nẽpe grece vioticos: quod ipsum rursus exponẽtes significari per id dicunt:idem qõ vulgo hominũ similiter vtiqꝫ tãtũdem fuerit aphelos ei qõ nõ definite:nec exacte:sed sine omni tũ arte tũ scien- tia. Siquidẽ loquũtur homĩes q̇ magis sunt ad lo- quẽdũ precipites:artiũ nomina sub sensibus q̇bus- dã qui nullo fundamẽto nitantur:rogati ꝟo q̇d si- gnificent:ostẽdere clare non possunt. Qõ si hoc Thes salij isti accidere sibi fatẽtur:loqui se quepiã:nec in- tellegere se exacte que loquantur:id ipsum profecto fatentur quod nos illis obijcimus. Nã metasyncri- sis illa:si quidem de immutanda poropeia:id est exi guorũ meatuũ statu dicatur:certe intellectꝰ aliquid habuerit:significauerit que rem aliquam ceterum friuolam multis modis:nam nec ex corpusculis et meatibus corpora nostra cõstãt:nec si hoc verũ esset: posset tñ aliquis docere qua ratione sinapi meatuũ illorũ statum immutaret:nec si id quoqꝫ ostẽdere ali quis posset:cõsentiens eorũ secte esset q̇ se apparen- tibus cõmunitatibus ꝯtentos esse dicunt. Ne igitur vtãtur hoc nomine:nec nobis negocia facessant. Li- cet eñi ⁊ sine metasyncriseos nomine:diuturnorũ vl cerũ curationẽ alijs verbis dicere:sicut empirici fa- ciunt. Qõ autem ⁊ in atonias: id est imbecillitatis vocabulo simili modo nugentur:monstratum prius est in secundo libro. Si eñi sicut empirici nomẽ vsur pant:aliud prorsus nõ significant quam quod actio non seruatur. Sin autem facultates aliquas guber- nare animal proponũt:quales tum nos asserimus: tuꝫ oẽs fere veteres:preter id quod Asclepiadis do- gmatis ꝯtradicũt:etiã incerta:⁊ de q̇bus parũ inter authores cõueniat:attingũt:quãuis ea fugere iube ant. Sꝫ dic Thessale clare quid sibi velit illud μετασυγκρίνειν? Si nanqꝫ exiguos meatus mutare:⁊ fal leris:⁊ que incerta sunt vsurpas. Si firmari sanãqꝫ reddi corporis particulã:vel hominẽ totũ: nihil hic preter nomen plus quam empirici doces. Quippe sciũt hi quoqꝫ remedijs q̇busdã admotis reddi ho- minem sanum:ceterũ qua ratione remedia id faciãt vtiqꝫ nesciunt. Neqꝫ eñi an exiguos meatus mutet medicamẽti facultas neqꝫ an symmetriã efficiat: ne qꝫ an totũ patientis particule qualitatẽ alteret: po- test empiricorũ quispiã dicere. Atqꝫ illi saltem sunt modesti:vt qui vnum se solũ scire dicant: huic scili- cet morbo in hoc tempore si medicamẽtũ ex sinapi adhibeatur:sepe notasse se vtilitatẽ secutã. Nõ tamẽ methodos loquũtur:nec superciliũ attollunt:nec ta- li sibi notitia placent:nec antiquis maledicunt: nec Hippocratem pro nihilo habent:imo ꝟo ipsuꝫ lau- dant:fere que omnia vere dixisse affirmant. Hic vero Thessalus qui tum hunc:tum reliquos omnes me- dicos contemnit:empirica contumacis vlceris p̄ce- pta se scribere nõ intellegit:quãquã si vel hoc cõmo- de faceret:vtiqꝫ aliquid operepreciũ faceret. Atq̇ ne id quidẽ fecisse videtur:cũ ordinẽ remediorũ inuer tat:⁊ prius partis remedijs vtatur quã totũ corpus preparauerit. Nã hoc insignis inscitie argumẽtum est:cũ in vno eo fere oĩbus medicis cõueniat:quan-

uis in plurimis dissentiãt:quod totũ corpus vacuũ
purũq; ab excrementis ante sit reddendũ:quã vlla
pars valentibus remedijs sit subijcienda. Nã siue
experiẽtia iudicare q̇s velit:siue etiã ratione:(tertiũ
enĩ quo iudicet:neq; in alia q̄piã arte:neq; in vllavi
te parte quisquã h3)maximũ esse incõmodũ depre/
hẽdet:cũ toto corpore suã curã requirẽte:priusquã
illi sit ꝓspectũ:afflicte parti acre aliq̇d ꝛ calidũ me/
dicamẽtũ sit admotũ. Trahit ei ad se:cucurbite mo
re:ex toto corpe supuacua:atq; ita in graui pte affi
git:vt egre auelli possint. Quo magis operepreciũ
est Thessalios istos ꝑcõtari vndenã Thessalo in mẽ
tẽ venerit de cõtumaciũ vlcerũ curatione talia nuga
ri:cũ nec empiricus q̇squã ãte:nec rationalis ita scri
pserit:s3 nec ipse Thessalus:nec eius sequaciũ q̇squã
eiusmodi remediorũ ordinẽ aut cũ experiẽtia cõsen
tire:aut cũ ratione:affirmare ausit. Adde q̇d nec do/
cere possunt quomõ tẽpꝰ indicet:nõ aũt affectꝰ. S3
neq; (q̇d h̄ maius est)quõ Thessalus:q̇ estimãdũ cẽ
set q̇d sit q̇d cicatricẽ vlcerũ moret:atq; id tollendũ:
nõ prorsus sit stupidus:simul cũ hoc tãtũ satis esse
nõ videat:diuturnitatẽ aũt vlcerũ nihil esse ad rem:
simul cũ nõ in vlceribus mõ:verũetiã reliq̇s morbis
oĩbꝰ id esse faciẽdũ:veluti veteres monẽt:nõ aduer/
tit. Uerum ad hec nobis nihil respõdẽt:s3 sp nõ re/
cte intellegere nos dictãtes:tãquã videl3 ipi vel Hip
pocratis vel veterũ cuiusquã sentẽtiã ad vnguẽ itel
legerẽt:recte Thessalũ dixisse affirmãt diuturnorũ vl
cerũ vnã quãdã cõmunitatẽ esse. Ita enĩ Hippocra
tẽ quoq; sensisse in libro de vlceribus:cũ ita scribat:
Etiã ab inueteratis vlceribus id agere vt sanguis
crebro effluat:cõducit:quõcũq; videt opportunũ cẽ.
Fortassis q̇ ad rẽ ptineat:tametsi nõ ꝑdixerim me
de Hippocratis mẽte h̄ loco disserturũ:vel summati
aliq̇d de ea pstringeã.fuerit ṽo q̇d dicemꝰ:nõ minꝰ
ꝛ priscoꝝ sensus interpretatio. Hos nãq; viros:ceu
nulliꝰ adhuc dogmatũ secte addictos:s3 pura ꝛ sim
plici mẽte studẽtes vtile q̄ppiã ad sanitatẽ inuenire
credibile sane est q̇dã vsu:q̇dã inuenisse ratiõe:tũ scri
psisse q̇ inuenerãt:subĩde nõ adhibita inuẽtiõis sue
ratiõe:aliq̇n ṽo ꝛ adhibita:atq; id fecisse ipsiꝰ legẽ
tiũ vtilitatis cã. Quippe vbi ad dextrũ inuẽtoꝝ vsũ
cõducturũ posteris sperabãt si rationẽ inuentionis
nouissent:tũ eã diligẽter ꝓdiderũt.vbi secus:ꝛ sup/
uacuã relatu putauerũt:ꝛ ꝓpterea omiserũt. Nã q̇d
sermonis cõpẽdiũ prisci in primis coluerũt:id oẽs
vel me tacẽte sã norũt:atq; ob hãc maxime cãm non
Hippo.mõ:verũetiã reliquis priscorũ medio interi
trãsgresso:primo tertiũ adnectũt. Si enĩ primũ secũ
di sit signũ:atq; hoc tertiũ ex necessitate sequit:ita ter
tiũ primo subijciũt:secũdũ pretereũtes. Ostẽdi ve/
ro persepe tum reliquos antiquos:tũ vero maxime
oĩm Hippocratẽ talia scripsisse:d3q; qui callere pris
corum interpretandi genus volet:in illis exercitari.
Nũc vero ipsum quod propositum est tantũ expo/
nã. Nãq; vlcera:omnibus rite decenterq; factis:tñ
non sanatur:ea medici grece cacoethe:nos maligna:
cõtumacia:rebellia ve diximꝰ. Que ṽo sit vlceru3 vt
vlcera sunt curatio:in libro q̇ hũc ꝑcedit definitũ est
Hec igit vlcera ꝛ cacoethe:ꝛ inueterata:ꝛ diuturna
vocãt:indifferẽter his nominibus vtẽtes. Quinetiã
ad noscendũ q̇d affectus ipse cacoethes:id est cõtu/
max ad sanãdũ sit:vna cũ alijs notis etiã id aliquã
portionem habet:non tamen aut ipsa diuturnitas:
aut quod diuturna ꝛ vocẽtur ꝛ sint:idoneã curatio/
nẽ indicat:s3 ex hoc:q̇d male affecta sit vlcerata pars
l3 colligere. hoc vero inuento:ꝛ curationis ratio con
stabit. Quo:inquies:modo? Nempe vbi tãtũ ee par
tes q̇bus vlcus insidet:ita sunt affecte:si has sanaue
ris:vbi totũ corpus vitioso aliquo succo abũdat:si
hũc vacuaueris. Ac signũ q̇dẽ vitiosi succi est ipsa vl
ceris diuturnitas:inuẽtio autẽ eius q̇d expedit:non
ex diuturnitate:s3 ex succi vitio suggerit. Quare tria
hec deinceps se habẽt:signũ:affectio:ꝛ curatio. Signũ
q̇dẽ ipsa diuturnitas. Affectꝰ succi vitium. Curatio
eius vacuatio. Atq; hac ratione subinde veteres in
uenias medio pretermisso tertiũ stati primo subijce
re:veluti Hippo.fecit cũ dixit:Tũ ab inueteratis vl
ceribus cõfert vt assidue sanguinẽ effluere facias:vt
cũq; id opportunũ videbit. Nõ vtiq; curationẽ idi
cãte vetustate:sed sanguinis vitio. Quippe ipse mox
subijcit. Prohibet nãq; maxime q̇dẽ eiusmodi vlce/
ra sanescere. Post ṽo etiã reliq̇ oĩa:putredo sangui/
nis:ꝛ si q̇d ex sanguinis trãsmutatiõe est ortũ. Qui
etiã post paulo cu3 de vlceribus que ad cicatricẽ nõ
veniunt:disserit. Nec si(inquit)que vlcus ambiunt:
nigricent:sanguine putri:aut etiã varice fluxionem
suppeditante:id genus vlcera coire possunt:nisi que
vlcus ambiũt:sana reddas. Post etiã de varicũ sana
tione scribit. Ad hec etiã purgationis meminit:totiꝰ
corporis:tũ in alijs q̇busdã vulneribus:tũ ijs qui
bus cariẽ quã sphacelon vocãt:instare est metꝰ. Pre
terea serpẽtibus vlcerũ:ꝛ esthiomenis oĩbus:id est
q̇ exedunt:ita enĩ grece nominare solet ea q̄ humor
aliq̇s erodit. Iã ṽo in ijs q̄ mox sequunt:rursus ad
hunc modũ subiũgit. In quocũq; vlcere erysipelas
superuenerit:purgatio totius corporis adhibẽda ẽ.
Et in summa:si curiose librũ de vlceribus reuoluas
inuenies sp eũ ab affectu indicationẽ sumere:vti ṽo
interim ꝛ tpe:sed ad affectũ noscendũ. Q̇d vero hec
ita se habeant:ex ipso libri ingressu agnoscas:q̇ ta/
lis est. Ulcera madefacere:q̇cũq; ea fuerint nisi vino
non oportet. Tum causam adijciens ait. Nam sic/
cum ano vicinius est:humidum vero non sano. Et
mox. Ulcus enĩ humidũ est:sanũ autẽ siccũ. Ideoq;
per totum librũ cum totius vlcerum curationis finẽ
siccationem statuat:mox particularia inuenit:etiam
finis ipsius subinde nos cõmonefaciẽs. Cũ enĩ ita
scribit. Quodcũq; vlcus acuto telo cesim percussim
ve diuisum est:medicamentũ q̇d cruẽtis statim im/
ponitur(enhemon greci vocant)ac siccãs aliq̇d q̇d
suppurare vetet:admittit. Fit enĩ effluente sangui/
ne siccius. Et rursus. Quecũq; probe ꝛ opportune
purgata:semper ad siccius promouẽtur:ijs caro ma
gna ex parte nõ supercrescit:nisi si contusa sint. Et
rursus. Si q̇d coire nequit:huic humecta caro in cã
est. In his omnibus prime sanandorũ vlcerũ indi/
cationis nos admonet. Siquidẽ vlceris q̇ vlcus est
sanatio:mediocris siccatio est. Cuius rei demonstra
tio in libro q̇ hunc precedit:tradita est. Uerũ vlceris
q̇d cum alio affectu coniũctum est:cuius videlicet ꝑ
cedere curationem oportet:eius curatio vt vlceris so
lius nõ est:sed prior illius affectus:secunda vlceris.
Nã siue phlegmone quepiã:siue nigritia:siue ecchy
mosis:siue erysipelas:siue tumoris qui edema dicit
vlceratam carnem obsederit:primum eius molien/
da curatio est. At vero quod vlcus interim nõ solu3
non commode curatur:sed multo etiam maius red/

ditur id neminem lateat. Nã siue cõtusa fuerint cir cõposita vlceri loca seu phlegmone aliusve tumor in his cõstiterit, ppria eius affectus sanatio inueniẽda nobis est: illud pro certo habentib⁹ fieri nõ posse vt vlcus sanetur nisi loc⁹ in quo cõstitit prius sit sanatus. Ac proinde Hippocrates ipse redigẽs no bis in memoriã ea que statim in libri initio tradiderat tũ reliqua que pauloante sunt cõprehẽsa tũ vero hec adscripsit: Quodcũq; vlcus cesim percussim ve acuto telo est diuisum medicamentũ enhemon ꝛ siccans aliquid qđ suppurare vetet admittit. Sin caro aliqua telo tum cõtusa tũ cesa sit huic ita meden dum est vt quã celerrime suppuret: nã ꝛ min⁹ phleg mone vrgebitur ꝛ necesse est carnes que contuse cese que fint putrefactas ꝛ in pus versas liquari postea nouã carnẽ nasci. Indicat enim hoc sermone manifeste solos eos vlceratarũ partiũ affectus nõ esse siccandos in qbus gigni quã celerrime pus cupimus vtiq; quod cũ aliqua putrescẽtia pus fiat obiter docens. Porro omnia q̃ putrefiũt ex calido ꝛ humido sic afficiunt. Ideo que etiã ea cataplasmata que ex hordei farina cõponunt ceu que calefaciant humectentq; omnibus ijs affectib⁹ quib⁹ moueri pus expedit admouemus. Hordei nãq; farina ex aqua et oleo itẽq; panis ex aqua ꝛ oleo ꝑterea fomentũ multe calide aque ꝛ tetraphar maci vis oĩa deniq; q̃ calefaciunt ꝛ humectant celerrime pus mouent. Ideoq; etiã ijs partibus que phlegmone infestant: vbi vehementius iam pulsitant sic vt iam desperet de horum citra pus curatione veteres oẽs eiusmõi ap plicant medicamenta: asti vero nequaquã. Atq; hoc Hippocrates ipe aperte nos docet in memoratis iã verbis quibus iubet q̃ fine cõtusione vulnerate par tes sunt quam maxime siccare: que cũ cõtusiõe sunt facta ijs quãprimũ pus mouere. Quinetiam cum dixit. Quecũq; vlcera nõ ꝓbe ꝛ vt cõuenit expurga ta semper prius pullulare incipiũt ijs maxime caro supercrescit: que vero ꝓbe ꝛ vt decet expurgata semꝑ ad siccius ꝓmouentur: ijs nisi sint contusa ca ro nõ supercrescit. Quippe hic illud nisi sint cõtusa qđ adijcitur redigit nobis in memoriã qđ in supius proditis verbis est dictũ nẽpe oportere oĩa siccari ꝑter ea que cõtusa sunt. Neq; eñ sicubi catasplasmate qđ calfaciat humectetq; illiniunt q̃ phlegmone infestant ex ꝑma rõne id fit hoc est vt remedium affectus ſ; vt symptomatis mitigatio: siquidẽ ipsi⁹ phlegmones remedia sicciorũ sunt virtũ. Audi nãq; loquẽtẽ Hippocratẽ: Cataplasmata oedematum et phlegmones que in circa positis cõsistit verbascum coctum ꝛ folia trifolij cruda: et epipetri folia cocta: et polium. Quippe omnia hec siccandi vim habent: veluti in commentarijs de simplicibus medicamen tis docuimus. Et compẽdiaria obsessarũ phlegmone partium curatio per id genus presidia obitur: que sane vel affectum prorsus summouent: vel si q̃d exiguum quod suppuret reliquerint alterum medicamentum acre: quod educere pus queat requirit: vel si tenuis circũposita cutis sit velisq; celerius explicatum egrum sectio petenda est. Ceterum curatio phlegmones per ordei farinam: lenientis tracta tio est non medentis: ꝛ contra malum pugnantis. Uerum de talium differentia in sequentibus plenius docetur. Illa porro mihi demonstrata manifeste puto Hippocratem tum vlcera queque siccanda esse censuisse: tum hanc esse curationis finem sanxisse ipso scilicet affectu indicationẽ prebẽte non tẽpore. Quod si quis hoc magis etiam sibi persuasum cupit librũ eius de vlceribus totũ diligẽtius euoluat. Intelliget enim perspicue tum vnã esse vlcerũ oĩm generalem curationeʒ nẽpe quã nos proximo libro docuimus: tum vero nõ minus illud nullã esse a tẽpore nec in vlceribus: nec in phlegmone nec deniq; in alio quopiam affectu indicationẽ. Quoniam vero in hunc sermonis locũ peruenimus equũ est ostẽdere non modo horũ que iam retulimus fuisse inuẽtorẽ Hippocratẽ: sed etiã reliquorũ omniũ quecũq; hũc scire qui cõmode vlcus sit sanaturus est opus. Uidetur eñ is non solũ vlcerũ que citra aliũ affectum consistũt sanandorũ rationẽ inuenisse vt que in siccando consistat: sed etiã priuatim per species affectuum cuiusq;. Nã aut vitiosus succus ad partem cui vlcus insedit amplius non fluit: aut etiam fluit: ac si non amplius fluit ipsi tantum quod laborat succurrendum est: si quidem vel liuidum vel nigrum vel rubrum conspicitur scarificando ac sanguinem emittendo: mox (vt ipsius verbis vtar) spõgiam sicciorem magis q̃ humidiorẽ superimponẽdo: (neq; eñ arbitror ignorabit quispiã particulã illã q̃ negationis hoc loco vim habere tanq; ita diceret sicciorẽ non humidiorẽ) post hec vero eitã siccãtia remedia applicãdo: ab his si res postulet rursus sanguinẽ anferẽdo ac mox iterũ talia peragẽdo donec parta omnino sanitas fit: qđ si labra vlceris dura callosaq; appareant etiã ea excidendo. Etenim de his quoq; ita ait. Circularia vlcerum si subcaua sint circulo precidere que abcesserũt: ops: vel oĩa vel ex dimidio circuli secundũ hominis longitudinem. Scripsit ꝯo ꝛ de tumorib⁹ q̃ cõiuncti cũ vlcere sunt vniuersis quẽadmodũ curãdi singuli sint: simili mõ et varicibus: qñ horũ quoq; occasione cõtumax ad sanandũ vlcus redditur: qñ aliqua ex his humiditas ad exulceratas partes defluat. Ad eũdẽ modũ et cũ ex toto corpore humor confluit totũ purgare iubet: nusquã videlicet in his indicationẽ a tẽpore sumẽs. Nã ꝛ ridiculũ plane sit adeo multas ac varias: sepe etiam cõtrarias indicationes ab vna, cõitate fieri. Nã si etiã demus indicationẽ aliquã a tẽpore sumi: que tandẽ ca sit dicere par est: ac summa quapiã vna eã cõplecti: veluti in reliquis oib⁹ ipse quoq; Thessallus facit nedũ nos. Quippe vnũ illi perpetuo indicat ad stricti corporis affectus: nẽpe vt remittat ac relaxetur: vnũ rursus soluti: vtiq; vt adstringatur. Quinetiam in ipsis vlceribus quod sordidũ est abstergeri postulat: qđ cauũ est impleri: qđ equabile est cicatrice induci: cui caro supcreuit hanc sibi detrahi: etiã eoipso authore. Ergo sicut in horum singulis ita in diuturnis quoq; alterũ aliqđ ad portionẽ ostendat qđ vnũ sit: verũ nõ põt. Nam et excidẽda ea precipit. At quenã queso sit ista ratio nabilis a tempore indicatio: tum remedio ex sinapi vti de quo vanũ illud nomen metasyncriseos vsurpat: ab hoc ex radicula vomitu. ꝛ postremo cũ nihil vltra interueniat veretro: Uerũ hec quidẽ (quẽadmodũ dixi) etiã in sequẽtib⁹ plenĩ dicent: vbi nihil vsquã vllo in morbo a tẽpore indicari: ſ; signum id nõnũq; affectus esse docebimus. ¶ Uerũ rursus ad Hippocratẽ reuertor. Quẽ sane diligentie nomine admiror: cũ in alijs oibus tum vero qđ precipuum

quiddã quod medico ad indicationẽ|nõ invno alte/ro vers3 prorsus oĩ morbo fit spectandũ:non omise/rit. Est porro id qđ ab affectus magnitudine sumi/tur: quẽ non modo methodici pretermiserũt:(nõ eñ est id mirum) sʒ etiã rationaliũ pleriq3: atq3 etiã em pirici: quã alio mõ omnes. Nam vbi in redundãtis sanguinis (vt illi loquuntur) cõcursu: vacuationeʒ a se obseruatam dicunt: manifeste fatentur ob nullius alterius eorũ que in egro visuntur respectum se ad vacu ationeʒ accedere. Neq3 hoc dico ꝑterea qđ pur gatio vacuatio fit: quã redundantis sanguinis con/cursus nõ indicet: sed quod etiã tametsi redundãtis sanguinis cõcursus nõ adsit: ad ipsam tũ sanguinis missionẽ interdum sit cõfugiendum: quando si va/lens morbus sit cũ viriũ robore: nemo est qui sangui nem nõ mittat: qui vtiq3 in artis operibus sit exerci tatus. Quippe ipsos empiricos videmus cũ lapsus ab alto quis sit: aut alias plaga aliqua cõtusas ve/hemẽter corporis ptes habuerit: ad sanguinis mis sionẽ confugere quãq3 idẽ homo pauloante sanus fuerat: prorsusq3 redũdantie sanguinis expers. Ex quo patet nõ hoc esse qđ mittendum sanguinem in/dicet: sed magnitudinẽ morbi: ac virium robur: exce ptis tamẽ a sermone pueris. Nã ꝛ alia ratione siqs etiamnũ sanus: nec adhuc quicquã lesus: in sangui nis redũdantis cõcursu sit positus: non statim huic mitti sanguinẽ est necesse: imo aliꝫ satisfacit inedia: aliꝫ cibi pcitas: aliꝫ soluta aluus: vel purgatio: vel frequentius balneũ: aliꝫ sola exercitatio: vel multa frictio abũde fuit. Missio vero sanguinis ne ab ip/sis quidẽ empiricis: ꝫs q̃ ita se habẽt: necessario ad hibetur. Ad eũdẽ modũ nec purgatio in sola vitiosi succi abundantia cõuenienter suscipitur: sʒ sicut mis sio sanguinis vel propter ipsius abũdantiã: vel pro pter morbi magnitudinem: ita purgatio ꝛ propter abũdantiã alterius cuiusquã succi: ꝛ ꝑpter vim mor bi adhibetur. Ac de sanguinis missione: tũ in alio li bro egimꝰ: tũ vero in sequentibus agemus: de pur/gatione in hoc libro disserã. Desyderãt eñ egri hãc non modo: vt quod noxium superuacuũ quovrgen/tur educat: sed etiã vt qđ tũ ad diuersum trahat: tuʒ vacuet. Atq3 ob eam rem Hippocrates tum in reli/quis omnibus operibus: tum in eo quod de vlceri/bus prodidit: etiã morbi magnitudinẽ ad purgatio nis indicationẽ consyderat. Purgatio: inquiens: ꝑ aluũ plerisq3 vlcerũ prodest: preterea vulneribus q̃ in capite sunt accepta: itẽ que in ventre ꝛ articulis: ad hec ꝫs in q̃bus ossi caries impendet. Preterea q̃ suuntur: ꝛ q̃ exeduntur: ꝛ que serpũt: ꝛ reliquis que vlcera diuturna reddunt: etiã quecũq3 deligãda sunt per aluũ purganda sunt. His verbis clare docuit vl ceribus oĩbus ꝛ vulneribus quoties ꝑualida sunt: purgationẽ esse vtilẽ. Cũ eñ trifariaʒ nõ hec modo vitia: verũetiã reliqua omnia grauia magnaq3 red/dantur: nempe vel ꝑpter afflicte partis pstantiã: vel ꝑpter affectus magnitudinem: vel propterea qđ sunt cacoethe: cuiusq3 horũ seorsum videt Hippo. mentionẽ fecisse: vtiq3 in capitis ventrisq3 vulneri/bus prestantiam lese indicãs partis. Uentrem au/tẽ hoc loco nõ solũ inferiorem intellegendũ esse: sed etiã supiorẽ: patere cuiuis arbitror. Diuiso nãq3 qđ inter collũ ꝛ crura est trũco in duas capacitates ma ximas: prior sub thorace: secunda sub membrana que abdomini subtenditur: (peritoneon greci vo/cant) cõtinetur. Et sane vulnus qđ intra thoracem intrave etiã peritoneon penetrauit: non paruum pe riculũ affert: potissimũ siquid interiorũ vna sit vul/neratum. Quinetiã cacothe esse quacunq3 in articu/lis accepta vulnera sunt: id quoq3 omnes fere sciũt: empirici quidẽ ex sola ipsa experiẽtia: qui corporis nature scientiam cõparare studuerunt: ex ipsa vulne ratarũ partiũ nã Ubi eñ tendones: ꝛ nerui: ꝛ carne vacua atq3 ossea loca sunt: hic doloris: vigiliarũ: cõ uulsionis: ꝛ deliriꝫ periculũ instat. Tum hec igit vul nera: tũ que suunt .i. que adeo sunt magna vt futu/ris indigeãt: aut si nõ his: certe dligatura: purgatio nem desyderant. At vero iam dictũ in ꝑmo libro est: que magna vlcera sunt: ea vel futuris vel deliga/turis esse cõiũgenda. Quinetiã quibus corrumpen dis ossis periculũ impẽdet: ea cũ magnitudine pble gmones sunt. Jã quecunq3 exedũtur: ea tũ cacoethe sunt: tũ malorũ succorum soboles. Herpetes quoq3 a bilioso excremento ortũ habẽt: reliqua que que in ueterantur oĩa: ex huiusmodi quapiam causa proue niunt. Quare in omnibus his non sine ratione pur gari per aluum iubet. Jn ꝑgressu vero hec insuper adiꝫcit. Jn oĩ vlcere cui erysipelas superuenit: pur/gari corpus opꝫ qua parte vlceri maxime conducit: siue id per superna: siue per inferna fit. Cuius etiaʒ ipsius rei discrimen in libro de succis nos edocuit: auertere nos iubens ad cõtraria: deriuare ꝟo ad la/tus: quinetiã cũ maxime influit: tũ ad diuersa reuel lere: dictũ ꝟo et de hoc in eo libro est. Quare nũc quo q3 si etiamnũ fluxio valẽter irruat: reuellere ad cõtra ria studebimus: vtiq3 si in superioribus vlcus cõsi/stat: ꝑ inferna purgãtes: sin autẽ in inferioribus sit: superiorẽ ventrẽ vacuantes. At si iam fluxio restitit: atq3 in mẽbro inhesit: deriuare ꝑ vicina magis expe dit: cũ ꝛ in propinquiora trãslatio sit: ꝛ purgãti me/dicamento promptior tũ: accessus tum attractus evi cino detur. Hanc vero rationem ad aliam quoq3 ar/tis parteʒ spectare: nempe que de succorũ medicatio ne precipit: neminẽ latere arbitror. Proinde que in sequentibus etiam repetere eam erit necesse: ac totaʒ absoluere. Nunc illud docere volo: tum ipsam mor/bi siue vim: siue magnitudinẽ appellare velis: pro in dicatrice quadã sanguinis detrahendi: vel purga/tionis adhibende: statuẽdã esse: tũ vero Hippocratẽ hãc omnium quos nouimus primũ indicationẽ ad inuenisse. Ac de aliꝫs quidẽ morbis in sequentibus libris id ostendã: de vlceribus vero in hoc: q̃ in ma/nibus est. Ac de purgationibus quidem mihi expli catũ iã est. Nã cum triplici genere morbus quisque fit grauis: aut ꝑpter pcellentiã partis: aut propter affectus magnitudinẽ: aut ꝑpter ipsius cacoethiã: omniũ horũ meminit Hippocrates vbi de purgatio ne egit. Quid igitur: dicet aliquis: nunquid etiã san guineʒ detrahi iterdũ suadet ꝑpter has ipsas cãs? Mihi vero id quoq3 iubere videtur: verum breuiter nec fine demonstratione: veluti tum ipsi: tum reliqs antiquis mos fuit. Jd ita esse intelleges: primum q̃ dem si hec eius verba relegeris. Omni recens facto vulneri: nisi in ventre sit: expedit ex ipso statim san/guinem plus minus ve effluere: quippe phlegmone minus tentabitur tum vlcus ipsum: tũ que circum/posita loca sunt. Post hec autẽ verba que in libro de vlceribus ab eo sunt scripta: si etiã q̃ in aliꝫs oĩbus libris sepe ꝑposuit recordaris: debere scilʒ imitato/

rem esse medicū non tantum nature:sed etiam eorū que cum sua sponte veniant cōferunt:clare iā senis mentē intelleges de sanguine cū magna sunt vulnera detrahendo. Si nanq̧ expedit in talibus sanguinē effluere:non autē effluxit:qđ deest: ipse adijcias opz. Declarāt id ea que subiungit:quippe hec statī cum iam dictis verbis copulat. Et ab ijs q̄ inueterata sunt vlcera:vt sanguis crebro fluat efficere prodest:vtcunq̧ opportunum videbit̄:tū ab ipsis vlceribus:tū a circumpositis vlceri partibus. Nā qm̄ p̄dixerat omni vlceri recens facto sanguinē emitti debere:cernens:nisi etiam de inueteratis mentionē faceret:fore vt ab aliquo putaretur de recentibus tātū ita pronunciasse:idcirco illud recte adiecit:⁊ ab inueteratis vlceribus sanguinem mittere. Ac si perpetuū est:quod ab eo didicimus:incipientem fluxionem ad contraria trahendā esse:fixam vero iam in laborāte particula vacuandam esse vel ab ipsa particula que affligitur:vel a maxime vicina:in promptu nobis ⁊ de sanguinis detractione colligere nūc est: quod in principio hec e lōginquo:postea ab ipsis exulceratis partibus sit emolienda. Quinetiā si ijs que iam dixi:illud quoq̧ adijcias:nempe qđ ipsum qui redundat succū vacuandū esse Hipp. suadet:alias sanguinis detractionē adhibebis:cū videlz is vincit:alias pharmacum qđ ad bilem flauam:vel atram:vel pituitem educendam vim habet:dabis. Illius interim in omnibus his non immemor:non esse vlceris qua vlcus est vllam id genus curationem:sed vel vlciosi qui cōiunctus est succi:vel redūdantie: vel phlegmones:vel herpetis:vel eius generis alterius. Sed nec illius oblitus:quod aliquid interim ex ijs que vlceribus accidūt:indicationem propriam suggerit: veluti magnitudo. Dictū autem ⁊ de ipsis vlceribus est in libro qui hunc precedit:vbi vlcerū differētias omnes:⁊ quot:⁊ que sint:⁊ que sit vniuscuiusq̧ indicatio:exposuimus. Preberi tamen interim vacuandi indicationē ab ipsa egritudinis vi:in eo libro nō dixi:propterea qđ ⁊ longiorē demonstrationem req̄rebat:⁊ totius corporis curam cum vlceribus in eo non coniunxi:hic vero executus sum quantum ad rē propositam erat vtile. Nam absolutus sermo de hoc genere indicationis quam a magnitudine morbi sumi diximus:etiam in sequentibus habendus restat. Pari modo de indicatione que ab etate sumitur: p̄terea de ea que ab humoribus sanandis accipitur. Ad eundem modum ⁊ que ab afflictis partibus indicatio exhibetur:cōsummatius in sequentibus libris tradetur. Nūc em̄ qđ ab earum nā:id est temperamento ⁊ substantia sumi ad curationem potuit: tantū diximus. Que vero tū a positu:tū a forma:itē que vsu:preterea sensus acumine:hebetudineve: indicatio suggeritur:hāc nō attigimus. Dicatur itaq̧ ⁊ de his:quātū sit ad vlcerū curationē vtile. Igit̄ q̄ acuti sensus pars est:eam quā maxime citra dolorē curare tentandum. Tradita vero eiusmodi remediorū materia est in ijs libris qui sunt de simplicibus medicamētis inscripti. Que parū acri sensu est: hec si affectus ita suadet:valētiora remedia recipit. Et principis quidem membri robur seruari oportet:veluti latius vbi de phlegmone agemus:docebit̄. Qđ tale nō est:lz huic eam medendi rationē tuto adhibeas:q̄ relaxādo remittendoq̧ mitiget: chalasticen greci vocant. Atq̧ hec q̇dem in sequentibus fusius tractabimus. In hoc libro eam que ⁊ a positu ⁊ a figura partium sumitur:trademus: atq̧ ita quarto huic libro finem imponemus. Hinc igitur excogitatū est ei cui exulceratus ventriculus sit:medicamenta esse bibenda. Cui gula:nō semel:nec tota simul ad sumenda:sed paulatim ⁊ assidue:qn̄ ex trāsitu ⁊ contactu vulneribusq̄ hic sunt vtilitas accedit:nō ex cōtinendo ⁊ diutius adherēdo:sicut ijs que in vētriculo sunt. Quinimo ⁊ qđ crassiora hec ⁊ magis lenta sint adhibēda:id quoq̧ a positu figuraq̧ est indicatuz. Nam qm̄ gula transitus quidā comestorū bibitorū que est:iccirco remediorum eget que adherere:⁊ vndiq̧ quasi concrescere:⁊ agglutinari possint:nō autē que elui ac defluere sint prompta. Ac circa partes eius veluti concrescunt que crassa sunt: agglutinantur que lenta sunt. Que vero vlcera in crassis sunt intestinis:ijs que per sedem inijciuntur remedijs magis egent:quippe cui magis sunt propinqua. Que in tenuibus habentur:quoniā ⁊ longinquiora sunt ⁊ medio situ posita:ambo requirunt:⁊ que superne sumuntur:et que per sedem infunduntur. Sane cōmunis omnium internarum partium indicatio est: vt ea eligantur que animalis nature maxime sint familiaria:siue ea cibi sint:siue medicamenta:fugiantur respuanturque huic contraria:quanquaz in ijs que foris sunt vlceribus:innoxius etiam talium medicamentorum est vsus:eruginis:erisque vsti:⁊ eris squame:⁊ cadmie:⁊ pompholygis:⁊ lithargyri:⁊ cerusse. Hec igitur ⁊ similia interioribus exhiberi non debebunt. Porro proditum de natura horum est:tū in tertio de temperamentis volumine:tum de simplicibus medicamentis. Eligenda vero alimenta sunt: si quidem ad cicatricem perducere aut glutinare vlcus studemus:tum austera:tum glutinosa:tum que minime rodant. Sin emundare:que modice absergeant:quod munus mel non coctum preter cetera prestat. Austere vero potiones:⁊ eiusdez rationis alimēta cuiq̧ sunt nota. Voco austerum id quod styphon quoq̧ grece:id est adstringēs dicitur. Acerbum vero quod intensum austerumq̧ est:grece stryphnon. Que vero medicamenta tuto introrsus sumuntur:ea tradita sunt in ijs libris qui de medicamentis sunt scripti. Dicetur tamen et nunc eorum formula. Ergo internis vlceribus opitulantur hypocystis:⁊ balaustium: et cytini punicorum:et galla:⁊ malicorium: et terra samia:⁊ lemnium sigillum:⁊ rhois:rosarumq̧ succus:⁊ acacia:aliaq̧ id genus:nec vllam visceribus noxam inferunt. Danda vero hec sunt ex aliquo adstringentium decocto:vel mali cotonei:vel lentisci vel summorum rubi vitisve vel myrti virētium ramorum:vel deniq̧ ex vino aliquo austero. Nō latet autem ⁊ de vini vsu:quod cauendum id est vbi phlegmones suspicio adest:alia dari nihil vetat. Nec illud obscurum est:eiusmodi medicamina preparanda:ac iā dictis humidis excipienda esse:tū vero tragacanthen ⁊ gummi illis admiscenda: potissimum siquis sea ijs que in gula sunt exhibebit. Sed ⁊ gargarizare quoq̧ iubendum est ei qui ad fauces ⁊ paristhmia his vtetur. At ad vlcus qđ in aspera sit arteria:vt supin⁹ quā diutissime in ore teneat:ac oēs q̇ illic sunt musculos relaxet remittatq̧ precipiendū. Influit em̄ sic sensim ⁊ paulatim de medicamēto aliq̇d sensibiliter ⁊ manifeste in ipsam arteriam. Nam et cum naturaliter se habet:scire licet potionis non

nihil huc percolari.Sed veluti in secũda valetudine ita nimirum in aduersa cauendum est ne largius influat:vtpote quod tussim excitabit.Nam quoad humor vndiq iuxta tunicas arterie:ceu iuxta murum aq descẽdit:tussim vtiq nõ cit.siquid per mediã spiritus viam incidit:tusses statim excitat.Cũ hec igit a situ ⁊ forma partium omnia sunt desumpta:tũ vero non minus illud:qd omnibus medicamẽtis que thoracis ⁊ pulmonũ vlceribꝰ sunt destinata:mel sit admiscendũ:quando si morabunt.Ergo digestiõis eorum in corpus:instrumentũ mel erit:ac celeris trãsitus:veluti vehiculum:cũ eo qd nec vlceri nocebit. Ad eundem modũ quoties in vesica ⁊ renibus vitiũ consistit:non solũ mel ipsum sed etiã eorũ que vrina mouent quippiã:vlcerũ medicamentis misceri oportebit.Illud quoq patere vel me tacente cuiuis arbitror:exulceratas ptes:tũ ex earũ substãtia:tũ fũctione:tum vtilitate:tum positu:tũ figura discerni.Mõstratum autem id abunde est in libro de notis affectorum locorum:verũ non est de illis nũc locus.Rursus igitur ad medendi methodum reuertor.Aio igitur non hec modo:sed etiã alia non pauca ex figura partiũ posituraq indicarit:quippe quando nec deligare commode egram particulã possis:nisi prius vel ex figura:vel positura:vel vtriusq indicationẽ sũpseris:sed nec immittere in sedem clysteris fistulam commode queas absq eius generis indicatione.Iã per penam inijcere medicamenta in vesicam sepe necessum est.Igitur illud de cathetere apponere opus non est:quod eo probe vti omnino nequeas:nisi et positum ⁊ figurã totius vesice plane perspectã habeas.In talibus ergo omnibus clare patet non paruũ ad totam curationem affectum ipsum locum indicare.In ruptis autem:que rhegmata greci vocãt:multe indicationes in idem concurrunt:siquidem ⁊ que a positura capitur:recte ad examen venit.Nam propterea quod et in profundo corporis sunt:⁊ latent:iccirco diuersam curationem ab ijs que apparent postulabunt.Quoniam vero cũ ecchymosi quidem omnino:aliquando vero ⁊ cum contusione circum ipsam preruptam carnem consistũt:iccirco plures curationes indicabunt.Semper enim pro affectuũ numero:etiam medendi indicationes respondent.Ac docebitur quidem vbi de phlegmone disseremus:locupletius:quod valentiora medicamẽta requirãt quecunq in profundis partibus laborant:quam que in summo corpore sunt affecta.Nunc id saltem arbitror patere:quod solui necessum est presidiorũ que foris applicãtur:vim:vbi qd ab his iuuãdum est:in profundo latet:qre intendere hanc eatenus oportebit:qtenꝰ ꝑ trãsitũ ad ꝓfundũ est remittenda.Sane ecchymosis oĩs vacuationẽ ꝓ remedio curationis indicat:quare calfaciẽtibus huic ⁊ modice siccantibus medicamẽtis est opus.Quippe q vehemẽter siccãt:digerũt illa qdem in principio euidentius quã que sunt imbecilla:ceterũ non nihil ipsius vitij scirrhosum difficileq curatu relinquũt.Ac dicemus de his in sequẽtibus diligẽtiꝰ:sꝫ ⁊ nũc quãtũ ad rẽ ptinet:abunde est dictũ.Que eñi humectãt calfaciuntq pharmaca:preterea hec q omnes iam grece vocare chalastica id est relaxantia solẽt:atq ex his quecunq ad siccius paulo vergũt:nec tñ adhuc clare manifesteq contrahentia sunt:que syntatica grece vocant:hec oĩa sunt ecchymomatũ remedia.

Curandũ vero est vt ruptis que in ꝓfundo herent corpore:hec tum vires magis habeant intentas:tũ ipsa magis acria magis q dissipantia sint:tũ(vt semel dicam)tanto efficaciora:quãto magis a cute ad ꝓfunda ecchymosis recessit.In talibus sane nec cucurbite vsus sit inutilis.Id est instrumẽtũ ad violentũ attractũ a medicis excogitatũ. Cetera cũ totum ecchymoma digestũ per halitũ est:siccare iã vehementius ruptũ ipsum pmittitur:ac deligatura cõiungere:omnia que in summa facere que vt vlcꝰ coalescat efficiant.Ergo si euocatũ celeriter ecchymoma sit:facile coalescet rupta ipsa caro.Sin lõgiore spatio:sordes multa subnascẽs mediũ inter vlceris labra spatiũ occupat ita vt iã coire ruptio nõ possit.Atq inde adeo fit vt qlibet leui de cã nos hec sui admoneant. Nã siue quis obriguit:siue parũ cõcoxit:siue febri laborauit:siue se vehementius fatigauit:eiusmodi ꝑticulis illico dolet.Non eñ in idem coiere ruptiõis labra:sed tantũ prope sunt admota.Quo fit vt leue momentum ea facile separet ⁊ medium locum superuacuo humore repleat.Et quid queso aliud quã assidue nouũ ecchymoma his gignitur:⁊ primo illi: cũ videlicet primum caro est rupta:simile:nisi quod nunc ex tenui magis sanie constat:cum in principio e sanguine ecchymoma esset:ideoq facilius etiã nũc quam intra initia digeritur.Hec itaq que hactenꝰ diximꝰ:disputationi de vlceribus satisfacient:finẽ que iam quarto huic volumini impono.

¶Galeni methodus medendi:vel de morbis curandis:Thoma linacro anglo interprete.

¶Liber quintus.

Quemadmodum quis vlcerum curationem optime moliatur cum duobus ante hunc libris docuerimus:illud obiter ostẽdimus:reliquos omnes medicos qui simplicium in nobis particularum elementis minime inquisitis artem adeunt: non posse quicquam certa ratione sanare:minimeq omnium qui Thessali dogma profitentur.Reliqui nanq ea saltem vlcera que in diuersis sint partibꝰ: diuersis rationibus sananda censent:ipsa nimirum experientia docti.Qui Thessalum authorem sequũtur:propter excellentem scilicet sapientiam:omne vlcus:quacunq in parte animalis sederit:similis egere curationis putant.Quippe si cauũ sit:impleri:si equale:citrice induci:si caro supercreuerit:hanc detrahi:si cruentum recensque sit:agglutinationem postulare aiunt:ceu vero qui hec norit eum recte mederi sit necesse:nec sit hec ratio etiam cuilibet e plebe communis:cum nemo sit qui horum quicquã ignoret.Ceterum nec quemadmodum implendus sinus sit:nec quemadmodum ad cicatricem perduci quod impletum est debeat:aut comprimi quod superauctum:aut coalescere quod purum citra que sinũ est: intellegunt.Sunt enim eiusmodi opera tantum medicorum:que vel ratione vel experientia:vel vtriusq ope sunt inuenta.Rursus igitur repetentes summatim ea percurramus:quo dicendorum caput cum dictorum copuletur calce. Monstratum est

omne vlcus siccantia medicamēta requirere. Ceterū
quod sinum habet: vt minus sane quam reliqua: sic
ea que preterquam quod mo dice siccent: eam abster
gendi facultatē optineāt: desyderare. Quod vero cō
iungi sibi labra postulat (cuiusmodi scilicet sunt que
medicis latine cruenta: grece enhema dicūtur) huic
tum que magis etiam siccent: tum vero que citra ab
stersionem leuiter adstringant: opus esse. Iam que vl
cera perduci ad cicatricem postulant: hec non solum
magis adhuc siccantibus: sed etiam strenue adstrin
gentibus remedijs egere. Quod si caro eorum pre-
ter nature modum intumuit: acria ꝛ demolientia (q̄
eadem calida siccaqꝫ necessario sunt) desyderare. Si
quod vero aliud symptoma vlceri adiunctum erat:
ab eius natura curationis īdicatio sumebatur: atqꝫ
ex hac rursus remediorum facultas petabatur. Si
nanqꝫ sordes innasceretur: que hanc tollerent opus
esse. caqꝫ omnia abstergendi vim habere multo sane
maiorem quam ea que carne implerent. Si vero co
piosior in his humiditas cerneretur: etiam qđ ma-
gis siccaret medicamento opus esse: ceterū quod ꝓ
priam speciem non egrederetur. Ac si agglutinatu-
rum medicamentum esset: siccans adstringens que
id esse debere: si implere: siccans ꝛ abstergēs: atqꝫ in
singulis reliquorum vti dictum est. Si vero intempe
rata subiecta caro esset: primū eius intemperantie
succurrendum esse: vtiqꝫ que siccior iusto esset: hanc
humectantibus. que humidior: siccantibus. tū que
calidior esset: refrigerantibus: que frigidior: hanc ca
lefaciētibus: ꝛ si gemina qualitate esset intēperata:
pharmacum quoqꝫ eligentibus quod gemina esset q̄
litate cōtrarium. Quippe id omnium que preter na
turam sunt: commune esse: nō posse ad naturam suā
redire quicquā sine ijs que ipsi facultatem haberent
contrariam. Consyderandas preterea ꝛ intemperan
tie causas hoc tempore esse: siue he totius corporis
essent communes: siue quarundam partium ꝓprie:
que videlicet per societatem (quam sympathian vo-
cant) exulceratum membrum infestarent. Medēdū
vero primum esse cause que intemperantiam adhuc
foueret: post hanc vero: ipsi que iā facta esset intem
perantie. Quippe hanc communem indicationē esse
omnium que ex causa quapiam oriantur. Ostendi-
mus autem tum ab vlcerum differentijs diuersas
preberi indicationes: tum eas que a laborantis cor
poris temperamento sumuntur: diuersā ab his ha
bere rationem. Siquidem ille cum ex ijs que preter
naturam sunt sumantur omnes contraria esse adhi
benda dictant: he cum ab ipsa natura capiantur: si-
milia. Nam siqua siccior pars est: ea magis siccari
postulat. q̄ minus talis est: ea minus est siccāda. Ad
eundē certe modum ꝛ de calefaciendo refrigerādoqꝫ
est preceptum. Nec illud omisimus: ex precellētia mē
bri: aut cōtrario statu: item que ex sensu acri hebete
ve diuersum medicandi consilium peti. Ergo quod
reliquum est huius morborum generis curandi: id
nunc apponamus. Hoc genus id: lucidioris doctri
ne causa: vnitatis solutionem appellauimus: nec re-
fert si continuitatis solutionem voces. Incidit hec
nō in similaribus modo ꝛ simplicibus partibus: sed
etiam in compositis ꝛ instrumentalibus. At vero re
mediorū indicationes alie a similaribus sumuntur:
alie ab instrumētalibus. Quarū ambas norūt q̄ me
thodū Hippocratis comprobant: propterea qđ vtra
rumqꝫ partium naturam intellegunt: alteras dūta-
xat (nempe que ab instrumētibus prebentur) q̄ Era
sistratum ꝛ Herophilum sequuntur. Quare in ijs q̄
sequentur sermonibus quecūqꝫ a calido: frigido: hu
mido: ꝛ sicco corpore morbo ve indicationes sumun
tur: nullius certe methodum hi habebūt: que a for-
ma: positu: precellentia: acri hebete ve sensu preben
tur: has nō ignorabūt. Illustrius erit qđ dicimus:
si partes ipsas ꝓposuerimus. Cū igit̄ de ijs maxi
me vlceribus que in carnosis accidunt partibus: ha
ctenus tractauimus: nunc tempestiuū videtur de ijs
agere q̄ in arteria: vena: ꝛ neruo cōtingūt: nec de ijs
absolute: sed vt in quouis sunt viscere: vel deniqꝫ in
strumētali animalis pte. Ergo si cui arteria vena ve
magna vulnerata est: ꝛ copiosum sanguinis proflu-
uiū cōtinuo superuenit: ꝛ glutinari id vulnus difficile
q̄dem etiam in vena est: in arteria vero nō solū diffici
le: sꝫ etiā qđ fieri (sicut nōnullis medicorū est visuꝫ)
oīno fortasse nō possit. Dicēdū ergo de vtrisqꝫ est: ac
pri⁹ de sanguinis ꝓfluuio: scđo loco de agglutina-
tiōe. Cū aūt ꝛ ꝑ anastomosin: ꝛ ꝑ diapedesin: vt mox
docebimus: profluuia hmōi fiunt: non alienū sit ꝓ
pterea qđ curationem communem habent: etiā hoc
loco de ijs meminisse: tametsi ex alio esse morborū ge
nere videantur. Sane ꝓfluit ex vena vel arteria san
guis aut reserato earum ore: aut tunica earū diuisa:
aut (vt sic dicā) transcolatus siue transmissus. Por-
ro diuiditur ipsa tunica tū ex vulneratione: tū cōtu
sione: tū ruptione: tū erosione. Anastomosis accidit
ꝓpter tū vasis imbecillitatem: tū sanguinis qui ad
os eius īpetu ruat copiā: ad hec: acrē quampiā que
illi extrinsecus incidat qualitatem. Diapedesis ex
tunica quidem ipsa rarefacta: sanguine vero tenuato
oritur: accidere p̄terea interim pōt ꝛ ex gracilium va
sorum ore adaperto. Dicendum igitur est de horum
affectuum vnoquoqꝫ seorsum: ac primum de diuisio
ne quā vel ex erosione: vel vulnere: vel cōtusione: vel
ruptione diximus accidere. Que itaqꝫ vulnerant: ea
sunt acuta: atqꝫ ad secandū habilia que contunden
do soluunt: ea grauia duraqꝫ sunt: que rumpunt: om
nia id tensionis interuentu faciunt: idem ꝛ intensior
actionis vehementia facit: tum succi abūdantia: nō
vtiqꝫ virium respectu: sed que cum a vase suo nō cō-
tinetur: etiam casus ab alto: tum graue quippiā du
rūque incidens. Quippe eiusmodi aliquid cū vel va
sis vacuis: vel pusillam omnino rem continentibus
in ea inciderit: si durum ex opposito obiectum habet
contusa reddit: at si plenum vas sit: prius id rūpit
quam contundat: cū sit quod tū accidit: persimile ac
si vtrem vesicam ve impleas: atqꝫ in hanc lapidem
iactes: vel contra lapidi vtrē violenter illidas: sane
huic persimile est quod accidit in casibus ab alto.
Quam nanqꝫ rationem vter habet ad lapidem: hāc
homo habet ad solū. Quisquis vero ex maximo acu-
tissimoqꝫ clamore: in pulmonibus vas perfregit: is
violentie actionis acceptum malū referet. Similiter
huic ꝛ qui ex eo quod pregraue onus aut humeris
imponere est conatus: aut alias manibus attollere:
vas fregit. Atqꝫ hoc etiā magꝭ: cui ex ꝯcitatissimo cur
su: aut valētissimo saltu: aut aliter particula vlla vio
lenter extensa: id accidit. Est eīn id quoque persimi
le ac si funem aut lorū quaꝫ maxime distendas. Por
ro perrumpi quoqꝫ non pauca propterea quod san
guinem queꝫ in se habent: non continent: potissimū

cum flatulentus is sit. Indicio sunt tum dolia ꝙ se-
pe musto rūpunꝶ: tum alia multa valētissimorū cor
porū. Ac si ex vulnere vel clamore vel casu vel contu
sione perruptū vas est vtiqꝫ in his causa ipsa desijt
Si vero ex abūdantia fieri pōt vt vas etiā amplius
rumpaꝶ effectrice saltem adhuc mauente cā. Atqꝫ in
hoc quidē affectu vacuanda quā primū abundātia
est: abhinc sanguis supprimendus: mox vlcus ipsuꝫ
curādū. Ubi vero effectꝰ cā iā desijt primum sistere
sanguinē expediet post vlcus sanare obturato ꝙdē
qđ perruptū est auerso autem atqꝫ aliorsum transla
to quod per id ferebatur: quando si id eo quo inter
initia impetu confluat osculū que vasis pari modo
pateat citiꝰ plane moriatur animās que profluuio
laborat quā sanguis cesset effluere. Porro vlcus ip
sum claudetur vel labris eius que dissidēt in idem
adductis vel osculo eiꝰ obstructo. Adducenꝶ in idē
labra eius tū nostrarū manuū opera vbi sic ad ma-
num vlcus se exhibet: tum per deligaturam: tū vero
per ea remedia que refrigerent ⁊ adstringant. Neqꝫ
enim suere fas est arterie venere vulnus: veluti di-
xerint qui nullam a vulnerate partis substantia na-
turaqꝫ sumi indicationē aiunt. Obstrueꝶ vasis oscu
lū ⁊ sanguine ipso concreto (qui thrō bos grece dici
tur) ⁊ ijs que foris illi imponunꝶ. Possunt aūt suꝑ
imponi tum carnose ipse que circa vlcus sunt ꝑtes
tum in nō nullis vulneribus ipsa cutis: ad hec que-
cunqꝫ ipsi cōminiscimur. Ea sunt ⁊ linamenta quos
μοτύσ grece vocant et medicamenta ea que idcir-
co quod ex lenta crassaqꝫ substātia consistant meatꝰ
obstruūt (greci emplastica vocant) preterea que cru
stam quam greci escaraꝫ vocāt efficiūt. Quippe hāc
quoqꝫ ceu septum quoddā huiuscemodi vlceribꝰ ve
teres excogitarūt. Efficiunt hāc tum ignis ipse tum
quedaꝫ medicamina ꝗbus ignea vis inest. Atqꝫ his
quidē rebꝰ obstruitur vasis osculū. Auertiꝶ aūt san
guis atqꝫ ad alia mēbra cōuertitur tum ad ꝓxima
deriuatus tum ad cōtraria reuulsus: illum paroche
teusin hunc antispasin greci vocant. Nā hec quoqꝫ
Hippocratis inuenta sunt omnis scꝫ immodice va-
cuationis cōia remedia. Deriuatio ad vicina fit cū
id quod per palatū vacuaꝶ per nares transferꝶ. Ad
cōtraria reuulsio fit cū id ad inferna reuellitur. Rur
sus quod per sedē profluit id per vuluā deriuamꝰ.
Sursum vero reuellimus. Ita namqꝫ ⁊ natura ipsa
facere solet. Mulieri enim inquit Hippocrates san-
guinē vomēti menses superuenientes remedio sunt
Hac igitur de cā si vel menses confertim eruperint
vel sanguis ab vtero quoquo modo ꝓfluxerit sur-
sum reuelles cucurbitam magnā sub mammis defi
gens. Nā ⁊ hoc Hippocratis inuentū est. Eandem
ob causam cū e naribus sanguis erumpit id retinēt
magne in precordijs defixe cucurbite. Infigende au
teꝫ sunt si ex dextra nare ꝓfluitur super iocinore: sin
ex sinistra suꝑ liene: si ab vtraqꝫ nare suꝑ vtroqꝫ sunt
imponēde viscere. Qđ si resolutus adhuc eger nō sit
etiā vena sub eo cubito incidēda est qui ꝓfusioni e
directo respondet. Ubi paulū detraxeris mox vnam
horā intermittens rursus detrahes post iterū atqꝫ
iterū pro laborantis viribus. Ad hunc modū ⁊ reli
quas omnes fluxiones (quippe cōmunis ratio est)
tum ad cōtraria reuocabis tum ꝑ vicina deriuabis
vtiqꝫ que per aluū fluunt ea vel per vrinas vel vteꝝ
transmittens: ꝗ vero per vrinas ea vel per locos vel
per sedem trāsferens: pari modo que per locos erū-
punt vel per vrinas vel per aluū: que vero in oculis
aure vel palato fluxiones accidūt eorū ad vicina de
riuatio per nares est. Antispasis vero in ijs que su-
pra sunt omnibus deorsuꝫ semper agitur: sursuꝫ in
ijs que sunt infra. Preterea a dextris ad sinistra si-
cut ab his rursus ab illa: similiter ex hijs que intus
habentur ad ea que foris sunt: cōtra que ab his ad
illa. Ergo frictio contraposite partis potissimū ꝑ ea
medicamenta que calefaciant: preterea vincula va-
lentius adducta ijs que ad cōtrarium reuocāt reme
dijs sunt adnumeranda: non secus ꝓfecto ⁊ natura
liuꝫ meatuū qui positi ex aduerso sunt recluso. Que
vero id prestare medicamenta eorum possint tradi-
ta materia a nobis est in libris quos de medicamē-
tis prodidimus: sed de oī fluxione in sequētibꝰ etiā
libris tractare necessum erit. Nūc ad sanguinis pro
fluuium est redeundū. Quippe de genere obturātiū
quodammodo est ⁊ vinculū ipsis profluentibus va
sis iniectum: ipsiqꝫ nostri digiti dum ea cōmittunt
stringuntqꝫ. Est et alia huc pertinens ligatio quam
greci epidesin vocant: quāquam ipsum vas circulo
non complectitur sicuti vinculum: verum cuꝫ ex par
te circomplexu suo committat quodammodo vulne
rati membri dissidentia labra et que superimposita
sunt contineat merito inter claudentia remedia nu-
meratur. Preter omnia iam dicta inter hemorrha-
gias remedia censeatur et appositus vulnerate par
tis situs. Porro appositus fuerit si ad geminū hunc
finem sit directus: nempe vt et dolore pars careat ⁊
sursum spectet. Si vero vel prona spectet vel doleat:
non solum profluuium non sistetur sed etiam si non
sit prouocabitur. Ergo qui hec norit siquando asti-
terit ei cui ex vulnere sanguis profluit (de his enim
ꝓmum agam) illico digitum super os vulneris va-
sis imponat blande innitens ac sine dolore compri-
mens: quippe simul tum sanguinem sistet tum eum
concrescere in vulnere faciet. Quinimo si vas vnde
profluitur alte sit dimissum: certius ipsius tum po-
situm intellegat tum etiam magnitudinem: preterea
vena ne sit an arteria: post hec iniecto vnco attollat
ac modice intorqueat. Quod si obiter non sistitur
sanguis: si vena fuerit tentet citra vinculum sangui
nem supprimere aliquo ex ijs medicamentis que
sanguinis supprimendi facultatem habeant. Sane
optima horum sunt emplastica ea que ex frixa resi-
na et farine triticee tenuissimo polline ⁊ gypso alijs
que id genus sunt confecta. Sin arteria sit duorum
alterum aut vinculo amplectens aut totum preci-
dens profluuium sistes. Sane vinculum magnis
quoqꝫ venis inijcere interdum cogimur: atqꝫ etiam
interdum totas precidere vtiqꝫ transuersas. Inci-
det autem huius necessitas in ijs que ex profundo
loco recte assurgunt: presertimqꝫ per angustas vel
principes particulas. Quippe ita retrahiꝶ ex vtra-
que parte pars vtraque celaturque ac integitur su-
periacentibus corporibus vulnus. Tutius tamen
est vtrunque facere et vinculum vasis radici inijce-
re et quod deinceps habetur precidere. Radicem va
sis voco priorem eius partem que vel iocinori pro-
pior est vel etiam cordi: hec in collo ab inferiore est
parte: in brachijs et cruribus a superiore: in sin-
gulisque reliquarum partium prout ex dissectione
intellegere licet: quam nec ipsaꝫ amethodi isti Thes-

falij admittunt. His peractis: implendum carne vul nus ꝙ primū est prius quam vinculum a vase decidat. Nisi eñi producta caro prius locū q̄ circa ꝑcisam arteriā est: impleuerit: si locus aliq̄s vacuus superfuerit: vtiq̄ qđ greci aneurysma dicunt: sequitur Quā ob rem eo potius genere sanguinē sistentiū vtē dū suadeo: quod sua lentitia meatus obstruat: (emplasticon vocāt) quā qđ crustam efficit: ꝓpterea qđ ⁊ citius: ⁊ minore cū periculo post ipsum impletur vulnus. Quippe periculū in altero est: ne si defluat crusta: rursum sanguinis profusio ex vase excitetur. Optimū igitur omniū que noui medicamentorum quo etiā ad cerebri membranarū hemorrhagias tutissime vtemur: est qđ nunc subijciam. Thuris pars vna: aloes partis vnius semissi miscetur: mox cū vtē di tempus instat: tantū huius cum oui candido sub igitur: quantū mellis reddat crassitudinē: hoc debic leporis mollissimo pilo excipitur: deinde tū vasi ipsi: tum vlceri toti liberaliter imponitur. alligandum autem id forinsecus fascia est ex tenui linteo. Cuiꝰ fascie primiꝰ quatuor quinq̄ve amplexus ipsi ꝓfluē ti vasi inijciētur: adhinc vasis radicem versus ducentur: in quibus videlicet partibus radicē versus ducere licet. Licet autē fere in oībus: preterquā cerebri mēbranis. His factis: vbi tertio die solueris: si tuto adhuc medicamen vlceri adheret: aliud rursus sup impones: ac veluti linamētū id qđ ex pilis factū inhesit madefaciēs deligabis ita vt initio deligasti. Si prius sua sponte reiecerit linamentū: radicē vasis digito blande comprimens: quatenus videlicet nihil cōfluat: hoc quidē suspensa manu adimes: atq̄ alterū impones: ad hunc modū quoad carne munietur: curare vas debebis: vtiq̄ a principio ad finē vsq̄ ꝑticulam supinam seruans: custodito tñ in hac situs figura modo. Uitandū eñi ne dolor incidat: ac rursus profluuiū excitet: cū nihil sit qđ profluuium magis quā dolor prorītet: ⁊ phlegmonas augeat. Hoc medicamēto multifariā vtor: alias (vt dictū est) duplum thuris: aloe admiscens: alias pari mō ambobus vtēs: alias paulo superāte aloen thure: aut etiā plusculo: sed nōdū duplo: etiam mannam ꝓ thure aliquando inijciens. Est autem manna medicamentū quod magis quā thus adstringat. Thus ꝟo quā manna: magis emplasticum. Porro constat in duris corporibus plus aloes esse immiscendū: in mollibꝰ plus thuris. Erit q̄ alterū eorū magis adstringens alterum lentitia ⁊ crassitudine sua tenuibꝰ spiramētis magis inherens: qđ emplasticoteron vocant. Ita q̄ etiam magis tenax: ac (vt sic dicā) resinosius deligas thus opꝫ vbi magis esse emplasticum medicamentū studebis: id sane tū mollius est: tū albidiꝰ: tū qđ mansum ritu aloes ⁊ manne nō cōminuit: sꝫ partes suas sibi coherentes defendit: veluti mastiche. Uerū hec eius tractationis sunt propria: q̄ de componēdis pharmacis ꝑcipit: quā in hoc opere nō alicubi attigisse oīno nō licuit. Siquidē aut nusquā nobis particularis exempli faciēda mētio fuit: sꝫ ipsis tātū vniuersalibus contentos esse methodis oportuit: aut si particularia poneremus: etiā ꝑparatio eorū fuit attingenda. Uerū (vt ante est dictū) eius generis remediorū que methodo sint inuenta: vno altero ve exemplo hic posito cōtētos esse cōueniet. Id ꝟo semp mihi teneri memoria velim. Sed reuertamur rursus ad id qđ dicēdo parū absoluimus. Mētionē

eñi iam dicti medicamenti idcirco pluribus feci: qđ ceteris id oībus ꝑstare mihi persuasi: miror q̄ si cui melius inuenire continget. Ideo q̄ tū in cerebri mēbranis semper: tū in colli vulneribus eo vtor: etiam ipsarum venarū iugularium: quas sphagitidas vocāt: vtpote cū harū quoq̄ profluuiū citra vinculum sistat. Non est autem in his cōmittendū vt in opere ꝓperes: veluti quidā stolidi chirurgi faciunt: sed altera manu inferiorē vasis partē cōprimes: aut cōplexus tenebis: altera medicamentū vulneri impones: ac blāde ei apprimes: donec cōcretū adheserit: mox deligabis superne deorsum: nō (vt in artubus) inferne sursum: siquidē radicē versus vasorū ducere deligationē opꝫ: ac quod confluit reprimere. Sūt porro ⁊ alia nō pauca pharmaca q̄ citra omnē dolorē emplasticam vim optinent: verū nullū ita carne īplet. Expedit autē ꝙ maxime in eiusmodi casu vt priore medicamine cadēte: caro circū vas ipꝫ sit ꝓducta. Atque crustas generāt: quoties decidūt: magis nudā ꝑtē quam pro ipsius naturali habitu derelinquunt. Est nanq̄ ipsius cruste generatio ex subiectis circūpositis q̄ corporibus (vt sic dicam) semiustis: sic vt cuiusmodi in hyemem extinctos hos carbones rem parāt: eiusmodi ipe exuste cruste carnis sint reliquie Quare quantū particule adustū ad crustam est: tantum profecto ipsi de naturali carne deperditur: id itaq̄ omne particule decedit cū crusta cadit. Atq̄ ob eam rē nūdū sine que carne visiꝰ. Multis q̄ iam ex ijs quibus crusta decidit: ꝓfusio sanguinis q̄ egre supprimi potuit supuenit. Quare in his quoq̄ quisquis methodo administrare omnia volet: is tū modos omnes quibus sanguis supprimatur: longe ante cōsyderabit: tū eū eliget qui minus sit cū periculo vtens nō minus ⁊ reliquis omnibus quoties necessitas vrgebit. Maximā autem necessitatēꝫ vel crustificis medicamentis: vel ignitis ferramentis vtendi animaduerti vbi ex erosione putrescentis alicuiꝰ ꝓfluuiū sanguinis concitaꝰ. Quinetiam vbi in tali affectu totum qđ cōputruit est sublatū: tutius est vel ipsius veluti radicē adurere: vel certe crustificis medicamentis vti. Hac ꝟo ratione tū in pudendis tuꝫ sede ad talē necessitatē sepe deuenimus: qđ videlicet he partes tū propter naturalem humiditatē: tū qđ excrementorum sunt canales: ex leui cā putrescāt: id vero quo pro incrustantiū pharmacorū delectu consilium diriges: erit non vtiq̄ solus calor: sed cū quo adstringēdi facultas sit coniuncta: qualis in chalcitide: ⁊ mysi: ⁊ atramēto: siue vstis his siue inustis vtere: visitur. Que ꝟo ex calce nō extincta conficiūtur: ea vtiq̄ valentiora his sunt: ceterū adstringēdi vim non habēt. Excidunt igitur citius que ab his fiunt cruste: herent autē diutius que ab adstringētibus. Quod vtiq̄ longe est vtilius: quando ita prius nascitur in imo earū caro: efficiturque profluēti vasi velut operculum. Uñ nec nosmet precipites esse (veluti nōnulli sunt) ad crustas: vbi hemorrhagias periculū imminet: detrahēdas opꝫ: nisi in illis tātū affectibus in quibus propter putredinē candēs ferrum corpori hominis admouimꝰ. Appellant nescio quō eum affectuꝫ omnes nunc medici greci νόμην a verbo qđ pascere significat: ꝓpterea qđ pergere pascendo id vitiū ab egris particulis ad eas q̄ integre sint soleat: atq̄ harū semp aliquid egris adijcere. Quare non a substātia indicate rei: sed ab accessorio ap-

agglutinari colligariqꝫ secum separate fracti ossis
particule queāt: hinc maxime speret quispiam. Mōd
stratum est omnem animalis particulam proprium
ac simile sibi trahere alimentum. Id si verū est ossiū
certe idoneū nutrimentuꝫ ⁊ crassius ⁊ magis terreū
qꝫ aliud quoduis nutrimentum in toto animali fue/
rit. Non est igitur nec a ratione alienum: nec qđ fieri
omnino non possit: vt quod ex hoc ipso proprio ali/
mento redūdat: ⁊ in labris fracture cōcrescit: suo ip/
sius interuentu illa quoqꝫ cōglutinet. Quinetiā ita
vsu euenire conspicitur: subscribitqꝫ spei quam ratio
suppeditat: etiam experientia ipsa. Itaqꝫ cōsyderan
dum deinceps est quanam potissimum ratione cor/
pus hoc quod fracturis īnascitur: quātū qualeqꝫ fit
ex vsu ꝓuenire possit. Nam quod nec quātūlibet: nec
qualecūqꝫ: sed quod mediocritatē in vtroqꝫ seruet re
quirimus id plane est euidens. Porro huius symme
trie tum qualitate tum quātitate inuenta: deinceps
est vt qua maxime quis vtrūqꝫ assequatur: rationem
ipsam querat. Sed nec tempus quo hec effici conue/
niat: minus necessarium quesitu est: vtrū ne statim a
fractura facta: veluti statim in vulneribus molieba/
mur vnitionem: an id cōmodum tempus non est: sed
aptius requirēduꝫ. Sane inuenias hoc quoqꝫ sicuti
⁊ reliqua omnia ex ipsa rei natura edoctus. Quenā
igitur est ipsius rei natura? Nēpe os fractū sub ali/
qua pauloante comprehensarum differētiarū. Age
igitur videamus nunquid a singulis differētijs ali/
quid desumi ad eius curationem possit: ab ea quam
καυληδὸν id est per trāsuersum fieri diximus: orsi.
Dissidēt sic a se in hac fracti ossis partes: vt e directo
non iaceant. Quare patet primū id esse agendum vt
in directum agantur: tum eorum que deinceps sunt
aliquid geratur. Sane cum situm habuerint: si quis
ea que sic dissident integre partis exēplo vsus ī ꝯtra
rium adducat: ea qua nimirum certissima indicatio
trāspositionis eorū erit. Fieri eñi pōt vt tū prorsum
tū retrorsum: tū in hāc partē mēbri: tū in illam facta
trāslatio sit. Quecūqꝫ igit̄ retrorsuꝫ magis sunt acta
ea prorsum impelli conueniet: nec minꝰ alterā quoqꝫ
fracti ossis partē modice ad cōtrariū retrudi. Cōtra
q̄ prorsum sunt emota: hec rursus ipsa quidē retror/
suꝫ: reliquā ꝯo partē sensim duci prorsuꝫ. Eodē etiā
modo ⁊ eorū que ad dexterā sunt: detorta medicatio
est si ad sinistrā ducantur: cōtraqꝫ eorū que ad sini/
stram: si mutētur ad dextrā: sempꝫ scꝫ altera parte mo

dice in contrariũ acta. Ceterum in adducendis con-
trario motu partibꝰ ne que fangat̃ eã extantie nõ le-
ue periculũ eſt. Neqꝫ eñ veluti in ſerra deſectis viſit̃
leuis eſt vtriuſqꝫ partis finis. Nã ſi ille frangant̃ nõ
poterũt ad amuſſim ſecũ coaptari fracti oſſis fines:
duplici de cauſa. Nã ſiue ipſa fragmenta inter par-
tes coniungendas interciderint nõ ſinent ea q̃ ada-
ptantur: ſe cõtingere: ſiue quid forte oſſium extra ce-
ciderit ne ſic quidẽ eorũ que effinxeris exacta cõiun-
ctio erit ſic vt priſtinã vnionẽ imitentur: quippe que
tũ demũ erit cũ oſſis extantie in ſuas cauitates fue-
rint recondite. Qꝺ ſi ſemel cõminute perierint neceſ-
ſum eſt inter applicata ſimul oſſa vacans interueni-
at ſpatium: in qꝺ ſanies collecta atqꝫ in tẽpore putre
ſcens totũ pariter mẽbrũ ſecuꝫ corrũpet. Atqꝫ ob hec
quidẽ que diſſident oſſa e directo admota eſſe opor-
tet: qꝺ cõmode certe feri nequit niſi retrorſum prius
ſint tracta: antitaſin vocãt. Oportet igitur aut mani-
bus ipſis vtiqꝫ ſi paruũ ſit membrum aut vinculis
impoſitis ant vna cũ ijs etiã inſtrumentis cuiuſmo-
di nobis Hippocrates prodidit antitaſin oſſium fa
cere. Poſtea vero quã abunde retracta fuerint nec vl
lus ſuperſit metus ne ſe in adducẽdo tangant tũ in
directũ opponere vinculaqꝫ remittere: ac muſculis
ipſis diductorũ in idem cõmiſſionẽ permittere: inte-
rim ꝟo teipſum quoqꝫ manibus ſubſeruire ac ſicubi
aliquid paulũ ſubſultet corrigere atqꝫ formare. Ab
ijs ſecundũ quo diriges fuerit vt immotũ prorſus
mẽbrum conſiſtat ne quid eoꝝ que effinxeris mouea
tur: quãdo ita neceſſe eſt ea rurſum diſſidere. Ac ſi ip
ſi quidẽ egrotanti vt quietudini mẽbri proſpiciat ꝑ-
miſeris: vigilans fortaſſis probe id curauerit: at dor
miens oĩno mẽbrum mouebit. Vt igit̃ nõ dormien-
tis modo hominis ſꝫ etiã ad deſidendũ itẽqꝫ cũ cubi
le reſternit̃ ſurgẽtis eorũ que formata ſunt poſitura
ſeruetur: tuta deligatura cõplecti fracturã oportet:
queqꝫ fracti oſſis partes ſecũ coarctare ad amuſſim
poſſit. At ꝟo cũ per laxiorẽ adhibita deligaturã oſſi
bus moueri licet quod aũt vehemẽtius eſt adſtrictũ
dolorẽ excitabit: dãda opera eſt vt vitato ambarum
incõmodo vtriuſqꝫ fruamur cõmodo. Id fiet ſi qꝺ ni
mium eſt declinabimꝰ. Ergo nec adeo arctare deliga
turam debebimus vt iã cõprimat: nec adeo remittere
vt laxa ſit. Ac ſiquidem equalis eſſet craſſitudinis
mẽbrũ quodqꝫ: vtiqꝫ latiſſima faſcia eſſet cõmodiſſi-
ma: vtpote que totuꝫ equaliter cõtinenturqꝫ ex omni
parte fractum os complecteretur. Sed quoniam id
non eſt pectori quidem latiſſimam licet circũponas
artubus certe ⁊ iugulo nõ potes: ſed in talibus vti-
lior eſt anguſtia: vtpote que nec rugas cõtrahet: ⁊ to
tius membri cui circũdata eſt cutem cõtinget. Verũ
ſi paucis cõplexibus fracturã continet parum tuta
eſt. Quãtum igitur ſecuritatis anguſtia deficit: tãtũ
ei ex iniectionis numero ⁊ verſus integruꝫ deductio
ne eſt adijciendum. Sed quoniã deligationum que-
cũqꝫ citra dolorẽ carnem conſtipant coarctantqꝫ id
virium habent vt ex ijs partibꝰ quibus primũ inij-
ciuntur: ſuccos exprimant in eas in quas ipſe ſunt
finite reponant atqꝫ figant: nõ alienũ a ratione arbi
tror deligature principium ſuper ipſam fracturam
inijci: abhinc vero ad reliquum membrum diſpenſa
ri. Etenĩ qui contra deligat: is ab integris ad egram
partem ſanguinem compellit. Atqui ſi ab egro loco
incipiat in integrum finiat: non ſolum innoxia cuiuſ-
modi deligatura in ijs que diximus erit: ſed etiam
vtile quiddam contulerit: quippe cum nullam circa
fracturam ſinet excitari phlegmonen: cuius rei curã
habere in primis oportet: timendum eñ eſt ne tum
ex illa in diuerſum vlſione quã membrum in ſuã for
mam effigẽtes adminiſtrauimus: tum vel magis ex
eo qꝺ cauſe que fracturam faciunt: plerũqꝫ circũda-
tam oſſibus carnem conſtipando contũdẽdoqꝫ priꝰ
ledunt: magne ſubſequantur phlegmone. Nec ſane
mirer ſi phlegmones quiddam ſimile etiaꝫ ipſis fra
tis oſſibus ad portionem accidat: quãdo etiam que
parum probe ſunt curata magis humida quam pro
natura ſua manifeſte cernant̃: vbi videlicet vna cum
vulnere ficos perfractum eſt: vt ſub aſpectus notitiã
veniat. Quinimmo nec oſſis caries quem ſphacelon
vocãt: ex alia occaſione aboritur: que ipſa totiꝰ oſſiũ
ſubſtantie corruptela quedam eſt. Non igitur negli
gendum quin totum ſuperuacuum humidum ex om
nibus que circa fracturam habẽtur partibus expri
mas. Incipies itaqꝫ ab egra parte: ac cum bis terve
circũdederis: inde ſanũ verſus diſpẽſabis. Siqdẽ q̃
ita deligat: ⁊ ab integris ad laborãtẽ partẽ ſanguis
confluxũ arcet: ⁊ quod iã collectũ in ea eſt exprimit.
Cũ vero due partes ſint que ⁊ recipere aliquid a la-
borante particula ⁊ tranſmittere ad eã poſſint: vtiqꝫ
que ſuperiacent tũ ꝓter multitudinẽ tũ magnitudi-
nem ad ambo magis ſunt habiles. Extreme ꝟo pro
pter contrarias conditiones exiguũ quidẽ aliquid
vel recipere vel tranſmittere poſſunt: multũ vero nec
egris partibus ſumminiſtrare nec ab ipſis recipere.
Quocirca cũ duas primas fecerit Hippocrates deli
gaturas: priore quidẽ tũ qꝺ in laborante particula
continetur ad ſuperpoſita expellit: tũ qꝺ ex his con-
fluit repellit: reliqua ꝟo primis q̇dẽ cõplexibꝰ quos
ſuꝑ ipſam fracturã facit itẽqꝫ diſpenſatione deorſuꝫ
quedã ad inferiora extrudit: quedã ne q̇d ex ijs con-
fluat prohibet. Reliquis deinceps oĩbus quibus vi
delicet ab infimis partibꝰ surſum recurrere deliga-
turam cenſet: vt eodẽ videlicet loco cũ priore finia-
tur: tũ ad ſuperiora repellit tũ confluxũ ab ijs prohi
bet. Muniũt igit̃ ac ſtabiliũt fracturã nec phlegmo-
nem oriri ſinũt prima duo lintea: nõ tamẽ ea q̃ dicta
ſunt ad ambos hos vſus ſatiſfaciunt ꝓ̄ſertim ſola.
Unde ad eoꝝ quidẽ tutelã Hippocrates remediũ ex
cogitauit vt ſplenia vna cũ exterioribus faſcijs adhi
berentur q̃ hec quoqꝫ ipſa ſtabiliãt. Ne aũt phlegmo
ne oriatur medicamẽto quopiã ex ijs que phlegmo-
nẽ prohibent vti iubet: quale nimirũ eſt ceratũ hu-
midũ. Hec igitur oĩa ratione vt cõprehenſum eſt di-
ctante ſunt inuenta: ⁊ preter hec ipſa repoſitionis fi
gura: que ipſa quoqꝫ gemine indicationi ſubijcitur:
priori que ex ſolis cõmunibus notionibus pendet:
alteri q̃ ex curandorũ organorũ naturali conſtitutio
ne preſtatur. Prior igitur eam que maxime a dolore
abeſt eligendã figurã ſuadet: quo nec phlegmonẽ par
ticula cõtrahat ⁊ eger perſiſtere in vna ea diu immo
tus poſſit. Secũda q̃ ex curãdorũ ſumit̃ natura arte
rias venas ⁊ muſculos q̄ rectiſſimos poni ꝓ̄cipit:
Sed ⁊ cõſentiunt inter ſe he indicationes: qñ ⁊ rectiſ
ſima cuiuſqꝫ partis figura maxĩe eſt a dolore aliena
⁊ q̃cũqꝫ magis quã alia eſt a dolore libera ea maxi-
me naturalis mẽbro eſt: brachio q̇dẽ angulosa que
eggomos grece dicitur. cruri vero q̃ paulominus por
recta eſt. Porro ad dolorem vitandum non modo na

turalis habitus cuiuis instrumẽto est vtilis verũetiã cõsuetudo quoq; cõducere nõnihil videt̃. Atq; hec q̇dem figure in qua custodire mẽbrum cõueniat inueniẽde ratio est. Eadẽ porro inueniende figure ratio est ⁊ in retractione partiũ a se quã antitasin vocant ⁊ cũ in naturalẽ sitũ aptãtur fracti ossis partes. Etenim expedit vt in rectissima atq; a dolore alienissima forma eas tũ retrorsum retrahas tũ in naturalẽ habitũ coaptes: multoq; etiã magis vt sub eadẽ figura tũ deliges: tũ ad quietẽ membrũ reponas. Siquidẽ sub alia deligare in aliã ꝟo mutare: nõ dolorẽ modo incitare potest verumetiã ossa intorquere. Nã nisi eorũ que precepta sunt in cõmentarijs quos de musculorum motibus scripsimus obliuio obrepsit: necesse est vbi figura mutat̃ alios musculorũ tendi ac velut cõtractos rotundari: alios solui ac remitti. Ergo vbi tenduntur tũ premi eos a deligatura est necesse tũ ex compressione ipsa dolere. vbi vero tensio remittitur: quo loco deligatura est laxa ibi fracturã fulcimento destitui. Horũ igitur omniũ causa tũ extendere tum effingere tũ deligare tũ reponere vna ea figura q̃ doloris minimũ habeat precipue est studendũ. Atq; ad primũ quidẽ opus quod in fracturis molimur nullum iã reliquũ est preceptũ. Soluere aũt ex Hippocratis sententia tertio die debebis: quo in mẽbro p̃ter solitũ cooperto nec dolor nec pruritus creet̃: nec eius quod iã infixũ fracture est perspiratio ꝓhibeatur. Cuius occasione nõ modo noxius pruritus quibusdam accidit sed etiã cutẽ ex acrimonia saniei erosam exulcerari. Infundendũ igitur tantũ temperate aque est quantũ ad euocandã eiusmodi saniem est satis. Q̄ð si rursus quoq; simili modo facies vtiq; septimo id a primo die facere debebis. Apparuerint vero iam oĩa modo nihil impediat phlegmone libera: ac quã pro naturali habitu magis aliquando gracilia. Tum igitur licebit ⁊ ferulas circũponere ⁊ soluere ex maiore interuallo. Nã antea cũ phlegmones deuitande consiliũ vinceret tutum nõ erat ferulis premere. Nunc cũ illud desijt ac stabilire fracturam est opus: sane nõ incõmode his vtare. Sed ⁊ soluere ex maiore interuallo licet videlicet non desyderantibus preterea partibus saniẽ excernere. Quinetiã callus quem poron greci dicunt felicius ita prouenerit: q̃ñ ad hunc gignẽdum (sicut dictum est) cogi concrescereq; aliquid proprij ossium alimẽti oportet. Nõ est igitur hoc a labris fracture eluendũ aut foras euocandum: quod tamẽ assidua solutio faciet. At ꝟo nec tanto interuallo intermittendũ vt nescias quẽadmodum fractura procedat. Vidimus enim nõ semel cũ valentur siccarentur ossa egre prouenisse callum. Expedit igitur istis tertio vel quarto die modice aquã calidam infundamus: hanc metam finiende ꝑfusionis habentes cũ carnes in rubrũ tumorẽ attollunt̃. Atque in his quidẽ priusq̃ subsidere incipiant desistẽdum est. Contra vbi digeri quid volumus nõ prius est desistendũ quam q̄ð ex perfusione intumuit subsidat. In quibꝰ vero quo minus callus in fracturam proueniat humiditas abundantior obstat: ibi hanc siccare (sicut priꝰ est dictũ) cõuenienti deligatura ⁊ ꝑfusione aque que vel minima oĩno sit vel plurima conabimur. Quippe minima cũ prius desistat quã aliquid confluat: ⁊ qui ad manũ humores sunt per spiritum digerit: ⁊ qui in alto sunt modice liquat. Expedit aũt ita solui liquariq; ea que per deligaturã sunt expellenda. Plurima vero digerit plus quã attrahit. Sane constat in ea quidem deligatura que exprimet minus esse arctandos fasciarum fines: in ea ꝟo que ad renutriendum est cõparata nec minus hos arctãdos ⁊ vniuersos circũductus laxiores faciẽdos. Q̄m aũt non solum quo tempore subueniendum callo gignendo sit sed etiam quo pacto est inuentũ: reliquũ fuerit de vniuersa victus ratione precipere. Ac q̄ð in principio quidem sit tenuissime cibandũ: id vbi de ꝓpria phlegmonarũ curatione agemus dicetur. Porro monstrabitur ⁊ quod venam incidere interdũ oportet ⁊ per ventrem superuacua expellere. At quo tẽpore callus gignitur nutriendum corpus est cibis boni succi ⁊ qui multũ nutriant: ex quibus prouenire succus soleat non solũ bonus sed etiam tenax. ex quali fieri callum maxime expedit: quippe cũ ex serosa humiditate ac tenui gigni prorsus nequeat. Ex crassa ꝟo sed q̃ fragilis sit ac pinguitudinis expers gigni quidẽ poterit non segniter ceterũ tẽpore siccescẽs friabilior atq; ita fractioni obnoxius reddetur. Magnitudo calli ea sit que ⁊ ossibus tuto vinculo sit nec musculos tamen comprimat. Nam qui minor iusto est: hic ossa parum reddet tuta qui maior est dolorẽ musculis inuehet. Attẽdendum vero diligenter est vt vel promoueatur: si minor iusto proueniat: vel inhibeat̃ si immodice increscat. Sunt vero quibus hec efficies ipsius perfusionis tum quãtitas: tum vero qualitas preter que ciborum quantitas: ac medicaminũ que illi extrinsecus imponũtur facultates. Ac de perfundendo quidem ⁊ victus ratione supra est dictum. Ex medicamentis vero quecũq; emplasticam substãtiã habent ac modice calfaciunt ea callos tum promouent: tum vero augent. Que vero digerendi vim optinent: ea magnos iam callos diminuunt. Si vero nec augere callum: nec minuere studes: sed eo sicut vltro prouenit es contentus: medicamento aliquo eorum que cruentis adhibẽtur vulneribus vtere que cũ modice siccent: etiã coagulari ac cõcrescere mediocriter callum faciunt. Ac de transuersis quidem fracturis hec satisfaciant. De longis vero reliqua omnia ad eũdem se habent modũ: ceterum comprimẽde he magis in ipso fracture loco sunt: tum quod recessit retrudendum introrsus est. Que ꝟo cõtracta multifariam sunt: potissimum cum vlcere quẽadmodum fieri plurimum solet: ijs splenium circũdandum ascie ritu in curuum Hippocrates precepit: eaq; vino imbuta tũ austero tum nigro estate potissimum. Quippe putrescunt siue oleo quis vtatur: siue cerato: cum post ulẽt amplius quam reliqua siccari vtpote vitio ipso reliquis maiore. Quinetiam medicamẽta quoq; omnia ex siccantiũ sint numero: sicuti ille precepit: sed simul modum ipsum siccationis definiens. Etenim ex enhemis eiusmodi esse pharmaca vult. Q̄ð si protinus ab initio quis ipsis vtatur: tale esse debere enhemon suadet: quod imbui sit aptum. Ac reliqua quidẽ omnia ex illius preceptis sunt peragenda nõ in ijs que dicta sunt modo: verũetiam siue nudatum os desecari serra postulet: siue fragmenta quepiam vel teipsum eximere vel expellẽti nature subseruire oporteat. De ijs vero que cruribus supponuntur organis: quos solenas greci vocant: queq; Hippocrates addubitauit vtenda ne scint: necne ⁊ omnes norunt ⁊ laudandas esse rationes censeo. Quod autem neoterios inuentum est glossocomion quo maxime tem-

pore gignendi calli vtimur: laudandum id quidem quantū aliud quiduis eiusmodi machinarū ducim⁹. Verū nō videt id Hippocrates nouisse: quāꝙ alias in organis que vsui forent excogitādis nō indiligēs. At vero qđ cruribus subijcit instrumentū: recte illis excogitatū est: quod per vnicū axē: qui in fine machine ad infernā eius partē est collocatus: contrariū nixum toti mēbro gemina tensione efficit. Nominatur earū altera (que vtiqꝫ membrum tendit in directum) grece euthyporos: idest in rectum procedens: que ꝟo prius sursum: mox deorsum: ea metaleptice grece dicitur: quasi translatiuā dixeris. Obeuntur ambe per laqueorum circumplexum. Porro aptissimus in hūc vsum laqueus est qui duas habeat appendices. Hic igitur cum in partibus membri que infra fracturam sunt iniectus est: priorem siue euthyporon efficit tensionem: brachijs scilicet ipsius axi circumpositis. Cū vero in partibus que supra fracturam sunt: idem laqueus imponitur: metalepticē tēsionē efficit: abactis videlicet ipsi⁹ brachijs prius sursum: mox deorsum. Quippe hec quoqꝫ circundanda axi sunt. Porro circumactū ac veluti flexum brachiorū laquei qui a superioribus partib⁹ ad inferiores agit: per trochleas fieri oportet: que in lateribus glottocomi sint posite. Licebit ⁊ solena voces eiusmodi machinam: ⁊ cū adiectione sic: solena mechanicum: aut glottocomon mechanicum. Verum de instrumentis vberius precipiemus quando de luxatis agemus. Ubi etiā de varietate deligaturarum que superimponuntur: non minus dicetur. Nunc ꝟo postꝙ de mechanico solene mētionem feci: qui plurimum cruri cōmodat: tum alias cum reponitur: tum vel magis cum eger cubile mutat aut etiā e ventre aliquid excernit: nō ab re fuerit: quo nihil tractationi de eo desyderetur: multo magis illđ glottocomion laudare: cuius alterum laterum: item que tabellulam in qua pedem collocant: quo nulli nō quadret mēbri magnitudini: mobilia faciunt. Ac de reliquis quidem fracturis hec nosse cū ijs que Hippocrates precepit: sat fuerit. De ijs vero que in capite accidūt: Hippocrates certe integrum volumē scripsit: vbi omnia precipit, que in his sunt ageda ⁊ nos cum huic operi finem imposuerimus: enarranda ci⁹ opera aggrediemur. Ad presens vero quoniā in his commentarijs: ⁊ que supra ea: que ille dixit sunt inuēta: adijcimus: ⁊ que indefinite dixit definiem⁹: necesse est primū de cauis excisorijs scalpris: quos grece cycliscos vocāt: mox de ijs quos a lēticule specie phacotus vocant: post hos: de angustis scalpellis: demū de medicamentorū vsu: aliquid agam⁹. Ergo de fracturis caluarie quedā vsqꝫ ad secundā laminam quā grece Διπλόην vocant: perueniunt: quedam vsqꝫ ad internam ossiū faciem: quedā simplices fracture sunt quedam contusiones: quedam vestigia eorū quibus inflicta plaga est. Que igitur simplices fracture ad secundā vsqꝫ laminā perueniunt: ijs quos modo diximus angustis scalpellis indigent. Expedit autem hos vt nūero multos: ita magnitudine impares esse: necubi desit quod operi sit commodissimū: postea ꝟo nudato prout fieri solet vitiato osse: vtendum primo quidem latissimo: secundo loco quod illo est angusti⁹ mox ita reliquis deinceps vsqꝫ ad angustissimū. Hoc vero in ipsa diploe est vtendum. Post hec tum protinus: tum ad finem vsqꝫ siccis medicamentis est medēdum. Que ob id ipsum cephalica grece id est capitalia sunt dicta. Ea componuntur ex iri illyrica: ⁊ erui farina: ⁊ manna: ⁊ aristolochia: ⁊ panacis radicis cortice: in summa: omnibus que extergere citra rosionē possunt. Ipsa nanqꝫ generatio carnis: nature op⁹ est. Itaqꝫ egro ad eā rem nihil opus est arte medica. Ut autē que prouenit caro: coalescat circū hereat que omni ossis parti: id inde maxime eueniet: si neqꝫ sordes super eo sit: nec oleosa quepiam pinguitudo. Id igit est quod egris medici ad carnis productionem prestant: vt totus locus siccus sit: tū quelibet vitiati ossis pars plane pura. Atqꝫ hec quidem omniū fracturarum cū caro in his produci incipit: communia sunt. Ex fracturis vero que ad cerebri vsqꝫ mēbranas peruenerunt: si simplex tantū fractura sit: iam dictis scalpellis angustis vtendū. Sin cum contusione aliqua: quod contusum est: excidi debebit: idqꝫ vel terebellis prius in circuitu perforatū: mox deinde scalpris admotis: vel protinus ab initio cycliscis. Ac que per terebellā quidem ratio fungitur: parum tuta est: ꝓpterea quod dum audacius eā tractant: duram membranam que ossi substernitur: nō raro violant. Quod ꝟo per cycliscos opus administratur: ne id quidem omnino vitio caret: cum quatiat immodice caput: quod potius quietem postulat. Mihi igitur hic quoqꝫ placet: si magne sint fracture: ⁊ ossa que fracta sunt vehementer mota: cycliscis vti: quippe paucis excisionib⁹ facies lenticulatis excisorijs locum. Sin firma plurimum ossa sint: foranda terebella sunt. Quidam autē quominus vsqꝫ aberrent: eiusmodi terebellas excogitarunt que mergi nō possint: quas ab argumento abaptista dicunt. Circuncurrit enī parū supra terebelle acutā cuspidē circulus quidā parū extās. Sane expedit cōplures id genus preparatas habere: ad oēm caluarie crassitudinē. Nam crassiori longior terebra cōueniet: (voco aūt ita cuius spatiū quod inter summam est cuspidem: ⁊ circulum qui extans circuncurrit: maius est) tenuiori breuior: est autem huic quoqꝫ quod interest inter cuspidē ⁊ quod circuncurrit: minus. Aliqui vero (siue illos his timidiores: siue tutiores appellē) etiam ijs quas chynicidas vocant: sunt vsi. Tu vero si neqꝫ improuidus eorū que fallere possunt sis futurus: neqꝫ plusꝙ satis est timidus: cōmodissime cycliscis vtere: ⁊ primo quidē aggressu latioribus: postea magis angustis: donec ad crassam membranā perueneris. Ceterū qđ excidi oportet: id totū circulo cycliscis nudandū nō est: sed ex ea maxīe parte qua fractura est grauissima. Nā preter alia: etiam mēbrana ipsa ab ossib⁹ que vehemēter sunt afflicta, celerrime recedit: adeo vt nullus sit metus eā que iam seiuncta est tetigisse. Si ꝟo vnā semel nudaueris partē: ac scalprū qui in cuspide prefixū habet obtusā leuēqꝫ lenticule speciē: aciem vero per longitudinē erectam: submiseris: vbi latam partē lenticule super mēbranam statueris: feries malleolo: ac si caluariam diuides. Euenient enī ita agentibus que requirimus omnia. Nam membrana: ne si dormitans quidem quis agat: lata tantum lenticule parte occurrens vulnerari potest. Qui sicubi adhereat caluarie: hui⁹ quoqꝫ adherentiam innoxie dirimit ipsa lenticule rotunditas. Subsequitur vero preeuntem eam a tergo ipse scalper caluariā secans. Quare nec qui minus cum periculo: nec qui celerius perficiatur: forandi modū inuenias. Maxime tamen hunc in vehementissimis fracturis laudabis: quas vtiqꝫ recētiorū nōnulli me

dicorū grece eggisomata & camaroses nomināt. Eggisomata quidē: que in medio sui mēbrane innitunt. Camaromata vero: que eandē ipsam partē exaltatā habent. Ceterū qua primū ab integris fracture partibus diduci egrū cepit: intro magis recedūt: ac membrane innituntur. Quippe celerrime in talibus quod egrum est: totum exciditur: vtpote cū prōptius subintret lenticulati scalpri finis in iis que plurimū a naturali habitu recesserunt. Quinetiam instrumēto qd ostagran vocant: aliquibus ossium que vehementer sunt cōminuta: vel ex altatis vel conuersis: ea potissimum parte vt demittatur lenticulatum scalprū: preparabimus. Quo facto: succedūt: deinceps omnia quibus est opus: cū securitate simul ac celeritate: vt ferme dixeris celebre illud dictū in reliquis quidē omnibus probe se habere. Dimidium facti qui bene cepit habet. Hic vero nō dimidium: sed vel totum: vel paulominus totum habeas: vbi lenticulatum scalprū immiseris. Atq hec optima est fracturarum que in caluaria sunt manualis tractatio: quam chirurgiam vocant. Quantū vero excidere cōueniat eius quod affectum est: deinceps exponam. Quod vehemēter est cōfractum: id totum est auferendum. Si vero ab eo fragmenta quedā longius excurrant: (quemadmodum aliquando cernitur accidere) hec persequi ad finē nō expedit: illud persuasum habentibus: minime futurū vt ex eo noxa sequatur vlla: modo reliqua omnia rite sint peracta. Nos enim nō semel aut bis: sed plane persepe sic facientes voti compotes fuimus. Indicatio vero agendorum hic quoq ex natura ipsarum partium affectarum sumministrata est. Nam deligaturam quā in aliis fracturis ceu maxime phlegmonas arcentē ratio inuenit: capiti adaptare nō possis. itaq nec quod affluit: reprimere: nec qd in egris partibus cōtinetur: exprimere queas. Sine quibus presidiis nec reliquorū ossium vllū seruari sanū potest. Nam pone in brachio ad medullam vsq fractum os esse: neminem q postea pro fracture legibus id deligasse: omnino necessum erit saniem nō solum que foris sub cute & sub musculis est collecta: sed etiā que in medulla continetur: tum ipsam primum ac maxime corrumpere: tum cum ipsa os vniuersum: quādo etiam nunc quoq omnibus rite peractis aliquando talia ptingūt. Quomodo ergo nō vel magis in capite ea accidant: cū nec deligaturam que fracturis debetur admittat: & omnis sanies prona feratur: sic vt super membranam vniuersa coaceruetur? In aliis igitur fracturis deligatura cum rite adhibetur: tantum abest vt superuacuam aliquam humiditatem colligi in leso osse patiatur: vt etiam gracilius quam pro naturali habitu membrū reddat. In capite vero ratio que per deligaturam est excogitata nec potest ita tū os ipsum confractum: tum que illi circunstant siccare vt neq phlegmonē contrahant: neq penitus vllam efficiant saniem: nec medicamentū est vllum quod vel in aliis quidem partibus citra deligaturam os fractum quatenus nunc dictum est: siccum atq ab superuacuis purū reddere valeat. Necessum igitur est nobis primum fracture aliquid nudare: quo videlicet detergere & abluere saniem a membrana liceat: post vero cum phlegmones tempus preteriit: omniaq sicca ad vnguem sunt: carnē producere: ac cicatrice locū includere. Non est hic sermo nudus: rerumq vacuus cuiusmodi est illorū sophistarū: qui operum artis nescii querunt cur capitis fracture callum nō ducunt. Ducunt enim: viri boni. Vosq tā dementes estis: vt eorū que non sunt tanq sint: causas assignetis: nouimus enim aliquando sincipitis os fractum: quod autem os huic ossi protinus succedit: temporis os vocatur: in quo ipsas squamatim compactas cōmissuras esse accidit: in eo loculenta fractura lōgissime pertinebat: quam ipse equidem minime contingens: sed tantum sincipitis os excindens: hominem sanaui: sic vt nunc quoq multos iam annos viuat. Quod si sincipitis quoq os dimisissem: putruisset citius que illi suberat cerebri membrana: quā callum fractura duxisset. Nā si nulla ex lesis partibus sanies intro conflueret: superfluum esset os excindere. Ergo illi prout solent nugentur. Ego vero in alia similiter se habente fractura cogitaram supernum os dimittere: ac quod a lateribus erat quo sanies deflueret: eximere mox cum & crassitudinem eius & duritiam estimassem: vtilius fore iudicaui supernum os potius eximere quā ob defluxus solicitudinem cerebrum valenter concutere. Cogitaui preterea accidere posse vt si a latere magnū fieret in ossibus foramē: promineret fortassis hac parte cerebrum. Est porro & in lateribus nō vno in loco etiā neruorum: horumq non leuis momenti: quidā exortus: cum in supernis capitis ne minimus quidē vsq oriatur neruus. His admonitis abstinui ab eximendo osse quod in latere capitis esset. At callum semper duxit: modo rite curaretur. Ac iā quod disquiramus hoc fere superest: quenā sit postq foratum os est: tū medicamentorum: tum vniuerse diligentie nostre precipua omnium ratio: vtrū ne blandissima: & que maxime voluptati cubantis subscribat: veluti qua nunc pleriq vtuntur: an que huic maxime est aduersa: nēpe que per medicamenta que vehementissime siccent perficitur: cuiusmodi & Meges Sydonius laudat: & ciuis quidam noster semper est vsus: sic: vt etiam emplastrum quod isin vocant: illico nudate membrane imponeret: & super hanc foris oxymeli. Sane is se nex erat satis exercitatus in hac artis parte: ceterum neq alium quempiā his vsum vidi: nec ipse vti sum ausus. Tantum tamen testificari Eudemo possum (Nam id seni nomen erat) magis fuisse seruatos qui ab illo curabantur: quam qui ab iis qui blandis vtebantur. Aggressus vero fuissem aliquando ipse quoq experiri eiusmodi curationis rationem: si perpetuo in Asia mansissem. Sed cum Rome plurimum agerem: ciuitatis morem sum secutus: permissa iis quos chirurgos vocant: maxima eiusmodi operum parte. Ceterum ipsam rei naturam estimans: talem quandam determinationē longa nostra experientia confirmatam concipio. Qui auditorius meatus dicitur: non solum vsq ad cerebri duram membranam pertinet: sed etiam neruum contingit qui in ipsum a cerebro descendit. Is autem quanq ita positus in vicino: tamen vehementissima (sicut dictum prius est) medicamenta tolerat. Nihil igitur miri sit si post forationes crassa cerebri membrana anteq notabiliter phlegmone occupetur: valentissimis gaudeat medicamentis: ceu siccam naturaliter substantiā habens.

¶ Galeni methodus medendi: vel de morbis curandis. Thoma linacro anglo interprete.

¶ Liber Septimus.

MEdendi methodū

Eugeniane charissime quã olim in Hieronis gratiam scribendam susceperam postea quam illuȝ subito lõgum iter ingredi coactuȝ nõ multo post diem obijsse nunciatum: ipsi quoqꝫ persequi destitimꝰ. Tu enĩ mihi conscius es: neqꝫ hoc me opus neqꝫ aliud vllum popularis aure studio fuisse aggressuȝ: sȝ quo vel amici gratificarer: vel meipsuȝ simul vtilissima ratione ad rẽ ꝓpositã exercitarẽ simul ad obliuionẽ senij (vt Plato inquit) cõmentarios mihi reponerẽ. Quippe multitudinis laus cõmodũ ad vsus nõnullos instrumẽtũ viuentibus aliquãdo est: mortuis certe nihil prodest: sicut neqꝫ viuentium quibusdaȝ. Nam qui viuere in trãquillo optarunt ac fructum ex philosophia ceperũt: ⁊ ijs que corpori curãdo sufficiũt sunt cõtẽti: ijs vtique impedimento nõ paruo est apud vulgum fama: vt que eos a rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferat: veluti me quoqꝫ nõ ignoras ab ijs que sunt molesta sic nõnunqꝫ tedio affectũ vt bono interim spatio ne tangere quidẽ librũ possim. Ego vero (haud scio qua ratione) ab ipsa vsqꝫ adolescẽtia mirifice siue inspiratus siue furore percitꝰ siue quomodocũqꝫ dixisse libet ⁊ vulgi famã contẽpsi ⁊ veritatis scientieqꝫ studio flagraui nullã esse nec honestiorem nec diuiniorẽ possessionẽ ratus. Atqꝫ ideo nulli librorum meorũ nomẽ meũ prescripsi: imo vos (sicut ipse testis es) rogaui ne me immodice (vt soletis) apud homines laudaretis: nec nomẽ meũ operibus que proderem inscriberetis. Ob hec igit̃ oĩa etiam medẽdi methodus quã inceperã a me est deposita: cũ capita inuentorũ breuibꝰ cõmentarijs mihi ipsi scripsisseȝ: nec vllã pleniorem docendi rationẽ etiamnum adiecissem. Nũc quãdo ⁊ tu ⁊ alij ex amicis nõ pauci exigitis que subinde me opere in egris peragere vidistis vt ea in commẽtarios redigã: adijciam huic operi quod reliquum est. Ergo in horum commentariorum tertio quarto quinto ⁊ sexto quemadmodum similarium instrumentaliumqꝫ partium communem morbũ curari ꝯueniat scripserã: idcirco nimirũ ab eo auspicatus quod ⁊ conspectior reliquis esset ⁊ euidẽtes oẽs ꝑpemodũ priores medicos qui certa methodo artẽ tradere polliciti amethodi in ipsis curationibus deprehẽduntur confutaret. Nã cum ab Hippocrate discesseris qui nobis omniũ salutariũ preceptorũ semina prebuit: reliquorũ certe nemo vel conatus est genus hoc morbi methodo curare. Postulãt aũt ⁊ que Hippocrates ipse reliquit nõ malos agricolas: qui ea tũ seminent cõmode tum augeant tũ perficiãt. Id aũt fecisse ante nos neminẽ sed plerosqꝫ etiã semina que reliquit corrupisse: ijs ꝗ animũ aduerterunt clare mõstratũ arbitror. Porro hoc morbi genus vel cõtinuitatis solutionẽ vel vnitionis vel qualitercũqꝫ est libitũ appellare cuiqꝫ permisimus: quũ de nominibus nec in hoc opere nec in alio medicinaliũ vllo laboramus: sȝ quo pacto artis maxime finẽ consequamur. Reuertamur aũt nunc ad morbũ eũ qui omnium est primus nẽpe qui in similaribꝰ nascitur quibus scilicet primũ animantis functiones referuntur accepte. Siquidẽ monstratũ in alijs operibꝰ est quẽadmodum instrumentalium quãqꝫ partium aliquid agere dicamus: veluti oculũ videre aut crus ambulare. Esse enĩ sicuti id quod precipuũ est actionis crurum nõ cruris totius sed musculorũ in eo generis: sic visionem nõ oculi totius sed crystallini in ipso humoris: ac in reliquis quibusqꝫ organis ad portionem. Porro ostensum in secũdo horũ voluminum est genus hoc morbi nõ solum cognitu esse maxime necessariũ: sed etiã neminẽ ipsum ratione curare posse ꝗ prima corporis elementa nõ norit. Preterea nõ intelligere ea que dicant nõnullos eorum qui rationales se nominãt quoties imbecillitatẽ esse dicũt vel vẽtris vel intestinorũ vel iocinoris vel oculorũ vel alterius cuiuslibet. Si nãqꝫ ĩfirmitatẽ ĩpotentiãqꝫ ad naturale opus ita nominãt: nihil plus plebeio intelligũt: ꝗppe quem dicere audias imbecillum sibi ventrem esse: non enim concoquere eum vel minima leuissimaqꝫ que sumpsit. Quod si imbecillitatem que est in ventre affectuȝ quempiam esse aiunt interpretentur que so nobis quemnam demum nunc esse volunt quemadmodum de phlegmone fecerunt. Nã empirico sat fuerit si symptomata laborãtis ꝑticule exposuerit: nẽpe tumore ꝑter naturã ⁊ renixũ ⁊ pulsatilẽ dolorẽ ⁊ tentionem ⁊ ruborẽ: aliaqꝫ id genꝰ. Imponuntqꝫ non nũqꝫ breuitatis docendi causa cũctis simul collectis vnũ nomẽ: sicuti cõprehensis iã phlegmonẽ. Dogmatici ꝟo non itidẽ: sed ipsam morbi naturã inspiciunt quã symptomatũ illoꝝ collectio necessario sequitur. Siquidẽ Erasistrato videt̃ sanguis qui in arterias incidit: vbi spiritu impellit̃ in exitu earũ impactus herere: idqꝫ phlegmone esse. At par (arbitror) erat vel Erasistratũ ipsum: vel aliquẽ ex sectatoribꝰ eius simili modo affectũ qui in imbecillitate cuiusqꝫ partis subest interpretari. Tãqꝫ enim de phlegmone in quidnam trãslatus naturalis mẽbri habitꝰ sit explicuit: ita ratio exigebat vt ⁊ trãslatio cuiusqꝫ particule in imbecillitatem ab eo explicaretur. Non enim cũ pro nature ratione est affecta: ad propriã actionẽ est imbecilla: sed accessit omnino aliqua preter naturã occasio que eam dissoluit deiecitqꝫ: ⁊ mortue similem effecit: quam vtiqꝫ nec Erasistratus dixit: nec Herophilus: nec alius quispiam medicorũ qui de primorum corporum natura ausi aliquid pronunciare nõ sunt. Ceterum immorandum in his diutius nõ est: cum presertim prius monstratũ sit ⁊ genus hoc morbi vtilissimũ esse quod a medicis disquirat̃: ⁊ qui cõmode id sit tractaturus: huic necesse prius esse de elementis consyderasse. Itaqꝫ nobis habendus sermo est: is totus ex prius demonstratis elemẽtis absoluetur: de quibus vnum (vt scis) volumen edidimus quod de elementis ꝺm Hippocratem inscripsimus: Sane eadem opinio de corporis natura est: tuȝ Diocli: tum Mnesitheo: tum Dieuchi: tuȝ Atheneo: tum probatissimis fere quibusqꝫ medicorũ: itideȝ vt prestãtissimis philosophorũ: vt qui ex calido: frigido: humido: ⁊ sicco mixta putent tum alia corpora vniuersa: tum vero animantium in primis. Ceterum ei qui de his primum pronũciauit demonstrauitqꝫ iustuȝ arbitror reddere quod inuenit. Ideoqꝫ ⁊ nos ea ꝺm Hippocratem elemẽta vocamus: etiã si Chrysippus: Aristoteles ve aut alius quispiam medicus philosophus ve sil'r de ijs sit opinatus. Ergo quoniam vnaqueqꝫ animalis particula propriam actionem edit: que tantum ab aliarum actionibus differt quãtum ipsa particula ab alijs que illas edunt est diuersa. Differt vero ab alijs particula queqꝫ eo quod ca

lidior:vel frigidior:vel siccior:vel humidior sit: aut
quod binis horum quibuslibet sit affecta. Qui tueri
actionem vult: hic temperamentum earuz custodiat
oportet. Custodiet autem si id quod ad calidius est
conuersum refrigerabit: quod ad frigidus inclina/
tum est calefaciat. Pari modo si quod ad siccius est
alteratum humectabit: ⁊ quod ad humentius est
versum siccabit. Rursus quoq; si siccabit pariter
ac calfaciet quod humidum est redditum ⁊ frigi/
dum: siccabit pariter ⁊ refrigerabit quod humidius
simul ⁊ calidiꝰ euasit: ⁊ in reliquis duabꝰ cõiugatio/
nibus ad portionẽ. Remp em̄ ꝓ eo qd̄ exuperat in/
ducendũ eo vsq; cõtrariũ est quoad particulã in sym
metrian ⁊ naturalẽ habitũ vindicaueris. Ac genere
quidẽ oĩs egritudinis q̄ in similaribus cõsistit iã di/
cta mihi medendi est methodꝰ. Cũ em̄ octo eaꝝ sint
differẽtie veluti in lib ris de morborũ differentia est
traditũ: octo nimirũ erũt ⁊ medendi rationes: quaꝝ
vna (quo medentis cõsilia dirigunt) curatiõis meta
est ipsiꝰ similaris corporis alteratio quãdo quidem
etiã morbus ipse ex intẽperie ⁊ naturalis tẽperamẽ/
ti alteratiõe est ortus. At q̄ mẽbratim medicatio agi/
tur ex his duobus cõficit: nempe materie copia ⁊ hu
ius congruo vsu. Ac medicamentorũ quidẽ copiam
tũ ex libro de simpliciũ medicamentorũ viribus: tuz
ex eo q̄ de eorũ cõpositione precipit methodo hauri
as licebit. Eorũ que ad victus rationẽ ptinent hinc
sumes. Sed ⁊ queadmodũ cuiusq; morbi intẽperiez
agnoscere licebit ex tribus operibꝰ intelleges: primo
eo qd̄ de tẽperamentis: secũdo eo qd̄ de partibꝰ affli
ctis: deinde eo qd̄ ars medica inscribitur. Nõ est igi/
tur ad ea que nunc ordimur iĳs q̄ prudentes natura
sunt ac cogitationẽ in primis exercitarunt multis p̄
terea opus cui neutrũ horũ adest huic certe ad pre/
sentem disputationẽ nõ parua re est opus. Quod si
in praue doctrine secta preterea sit altus hic geminũ
tẽpus requirit: alterũ in quo prauas opiniões dedi
scat alterũ in quo melioribus se exerceat. Sane te sci/
mus ⁊ ex iĳs q̄ in vniuersum dicta sunt particularia
per te inuenire posse: ⁊ alioqui multos id genus mor
bos a nobis percuratos vidisse sic vt vtraq; ratione
particulariũ tractationez minus requiras. Sed qm̄
(vt Plato ait) nõ possunt que scripta sunt nõ e mani
bus excidere: quo siquando liber in alterius non ex/
ercitate rationis manus deuenerit facilius hunc do
ceat adiĳci particulariũ quẽpiã oportet: ex quibus
etiã ꝓtinus clare id qd̄ ꝓxime dixi intellegetur fieri
posse: vt per teipsuz particularia inuenias. Siquidẽ
ipse ea ꝑ meipsum oĩa inuestigaui: ratione ipsa viã
monstrãte: quãdo si preceptoresq; secutꝰ fuissem: ipse
quoq; vẽtriculo imbecillis suasissem vt cibis adstrin/
gẽtibꝰ ⁊ subamaris vterent vino quoq; siĺr austero:
preterea psynthio ⁊ qd̄ ex mali cotonei conficitur suc
co: aliĳsq; eiusmodi que deuorãtur medicamẽtis. At
vero qd̄ ad ea pertinet que extrinsecus applicantur
primũ perfundi vẽtriculũ ex absynthio ⁊ oleo crudo
iussissem: mox hapsum lane tum ex iĳsdem ipsis: tum
vero ex vnguẽtis inclino ⁊ mastichino ⁊ nardino im
poni: ab iĳs ceratũ ex iĳsdẽ cõpositũ: post alia phar/
maca vtiq; ceratis valẽtiora: q̄ a medicis vocant epi
themata. Ea tum ex dictis vnguẽtis: tum ex iĳs que
similem vim optinent medicamentis componuntur
In quibus est aromatum quoq; multitudo nõ par/
ua: spica nardi: ⁊ amomũ: ⁊ calamus aromaticus: et
iris: ⁊ ladanũ: ⁊ malobathri foliũ: ⁊ styrax: ⁊ bdel/
lum ⁊ opobalsamũ ⁊ xylobassamuz reliquusq; aro/
matum catalogus. Quod si horum nihil profecisset
cõmune omniũ remediũ quibus imbecillitas nocet
in fine adhibuissem nẽpe rubrificationẽ (phenigmõ
grece vocant) que vel per thapsiam vel sinapi vel ta
le aliquid excitatur: deinde ad vsum aquarum cali/
darũ ablegassem. Quippe vltra hec empiricus nihil
nouit: veluti cõmẽtariĳ eoꝝ docẽt. Quintus ꝟo iĳs q̄
de cruditate aut inappetentia quererent primũ q̄dem
exercitari suadebat tũ esse q̄ ⁊ ꝓcoctu q̄ facillima es/
sent ⁊ nõ multa: q̄bus hec nõ cõtulissent cogebat ip/
se quoq; ad empiricorũ dogmata confugere. Nã qs
nescit quemadmodũ caliduz frigiduz humidũ ⁊ sic/
cum mordere sit solitus balneatorum esse nomina di
ctitans? Sine quibus tamen methodo curare parti/
um imbecillitatẽ oĩno non est. Quare per hos nihil
obstitit quo minus ipse quoque eadẽ instituissem via
in eiusmodi affectibꝰ sanãdis. Verũ ratio me docuit
octo ĩbecilli vẽtriculi curatões. Vidisti igit ⁊ tu quos
dã vno die vel potius hora frigida potione leuatos
quorũ aliĳs nõ aquã modo dedi fontanã recentẽ sed
etiã que niue esset refrigerata: veluti Rome prepara
re solent: calfaciens scz prius quam ipsi his coctam
appellant: cibos preterea ad eũdem modũ refrigera
tos idẽtidẽ me illis permittere vidisti. In quibꝰ est
⁊ quã melcam vocant: vnus is quoq; Rome lauda/
torum ciborũ: veluti etiã aphrogala: sed ⁊ frigide fa
cultatis fructus: similiter refrigerans: iĳsdem dedi ⁊
ptissanã probe coctã: pari ratione refrigeratã: aliaq;
id genus sexcenta: in quibus vnã rem mihi ꝓposui:
ipsam scilicet refrigerationẽ. Vetui autẽ absynthiuz
⁊ quicquid adstringeret contingere: veluti alios rur
sus a refrigerãtibuz abstinui. Calfeci autẽ omni ra
tione vinũ vetus ex eorũ genere que valde calfaciũt
exhibẽs (cuius maxime generis sunt phalernũ: ⁊ sur
rentinũ) tũ nutrimentũ qd̄ calfaciendi vim haberet
cũ largo pipere. In nõnullis omne cõsiliũ curatiõis
ad siccãdũ direxi: dabãq; iĳs tũ cibos q̄ natura eẽnt
sicci: ac probe cocti: tum prorsus exiguã potionẽ. In
iunxi aũt ⁊ adstringẽtiũ omniũ vsum: quẽ vnũ qui
illis citra rationẽ medentur norunt. Alium vero nõ
p̄ridẽ: qui iã adeoq; siccatꝰ fuerat vt simillimũ habitũ
pferret iĳs q̄ marasmo idest senili ariditate macescũt:
sanaui contrariĳs oĩno exhibitis iĳs que egregĳ isti
medici suaserũt. Quippe nõ ex alia occasione eo peri
culi venerat (cũ inter initia exiguã intẽperiẽ ex sicci/
tate q̄ madefieri postulabat habuisset) quã qd̄ iĳ qui
eũ curandũ susceperunt tũ absynthio potantes tum
amacos asparagos ⁊ bulbos edendos dantes itẽq;
mala cotonea ⁊ cestiana ⁊ punica post quoq; vbiren
ter nihil continebat etiã rhois succũ bibere cogẽtes:
tũ que paulo supra dixi extrinsecus imponẽtes pau
lominus oĩs madoris expertem reddiderunt. Hunc
nos sanauimus oĩ ratione humectantes ipsiq; mate/
riam inuenientes ex ea methodo que in opere de me
dicamentis est tradita. Nam sicuti in libro de demon
stratiua secta dixi numerosis medicorũ inter se dissi/
diĳs vndiq; confusus: vbi me ad iudicandũ de his
conuerti intellexi prius in demonstratiua methodo
exercitandũ me esse. Qd̄ cũ multis deinceps annis fe
cissez singula ipsi dogmata subieci: atq; ꝓut inuẽto
rũ indicatio me ducebat ita curationes institui. Veꝝ
quoniam id non oẽs saltẽ possunt expedict ipsi scri

bi per octo curandi indicationes particularis mate/rie cō parande meditatiōes:a ventriculo rursus sum/pto initio:qm̄ huius primū mentionē modo fecimus. Ac facillime quidē ad curandū alteratiōes sunt que ex calido ⁊ frigido consistunt:propterea qd̄ maxime actiuis qualitatibus corriguntur. Aegrius curātur que in humido siccoq; habentur:qd̄ imbecillis ⁊ (vt sic dicā) magis materialibus qualitatibus eorū cu/ratio pficitur:potissimūq; cū humectandū esse requiritur. Ac tempus quidē caloris frigorisq; reparandi par quodāmodo est:securitas tamen impar. Nisi em̄ cuncta que ei qd̄ curatur circūdata sunt corpora: va/lida plane sint:metus est ne ab iis que refrigerēt:no/xam cōtrahant nō leuē. In reliquis duabus qualita/tibus securitas similis est. Tēpus curationis in sicca intemperie multo amplius:quippe qd̄ senū in sanis est:id sicca intemperies est in egris. Itaq; etiā insanabilis est si prorsus sit consummata. Est aūt prorsus cōsummata:vbi solida similarium partiū substantia reddita est siccior. Nam est ⁊ altera siccitas:vtiq; cum ea quorū substantia ex humore cōcreto constat: sicut caro ⁊ adeps:sunt liquata. Etiā tertia:cum propria hūiditas vnde partes nutriūtur:omnino est absumpta. Cōtinetur ea in omnibus animalis partib⁹: ceu ros quidā per eas sparsus:de qua dictum alibi se/pe est. Hanc igitur inserere particulis sine nutrimento nō est:ideoq; difficillima est omniū eiusmodi affe/ctuum curatio. Diuersa ab iis siccitas est que in pro/priis cuiusq; particule exilibus arteriis venisq; consistit. Prouenit ⁊ hec ex sanguinis penuria. Omnib⁹ itaq; his siccitatibus maxime cōtrarius est austerorū vsus:siue ea cibi sint:siue potiones:siue etiam medi/camenta:quippe que si quid in iis superest naturalis humoris:id absumunt:partim ebibentia: partim in sinum ventris per exiguos meatus exprimentia:partim ad continentes partes trudētia. Curabis igitur ipsas:si meatus qui contracti sint:dilataueris:ac qd̄ in vicinas particulas est compulsum:reuellas:preterea singulas similiariū partium propria humiditate humectantis nutrimēti ope repleas:veluti nos quē memorauimus a medicis siccatū curauimus. Is in ea cōtrarietate que in frigido ⁊ calido consistit:nullā euidenter vincentē habebat intemperiem:nec in vniuerso corpore:nec in ventriculo:siccus tamen ⁊ graci/lis admodū est redditus:propterea qd̄ venter ei⁹ ex sicca intemperie imbecillus male cōcoxerat. Huic nāq; omne curationis consilium huc tendebat:vt humectaretur tum ventriculus ipse:tum reliquū omne corpus. Quibus autem sigillatim agendis : quibusq; maxime materiis sim vsus vt voti compos essem:nō sit ab re dicere. Domū ei paraui maxime balneo vicinam:quales multas esse in diuitū domibus nō ignoras. Ab hac statim in balneum super linteis mane intuli:vtiq; ne si ipe se moueret:tum siccaretur:tum anteq; cōmodum esset langueret. Horum em̄ alterū contrarium affectui est:alterum morā in balneo minuit. Longissime nanq; in aqua versari hominem expedit ideoq; etiā natationes vtiliores sunt q̄ parui aluei: (quos pyelus grece vocant) atq; ex ipsis natationi/bus potissimum que propinque sunt foras egressui: quo scilicet illi ab aqua foras nō longa sit via. Nam aerem balnei in iis qui ita sunt affecti:haudquaq̄ desyderamus. Esto aūt aqua ad vnguē tēperata : cumque frigidior est:latenter frigus corpori infirmo insinuet:calidior autem cogat constringatq; tenues meatus ac denset. At nos eos cum coacti sunt:remitti:laxari:ac dilatari postulamus:qd̄ temperate aque qualitas prestat vtpote que iucundissima cum sit: natu/ram ad explicandā se:atq; ad dulcedinē quā prestat quoquo versus remittendā prouocat:contraria videlicet ratione iis que sunt iniucūda:ab iis em̄ recedit fugitq; ad profundū. Quominus mirum est ex offendentium contactu stypari:constringi ac durari corpora:tenuesq; eorū meatus cogi ac densari:cōtraq; iis scilicet que iucunda sunt:succedere contraria: vtique fundi ac molliri corpora:dilatariq; meatus. Ab eiusmodi lauacro statim asininū exhibui lac:sed inducta in ipsam qua iacebat domū asina. Quippe sic mihi persuaserā maxime quidem celeriter hominem sanā/dum:si fieri posset vt ipse asinam sugeret:sin id grauaretur:expedire vt q̄ minimo tēpore in aere lac mora/retur:propterea quod celerrime mutari sit aptū:vtiq; genitalis seminis ritu:quod nec ipsum aliquādiu extra propria vasa:si modo suas vires seruabit:mo/rari patitur:sed vel in ipsius maris partibus conti/neri:vel ipsius femine partibus situm esse postulat. Et sane vtilissimum lac est cum ex ipsis mamillis q̄s hauserit:veluti Euryphō ⁊ Herodotus ⁊ Prodicus censent:qui tantā in eo ad corpora reficiēda fiduciā habuerūt:vt etiā qui phthoe tabescerēt:ex ipsa mu/lieris papilla lac sugere iuberent. Verū cū hoc plerisq; nō placeat:melius est calēs adhuc ex mamillis id in egri ventriculū quā ocyssime trāsferre. Ac optimū quidē:vtpote cognatū:muliebre lac est. Sed qm̄ id exhiberi sibi ceu pueris pleriq; recusant:vtiq; ceu asinis:asininū ipsis dari conueniet. Id em̄ reliquis om/nibus ad propositū affectū est vtilius:quippe cū te/nuissimū sit:⁊ minime coagulatur: ⁊ quoquouersus ocyssime in corp⁹ digeritur. Eget aūt horū vtriusq; cui vētriculus laborat:vtiq; ne glacietur:cōmunis cōmodi gratia:omnibus em̄ idest incommodū:vt quo/quouersus digeratur:propterea qd̄ ⁊ celeriter nutriri est opus:⁊ qd̄ vie per quas alimentū transit:iam conniuent. Igitur tū lac ipsum per se est his dandū:tum etiā mellis tepidi pauxillulū immiscēdum. Maxima vero habēda cura est in eiusmodi affectib⁹ de vtrius/q; bonitate. Quod igitur mel colore flauo est:⁊ odo/re suaui:tum purū adeo vt totū pelluceat:ac gustanti acutum iucundissimumq;:preterea tam sibi coherēs vt si digito attollatur:continuum sibi nec intercisum ad humum defluat:id omnium est optimum. Si vero abrumpitur:nec demissum ad terram vsq; continui/tatem seruat:id aut crassius iusto est:aut tenuius:aut partium dissimilium:greci anomeomeres vocant. Deprehendas autē id:si diligentius inspicias aut cras/situdines aut humiditates habere innatantes:q̄ nec inter se sint similes:nec etiā toti. Cerosum itaq; ma/gis mel est qd̄ ⁊ crassius est:⁊ cui tales quepiā crassi/tudines innatant. Excrementosum vero ac perfici cōcoquique difficilius:tum quod totum humidum est: tū in quo multe in partib⁹ sparse apparent humoris gutte. Porro in quo vel certe qualitas aliq̄:vel ppolis:vel id gen⁹ alia gustu deprehēdit:adeo nō est op/timū:vt etiā malū sit. Quippe nullā penit⁹ alterius cuiusq; rei eminentem in se continere qualitatem debet. Quocirca qd̄ thymum plane redolet:non probo. Est em̄ ad parū cōsummatū:nec plane quodāmodo mel quanq̄ nō ignoro a quibusdam id laudari:coq;

fieri vt nõnulli venditores incisa thyma post illi iniĳ/
ciant:quo id redoleat:videaturqꝫ optimũ. Ipse tamẽ
quod taz improbe thymũ olet:nõ laudo:multoqꝫ mi
nus sicut iniectũ thymum sit. Quod aũt cõfusaz quã
dam qualitatẽ odore gustu ve prefert:id nõ vitupero
Ad eundẽ modum ⁊ lac nullã externam qualitatem
odore gustu ve pre se ferat:sed esto quã dulcissimũ:et
sibiĳpsi cõtinuum:⁊ prout lacti cõuenit splendens su
per omnia:quoad eiꝰ fieri potest:similes habeto par/
tes. Nanqꝫ hanc dotem:veluti mel optimũ:ad perfe/
ctionẽ nõ recipit. Quo vero tale lac fiat:⁊ idoneis nu
trimentis alendũ animal est:⁊ exercitationibus me/
diocribus admouendũ:⁊ pullus si quẽ lactat:auferẽ
dus. Quod autem etatis quoqꝫ maxime florẽtis esse
debeat:id neminem latet. Curandũ item vt quam op
time cõcoquat:contemptis videlicet ĳs qui si asino/
rum quoqꝫ victus rationi consulamus:ridebunt. Si
enim qui veneti ⁊ prasini studio tenentur:equorum
stercora:quo intellegant quemadmodũ alimenta con
coxerint:odorantur:tanqꝫ ex eo omnem eorũ bonam
habitudinẽ cognituri:multo profecto magis nostrũ
fuerit pro hominis salute nihil tale non prospicere:
atqꝫ herbas animali que nõ admoduz sint humide:
fenumqꝫ ⁊ hordeũ quod sit mediocre:obĳcere:sz nec
illa omittere vt asine corpus refrigeremus:⁊ fricemꝰ
⁊ detergamus:⁊ mundemus. Porro si humidiora et
olentiora ⁊ flatus plena excreuerit:planum profecto
est nõ concoxisse probe. Quare aut detrahendum ali/
quid de alimento est:aut exercitationi aliquid adĳ/
ciendũ:aut qualitates immutande:aut refrigeratio/
nis frictionisqꝫ cura varianda. Sin duriora reddat
animalis aluus:ad contraria est inspiciendum:atqꝫ
illorũ aliquid immutanduz. Nam si ipse omnia que
considerãda circa animal sunt cuius lacte vsuri su/
mus:deinceps persequar:totã tuende sanitatis artez
commemorez:quã legerit necesse est quisquis idoneũ
lac preparabit:nunc vero dici opus nõ est:cuz alibi
de ea traditum sit absolutissime. Sed ad propositum
reuertor. Ac mihi tam rursus memoria repetes homi
nem qui ⁊ lauatus est:⁊ lac sumpsit. Hunc itaqꝫ ad
secundam vsqꝫ lauationem quiescere permittemus:
tuz modice fricabimus:⁊ pinguiter:vtiqꝫ si lac quod
sumpsit:iam ad vnguem confecit. id quod tum ex ru/
ctu:tum ventris mole licebit cõiĳcere. Modicũ vero
tẽporis inter primã ⁊ secundã lauationem interual/
lũ erit:si quatuor aut quinqꝫ equinoctialiũ horaruz
spatiũ intersit:scilicet si tertio adhuc lauare paras.
Sin aliter:pluriũ. Sane tertio lauabis si multis laua/
tionibus fuit assuetus. Hi nãqꝫ ⁊ delectantur ⁊ iuuã
tur si sepe lauent. Quinetiam post quãqꝫ lauationem
hominem vngemus priusqꝫ se vestiat. Quippe cõ du
cit ad renutritionem id quoqꝫ:sicut ⁊ frictio. Reddi/
ta ꝟo de horum omnium facultate ratio est in libris
qui de sanitate tuenda sunt scripti:non tamen inuti/
le fuerit nunc quoqꝫ summatim ea repetisse. Nã siue
cuilibet parti corporis temperatam infundas cali/
dam aquã:siue frices:siue laues:siue aliter quomodo
cunqꝫ calfacias:idẽ fieri carnes qd Hippocrates de
ĳs dixit quibus aqua calida desuper infundit. Naz
primũ attollit:mox gracile efficitur. Ideoqꝫ vbi car/
ne implere quodlibet corpus studemus:id eatenus
calfaciendũ nobis est:dũ intumescat. Ubi vero dige/
rere ⁊ vacuare cupimus:eatenus cõtinuandũ est:dũ
quod intumuit subsidat. Sane qui eiusmodi operi/
bus preficitur:solicite attentus esse debebit:potissi/
mumqꝫ vbi carne implere studetur. Nam digerendi
certe tempus adeo late patet:vt etiam si velis nõ ab/
erres. At carne implẽdi plane preceps est occasio. Si
quidem cũ primum intumuerit:tũ est desistenduz. At
intumescere hoc singulis corporibus suum est. Non
enim fieri potest vt qui nunc nobis propositus gra/
cilie est:ita intumescat vt illi qui sani sunt:imo postqꝫ
leuiter intumuit:protinus digeritur. Itaqꝫ attenden
dũ diligenter est ne clã te elabatur propositus tempo
ris articulus. Siue igitur hominẽ qui extrema graci
litate est perfrices:sufficiat tibi solꝰ rubor:siue laues
satis esto mediocris calor. Si quid vltra pergas:re/
solues hominẽ magis quã nutries. Ungendum vero
post lauationẽ oleo est:ne videlicet plus iusto digera
tur:sed obstruãtur exigua spiramẽta. Ideẓ protinus
⁊ siccitatis remediũ fuerit:⁊ aduersus incõmodũ qd
ab aere ambiente cõtingit:veluti munimentum. Ac si
quidẽ delectatur lacte:post secundã quoqꝫ lauationẽ
id exhibebis:sin aliter:ptissanã diligenter coctã:aut
alicã ptissane ritu preparatã. Hinc vbi rursus quieue
rit:ad tertiam reducendus lauationem est:aut illico
ad cenam. Sit autem preparatus illi panis purus:
⁊ qui curiose in furno sit coctꝰ:⁊ tũ fermenti tũ salis
qd satis est habuerit. Opsoniũ quoqꝫ ex saxatilibꝰ pi
scibus:aut ex albo iure asellus. Preterea ale testesqꝫ
gallinacei:qui lacte sit alitꝰ:idonei sunt. Quorũ si co/
pia nõ est:alĳs vtendũ. Ad eundẽ modũ ⁊ perdicibꝰ
⁊ passerculis qui mõtani sint ⁊ mollis carnis:vescen
dũ. Uitãda aũt ⁊ que palustria sunt:⁊que carne sunt
dura. Et (vt paucis alimẽti summã cõplectar) sit co/
ctu facile:⁊ nutriens:minimeqꝫ glutinosuz atqꝫ excre
mentosum. Porro omniũ quos nouimus ciborũ ma/
xime nutriẽs suilla caro est. Uerũ nõ eque ac ꝑdicta
cõcoctu facilis est:preterea glutinosuz succũ crassum
qꝫ generat. Alioq̃ nec alio esse habitu põt:qd in sum/
mo sit nutriẽs. Quippe adherere id oz:⁊ firmiter ad/
iungi:nõ aũt pre tenuitate diffluere. Nõ tñ ad ꝓposi
tũ affectũ vti hac cõuenit. Si eñ nutrimentũ ipsum
seipsum cõcoqueret ac in partes digereret:ꝑterea alẽ
dis partibꝰ assimilaret:⁊ quibus alimẽto est opꝰ ad
heresceret:ꝓculdubio ĳs quibus plurimũ nutrimen
tũ requiritur:maxime nutriẽte cibo esset opus. Ueruz
qm̃ nõ aliud est qd nutrimentuz desyderat:aliud qd
ipsum cõficit:sed qd nutriendũ est:ipsum sibi ⁊ nutri
mentũ attrahit:⁊ mutat:⁊ cõcoquit:⁊ adiũgit:⁊ adsi
milat:ad duo nimirũ nobis in opportuno cibo eligẽ
do spectandũ esse dictat:vnũ ipsius cibi naturã:alte/
rũ vires suas ꝓprias insitasqꝫ. Itaqꝫ ex his illud pa
tet:nec plane qd maxime nutriat:optimũ esse ĳs cor/
poribus que refici magis egẽt:vtpote quibꝰ cõcoquẽ
di facilitas nõ est:nec etiã qd facillimũ cõcoctu est:cũ
scilicet ipsum nequeat maxime esse nutriẽs. Cũ igit
he indicationes ex aduerso pugnent:cõmittendũ nõ
est vt dũ alteri nimium sis intentus:alterius omnino
obliuiscaris:sed vtriusqꝫ memor:quoad licet:vtrum/
qꝫ misceas:qd mihi preceptuz vbiqꝫ memoria teneri
velim. Iam vini:tũ qualitatẽ tum quantitatẽ memo/
remus:vtpote quod maximum ad talia vim habet:
quando vnum hoc vtendum censeo omnibus quibꝰ
refici corpus est opus:modo nõ febricitent. Esto igi/
tur vinum (quod exempli loco dicatur) quale est sabi
nũ in Italia:arsiniũ vero in Asia:ac (vt summa quã/
dã ac generatim cõprehẽdã) qd aquosum quidẽ est:

ceterum

ceterū leuiter adſtringit. Aquoſum natura appello vinū quod tenue eſt ⁊ purū ⁊ oligophoron: vt Hippocrates grece nominauit. Eſt aūt oligophoron qđ ſi diluit minimā ſuſtinet aque mixtionē. Ideſt ſane imbecilliſſimū ⁊ vt in vinis aquoſiſſimū. Naz quod plurimū aque in mixtura ſuſtinet: id tū vehementiſſimū tū validiſſimū eſt. Eiuſmodi vinū Hippocrates cenode: hoc eſt (vt verbi vim exprimā) vinoſum nominat. Verū ab hoc cauēdū eſt: qm̄ imbecillas vires feriat. At qđ aquoſum natura eſt ceterū auſterū: id percommodū eſt: qđ ⁊ ab aque imbecillitate receſſit: ⁊ vini noxā nondū habet. Ad hec itaqꝫ reſpiciēs: tū etatem eiꝰ tū temperamentuz inuenias. Quippe quod nouellū eſt id tū aquoſius: tuz vero imbecilliꝰ quodāmodo eſt eſt ꝙ vt vino par ſit. Adde etiā quod egrius concoquit: ac magis excrementoſum eſt. Antiqulus vero vt vinoſiꝰ eſt: ita vehemētiꝰ eſt ꝙ vt ꝓ poſitis ſit ex vſu. Quocirca citius ſexto anno nobile Sabinū idoneū non eſt: qđ ⁊ diutiſſime in ſtomacho ac ventre innatet: ⁊ fluctuationes faciat. Nobile voco qđ auſterū eſt: non Sabinū modo verūetiā Adrianū: ⁊ Albanū: ⁊ Arſinū: ⁊ Titacazenū omniaqꝫ id genus. Dictū nāqꝫ fuſe de omnibꝰ vinis ſeorſum eſt. Ad has igit veluti metas reſpiciens: etiam mixturā eius cū aqua temperabis. Quinetiam exactius coniecturam de iam dictis facies: ſi vitiorū aque capita memoria tenueris. Porro pendent ea ex frigiditate eiꝰ omnia: cuiꝰ culpa ⁊ in precordijs diutiſſime moratur: ⁊ fluctuationes excitat: ⁊ in flatuz mutatur ⁊ corrūpitur: ⁊ ita ventriculi reſoluit robur: ſic vt deterius proinde concoquat: ſed nec digerendo per corpus alimento aliquid magnopere conducit. Atvero memoratorū vinorū virtutes cōprehenſis iam aque vitijs aduerſaz quodāmodo naturā habent: cū nec inflent precordia imo ſi inflata ſint ſubſidere faciāt: nec inibi morā trahant propter caloris mediocritatē. Adde qđ cū digeſtionis vias aperiant ⁊ pariter impellant ac nutrimentū ſurſum agant: ad celeritatē deductionis in corpus conducunt. Sunt preterea boni ſucci: ⁊ ad miſcenda concoquendaqꝫ ea q̄ in vētriculo ⁊ venis ſunt idonea. Iā vires quoqꝫ organorū adaugent: ⁊ expellendis excrementis viā faciunt. Eoqꝫ fit vt etiā talia vina preter cetera vrinas moueant: qm̄ ⁊ ipſa totū corpꝰ celeriter tranſeunt: ⁊ impetu curſus ſui excremēta ſecū expellūt. Ac dictū q̄dē alibi diligentiꝰ eſt de vinorū facultate eque ac ciborū. Conuenitqꝫ vt qui artē methodo tradi ſibi ſtudet: oīs materie vires priꝰ ꝑdidicerit: nec expectet vt eas in ſingulis affectibus audiat: ſed ſimul ac curationis tantū ſpeciē norit: debitā victus rationē inuenire poſſit. Ego vero ijs conſulens qui veritati diſcende ſunt auidi: eiuſmodi doctrinā attingere ſaltē non grauabor: quo ſcilicet qui minus exercitata cogitatiōe ſunt: exēplis a generalibus ad particularia veluti manuducti deſcendant. Ergo qđ reliquuz eſt apponendū. Potionis id motus erit: vt nec in vētriculo innatet: nec fluctuationis vlliꝰ ſenſum inuehat. Ciborū vero potiſſimū ſi fieri poteſt: vt ne grauent q̄dem ipſum. Quod cū difficile ſit vel fortaſſe eiuſmodi qđ vitari in imbecillo ventriculo oīno nequeat ꝓximū eſt vt ꝙcitiſſime grauis eſſe deſinat. Ab hoc tenſio inflatioqꝫ precordiorū vitande ijs ſunt. Qđ ſi tale quippiam primo die inciderit: pro magnitudine ſymptomatis ad portionem detrahenduz poſtridie de cibo eſt: ſin recte omnia cedunt paululū adijciendū. Ad eundē modū ⁊ in tertio die vel demere vel adijcere conueniet: cuz precedente conferentibus. Atqꝫ ita ſemper omnia pro renutriendi reficiendiqꝫ ratione frictionibus: geſtationibus: inambulationibus: prout corporis incrementuz procedit adminiſtrare: etiam reliqua omnia pro refectoria vocata ratiōe adijcientibus. Que ſane genere a propoſita ratione nō differt: ſed in eo quod ſub illa perinde totū corpꝰ eſt affectū: ſicuti ſub hac ventriculus. Accidit autem ſic affici corpus in diuturnis potiſſimū morbis: vtiqꝫ cū coniuncta cuiuſqꝫ partis humiditas ex qua prima nutrit: propemodū omnis exhauſta iam eſt. Nā vt ſolidarū ipſarū ſiccitas corrigatur: id fieri omnino non poteſt: ſicuti nec ſeniū: veluti in libro de maraſmo docuimꝰ. Hanc vero humiditatem etiam ſi oīno ſit aſſumpta: regigni modo dicta victus ratione licet. Atqꝫ in alijs refectionibus ventriculus egregie pre cetera non afficit: in propoſito affectu morbus ipſiꝰ eſt ventriculi. Tempore vero totū corpꝰ: vt potē parū probe nutritū maceſcit. Quo rationabiliꝰ eſt exquiſitiorem hos victꝰ rationem requirere propter concoctionis imbecillitatem. Ceterū cū meliores ſint effecti: transferendi ſenſim ſunt ad renutritoriam refectoriāqꝫ vocatam victꝰ rationem: analepticen greci vocant. Id fiet ſi pluribꝰ ⁊ frictionibꝰ ⁊ geſtationibus quam ante vtemur. Mutanda vero interea eſt ⁊ ciborū tū qualitas: tū quantitas: ſic vt tum plures tū valentiores quam priꝰ exhibeantur. Ac tēpore ꝓcedente cū ad ſanitatis ſtatū prope ventū iam eſt: ſeponenda ſunt ptiſſana ⁊ lac: preterea ſorbitio ex alica: ac ad conſuetos cibos veniendū: poſt etiā piſces detrahendi: niſi ſi in conſuetudine fuerūt: ac volatilibus cibandū: tū ſuillas carnes eſſe a pedibꝰ ī ptiſſana elixis incipient: poſt vero etiam imū crus recte ſumant: ab hoc etiam reliquas partes: primū q̇dem iuuenis porcelli: qui ſi hyems ſit etiam pridie iuguletur. Nam heſternū: quam recens necatū faciliꝰ concoquitur. Eſtate ſat fuerit ſi mane immolatꝰ porcellus ſit: ac circa ſolis occaſuz comedatur. Quippe qđ in ſuperioribus ſuaſimꝰ cū valentiꝰ alimentū veſperi exhibendū cenſuimꝰ id ſemper obſeruare ſtudebimus: vtiqꝫ non leue percepturis commodū ijs q̇ ita cibabant: quod ſane diligentiꝰ inſpiciens agnoſces: Satius enim eſt a principio rem cepiſſe. Qm̄ q̇ ita ſe habent plurimo nutrimento indigent: nequeūt autē vel quod mediocre eſt concoquere: paulatim hos ⁊ ſepius cibare oportet. Atqꝫ idcirco fieri non poteſt vt ſemel eos cibaſſe ſit ſatis: ſed nec bis: quoad ſcilicet ſunt graciliſſimi. Atqꝫ hac de cauſa ipſe ter eos cibare ſum ſolitꝰ. Verū qm̄ iā manifeſte meliores facti apparent: etiam bis nutriuiſſe ſit ſatis. Ergo tantam exhiberi primā cibationē ē rationabile: quāta priuſꝙ ſecūda ſumat tota prorſus erit concocta. Id contingere valentiori alimento non poteſt. Quare ꝑmo loco leue ſumendū bis eſt: quo vcz ⁊ concoquat celerrime: ⁊ excrementū eiꝰ diſcedat: ⁊ vacuꝰ puruſqꝫ ventriculꝰ ſecūdū excipiat. At qm̄ non ſolū quies ⁊ ſomnus: ſed etiā longiꝰ tēpꝰ huiꝰ naturalem adminiſtrationē excipit: rationabile eſt vt valentiores ciborum hoc maxime tēpore offerant. Itaqꝫ etiā athlete oēs ſic faciūt: q̇ eū vſum non ſolū aliqua ratione inuenerūt: ſed etiā longa experientia cōprobarūt. Sedeniz ⁊ qđ illi faciūt: nihil mali ſit ſi ij q̇ cō ualētium victu

vtunt̃:etiã faciant: vt illico post cenam non bibant:
vcꝫ anteꝗ̃ cib⁹ coquat̃. Siq̃dẽ inatãt cibi si bibãt:
ita vt eos ventriculi corpus propter iterpositum hu
morẽ nõ cõtingat. Verũ si sitibũdi fuerint ꝓbibere
eos i totũ vt graue ẽ:ita nec expedičs:sꝫ tãtillũ idul
gendũ qd̃ ⁊ desideriũ solet̃ ⁊ sitim leuet. Postca vero
ꝙ̃ nutrimentũ concoxerint abũde bibere sunt sinen/
di. Quippe celerrime si ita faciant per corp⁹ digerit̃
Manevero post somnũ cũ deiecerint:⁊ paulã inam
bulauerint modice sunt fricãdi. Est aũt modica his
frictio:que eaten⁹ administrat̃:dũ corpus incaleat:
mox gestationib⁹ vtendũ:dein rursus tũ lauãdi sunt
tũ fricãdi:idꝗ intra meridiẽ aut plane circa ip̃m me
ridiẽ:quo vcꝫ inde ad vesperã abũde spatiũ interue
niat. Qd̃ aũt ⁊ de domib⁹ in quib⁹ conualescens nu
tritur:habenda in primis cura sit:potissimuꝫ ne fri/
gidiores calidioresve iusto sint superuacuuꝫ dicere
arbitror. Pari modo ⁊ de alijs ei⁹ generis:que inue/
nire sibi quisꝗ sine nostra opera põt:doct⁹ vcꝫ nõ so
lũ ex ijs que hic:sed etiã que i opere de sanitate tuẽ/
da sunt dicta. Est nãꝗ conualescentiũ vict⁹ rõ media
quedã inter eã que sanorũ propria est: ⁊ q̃ egrotan/
tiũ. Quare difficile non est ex ijs que de vtraꝗ sunt
prodita:vt per seipsum quis mediam inueniat. Nã
sicut nec aliarũ reꝝ ita nec vict⁹ vna omnibus spe/
cies in consuetudine est:cũ alijs semel esse alijs bis:
⁊ alijs citi⁹:alijs ad vesperã incepisse cibũ moris sit
Jã cib⁹ ipse alijs piscis plurimũ est:aut deniꝗ ali/
quid ex mari:alijs olera magis:aut deniꝗ hortẽsia
alijs poma:alijs legumina:alijs nuces: alijs aliud
q̇ppiã:alijs quadrupedũ carnes: atꝗ harum alijs
alie:alijs auiũ idꝗ alijs aliaꝝ. Quinetiã caseo ⁊ la/
cte vtunt̃ nõnulli pl⁹ ꝙ̃ ceteris cibis:gñaliter q̇dem
caprarũ vel boũ:sunt tñ qui ⁊ alioꝝ aĩaliũ. Bibunt
quoꝗ alij calidũ:alij frigidũ:⁊ vinũ vel liberaliter
vel parcius vel oĩno nulluꝫ vel hoc genus vel illud.
Ad ea igit̃ reducẽd⁹ quisꝗ est quib⁹ insueuit. Scri
ptũ autẽ diligenti⁹ de consuetudine seorsuꝫ est. Nũc
illud dixisse abunde sit:nõ mõ in cõualescentium vi-
ctus rõne:sed etiã in morbis magnã partẽ ad toti⁹
vict⁹ medicamentorũꝗ inuẽtionẽ ex cõsuetudine su
mi. Nõ eñ totum gen⁹ indicare põt. Mã cũ ex alijs
que retuli:tum vero ex cõsuetudine nõ minime ẽ su/
mẽda. Sed ⁊ nãrum inspiciende sunt proprietates.
Moui eñ quosdã q̇ si qd̃ vigilãtium op⁹ nocte obire
fuissent coacti:dormire preterea nõ potuerit. Talib⁹
igit̃ vt noctu bibãt cõsulẽdum nõ est:ne vcꝫ ea occa
sione vigilare coacti:maximã inde noxã sentiãt. Sic/
cat nãꝗ totũ corpis habitũ vigilia:eoꝗ ĩfestissima ẽ
ijs qui ex siccitate laborãt. Sũt ⁊ q̇ si ptissanã gustẽt
protinus nauseent. Eadeꝫ in q̇busdã facile acescit.
Esse ṽo aliquos qui facile carnẽ bubulã cõcoquant
iã vnũ ex publice iactatis est:preterea alios esse qui
ad alios cibos potusꝗ recte se aut nõ recte habeãt.
Nõ solũ aũt ex his mãe q̃ ad victũ ꝑtinet copia sug
gerit̃:sed etiã ex regiõe ⁊ tpe. Scriptaꝗ iã hec sunt
a multis q̇ me precesserunt:quo min⁹ ipse istis ĩsisto
qui ideo tñ ea cõmemoro:ne quid vcꝫ sit omissum.
Qd̃ ṽo ab oĩb⁹ iunioribus medicis est omissuꝫ id ꝑse
quor:nẽpe quemadmodũ affect⁹ corporũ methodo
curent̃:eã methodũ veteres (vt añ dixi) probe icoha
rũt:nemo tñ eorum ipsam absoluit. Verũ rursus ad
propositũ redeundũ. Sicce intẽperies vbi solida ipa
corpora contigerunt:siquidẽ in vnaquapiam parte

consistant:veluti nunc in ventriculo propositũ est:nũ
ꝙ̃ ad perfectionẽ sanabunt̃:nec in eũ statũ qui ante
morbũ fuit reuertent̃. Sed quod dici in consuetudi/
ne vulgo solet:re scilicet ipsa edocto:id talibus ma/
xime intẽperantijs accidit:morbũ ventriculũ afflu/
xisse:⁊ in reliquã vitã imbecillũ reddidisse. Quippe
senũ ij ventriculũ obtinent priusꝗ̃ cõsenuerint:quo
fit vt facile ex leuib⁹ ledant̃ causis: perinde ac senes
nec ꝓbe concoquere possint:quo euenit vt etiaꝫ totũ
his corpus deteri⁹ se habeat. Ad eũdẽ modũ ⁊ si alia
quauis afficiant̃ parte. Qd̃ si ipso etiã corde sint af/
fecti celeriter arescũt:vocatꝗ ariditatem siue maras
mũ eiusmodi Philipp⁹ ex morbo seniũ. Is igit̃ ma/
rasmus breui mortẽ affert. Proxime huic q̇ ab ioci/
nore est incept⁹. Mox q̇ a ventriculo. Qui ab alijs
particulis ortũ habet:tanto sane tardi⁹ quanto que
libet harũ minoris est prestantie ꝙ̃ ille. Si vero leui
ter cordis corp⁹ siccatũ sit senescũt q̇dẽ celeriter:cete
rũ plures annos trahũt ꝙ̃ qui vehementer sunt lesi.
Ad eũdẽ modũ in iocinore ⁊ ventriculo ceu dictum
est:ac in reliquis oĩb⁹ ad portionẽ. Ceterũ victus rõ
eadẽ genere est tũ in hac siccitate:tũ in illa q̃ solaꝫ eã
humiditatẽ absumit q̃ solidas nutrit. Preterea etiaꝫ
in tertia quã supra memorauim⁹ siccitate. Facilli/
ma ṽo oĩm sanatu quarta est:in qua vene succo sunt
inanite. Immo hic affect⁹ vt frigiditas poti⁹ habit⁹
curat̃ ꝙ̃ vt siccitas:vel (vt tuti⁹ loquar) frigiditatis
respect⁹ in hac siccitate exuperat:periculũꝗ in ea ver
titur. Siccitas secũdũ locũ obtinet:habetꝗ proinde
sanationẽ tũ exprõptã tũ celerẽ. Siquidem si biduo
quis vict⁹ rationẽ his caute exhibeat modice calfa/
ciens ⁊ tuto nutriens:statim in tertio pleniorẽ victũ
citra noxã admittũt:multoꝗ id magis in quarto et
quinto. Atꝗ hoc sane erat quod Hippocrates p̃ce/
pit. Que longo spacio extenuata corpora sunt:ea se/
gniter reficere opꝫ:que breui breui⁹. Scire aũt licet
solidorũ corporũ siccitatib⁹ si perdurẽt succedere ne
cessario frigiditatẽ. Quippe permanere siccitas per
se non mutata oppositione q̃ ex calido ⁊ frigido con
sistit nõ põt. Celeritet eñ ex nutriendi defectu refri-
gerãtur partes:propterea scilicet qd̃ ex calido succo
sanguinis nutriunt̃. Sed ꝙ inter initia dictũ est:nũc
siccitatis curationẽ executi sum⁹ ⁊ q̃ ab initio est cõ/
tracta:⁊ quã nulla diutissime secuta est notabilis fri
giditas. Ergo proximũ fuerit frigiditatẽ illi copu/
lare:q̃ euidẽtes q̇dẽ habeat notas:ceterũ magna nõ
sit. Est itaꝗ curationis cõsiliũ nõ simplex vt pri⁹:cũ
nõ modo tibi vt humectes danda sit opera: sed etiã
vt calefacias. Quare ĩtẽdẽdũ acriter est ad presidio
rũ materiẽ:necubi imprudẽtes ijs q̃ humectãt ea q̃
nimiũ calefaciãt adiũgam⁹:q̇ppe his vehemẽter sic
candi vis subest. Jã vero quãtitas noxe in vtraꝗ in
tẽperie ad materie inuentionẽ potest viã ostendere.
Verbi gratia maxime q̇dẽ siccitatis sanationẽ modo
perscripsim⁹. Modice vero adeo scrupulosa vict⁹ rõ
ne nõ indigẽt:qñ quidẽ nec vires ipsis fundit⁹ sunt
collapse. Eteñ nulla alia de causa difficilis reddit̃
valide siccitatis ĩ corpore cõmoda curatio ꝙ̃ qd̃ vbi
refici corp⁹ postulat:nec cib⁹ seipso coalescere cuꝫ eo
potest:sed eius qd̃ nutrit̃ operã qua preparet̃ req̇/
rit ipsum est imbecillũ. Ergo cũ id modice siccũ fue/
rit:propterea qd̃ vires nõ penit⁹ conciderũt:vberius
cibare licet:nec met⁹ est vllus ne a mõ aberres. Quo
magis ipsi de difficillima intẽperie differere institui

mus: ac in ea veluti exemplo studiosos exercuimus. Hinc nãq orsi ipsimet: ad mediocres siccitates corrigẽdas idoneã materiã inueniẽt. Proponatur autem ⁊ nũc siccitas quidẽ similis priori: copuleturq ei frigiditas. Ergo calefacientis materie admiscendum iam dictis tãtũ erit: quãtũ particula ad frigus inclinauit. Proponamus igitur eã primũ modice refrigeratã. Ergo is qui pauloante retulimus in lactis quidem vsu mel vberius adijcietur. Vinũ vero qd quidem ad genus spectat idem: ceterũ qd minus aquosum quã prius ⁊ plurium annorũ sit dabimus. Quin etiam esculẽta oĩa calidiora exhibebimus: idq non naturalibus modo ipsorũ temperamẽtis: verũetiã recẽtibus ex igni qualitatibus. Nardino preterea vnguẽto vngẽdus assidue venter est: sic vt nunq remaneat siccus. Sin id vnguẽtũ nõ adsit mastichinũ satisfecerit: sed ⁊ opobalsamo eũ perungas: tum ipso per se: tũ vero cũ iã dictis mixto. Qd si corpori ea magis adherere studebis: etiã cere aliquid admiscebis. Si vero etiã aer ambiẽs sit frigidus: lanam ex his imbutam impones. Quinetiã chiam mastichẽ in opobalsamo aut nardino vnguẽto liquãs: lanã inde madentem vẽtriculo impones. Sane vtilius fuerit si qd madefacies: etiã optima sit purpura: qualis ẽ tyria: qm ⁊ adstringi ipsum modice: ⁊ cutis eius meatus obstrui expedit. Siquidẽ que rarũ habitũ faciũt ⁊ relaxant: ea tum digerũt succos: tũ particulas frigidis extrinsecus aduenientibus obnoxias reddũt. Que vero valenter adstringũt: ea siccãt. Quo fit vt medicamẽtum qd eiusmodi corpora excalfaciat: id ne euocãtẽ vim hre expediat: nec adstrictoriã multã sibi imixta. Memineris enim velim tũ eorũ q in egris es cõtẽplatus: tum que in opere de medicamẽtis es edoctos: nẽpe acerbã qualitatẽ sua quidẽ ipsius virtute ⁊ refrigerare et siccare: qd si cui valide calfacientiũ sit admixta: qd ex ambobus cõpositũ est: minus quidẽ in calfaciendi munere efficere quã alterũ: siccando vero nõ minus quã vtrũq. Maxime cõtraria faciũt ijs que precepimus nostri tẽporis medici: qui sicce parti: ⁊ que nutrimento male fruitur: cõpositũ sepe medicamẽtũ ex calida et acerba materia imponũt. Est aũt eorũ q strypbna grece dicũtur: nos inopia cõmodioris vocabuli acerba diximus: nullũ pfecto modice adstringẽs: ideoq nec modice siccãs: quo vcz magis phibẽda ea in tã dictis affectibus sunt. At vero si cũ siccitatis intẽperie multa frigiditas sit: sic vt fortius calfacere subigat: oĩm primũ itẽperamẽti genus ad memoriã reuocabis: quippe qd oĩm grauissimũ esse ostendimus. Quo circa ad corrigẽdũ quoq esse difficillimũ: mirãq solicitudine egere id minime est ignorãdũ. Incipere vero sit mõ a cõprehẽsis prius materijs tẽtabis: sperãs scz fore vt longo tpe p tutiores sanet affectus. Sunt porro tutiores he (nã repetere ea q sunt tã necessaria est satius) In nardino vnguẽto solues mastichẽ chiaz quã pinguissimã: ac purpura excipiẽs veteris. Eritq vtilius mõ copia eius fit: si opobalsamũ adieceris. Dandum pterea vberius cũ lacte mel est: sed detracta prius spuma: quo ⁊ minus sit excremẽtosum: ⁊ magis nutriat. Quinetiã mel ipsum despumatũ: p se optimuz nutrimẽtũ frigido ventriculo est: ita vt calido aduersissimũ. Atq hec ambo meminisse i primis opus: vtiq a plerisq medicis ignota. Ac neq aliqd frigido corpori melle potius expetere: neq ad calidũ magis respuere. Ergo plurimũ huic affectui p nutrimẽto mel optimũ esto: sed qd prius sup prunas ex quercu vite ve ad summũ candentes: fuerit decoctum: ac curiose despumatum. Vinũ aũt eligẽdũ semper est antiquũ eoq antiquius: quo maior fuerit frigiditas. Tum si res postulabit: totum genus immutãdum: ac primo loco Adrianũ mox tyburtinũ: aliudve similis generis eligẽdum: vetera quidẽ omnia: ceterũ nõ adeo vt amara iã sint. Siccãt enim que amara sunt immodice. Sane optimũ medicamẽtũ talibus omnibus sit: quo picatores quotidie vtũtur. Ergo illinire eo totum vẽtrem cõueniet ac post auellisse: sed priusq refrigeretur. Atq hoc si bis vno die deinceps feceris abũde erit. sepius aũt nõ expedit: quãdo ita per halitũ digeras nõ sanguine bono particulã impleas. At nos ex propinquis locis attrahere: nõ id qd cõtinetur educere studemus. Idẽ oĩbus particulis q ex nutrimẽto fructũ nõ sentiũt (atrophutas greci vocãt) mirificũ medicamen est: si qs eo moderate sciat vti. Sed ⁊ calfacere ventriculũ: ita vt in qualitate calorẽ eius nõ intẽdas sed quam maxime naturale eius tẽperamẽtũ tuearis: ac substantiã inaugeas: id ex leuissimis in eiusmodi affectu cõsilijs nõ est. Efficit hoc in victu simul cum ijs q iam dicta sunt: maxime vinũ. Ex ijs vero que vẽtri extrinsecus applicant: boni habitus puellus vna sic accubas vt semp abdomen eius contingat. Sunt qui catellos pingues in hunc vsum habeant: neq id in aduersa modo valetudine: verũetiã in psperа. Tales itaq ijs qui ppter siccitatem quoq solam imbecillũ ventriculũ habẽt: sunt idonei. Seruãdũq ante omnia est ne puellus humecta sit cute. Qui enim noctu sudore perfundunt refrigerant potius q calefaciũt. Nocẽt preterea tali affectui ⁊ calida fomẽta: que quidem sicca sunt: eo qd rorem similariũ corporũ depascunt: que humida sunt qd hũc digerũt (potissimum vbi largius his vtimur) preterea qd nimis rarũ frigorisq opportunũ corpus efficiũt. Ac de hac intẽperie rẽtiarũ cõiugatiõe hactenus sit satis. Ab hinc multe vt propositũ est siccitati iuncta caliditas esto nõ admodum multa. In eiusmodi intẽperie primũ curationis modũ seruabimus: sed vini vim: mellisq copiã diminuentes: nõ solũ nõ augẽtes: ita vt mel prorsus nõ degustet: vinũ vero exhibeat quod minime sit antiquũ. Jam cibos apponemus sub lactis tpe: sed si estas est: sub aque fontane frigore. Sed ⁊ vẽtriculũ vngemus oleo tum crudo: tuz melino. Ac multo sane magis si plusculа caliditas sit: ipsum vinũ tũ aquosius exhibebimus: tũ sub eo frigore qd fontis aqua per mediũ ver exhibet: illud nobis psuadentes eiusmodi affectũ ad portiõe esse febrẽ. Quippe qd illa vel in toto animali vel in corde est: id propositus nũc affectus in vẽtriculo est. Atq ipse scio me vna cũ preceptoribus primũ omniũ vidisse hominẽ quedã mature etatis nõ paucos iã menses vexatũ. sed nec eorũ quisquã affectũ eius intellexit: ne etiã ipse. Postea vero cum iam medẽdi eius affectus methodũ inuenissem venit mihi in mentem hunc vtiq illum esse affectum quem olim fueram contẽplatus. Melius autem rem etiam exponam. Quippe vtilis omnino erit iis qui audierint: nõ secus ac fuit mihi. Homo erat quadraginta annos natus: medio dũ valebat crassitudinis ⁊ gracilitatis habitu. Is siti affligebat: ac calidã aduersabat: cũ illi frigidã nemo daret: tãetsi hãc ipẽse flagitabat: febricitare tñ medicis nõ videbat: ⁊ ventriculus q sumpserat tribus aut quatuor horis post euo

muit simul cū potione. Itaqꝫ gracilis iam effect⁹ est
ac periculo propinqu⁹: minime videlicet adiutus ab
austeris acerbisqꝫ tū cibis tū medicamentis. Sūpsit
vero ⁊ post cibum austerū vinū. Is homo cū nec vl-
tra sitim toleraret: ac (vt aiebat) mori mallet ꝙ̄ i cru
ciatu viuere: aquam frigidam simul multaz super ci
bū hauriens protinus sitire destitit: paulo vero post
plurimū ei⁹ euomuit. Ab hinc horrorem in toto cor
pore sensit: pluraqꝫ operimenta poposcit: cū pri⁹ oīa
abijceret: tunc igitur reliquū totū diez quo id fecit:
noctēqꝫ totam in quiete egit cooperimentis se fouēs
Excreuit vero semel circa mediam noctez que medio
criter erant cocta. Itaqꝫ nec siticulosus preterea erat
Postero autem die tū coloratior multo tum firmior
est effectus. Ac deliberabant iam medici an hominē
lauare expediret: alij quidem suadentes: alij dissua-
dentes: vicit autem sententia eorum qui lauare sua/
serunt. Itaqꝫ etiaz lauatus citra offensam est: ac mo
dice cibatus: tum melius ei ꝙ̄ pridie venter cōcoxit.
Questus aūt est quod difficulter trāsglutiret visum
qꝫ omnibus est propter vomitū: qui preter consuetu
dinem inciderat: vellicatam illi gulam fuisse: ac pro
inde male se habere. Ceterū vt etiā secutis dieb⁹ sym
ptoma permansit: constabat nobis omnibus ventri
culi imbecillitatem esse sanatā: gulā aūt esse perfrige
ratā. Nec sane mirandū erat sicut potione illa quod
immodice calfactū erat ad mediocritatē est reuersuz
sic qđ mediocriter se habebat fuisse refrigeratū. Ce/
terū gulā ei⁹ nemo potuit sanare: sed vitio in vitium
mutato tempore interposito morit̄. Aliuz vero huic
similem non paucis annis post vidi: cū omnem ven
tris intemperiem discernere iam possem. Uisum igi
tur est mihi statim maiore conatu refrigerandū esse
priusqꝫ homo magis extenuatus simile q̄ppiā prio/
ri ex refrigeratione pateretur. Tutius igitur visum
est primum refrigerantia medicamenta que precor
dijs imponuntur experiri. Quo facto estus sane ven
triculi est remissus: ceterum homo suspiranti simili/
ter respirabat: tanqꝫ egre totum thoracem moueret.
Quin ipse quoqꝫ interrogat⁹ talē quāpiaz sentire se
offensam fatebat̄. Aduerti itaqꝫ illi transuersum se/
ptū refrigeratū esse: proindeqꝫ abiectis refrigerato/
rijs foui locuz oleo calido. Cū aūt respiratio statim
naturalem motus sui ordinem reciperet a fouēdo de
stiti. Statui aūt t'hoīem longiore spatio moderate re
frigerare. Ergo ⁊ que extrinsecus applicui: infra ma
gis imposui a septo vmbilicū versus recedens: et ci
bū potionēqꝫ omnē (excepto lacte) sub fontane aque
frigiditate exhibui. Atqꝫ ita longiore spatio sanat⁹
est nusqꝫ alibi offensus. Sciri tamē illud ante omnia
debebit: vbi valide in ambabus qualitatibus īmu/
tata queuis particula est omnē eius actionē perire:
nec facile qđ sic est affectū: ad suā naturā reuerti pos
se. Ubi vero altera tantum qualitas plusculū immu
tata est (veluti nūc siccitatē finxim⁹) reliquarum ali
qua mediocriter se habet: vtiqꝫ qui ita affect⁹ est sa/
nari pōt. Proponam⁹ itaqꝫ rursus exuperare intem
periē calidā: huic aūt adiūctā esse modo humiditatē
modo siccitatē: sed mediocrē vtrāqꝫ: ac pri⁹ humidi/
tatē. Hanc intēperiē minore metu aqua frigida cu/
rabimus: qm̄ minime ex ea ledētur vicine partes: vt
que mediocriter se habeant. Nā in siccis affectibus
necesse est non ea modo q̄ proxima sunt: sꝫ etiam to/
tū corpus gracilius reddi. Uentriculo aūt ipo nōdū
siccato: vt nūc est propositū: nec totuz attenuatū esse
corp⁹ potest: quare nec frigide potu ledi. Sicubi xͦ
adeo vehemēs caloris intēperies ventrē occupet: vt
vsqꝫ ad cor ipsum perueniat: febricitare hominē ne/
cesse est. Quominus mirū est: si eiusmodi intēperiem
maius periculū insequit̄: sanatio tamen genere eadē
est: tradetur autem postea vbi de febrium curatione
differetur. Qui aūt cū siccitate coniunctus calor est:
eadem genere remedia poscit: ceterum non adeo secu
rus est refrigerantium vsus: propter eas quas retu
li causas. Humida vero intemperies: siue sola consi/
stat: siue cū calore frigoreve cōiuncta sit omniū facil/
lime curatur. Et quoniam tres he intēperies creber
rime ventriculū affligūt: suntqꝫ curatu facillime: ha
rum curationē in memoria habēt quicūqꝫ absqꝫ me
thodo hoc est via ⁊ ratione morbis medentur: ac ad
alias eam intēperies (vt dictum est) trāsferūt: ignorā
tes videlicet plures esse. Sunt porro ipsius humide
intemperātie cum sola cōsistit remedia cibi qui citra
valētē calefactionē refrigerationēve siccēt: preterea
cōsuete potionis parcitas. Eius aūt que cū calidita
te cōiuncta est: adstringētium ⁊ ciborū ⁊ potionum
vsus. Sint aūt ⁊ hi austeri sine calefactione. At eius
que cū frigiditate est coniūcta: optima presidia sunt
acria omnia: quibus admisceri debebūt que acerba
sed citra manifestum frigus sunt. Optimū est ⁊ his
presidiū exigua potio: atqꝫ ea vini cuiusqꝫ īsigniter
calentis: constat autem id minime nouū esse. At por
tionem vero eorum que comesta ⁊ bibita sunt: etiam
reliqua omnia que foris applicant̄: adhiberi debe/
bunt. Et qm̄ de his abūde tractatū est: repetito rur/
sus sermonis initio: capita eius colligemus. Calida
ergo intemperies refrigerāda est: frigida vero calfa/
ciēda. Silr̄ humida siccāda: ⁊ sicca humectāda. Qđ
si per copulationem aliquam duarum qualitatum
intemperies cōsistat: miscenda amborū consilia sunt
ac que humida calidaqꝫ est: siccāda ⁊ refrigerāda q̄
vero humida ⁊ frigida siccāda ac calefaciēda. Ad eū
dem modum sicca ⁊ frigida humectanda ac calfaciē
da: sicca vero ⁊ calida humectāda ⁊ refrigerāda. Sci
re vero licet omniū harū pessimā esse inter simplices
siccam: in compositis siccam ⁊ frigidā. Atqꝫ hoc loco
finem habeant ventris intemperies: quas scꝫ extrin
secus nullus alit superuacuus humor. Deinceps ad
eas que ex eiusmodi quapiam occasione fiunt: stiluz
cōuertam. Sepe igitur in ipso sinu vētriculi cōtētus
humor qui aut calfaciēdi: aut ꝑfrigerādi: aut hume
ctandi: aut siccādi: aut etiā horū aliqua per coniuga
tionem efficiēdi naturam optinet: intemperiē creat:
interim vero ⁊ in ipsas vētriculi tunicas (vt ita di/
cam) imbibitus siue impactus. Ergo prior affectus
si semel constiterit: per vomitū expurgat⁹ facile quie
scit. Sin rursus ex alia quapiam vel alijs particulis
humor confluit: diligenter discerni indiget. Curatio
vero post effectricis cause cognitionē statim se exhi/
bet. Dictū eñi nobis est tum alibi: tum vero in ijs q̄
de differētijs febriū scripsimus: cōfluere nōnunqꝫ ex
alijs i alias particulas id qđ in his redūdat: veluti
ex capite ad oculos. Quo casu opꝫ curato eo qđ trāś
mittit: dūtaxat firmitati ꝓspicere oculorū: quo vide
licet eorum que confluūt: minus prompte quicqꝫ ad
mittāt. Ita igit̄ ⁊ in ventriculi affectu opꝫ vbi id qđ
superuacuū trāsmittit inueneris: oēm huc curā cōfer
re: de vētriculo autem tantisper esse solicitum: ne que

cõfluãt prõpte recipiat. Id qđ duplici (vt arbitror) ratione fiet: vna oĩm fluxionũ cõi: quippe que ab ad stringentibus repercutiuntur: altera vero non minus ipsa quoq; omniũ partiũ que ad bonã habitudinez reducuntur communi: nẽpe ex ipsarũ temperiei me/diocritate. Ergo primũ inspiciendũ totum corpꝰ est an excrementosum: an plethoricon: idest nimia equaliũ humorũ copia redundans fluxionem ventriculi immittat. Secundo loco si id n on videt̃ singule par/tes expendende. Atq; in toto quidem corpore estimã do: tũ redundantie: tũ excrementorũ notas: ⁊ ex opere de sanitate tuenda: ⁊ ex libro de plenitudine didicisti. Super has tamen illa quoq; estimabis: primũ quidem in mulieribus an naturaliter non purgẽtur mox in viris an excretio aliqua consueta his retenta sit. Nonnullis eñ ora venarũ que in sede haben/tur vacuare superflua sunt sueta. Alijs profluens e naribus sanguis aut vomitus: aut alio quopiã modo in certis periodis vas aliqđ reclusum. Noui eñ tũ in ore: tũ in faucibꝰ id multis contingere. Nõ desunt quibꝰ ⁊ per ventriculũ sanguinis expulsio cer/to tempore fiat: potissimũ ijs qui cũ vehementẽ exercitationẽ deposuerũt: a priore tñ victu non destite/rũt: aut etiam artuũ toto aliquo sunt priuati: veluti etiã Hippocrates indicauit. Sũt quibus diarrhee ⁊ cholere certis interuallis omnẽ corporis redundantiã educant. Ab his illud estimandũ quanã victꝰ ratione sit vsus: vtrũ ne frequenti cruditate aut satietate: idq; in ociosa vita: ac precipue preter consuetudinẽ an contra. Illud deinde perpendenduz an aliud mẽbrũ corporis certo tẽporũ circuitu vexari solitũ: nunc non vexet̃. Alijs eñ articularis morbꝰ aut co/xendicis: aut podagra: alijs cephalea: aut etiam flu/xio aliqua que in oculos vel aures procubuit: nunc migrauit ad ventriculũ. Nõ paucis vero catarrhi ⁊ coryze idest destillationes per guttur ⁊ nares q̃ assi/due vexabant conuerse certo tẽpore in ventriculi lo/ca sunt. His igit̃ oĩbus consideratis: siquidẽ ex mi/nus momẽtaneis translatio facta est: qđ superfluuz est rursus ad ea reuelles. Sin ex ijs q̃ maioris sunt momenti: ambobꝰ simul consules eũ semper summouens affectũ qui fluxionẽ excitet. Fiet id si oẽs corporis partes ad bonã habitudinẽ reducamꝰ: ac oñes nãles expulsiões: fluxiles semper reddamꝰ. Hec quẽadmodũ efficere possis: in opere de sanitate tuenda est preceptum. Nec illud latet si propter equaliuz in toto corpore succorũ redundantiam venter fluxione tentat̃ totũ corpus vacuandũ esse. Simili modo si ꝓpter mali succi abundantiam hunc expellendum eẽ: atq; hinc ad ventriculum veniendum. Prorsus eñ cum plures iam dies delata in eũ superuacua sunt: aliquid vitij ex malitia eorum contraxit. Itaq; nõ intempestiue qui ita laborat absynthij potione vtet̃. Sed nec que postea adhibenda prouidentia sit: quo ad pristinũ ventri habitũ cõparaueris latere arbi/tror. Quippe si pro tẽperamento noxie fluxionis intẽperie aliqñ laboret corrigi: nimirũ per contraria ꝑsidia postulat. Facillimũ vero est eiusmodi noxã corrigere vbi paucos durauit dies. Nã si desiderio eius qui curasset longiore spatio permansit: aliqñ tunice eius malo succo implent̃: aliqñ ipsa similaris earuz substantia intemperata nũ leuiter effecta: similis cure indiget ei q̃ prius de intemperantijs in hoc libro retulimus. Reliquum igit̃ est vt exponamus quem/admodum curari succus vitiosus debeat qui in ventriculi tunicis est receptus. Sunt porro ad eiusmo/di affectus idonea pharmaca genere quidẽ ea q̃ modice purgant sic vt eorũ vis super ventris ⁊ intestinorũ loca non ascendat: aut si quid vltra vasa tm̃ in mesenterio contingant. Speciatim vero que ex aloe cõponunt̃ sunt aptissima. Etiã si illa presto non sint aloe ipsa. Hec itaq; non elota valentius vacuat: elo/ta vacuat quidẽ minus sed roborat ventrez magis. Expedit ergo paratã hr̃e: quã oẽs medici picran id est amarã vocant: atq; hanc dupliciter confectaz: vtiq; ex aloe elota ⁊ non elota. Admiscent̃ autem huic cinamomũ: ⁊ xylobalsamũ ⁊: assaꝝ: ⁊ spica nardi: ⁊ crocũ: ⁊ chia mastiche. Sunto autem horum cuiusq; drachme sex: vnius aloes drachme centũ. Prestantissimũ hoc medicamentũ est ad vitiosos succos qui in tunicis ventriculi habent̃: vtiliusq; est eo sicco ex aq̃ vti dũ paruoꝝ cochleariũ mensura: vbi mediocriter ac medio quodãmodo eo vti studemus: naz maximꝰ eiꝰ modꝰ ac absolutissimꝰ est duorũ nõ vtiq; paruorũ: sed magnorum potio in aque temperate cyathis tribus: minimus vnius parui. Atenduz vero hoc tẽpore ⁊ ptissane cremore est: qui primus a balneo su/metur. Nam medicamen ei solito purgantium medicamentorum tpe dabit̃. Post id ħo vbi modice inambulauerit: ⁊ modice se mouerit: de reliqua victus rõne nihil est immutandum. Sunt qui reponunt medicamentum excipientes id despumato melle. Et fit q̃dem ita durabilius cetera non perinde ad proposi/tos hoc loco affectus vtile: cum ⁊ minus ventrem roboret: ⁊ magis deijciat. Uerum quibus lenta pitui/ta ventriculo infigit̃: ijs prius exhibenda sunt que/cũq; hanc dissecent: post deinde purgandum. Quod si ad vomendum sunt idonei: non inutile sit per radiculam ex oxymelite vomere. Sin nec lẽtus humor sit nec crassus: vtiq; abunde sit a ptissane solius cremore vomuisse: item a mulsa. Quo casu sumendũ vtriusuis plus est q̃ nutrimenti vel etiam deiectionis causa sumeret̃. Idoneum vero est ⁊ si mulsa in qua incoctum absynthium sit bibat̃. Nam id quoq; tenues succos quicũq; vez in ipsius ventriculi ore cõtinentur commode deorsuz impellit. Sane communis est totus hic sermo qui de intemperie agit: cum sanita/tis tuende preceptis: ea scilicet sui parte qua de parum firmis actionibus disputat. Non eniz profecto ea qua de perditis aut vitiose functis agit. Quippe pars illa a sanitatis tuende contemplatione plane seiũcta est. Imbecilla vero actio prout magis minusue talis est: aut ad sanitatis tuende: aut ad medendi tractationem pertinet: leuiter quidem impedita ad priorem: grauius ad posteriorem. Discernit̃ vtraq; ex eo quod a consuetis actionibus obeundis ꝓpter noxe magnitudinem vel desistat̃: vel non desistatur. Dictum autem ⁊ de his est in opere de sanitate tuẽda: quo vtiq; celerius transeunda eorum tractatio nunc est: presertim omni methodo qua ventris intẽ/peries sint curande: iam perscripta siue he firmiꝰ ei ex mora inheserint siue leuius. Nec vero illud latere puto esse aliquando mixtum ex tribus iã dictis simplicibus in ventriculo affectum: ita vt ⁊ ipse solide partes laborent: ⁊ mali succi ita ventri sint infixi vt elui ex facili nequeant: ⁊ alij in interno eius sinu contineantur. Potest nãq; interim fieri vt primus cũ secundo consistat: potest ⁊ secundus vna cum tertio:

potest ⁊ primus cum tertio:sepe etiam omnes simul
Pro quibus methodum quam prius de vulneribꝰ
tradidimus:vbi omnes affectus simul coniunximꝰ:
ad memoriam reuocabis.Quam nunc quoqꝫ appo
nere non sit inutile.Primū nāqꝫ in eiusmodi cōple/
xu estimabis a quo maxime discrimen egro impen/
dere videat̄. Secundo loco quid q̄ve ex his cause rō
nem obtineant⁊ quid effectꝰ.Tertio que sanari ante
alia possint ⁊ que non possint: veluti de vlceribus q̄
vna cū phlegmonis constitere ostendimus. Ubi nā/
qꝫ a quoqꝫ affectuū non leue periculum instat: ad id
qđ vrget dirigi primū curantis consiliū debet. Ubi
aliud efficiens est:aliud quod ab eo efficitur:ipsa cā
spectanda.Atvbi curare hoc sine illo non licet:ad id
quod ordo dictat est respiciendum. Atqꝫ in eo q̄dem
curationis consilio quod ab vrgente init̄ affectus
magnitudo perpēdenda est.Ea triplex est : alia que
ex lese actionis prestantia spectatur : alia que ex
propria affectus essentia:⁊ tertia preter has:que ex
facultate que lesum corpus gubernat estimatur. In
eo vero consilio quod ex cause ratione initur: aīad/
uertendum est quidnam eorum que coniuncta sunt
augere aut gignere reliqua possit.Que rursus vel gi
gnantur:vel incrementum ab eo accipiant. In eo ve
ro quod ordo prescribit:quid a quo:vel quid cū quo
vel quid post quid sanari possit.Fingatur igitur in
ventrem defluere ex cerebro superfluum quendā hu
morem frigidum:atqꝫ eius occasione intemperiē in
ventre contractam iam esse:quin potius malū iam
succum per totum eius corpus media omnia simila
rium particularū spatia occupasse.In eiusmodi cō/
plicatis dignatione maius est intemperies:propter
ea videlicet quod ipsa temperies:proprie vero essen
tie ratione quodcūqꝫ vtiqꝫ tale fuerit circa proposi/
tum in sermone egrum.Ac ponatur ad presens ma/
ximus trium affectus esse succoruꝫ qui in tunicis vē
tris continentur.Esto(si libet)vt idem quoqꝫ affectꝰ
rosionis sensuuꝫ faciat:atqꝫ ex eoipso animi defectū
⁊ sudores quosdam cuꝫ syncopes dissolutione accer
sat:ita videlicet vt quatenꝰ supra vires est reliquis
sit maius.Constat igitur primam esse adhibendam
curam:vt ei quod vires resoluit occurratur. Deinde
quoniam omnium maximum proprie essentie ratio/
ne hoc finximus : vtiqꝫ ad id primum te verteris ac
primum id sanes . Ubi id mediocriter se habuerit:
acneqꝫ vires ampliꝰhabent:neqꝫ plurimū vitiosi suc
ci in ventre sit:tū nimirū ad causam accedes illud ꝓ
comperto habens non posse ad perfectionē vllū affe
ctū sanari manente adhuc ipsa vnde natus est cau/
sa.Ordo autem curationis:modo contraria in se re
media:sicut in phlegmone ⁊ vlcere indicat:(ostensuꝫ
nāqꝫ est que phlegmonem sanant:ea maius reddere
vlcꝰ)mō alteri affectui nihil nocet: sicut in ꝓposito
nunc casu.Qui enim educit humorem qui in sinu vē
tris continetur : is humorum qui in tunicis conti-
nentur alimentum adimit : eque ⁊ qui cerebrum ita
sanat ne quam sensibilem redundantiam creet:is ve
luti fontem fluxionis in ventrem destruit. In his er
go ordo curationis cum ordine causarum consen/
tit:quanquam in alijs dissentit.Ceterū quod ex ma
gnitudine spectatur : id distingui prout dictum est
debebit. Ac primum quidem id agendum est vt ei
quod maximum est propriam medicamentoruꝫ ma
teriem accommodes:dein de pro causaruꝫ ordine to
tū cures.Etenim cū neqꝫ copia notabilis excremento/
rū in ventre sit:nec eorū que in capacitate eiꝰ conti-
nentur:nec eorū que in tunicis:sed neqꝫ rosio quevi
ribus officiat:tū omniū primū sanandū ipsuꝫ cere
brū est.Ad hoc sinus ipse ventris vacuandus exter/
gendusqꝫ est:postea ipse tunice expurgande: postre/
mo intemperiei est medendum.Dicta vero priꝰsunt
cuiusqꝫ horū medicamenta.Itaqꝫ nec prolixus ha/
bendus adhuc sermo est:sed finis tā libro imponen
dus.Omniū enim reliquarū partiū intēperies simi
liter ijs quas in ventre proposuimus sanabuntur.
Semper eīm cōparādū remediū est qđ sit affectui cō
trariū:ac illi remediorū indicatio q̄ a laborantis nā
sumit̄ adijcienda:de qua dictū in superioribꝰ iā est:
dicet̄ tñ in sequentibus vberiꝰ.Necessum vero erit⁊
nunc paucis de ea mentionē facere.Prima quidem
indicatio a laborantis loci tēperie sumit̄:que calfa/
ciendi:refrigerandi:siccandi:vel humectandi:vel ali
quid horum coniuncte cum alio faciendi mensuraꝫ
prescribit.Secunda ex eo sumitur qđ actio eiꝰ omni
bus animalis partibus sit communis:aut quod cō
munē virtutē nūc sumministret. Tertia ab ipsa par
tis figura.Quarta ab ipsius positura:cuius portio
est ad vicinas animalis partes societas. Tū preter
hec oīa ipsa sentiendi vel acrimonia vel hebetudo.
Ac dicet̄ quidē in sequentibꝰ de singulis horum la/
tius:nūc paucis eā transcurramꝰ. Queciūqꝫ calidio
res natura partes ex frigore laborant:he ⁊ liberaliꝰ
⁊ diutiꝰcalfieri postulant:sicuti etiā q̄ frigidiores na
tura sunt si ex calore laborent refrigerari:⁊ sicciores
si ex humiditate male habeant siccari.Ad eundē ve/
ro modū ⁊humectari que hūidiora naturaliter sunt
vbi ex siccitate laborant:tum vberius tum diutiꝰpo
stulant.Quippe eatenus redeat ad naturam eorum
quodqꝫ necesse est quatenus a natura recessit:ac ve/
luti quadā via retroferat̄ que in diuersum agat ei q̄
facta in ipso est transmutationi. Contra vero pars
que calidior natura est:si calido morbo egrotat:exi/
gua breuis ve temporis refrigeratiōe eget:sicut que
frigidior est calfactione.Ad queꝫ modū in humidis
quoqꝫ ⁊ siccis se habet.Siquidē breuis est ī eiusmo
di in id qđ preter naturā est lapsus:⁊ rursus ī id qđ
preter naturā reditus.Unde etiam minus periclitā
tur quicūqꝫ cognato nature sue morbo laborāt. Nō
latet vero ⁊ quod sicubi coniugate intemperies in/
ciderunt:eatenus he reduci ad naturā postulāt qua
tenus a natura recesserunt.Atqꝫ ita quidē a tempe/
ramento laborantis partis auxiliorum indicatio su
mitur.Ab eo vero quod actio eius omnibus anima/
lis partibus vtilis sit:aut paucis quibusdā:aut vni
sibi:in ijs intēperiei generibꝰ q̄ absqꝫ humore infe/
stant vtiqꝫ nihil ex hac indicatione sumit̄.Nā ⁊ re/
frigerari ⁊ calfieri:⁊ siccari:⁊ humectari:⁊ per coniu
gationem quiduis horū pati singule particule pro
morbi portione requirunt.In ijs tamē que ex hūo
ribus sunt orte:si particula soli sibi inseruiat auda/
cter vacues licet prout affectꝰsuadebit: sed tñ etiam
virtuti attentus.Sin necessariū opus eius sit oībus
aīalis partibus:veluti ventris ⁊ iocinoris:nō leuis
habēda solicitudo de robore virtutis est:ne hác ma/
gna semel vacuatione vsus dissoluas.Est porro cōe
opꝰ⁊ venaꝝ ⁊ arteriaꝝ:⁊ cordis thoracis ⁊ renū:et
vtriusqꝫ vesice:tū eius que lotiū excipit:tū bilē: cum
vasis etiā que abvtraqꝫ procedūt.Cerebri vero opꝰ

cū sanati sumꝰ:ad volūtarias actiones necessariū ē: ijs scilicet instrumētis quibꝰ eiusmodi actiones obimus. Cū egri sumus:necessariū nō est:nisi ijs tātum que ad respiratum sunt deputata:reliquoꝝ vero organorū actio certe nō est:ministeriū tamē est ad vitā necessariū veluti pulmonis ⁊ aspere arterie ⁊ fauciū. Ergo ex eiusmodi particulis quā primū vacuare redūdātiā licet prout volueris. Ex vētre ṽo ⁊ iocinore vtcūqꝫ vacuare nō licet:sed cū cautione:vt ne q̇d virtuti officias. Qm̄ aūt nō par est actionū dignitas ad egros seruādos:sed alie magis his alie minus salutares sunt:vtiqꝫ ad portionē actionū dignitatis etiā cuiusqꝫ partis prospiciēdū est robori. Maxima igitur est cordis officij dignitas:atqꝫ egrotantibus maxime omnium necessaria. Cerebri ṽo ad vitā quidē par est momētum:nō tamen par robur eius in egrotis requirimus:cū necesse omnibꝰ non sit neruorum ac musculorum opera vti. Itaqꝫ abūde fuerit: si tantum eius seruatum sit: quo respirationis munus sit obeūdum. At ṽo iocinoris opus omnibus particulis pernecessarium est:nō tamē adeo saltē perpetuaꝫ necessitatē habet sicuti ipsius cordis. Ad portionem autem iocinoris:etiā vētris opus se habet. Intelligens ergo omnium particularū: tum functiones:tū vsus:quos in alijs cōmētarijs tradidimꝰ: haud difficulter inuenies quatenus cuiusqꝫ robur custodiri oporteat. Ad eūdē ṽo modū ⁊ quecūqꝫ partes alijs authores facultatum sunt:harū quoqꝫ robur seruare decet pro facultatis earum vsus portione:quo vcꝫ illis animalis partibus subministrēt. Sane de his particulis illud(arbitror)didicisti cerebrū neruis ac musculis:cor arterijs:iecur venis suppeditare virtutē. A figura ṽo indicatio ipsius modi vacuādi excrementi suggerit̃ ad hūc modū. Venter vomitu dejectioneqꝫ inanit̃. Intestina dejectione tm̄:sicuti etiā iocinoris caua. Renes ṽo ⁊ vesica ac iocinoris gibba:si multo vitioso succo sunt referta per dejectiōes ⁊ pharmaca dejectoria(catoterica greci vocāt)expurgantur:sin modico per vrinales meatꝰ. Cerebrū ṽo per palatū:⁊ nares:⁊ aures. Pectus ⁊ pulmones ꝑ asperā arteriā ⁊ fauces. A situ indicatio dabitur tuꝫ ad solidarū intēperies : tum ad succorum vitiū sane nō leuis. Nā qui ꝑ summa corporis intēperie laborāt ijs medicamēta que intēperies requirit applicabimus. Quibus aūt in ꝓfundo corpore intēperies est in ijs rōnem interualli inhibimus. Si em̄ medicamētis ijs vtere que intēperies requirit:vtiqꝫ multo imbecilliora quā ꝓ vsu tuo ad locū peruenient. Jam ad vacuationes quoqꝫ nō nihil situs indicat : dū societatem laborantis particule cū alijs docet. Nam nisi illud compertum haberemus quod cauo iocinoris subijcitur vētriculus ⁊ ieiunum:tum qđ ieiuno ipsi tenue intestinum succedit:id ṽo colon excipit:ac colon qđ appellāt rectū:vtiqꝫ inuenisse illud nō licuisset:qđ iecur ⁊ per aluū ⁊ per vomitū expurgari possit. Ceterum aptior sit prior vacuatio:tanqꝫ vsu iam callentibus intestinis iocinoris superflua tolerare. Non spernenda vero indicatio est ⁊ ea quam sensus partium acuitas hebetudoqꝫ suppeditant:quando omne medicamen contēnunt que tardi sunt sensus: etiam si nō leuiter rodāt. Atqꝫ acuti sunt sensus:eoꝝ vires dolore resoluunt. Expedit igitur has nec cōfertim nec semel valentibus auxilijs mederi tētes : sed tuto potius in tempore. At vbi tardus est sensus in his etiam celeriter obire quod iustum est licet semel vsis remedio quod sit idoneum. Verum quod supra dixi de horū indicatione:latius disceptabitur in sequentibus : idqꝫ eo precipue loco quo de tumorum preter naturam curatione agemus.

¶ Galeni methodus medendi vel de morbis curandis Thoma Linacro Anglo interꝑte liber octauus.

Quemadmodum vero febres quoqꝫ nō secꝰ quā alij morbi:qui ex intēperie in nobis cōsistunt quosqꝫ in precedēti libro narraui methodo curentur:tempestiuum nūc dicere videtur. Qđ igitur Eugeniane charissime:simpliciū ac primarū partiū(quas Aristoteles similares vocāt)natura ex calido:frigido:humido: ⁊ sicco īter se mixtis cōstet: vno volumine ostēdimus:in quo de elemētis ꝓm Hippocratem disputauimus. Quod vero ex eo quod hec calidior sit illa frigidior:vel humidior:vel siccior : vel simul horum aliquibus copulatis affecta:simplices ac prime particule inter se differant : id in libro de temperamētis est assertum : ⁊ in libro quo de morboꝝ differentijs agitur:duo in vniuersum esse morborum genera que in simplicibus animalis particulis oriantur:docuimus. Alterum quod etiam secūdis ⁊ compositis ⁊ instrumentalibus sit commune. Vocauimus autem id vnitionis solutionem. Alterum ipsarū peculiare qđ in calidi:frigidi:humidi ⁊ sicci intemperie consistat. Esse autem ex intemperantijs ipsis:que quidem in vna sunt contrarietate simplices : que in ambabus compositas. In ea itaqꝫ que est inter calidum ⁊ frigidum oppositione duas esse simplices intemperies. Alteram vbi quicquam tantum efficitur quam erat calidius:vt eius ledatur actio. Alteram vbi pari modo inualuit frigiduꝫ. In ea vero oppositione que est inter humidum ⁊ siccum:alteras etiam geminas:nēpe humidam ⁊ siccam. Copulatis vero inuicem simplicibus alias existere quattuor : humidā ⁊ frigidā: humidā ⁊ calidā:siccam ⁊ frigidam: siccam ⁊ calidā. Tradite vero sunt ⁊ cause que has intemperies generent in alio libro in quo morborum causas reddidimus. Sane vnus quispiam morboruꝫ est quos intēperies creat:⁊ febris vtiqꝫ cum adeo immodice auctus calor est:vt ⁊ hominem offendat ⁊ actionem ledat:quādo si neutrum adhuc efficiat:quantūuis sit homo nuncquam ante calidior:nōdum tamen febricitare cuꝫ monstrauimus. Quoniam autem quicq̇d preter naturam in nobis oritur:siue speciale nomen sortituꝫ sit siue generale:id extra corpus non est:sed tum pleuritis:tum phlegmone:tum morbus:tria simul in vno consistunt corpore:verbi gratia Dionis: indicat autem ⁊ horum quisqꝫ propriam indicationem eque profecto vt eius qui maxime omnium specialis est ipse differentie:ob hec vtilius visuꝫ est seorsum de febrium differentijs tractare:quo omnibus prius preparatis:sermo nobis hoc loco citra omnē eorum qui parum recte de ijs scripserunt refutationem absolueretur. Reuocemus igitur ad memoriam discriminis earū capita:quo propriam ex vnaquaqꝫ indicationem sumamus. Est igitur vna earum differētia illa:in qua causa adhuc adest febrim creās:aut febri excitata iā desijt. Altera ṽo q̄ vl̃(vt greci loquū

tur) hectica febris est que iã facta est: vel etiã (vt ali/
quis eorundem dixerit) schetica. Nam qm̃ eos affe
ctus qui facile discutiunt: en schesi grece vocant: qui
tales non sunt en hexi: concedendũ est dilucidioris
doctrine cã etiã febriũ ipsarũ eas que egre discutiũ
tur hecticas: que facile scheticas nominari. Dicẽdũ
qꝫ febriũ alias facile solubili affectu esse: perinde vt
percalfactũ in sole lignũ. Alias difficile solubili: velu
ti qð igni eatenꝰ excalfactũ est vt iã accẽdat ⁊ fumũ
edat. He sunt prime febriũ differentie. Quas vbi cũ
summis primũ indicationibꝰ iunxerimus: mox ad
magis illis speciales veniemꝰ. Prima em̃ oĩs febris
indicatio veluti a morbo est ablationeȝ eius prescri
bens. Secunda vero ceu abs tali est morbo: que nõ
absolute sublationẽ vt prior: sȝ certã quãdã sublatio
nem indicat. Nã cũ febricitantes ex intẽperie labo/
rant: necesse est sanationẽ quoqꝫ eorũ intẽperãtie de
pulsionẽ esse. Oĩs aũt excessus per contrarium exces
sum sanat. Etem̃ id quoqꝫ ante est ostensum. Qua/
re febrilis quoqꝫ intemperantie excessus per contra
rium excessum sanabit. Est aũt febrilis intemperan
tie excessus in caloris abundantia. Huic ergo ad tẽ/
peramentum via erit per id quod refrigeret. Itaqꝫ
si tam presens febris est: sed causa que eaȝ excitauit
iã desijt: huic tm̃ sanande eius consiliũ dirigetur vt
refriget. Quare querenda nobis talis mã est: q̃ cum
redundante calore paria refrigerando faciat. At si i
generatione adhuc febris est: causa que eam accẽdit
submouenda est. Sin pars eius iã genita est pars in
gignendo: vtriqꝫ consulendũ est. Primũ quidẽ sub/
mouendo que eã accendit causam: deinde extinguẽ/
do que ab hac accensa est febrem. Ergo nisi quis ad
vnguẽ memoria teneat ⁊ que cause febres generent:
⁊ in quo cuiusqꝫ corporis affectu: is nunq̃ methodo
febri prospiciet. Dictũ nãqꝫ est in ijs corporibꝰ mea
tuũ cõstipationẽ febrẽ excitare in quibus quod trãs/
pirat halituosum non est (ἀτμώδες greci dicunt)
cuiusmodi visitur in ijs qui boni sunt succi: sed mor
dax ⁊ acre: fumo fuliginive non absimile. His igitur
corporibus saluberrima est ex aqua dulci et tem/
perata lauatio: tum frictio que rarefaciat: et ex/
ercitationes modice: ⁊ victus qui dulces afficiat suc
cos. Aduersissima vero sunt lauatio frigida: ⁊ alumi
nosa ⁊ lauationis abstinentia: ⁊ exercitatio acuta: et
frictio: vel plane nulla vel dura: ⁊ victus mali succi:
⁊ vigilie: ⁊ ira: ⁊ tristitia: ⁊ cura: vstioqꝫ in sole ⁊ fati
gatio. Verũ de reliquis post dicam. De stipatiõe ve
ro meatuũ vnde digressus sermo est: liquido scire li/
cet solã eam si reliqua omnia desint accẽdere febreȝ
posse. Si itaqꝫ eiusmodi naturas a conuenientibꝰ si
bi lauationibus prohibeas protinus febricitãt. Vi
disti aũt profecto quo tẽpore Rome nobiscum egisti
aliquos ita laborare. In quibꝰ qui mirificam diatri
ton trãsmittere eos in cibi inedia cẽsent: ipsi difficil
limas febres faciunt: qn̄ protinus in prime accessio
nis inclinatiõe in balneũ eos ducere oportebat: ibi/
qꝫ sinere crebro si vellẽt: nedũ semel aut bis lauare.
Ego nãqꝫ reliq̃s oĩbꝰ omissis: eũ tibi in memoriam
reuocabo q̃ in aq̃s aluminosis (que abula vocãt) est
lauatꝰ: ac ex eo cute densata: post incepit febricitare
Quippe satisfaciet is ꝓ claritate sermonis nostri ve
luti exẽplũ. Sane hoiem inuisebãt medici q̃dã nõ in
celebres: alter Erasistratiꝰ: alter methodicus: visum
aũt est ambobus hominem a cibo continere. Quod
tamẽ nos: cum post illos digressos superuenissemus:
non permisimus: sed statim in balneũ perductũ: ⁊ te
pẽti oleo largissime perfusũ: tum blãdissime ꝑfectũ
quãplurimum temporis in calidi solij aqua versari
iussimꝰ. Mox egresso: ac frigida ex cõsuetudine vso:
tum sindone cooperto: considere paululum ad vires
recreandas precipimus. Postea denuo in balneum
perducto: ac rursus similiter tum vncto: tum perfri/
cto: ac in calida morari iusso: dein rursum educto: ac
frigida merso detersoqꝫ exhibuimus cibum: ꝓtinus
quideȝ vt egressus est: atqꝫ aquam bibit ptissane cre
morem: dein paruo interuallo lactucam: ac post hãc
ex simplici albo iure piscium aliquid eorum qui
molli sunt carne: cuiusmodi saxatiles sunt omnes ⁊
aselli. Porro non alienum sit: quo nihil narrationi
desit: oĩa recensere. Tempus anni erat quo hec age/
bantur paululũ post caniculares quos vocant dies.
Homo ipse circiter quinqꝫ ⁊ triginta annorũ: colore
nigello: ⁊ habitu corporis gracili atqꝫ hirto: tum q̃
tangentibus etiã cũ valeret: manifeste calorẽ exhibe
ret mordẽteȝ. Vrinas quoqꝫ habuit abũde flauas:
ac si plusculũ cibo abstineret: etiã mordẽtes. Aluus
assidue sicca erat. Tũqꝫ excreuit: exigua acriaqꝫ ⁊ sic
ca. Mores animi ad irã ⁊ cogitationẽ ꝓpensi. Ipse
pauci oĩno somni: ⁊ q̃ ꝑpetuo de vigilijs quereret.
Hic quodã loco quo negotiorꝫ gratia cõcesserat: abu
lis (q̃ haud longe aberãt) vtebat septima (vt aiebat)
diei hora: ac ter quaterqꝫ se lauit: salubriter sibi con
suluisse ratꝰ. Hinc quoqꝫ vbi rursus in agrũ se rece/
pisset: ac cibũ sumpsisset: ⁊ paululũ indormisset: ve/
nit ad vrbẽ sero vespere: vbi destitutꝰ idoneo balneo
nocte febricitauit. Cum aũt tertia fere diei hora cõtẽ
plati eũ medici essent iusserũt nõ eũ mõ diẽ: verũ etiã
posterũ totũ ꝑ ineddiã trãsigere: quo tertie diei noctẽ
obseruarẽt. Atqꝫ his dictis abierũt. Nos tũ lauato:
tum vt predictũ est cibato: ministris precepimus: si
medici vesperi venirẽt: quiescere hoĩeȝ dicerẽt: eosqꝫ
statim remitterẽt: ac postridie mane redire iuberent.
At vero abierũt: rursus hoiem simili modo lauatum
ac cibatũ: ijs ipsis que egimus dormire ꝓhe fecimꝰ.
Accedentes aũt mane postridie medici cẽsuerũt etiã
eo die cibo illi abstinẽdũ: etiã si quã maxime sine fe/
bri ꝓrsus eẽt. Illo ꝟo ꝓmittẽte qð iuberẽt: scis quã
tus illis digressis risus sit excitatus: quẽ nos paulo
post superueniẽtes: deprehẽdimus. Nõ fugit ꝟo nec
quomodo cũ laborãte ipso sit actũ. Nã qm̃ (inquã)
cum valeres: bis lauare solebas: ac medici cibũ tibi
omnino circũcidũt: nec illis iure in totũ obsequẽduȝ
esse: ⁊ aliq̃d eorꝫ quibus per sanitatẽ es vsus: immu
tandũ arbitror. Eo ꝟo putante me suasurũ vt laua/
ret quidem sed non bis: tum paratum se affirmante
quicq̃d iusserim exequi: ergo (inquam) neqꝫ inediaȝ
tolerabis: neqꝫ lauabis bis: siquidẽ ⁊ laborasse mihi
videris iam triduo: ⁊ calfactus vehementius a sole
fuisse. Propter igitur laborem (inquam) ⁊ vstionem
vnam te adijcere lauationem ad duas oportet: ac ter
mihi audientem lauare: quoniam id mihi pollicitus
es. Ille subridens dura (inquit) imperas: ceterũ quo
niam stare pactis est iustum faciam que iubes. Que
vero medici post hec egere: nosti plane quãto erant
digna risu. Bis iam lauatus fuerat pransusqꝫ dor/
mierat: cum circa occasum solis ministrorũ quispiã
adesse medicos nũciat. Hic ꝟo febricitare se simulat:
ac veste circũdatꝰ inuolutusqꝫ quo minꝰ bibisse vinũ

deprehenderetur amico cuidã mandat medicis si quid percõtentur ꝓ se respondeat. Erant aũt de more vbi inuolutũ curiose hominẽ etiã cũ capite viderent primum illud solenne ipsis rogaturi quota hora accessio inuasisset. Cũ aũt amicus respondisset ferme ne vnã quidẽ integrã ex quo cepisset intercessisse horam cũ horrore ne an frigore cepisset rogant. Eo cũ horrore respondente tangunt hominẽ tã corpore propter risum ⁊ operimentũ madentẽ. Itaqꝫ vbi hominẽ laudassent qđ sibi obtemperasset nec quicquã ante tertie diei accessionẽ deliquisset: ob id ipsum (inquiũt) nũc te deseruit horror est que sudoris idiciũ ac multa humiditas circa cutẽ: que haudquaqꝫ euenisset nisi inediam tolerasses ⁊ triduũ transmisisses. Iussis igitur propinquis: si que guttule illi manarent diligenter detergerẽt ne frigore officerent: tũ mane se redituros prefati discedunt ne tũ quidẽ post sudores iusso homine nutriri. Vise nãqꝫ sunt illis noctes eo tempore breues: vtiliusqꝫ esse postridie mane nutrire. Digressis igitur ipsis perfusus sudore iuuenis ita vt inuolutus vestibus fuerat in balneũ cucurrit ac tertio lauit ⁊ similiter est cibatus. Postridie priusqꝫ aduentarẽt medici egressus domo dedita opera est ne se deprehẽderent. Itaqꝫ cũ paulo post venirent ⁊ egressum intellegerent: mirati inter se sunt qui tandẽ hominẽ egredi subegisset tã bidui passuz inediã. Ergo si hoc vno male affecti ab eiusmodi medicis egri essent qđ pluribus diebus in cubilibus detinerentur cũ liceret sine intẽpestiua hac inedia multo citius ad consueta vite munia redire: erat profecto vel id pergraue. Verũ lõge grauius est qđ accidit. Cũ eñ memorate nature vbi sub tali victu reguntur grauissimis occupentur febribus: qui hunc iniungũt medici nihil mihi a carnificibus differre videntur. Nũ eñ veluti qui humidi ac boni succi sunt vbi in febri diaria transmittere mirificam diatriton coguntur vnũ id tantũ patiuntur incommodum quod frustra cruciantur: sic etiam nature iã cõprehense: imo ex longiore inedia acerrimis acutissimisqꝫ corripiuntur febribus: a quibus promptus est in hecticas transitus: atqꝫ ab his rursus in torridũ marasmũ: aut si os ventris facile iniurijs patet in eũ qui syncopen id est animi defectũ infert. Audisti eñ subinde nõnullis talium medicoruz dicentẽ me licere ipsis euidenter intellegere quãtum mali cõmittant dũ eiusmodi naturas in inedia custodiunt: si velint dũ sani oĩno sunt biduum eos inediã iubere tolerare. Cernent eñ illico febricitantes idqꝫ ob nullũ profecto aliud quã famẽ. Siquidem cui nec suberat prius quicquã in corpore quo grauaretur nec quicquã illi interim accessit extrinsecus noui: is plane ex inedia febricitauit. Quãdo eñ (vt dictũ est) nõ vnus alter ve sic intẽperatorũ sed plane omnes vbi inediam tolerarunt ⁊ balnei solio abstinuerũt febri corripiuntur: ne vel leuis quidẽ amplius relinqui nobis suspitio potest quasi ob aliud quippiã ⁊ nõ inediam febricitarint. Quibus nãqꝫ in corporis tẽperatura siccũ preualet humido ⁊ calidũ frigido: his corporis habitus gracilis hirsutus ⁊ nigrior est ac reliquis tribus intemperamẽtis que hoc sunt minꝰ calida tactu calidior aduertitur: plurima quoqꝫ his flaua est bilis vrineqꝫ ac deiectio bili satura ⁊ pulsus magni ⁊ somni leues ⁊ pauci ⁊ animi impetus vehemens. Ergo recte horum Hippocrates tum generalem victus formulam cuiusmodi esse conueniat tum quot ac qualia symptomata in eiusmodi homines incidant nõ solũ vbi totũ diẽ in cibi inedia trasegerint verũetiam vbi altero cibo qui ꝓ prandio datur abstinuerint prodidit. Quippe in sexto de populatim grassantibus morbis ita inquit. In calida natura refrigeratio aque potio quies. In libro aũt de acutoꝝ victu quẽ alioqui Cnidijs sententijs adscribunt cũ de ijs disputat q̃ solitũ prandiũ dimittunt etiã huiꝰ nature hoĩm meminit picrocholos eos grece quasi amare bilis homines ab redũdante scilicet succo nominans. Habẽt ãdo eius verba se ad hunc modũ. Sꝫ ⁊ q̇ bis die comedere consueuerunt: ij si nõ prandent egrotant: tũ imbecilli fiũt ac timidi ad qđuis opus preterea cordis dolorẽ sentiunt. Siquidẽ suspensa illis viscera videntur ⁊ calidũ pallidũqꝫ mingunt ⁊ deiectio vritur. Sunt preterea quibus os ventris amaricat oculi cauantur tẽpora saliunt ⁊ extreme partes frigent. Hec vbi ꝑdixit mox alia quedã tũ de cena tũ de nocte: ad finẽ sermonis ait huiusmodi note homines (quos picrocholos vocat) tũ vnicũ in die victuz: tum inediam quam alios homines difficilius ferre: vnam nimirum in eo libro exponens partem eorum que in sexto Epidemion monuit in vniuersum: nempe quod ad victum spectat. Nam refrigeratio quã calidis naturis suasit efficitur cum ex alijs tũ nõ minime ex cibi exhibitione. Qui nanqꝫ originalẽ tẽperaturam parũ moderatã habent: horũ insitum calorẽ: si squalẽs acerqꝫ est cibi mitiorẽ minusqꝫ mordentẽ reddunt. Sane illud nõ latet ⁊ boni succi ⁊ exquisita debere esse que his exhibeantur nutrimenta non tamen ea que boni succi propterea qđ exiguum huiusmodi substantie in se habent nominentur ac nutrire nequeant: imo que vtile plurimum in se contineant. Sunt namqꝫ ⁊ malue ⁊ brassice ⁊ bete ⁊ lactuce ⁊ deniqꝫ omnia olera ⁊ fructus nutrimenta cum substantia in his habilis ad alendum contineatur. Verum sicut in his exiguum est quod nutrit non exiguũ qđ est inutile: ita in pane puro ⁊ ouis ⁊ carne ⁊ alica plurimum est qđ nutrit minimũ quod est inutile. Quod si id quod admixtũ inutile est preterquam quod nõ nutrit etiam acrem aut acutam aut acerbaz aut amaram aut deniqꝫ vitiosam quãpiam qualitatẽ habet: non modo non proprie nutrimẽta sunt sed etiam medicamentose facultatis non parum in se habent. Expedit igitur tales homines illis nutrire cibis quicũqꝫ nec medicamentosam vllam sensu perceptam vim habeant sed nec ipsum quod nutrit plurimũ quãdo hoc quoqꝫ si exuperat vitio nõ caret. Principio nãqꝫ nec q̃ i vẽtriculo eorũ agitur cõcoctio est exacta: nec si ventriculus eorũ superet: que in venis obitur: est absoluta: nec si istbic haud magnꝰ sit error: saltem tertia que singulis partium propria est: facile in omnibus illis ex sententia respondet. Conueniet profecto huic ⁊ vt frigidum humidum que quodãmodo ei nutrimentum exhibeas: vbi corpus tum calidius tum siccius solito est redditũ. Quare cõmodissimus huic est ptisane cremor ad vnguem coctus: in quo nullum sit superfluum condimentum: vtpote qui ⁊ refrigerare: ⁊ humectare ac sine siti seruare hoĩem potest cum eo quod nec halituosum: nec humidũ: nec siccuz detinet excremẽtũ. Voco halituosa quecũqꝫ ꝑ cutim foris effluere sunt apta. Humida q̃ ꝑ vesicã. Sicca q̃ per aluũ. Quippe a vincẽti in singulis eoꝝ substãtia noĩa imposui. Qđ aũt nullũ horũ retinebit ptisane

cremor manifestū est. Que em̄ alui deiectiones sunt eas adstringentia retinere solēt. Que ꝑ vrinas ⁊ vniuersam exeunt cutim hec detinent ea q̄ exiguis meatibus inherent: emplatomena vocāt. Preterea q̄ valēter adstringunt ea stryphna greci vocāt. Ptissana vero nec exiguos cutis meatus obturādi nec adstringēdi vim habet vllā. Ac qđ nō adstringat quidē vel gustus ipse docet: cuius vnius est qđ adstringēdi vim habeat discernere. Qđ vo nec cutis meatibꝰ lentitia crassitudineve sua ĩhereat id ratiocinari ex reliquis eius effectibus est promptū. Nā siue sordidū corpus extrinsecus ptissana defrices vtiq̃ sicut aphronitruʒ ⁊ mel deterget. Siue ex ventre educere mediocrem pituitam velis nihilominus mulsa vtilē ptissane cremorē experieris. Additū tamē in dictionē est mediocrem: q̄m si multa ⁊ vehemēter glutinosa ⁊ crassa pituita sit hanc radicula ex oxymelite nō mulsa aut ptissana detergere est habilis. Est sane ⁊ aqua mulsa ad oēs ante dictas expulsiones idonea. Veꝝ nec sitim restinguit vt ptissana ⁊ in amara bili abūdantibus naturis facile vertitur in bilem. Optimū igit̄ (vt prediximus) in eiusmodi tēperamētis nutrimentū est ptissana. Proximū ab hoc alica cui paululū aceti sit adiectum. Tertiū q̄ sine aceto liquida est nō crassa: qualem nonnulli preparāt adsimilē pulti. Iniecisse vero huic ⁊ cocti aliquid porri satius est. Nā qđ tū anethi tū salis aliq̄d necessario habebit neminē latet. Quin etiā in furno coctus panis vtilis est cibus: sicut etiā e piscibus saxatiles oēs. Nec ipsi minus aselli: nisi si prope lacum aut magnum flumē quod in mare decidat depasti humidā magis glutinosamq̃ habeant carnē. Proxime asellos sunt solea ⁊ torpedo itēq̃ lupus ⁊ mullꝰ post mugil e pelago. Pis aūt piscis deterior est qui prope lacum qui mari coniungitur aut magni fluminis ostium pascit. Ex volatilibus auteʒ optimi sunt perdices ac mōtani omnes passeres. Ab his gallinacei ⁊ phasiani ⁊ iuuenes columbe. Sʒ nec he tamē intus claudende cū excremētosa sint omnia que exercitatione carent. Excrementosa vo non minus sunt tum lacustria tum paustria omnia. Quo fit vt etiam ex ipsis suillis carnibus optima sit montana. Ab his deinceps hedi sunt: in omnibus iam dictis fugienda tum vetula tum recens edita sunt. Illa nanq̃ duriora concoctuq̃ difficiliora sunt: hec immodice humida ⁊ excrementosa: ac potissimū quecunq̃ ex animaliū generibus sunt que naturaliter humida sunt vt oues suesq̃. Verum de omni ciborū facultate alibi precepimus. Nunc veluti alia in hoc opere: sic ista quoq̃ exempli causa sint dicta. Siquidem propositum nobis in hoc est non tanq̄ in ijs que de alimētis ⁊ medicamentis scripsimus materias inuestigare sed solas facultates generales. Nihil autem profecto referat generales ne facultates an vniuersales appelles. Reuertamur ergo rursus ad propositū. Quibus acre aliquid quotidie transpirat ij si cutis ipsis stypetur ꝓpte febri corripiuntur. Stypant vo hāc tum que adstringūt omnia veluti paulo supra memorauimus de Abulis aquis: tum que lentitia crassitudineve sua exiguis meatibus inherent. Aliquādo autem ipsa cutis immoderatior siccitas exiguos ipsius meatus densat. Proinde qui enanthe in balneo vtebatur hunc nos vidisti quo tēpore inequalitatē sentire se quereretur vetuisse. Simili modo ⁊ q̄ largo vino cū oleo exiguo vtebatur. Item qui lentiscino tum cuʒ densitudinem sentiebat hūc quoq̃ decetero (vt scis) vti prohibuimꝰ. Inhibuimus nō minus ⁊ eum qui quotidie insolabatur: ⁊ eum qui puluere vtebatur. Alteri vero qui iam ad inequalitatem febrilem perueuerat vehementiam remittere frictionis iussimus. Iam alium (vt scis) curauimus mirantem quo pacto vna lauatione: ac debita frictione horridam eiꝰ multorum dierum inequalitatē dissoluerimus. Vtebatur autem ⁊ ille adstringēte oleo: hoc inquam iure propter alios vsus celebri. Hispanum vocant. Hoc igitur mutātes: ac sabino tum pinguiter: tum molliter vberius perfricantes ac his lauantes: illico sanū reddidimus. Non solum igitur hec vitanda ijs sunt qui fumidum ⁊ fuliginosum e corpore exhalant: sed etiam que glutinosum: ⁊ q̄ crassuʒ gignūt succū: quādo hec paruis meatibus inherentia trāspirationem morant̄ retinēt nō minus (vt dictū est) trāspirationē et que cutim immodice siccant. Multos siquidem talium cum sole vterentur: alios vero cum vberiore nitro: alios cum sale: aut exercitatione multa: aut frictione dura: preterea frictione sicca (xerotribiam vocant) ⁊ calidis fomentis: ⁊ puluere cum horum occasione quotannis egrotarent ipse testis es vt ab his prohibitos multis iam annis integros seruauerimus. Sunt autem merito eiusmodi precepta tum valentium tum eorū qui de valetudine querūtur cōmunia. Nō enim ei que iam facta est febri consulūt: sed ei que nunc in generatione est prospiciunt tollendis scilicet ijs que illas excitant causis. Quippe que adhuc in generatione febris est: dū aufert̄ causa ipa vna interit. Quare que in libris de sanitate tuenda de eiusmodi tēperamētis sunt prodita: ea oīa ad eos q̄ febricitare incipiunt siue id sanationem appellasse oportet siue prouidentiam sunt transferenda. Siquidem sanamus id febris quod iam inuasit etiaʒ si exiguum est. Prospicimus ne quid amplius proueniat adimentes causam. Veluti vero iā dictarū maxime naturarum ⁊ cū valent ⁊ cum de se queruntur illud cōmune consilium est vt fluxile ⁊ transpirabile vndique corpus reddatur: ita illud quoq̃ vt tū vigilias: tum iram tum tristitiam tum curam tum vstionem: tum frigus tum lassitudinem fugiant: cum promptissime post hec eiusmodi temperamenta febri capiantur. Sanare vero ea quoties ex aliqua dictaruʒ occasionū febricitant: oportet partim similiter ijs quos ex stypata cute laborare diximus partim dissimiliter. Quippe in prima accessione inclināte ducēdi in balneum omnes sunt: tum pinguiter simul ac molliter fricandi. Qui quidem ex aliquo qđ cutim adstrinxit laborant: sicut dictum est. Qui vero ex siccitate: fricandi quidem ⁊ ipsi: sed parcius: lauandi auteʒ vberius. Respiciendum vero semper ad virtutis moduʒ est in omnibus eiusmodi auxilijs. Atq̃ ire quidem ⁊ tristitie: ⁊ vigilie: ac cure: nec frictione indigent: nec multa lauatione. Sed omnibꝰ qui ex eiusmodi occasione febricitant: oleum infundendum tepidum large est: cui minime adstringēs vis insit: tum paululū fricādi: atq̃ ex cōsuetudine lauandi. Vstio vero ꝓtinus ab initio refrigerationē desyderat: tū crebrioreʒ lauationem minime vero aut oleū largū: aut crebrā frictionē. Sint autem que refrigerent: ⁊ rosaceum: ⁊ omphacinū: qđ (arbitror) omotribes .i. crudū oleū nominant. Vtiliora vo ex his sunt q̄ nihil in se salis oīno habēt. Efficies hec magis frigida: si ita vas in

quo cõtinentur: in puteo suspendas: vt aquã tangat. Preterea si defluxus frigide aque vasi se illidat: magis humorẽ refrigerat. Quod si largius refrigerataꝫ cupis: niue circũdabis. Infundere autem syncipiti: sublata in altum manu: per mediocrem lane modum oportet. Hec vsqꝫ ad inclinationem faciens: in balneum duces. Si vero qui memorato est temperamento: de quo omnis hic sermo est: ex frigore febricitet: etiam ducendus ad balneum in remissione is est. Si autem cum grauedine ꝛ destillatione febricitet: priusꝙ he concoquantur: lauandus nõ est. At qui ex vstione febricitant: ij vel cum hec adsint: lauari debebunt: veluti in libris de sanitate tuenda ostendimus. Post lauacrũ vero ijsdem quibus ante madefacienda amborum capita sunt: eorum quidem qui ex vstione febricitarunt: refrigerantibus: qui ex frigore: calfacientibus. Sunto autem ꝛ hec post balneum mediocria: cuiusmodi irinum est: ꝛ nardinum vnguentum. Uerum de his immorandũ pluribus non est: presertim in libris de sanitate tuenda iam proditis. Sed suffecerit dixisse reliq̃ simili modo in febricitantibus esse facienda quemadmoduꝫ in vstis ꝛ refrigeratis citra febrem: facienda precepimus. Non tamen quouis tẽpore lauandos febricitantes esse: sed in accessionis remissione. Preterea qui ex vstione febricitant: ijs intẽdendam que ex refrigerantibus cõstat curationẽ esse: ijs vero qui ex frigore: eã que ex calfacientibus consistit: remittendã. Reliquum autem fuerit vt communitatem ac differentiam in victu omniũ comprehensarũ conditionum in proposito temperamento: vbi febri diaria laborat: exponamus. Omnium igitur cõmunis victus species esto: que ꝛ boni sit succi: ꝛ concoctu facilis: ꝛ que nusꝙ exiguis cutis meatibus inhereat. Sed ijs qui exusti sunt: cum eo quod refrigeret ꝛ humectet. Pari modo ijs quos ira male habuit. Iis vero qui refrigerati fuerunt: cum eo quod calfaciat modice. Iis qui peruigilio: ꝛ tristitia: ꝛ nimia cura sunt affecti: quod humectet: ac somnum conciliet. Ad eundem modum ijs qui fatigati sunt: magis nutriens. Iis qui refrigerati sunt: minus nutriens. Reliquis quod medium sit amborum. Uinum vero ipse conscius es omnibus me eiusmodi naturis concedere: sed quod tum aspectu tum viribus sit aquosuꝫ. Id enim ad omnia vtilius quam aqua est: vtpote quod ꝛ cõcoctionem iuuet: ꝛ vrinas ac sudores prouocet. Constat autem ꝛ Hippocratem nõ in diarijs modo febribus: verumetiam in acutis: ex ijs que de acutarum victu prodit: vinum dare. At in sexto Epidemiõ siue ipse sit: siue Thessalus eius filius: vinum calidis temperamentis prohibet: idqꝫ nõ modo cum febricitant: sed etiam per sanitatem. Quippe in calida natura suadet tum refrigerationem: tum aque potionem tum quietam. Nisi forte copiosius vtendum esse aqua quam vino eiusmodi naturis suadere eum dixeris: quemadmodũ nonnullis placet. Hoc igitur seorsum per se disquiratur. De potione vero frigide decidendum. Ego igitur censeo eius generis nature: ꝛ dum valent: eiusmodi potione magnopere iuuari: nec in diaria febri ijs quibus in vsu fuit: eam circuncido. Si quis vero nõ adsueuit: huic per febrem dare non inceperim: nisi pristina plane sanitate prius reddita. Quod si vel propter timiditatem: vel propter cõsuetudinem a pueris: vel falsam opinionem frigidam timeat: tum opere homini persuadeam: obseruans in estate cum estuat: tum oratione post opus. Nam vbi post vsuꝫ eiusmodi potionis liberatus statim ab vtẽdo estuãdoque est: visusqꝫ firmiorem ex eo stomachũ quam ante habere: tum venter illi biliosum deiecit: et probe concoxit: ac corpus cum ea iterum iterumqꝫ est vsum: reficitur: tum vero alijs quoqꝫ indicatis: quibus simili ratione contuli: exposuerim primum quidem illud esse omnium longe verissimum: quod contraria contrariorũ sunt medicamenta. Proditum autem mihi de hoc prius est: mox illud: quod temperamentum eius sanitatis symmetriã egressum morbo est propinquũ. Tũ quod sanitas eiusmodi corporum dubia est: ac potius in affectu: quã schesin vocãt: quã in habitu: quã hexin. Preterea qd̃ si boni tẽperamenti esset: hoc illi omni studio tuerer: cum vero vitiosi sit tẽperamenti ꝛ nature: in melius immuto. Porro dictũ ꝛ de his fuse est in libris de sanitate tuẽda: vnde nec immorandũ mihi hic multis est eos imitãti scriptores qui cũ pauca prorsus sciãt: ipsa in omnibus libris inculcãt. Id enim nõ multa est docere: sed multa scribere: ꝛ multas chartas cõsumere: cũ liceat paucas: ac multum temporis nulla necessitate conterere. Itaqꝫ nec notas diariarum febrium hoc loco describo: vtpote iam predictas mihi in secundo de crisi propemodum vniuersas: si que vero relique fuerũt: etiaꝫ in primo de febriũ differentijs proditas. Quinetiaꝫ in libris de pulsibus: quantũ ex ipsis sit vtile: exposuim⁹: soli (vt scis) omniũ qui ante nos fuerũt. Idqꝫ adeo (arbitror) clare: vt nec puerũ qd̃ tradidimus lateat: cũ Archigenes (vt oñdimus) nõ docuerit: sed deblaterarit plurima tũ in opere de pulsib⁹: tũ in eo qd̃ de febriũ significatione inscribit. Tanꝙ aũt eum qui in aluminosa aqua se lauit: medici vsqꝫ in tertiũ dieꝫ cibo abstinere iusserũt: ad eundẽ scis modũ nemineꝫ eorũ qui vel exusti fuerũt: vel alia quapiã ex iã dictis causis febri tẽtati: lauasse: aut nutriuisse: priusꝙ diatriton trãsmisissent. Necesse eñi profecto est ꝛ mediatriton dicere: ne in hoc quoqꝫ nugis eorũ me exponã: dicentiũ aliã esse tertij diei accessionẽ: aliã ipsaꝫ primã diatriton: quippe hacten⁹ eorũ nugas pcessisse: ipse aliqñ audisti. Sꝫ siue primã diatriton: siue aliud qduis appellasse velint: nõ semel nos bis ve aut ter: verũ sepius quã vt meminisse possimus: tum in primo statim die ad vesperã eos qui diaria febri laborarunt lauimus: tum vel magis in secundo: imo etiaꝫ in ipso tertio: ceu paulo ante diximus de eo cui stypata cutis fuerat. Uerũ hanc causam rarenter vidi febreꝫ accendere: (itaqꝫ etiã hãc maxime tractandã desumpsi) vstionẽ vero ꝛ lassitudinẽ: ꝛ ceterorũ singula plane sepe. Uidisti autẽ eos omnes quarto die mane ad solita redire munia: ac medicis qui ipsos tertium diẽ prorsus in cibi inedia exegisse fuerant opinati: occurrere. Itaqꝫ etiã miranti tibi quid demũ cause esset cur vel nunc saltẽ ab ijs que perperã opinantur: nõ recedant: cõuenienter (vt arbitror) respõdi: quod neqꝫ veram speculationẽ noscerẽt: ꝛ nunc eã incipere discere erubescerent. Aliqui tamen (veluti confitentem aliquando ex ijs quẽdam: idqꝫ cum lachrymis: veritateꝫ nobis solis audiuisti) nec vite sibi necessaria aiũt superfutura si qui eos scire aliquid existimant: discentes iam videant. Uerum tu hoc semel audisti. Deos autem testor multos id mihi sepe soli confessos: idqꝫ lachrymantes: ac infelicitatem suam deplorantes: quod sub malis preceptoribus temp⁹ perdidiss/

sent. Iuroqꝫ tibi rursus deos: illud quoqꝫ mihi perse
pe a condiscipulis dictū esse: cum essem adhuc adole/
scens. Nam cū mihi mos fuerat vbi aliquis me de se
cta aliqua nū sana esset percontaretur: dicere me re/
spondere nō posse nisi reliquoꝛū dogmata didicissem
ac methodū quampiā mihi cōparassez qua quod po
tius esset discernerē: nō pauci ex cōdiscipulis qui hec
audierant: responderunt me ⁊ excellenti natura: ⁊ sin
gulari ꝓpter patris mei liberalitatē esse eruditione:
tum ⁊ etatem ad discendū idoneaz: ⁊ impensas vnde
studijs vacem suppeditatas habere: secū nō ita agi:
qui ⁊ rudes in pꝛimis disciplinis essent: nec acuto vt
ego ingenio: nec quod impenderent habere: itaqꝫ cō/
tētos esse opoꝛtere ijs que nossent: qualiacunqꝫ ea fo
rent. Minime igitur mireris cur plerosqꝫ medicoꝛuz
nō pudeat diatriton in oꝛe habere: etiam si sexcēties
nos pꝛesagire in egris viderunt: diaria ne febꝛi labo
rarent: an ea que tertio quartove die affligeret. Illud
potius estima qꝺ Hippocrates monuit: homo alias
ingenio maxime philosophico. Cū in acumine moꝛ/
bus est: statim tū vltimos laboꝛes infert: tū tenui ad
vltimū victu necesse est vti. Ubi vero nō: sed licet libe
ralius cibare: tantum est de vltimo remittendū: quan
tum moꝛbus vltimis est mitioꝛ. Laboꝛes nāqꝫ dicit
omnia que hominem offendunt: vltimos vero maxi/
mos: quales vtiqꝫ in summo vigoꝛe fiunt. Iubet au/
tem reseruari in id tempoꝛis summam victus tenui/
tatem: nihil pꝛofecto docēs diuersum ab eo quod ali
bi dixit. Cum in summo vigoꝛe moꝛbus est: tū victu
vti tenuissimo est necesse. Atqui fieri nō potest vt sum
mam victus tenuitatem ad summi vigoꝛis tempus
differas: nisi inter initia conieceris circiter quotum
diem in vigoꝛe moꝛbus sit futurus. Sed ⁊ insanire
Hippocratem dicunt cum hec scripsit: ⁊ tametsi nos
opere ea ostendimus: omnia potius putant quā pos
se quempiam in pꝛima aliquando accessione certam
notitiam affectus habere. Ego vero nec in omnibus
egrotantibus fateoꝛ exacte me scire in pꝛimo die affe
ctum: nec vllam diariam me febꝛem posse fugere. At
vero vt nihil in victus ratione pꝛimis saltem diebus
pecces: hoc satis est si discernere diariam a reliquis
queas. Ac pꝛopterea quarto die: in quo illi hominem
quem iam siccarunt: pꝛimum nutrire incipiunt: nos
ad cōsueta dimittimus: ac a diarijs in acutas febꝛes
transitum fieri hac victus ratione pꝛohibemus: cum
siquis aliter cibet: excipient necessario iam dictas na
turas ardentissime febꝛes. Sunt eniz alie nature qui
bus aut nihil: aut nō magnopere incōmodet tot die/
rum inedia: sicut e diuerso alie quibus non modo nō
innoxia: sed etiam vtilis est triū dierum inedia. Ve/
rum de ceteris naturis post decernam. Pꝛopositam
vero nunc nobis ab initio naturam inedie in summū
ducunt discrimē: in quacunqꝫ iniungatur febꝛi: non
solum ijs quas modo commemoꝛaui diarijs. Etenīz
si pꝛopter obstructionem aliquando (vt dictum est)
moꝛata transpiratio est: si parua ea sit: qui recte deter
serit: secundam foꝛe accessionem verabit: sin momen/
tanea: nō possis ita ꝓmittere. Quod si ⁊ multi ⁊ cras/
si et glutinosi impacti succi sunt: que hos excipit fe/
bꝛis: fieri nō potest vt intra fines diariarum cōsistat:
quando ex necessitate huic in mali succi naturis ea ꝙ
ex putredine humoꝛum accenditur: succedet. Nam
in alijs saltem temperamentis: que in sequentibus
exponam: excitari ex tali causa potest citra humoꝛum
putredinem aliqua continentis febꝛis species. Poꝛ/
ro capere eiusmodi sermones omnino non potest qui
pꝛius in memoꝛatis operibus non sit exercitatus: ac
potissimum in eo quod de febꝛium differentia inscri
bitur. Nam vbi obstructio quepiaz mediocris est: ob
quam febꝛicitant quibus vitiosus est succus: in pꝛi/
mo die: atqꝫ etiam secundi aliqua parte nulluz est in
pulsu putredinis signū: eque vt nec cruditatis in vꝛi
nis. Pꝛotracta tamē remissione: nec amplius pꝛo ra/
tione: sicut post summum vigoꝛē inceperat: recedente
suspectus affectus est: veluti e diuerso in quibus ad
dissolutionem festinat: vel halitus aliqui vel sudoꝛes
exierunt: vel multa bona vꝛina: cum signis in pulsu
bonis: in ijs pꝛoculdubio diaria febꝛis est. Sed que
ex parua oꝛitur obstructione: ea (vt dictum est) saltez
inter initia similis diarijs est. Pꝛotracta tamen incli/
natiōe: suspecta redditur: quāuis putredinis indicia
in pulsu adhuc non appareāt. Quippe nisi vitiosus
succus penitus transpiret: necesse est putrefiat. Ergo
vt transpiret: maioꝛe iam auxilio est opus. Ac si qui/
dem vel puer vel senex sit: sanguinem detrahere non
licet. Inter has etates: vbi robur egro non deest: secā/
da vena est: etiam si plenitudinis signa non adsunt.
Pꝛestat enim vitiosi succi maioꝛe parte emissa ad de/
tergendas obstructiōes accedere: cum: alioquin metus
sit si obstructionibus liberandis pꝛiusqꝫ vacuaueris
studeas: ne ipsas magis impingas. At soluunt qui/
dem obstructiōes: que detersoꝛiā facultatem optinēt:
seu foꝛis cuti sint admota: seu intro in coꝛpꝰ accepta.
Periculum vero est etiā ne que foꝛas trahunt: vna cū
ijs que obstruunt: etiā aliud quippiā attrahant: et ꝙ
ab interno sursum feruntur: aliquid secum ex ijs que
in vasis cōtinentur rapiant. Quod ipsum si tenax sit
⁊ crassum: obstructionem plane geminabit: sin aliter:
multitudine certe sua nō parū omnino nocebit. Cer/
nimus eñ aliquando etiā quod multū est: cum simul
totū confluit: obstruēdo herere: infigiqꝫ: nō minꝰ quā
ea que glutinosa sunt ⁊ crassa: qꝺ si per meatus angu
stos est trāsitus: multo pꝛofecto magis retineri. Quo
igitur ⁊ his inter liberū: ⁊ que foꝛis admouentur at/
tractio tuta sit: vtilissimū est coꝛpꝰ inanisse. Quinetiā
fumosa fuliginosaqꝫ succoꝛū excrementa que transpi
rāt: succis ipsis imminutis paucioꝛa restabūt. Qua/
re ide quoqꝫ minoꝛ reddetur febꝛis caloꝛ: sic vt foꝛas
transpirare: si exigue obstructiones sint: queat. Ergo
cū suspicio erit cutim esse ex obstructiōe occlusaz: (id
qꝺ tū ex eo conijcies qꝺ nō fuerit in pꝛime accessiōis
remissiōe vacuatio satis magna: tū quod similis sibi
ꝑdurauerit remissio: si homo ex nulla manifesta febꝛi
citauit causa: etiā certius argumentū obstructionis
habes: sin ex euidēti aliq̄ causa: fieri pōt vt due simul
coierint cause: nā si altera tm̄ causarū: nempe quā ex/
terna impꝛessit: subesset: imminuta remissio fuisset cū
sensibili alicuiꝰ expulsiōe) Haudquaqꝫ igitur differē
dū est sanguinis aliquid ita laboꝛātiū mittere: scz tū
ad virtutis tū ad obstructiōis modi poꝛtionē. Discer
netur aūt obstructionis magnitudo ex ipsa magnitu
dine febꝛis vt ꝙ ex maioꝛe obstructiōe maioꝛ: ex mino
re minoꝛ īciderit. Ubi ꝟo modice vacuaueris: haud
multo post aut nutrimētū aliqꝺ: aut pharmacū ex ijs
ꝙ detergeāt exhibebis. Sūt poꝛro nō multa ꝙ ī febꝛi/
bus id pꝛestēt. Sed sicut dictū pꝛiꝰ est: in alimentoꝛū
ratiōe sunt ptissana ⁊ mulsa: in pharmacoꝛū: oxyme/
li: ⁊ quecūqꝫ incoquere in mulsa licet: ceu calaminthā:

⁊ byſſopum ⁊ oꝛiganũ ⁊ ſerpillum ⁊ irim ⁊ apium.
Uerũ hec oĩa iuſto ſunt calidioꝛa ideoqꝫ febꝛes ac-
cendunt ita vtiqꝫ vt vinũ. Oxymeli vero ſolum nec fe
bꝛes accendit ⁊ ſtrenue deterget ſic vt ea que glutino
ſa craſſaqꝫ ſunt diſſoluat ⁊ meatus obſtructos liberet
Poꝛro inter mulſam ⁊ oxymeli mediũ locũ habet qđ
apomeli grece dicitur: cuius plurimus circa Pelopõ
neſum eſt vſus. ¶ Nõ immerito arbitroꝛ ⁊ ſaccharũ in
ter hec numerandũ. Ex hoc victu ſeruabis quantuꝫ
de febꝛili caloꝛe minuitur. Etem̃ ſi tertio die mane vi-
deris minimũ eſſe qđ de febꝛi relinquitur ac neqꝫ pu
tredinis humoꝛũ in pulſu nota ſubſit neqꝫ in vꝛina
cruditatis ſuſpecta vero hoꝛa qua pꝛimo die febꝛis
occupauit extra meridiẽ ſit audacter hominẽ quam
ocyſſime lauabis longe ante ſextaꝫ hoꝛã. Abunde tñ
ſit ſi intra tertiã hoꝛã lauationẽ cõpleueris. Ad eun-
dem modũ ⁊ ſi decimã hoꝛã ſuſpectam habueris vſ-
qꝫ ad ſeptimã laues licet: cum tres equinoctiales ho-
ras quatuoꝛ ve inter balneũ acceſſioniſqꝫ tẽpus inter
poni abunde ſit ſatis. Debet aũt in balneo coꝛp⁹ pꝛi
us vnctũ ac moderatiſſime frictum mox detergerit ex
trinſecus abluiqꝫ. Sane detergentiũ materiã expoſi
tam habes in cõmentarijs ijs qui de medicamentis
ſunt conſcripti. Deligenda ṽo ſemꝑ ſunt que ad reꝫ
pꝛopoſitam ſint accõmoda. Quippe diſtincta in his
ſunt tũ que magis tũ que minus detergẽt. Sed ⁊ nũc
exempli cauſa pauca dicemus. Moderatiſſime deter
gent: tum erui farina: tum hoꝛdei: tum fabarum: pꝛe-
ter ea mulſa: que ſit aquoſa: magis vero quã hec iris
⁊ panacis radix ⁊ ariſtolochia ⁊ mulſa que mediocri
eſt mixtura: veluti etiã hac magis que meraciſſima ẽ
Fit hec vbi mixta melli exigua eſt aqua: ſic vt liqua-
tum mel exiguos cutis meatus facile ingredi poſſit.
Poſſunt autẽ vel hac magis detergere tũ ſpuma nitri
tum nitrum ipſum tum aphꝛonitrum. Sit aũt nitrũ
opoꝛtet quod ex tenuibus partibus conſtet cuiuſmo
di Berenicium eſt. Si vero lapidoſum ſit vꝛi id leui-
gariqꝫ diligenter debebit. Mel autem puriſſimum
acerrimumqꝫ cuiuſmodi eſt Hymetium. Eſt autem
⁊ ſapo ex ijs que maxime detergere valeant. Atque
hec ſatis multa detergentium materie exempla ſunt
Tempeſtiuum enim eſt iam ad ea que poſt balneum
adhibentur accedamus. Sunt aũt ea minime multa
Nã pꝛeter aquam que parum apij incoctum in ſe ha
buerit nihil his eſt offerendum. Licet quod inter bal
neum ⁊ ſuſpectas hoꝛas ſpatium erit trium foꝛe ho
rarum conijciamus. Si vero circa veſperã aut dua-
bus hoꝛis citius acceſſio inuadet: tum lauiſſe mane
liceat tum cibaſſe ſed tantũ ptiſſane cremoꝛe. Dein-
de ſi ſuſpecte hoꝛe nihil afferãt: ⁊ lauare rurſus ſi ve-
lit licet ⁊ cibare ad eas quas diximus conſyderatio
nes intento. Sin aliquid eueniat: ⁊ conferendum id
eſt cũ acceſſione que pꝛimo die inciderat ⁊ tum vꝛine
conſyderande tum pulſus ſunt. Que omnia pꝛofecto
mediocria apparebũt vbi exigua relinquitur obſtru
ctio. Quare ipſum ⁊ lauabis quarto die ⁊ cibabis:
ad iam dictas conſyderationes ſpectãs: ſperabiſqꝫ ni
hil quinto die ſuperuenturũ. At ſi magna obſtructio
facta ſit ea febꝛis ex diariarũ genere non erit. Quare
in pꝛoximum differatur librũ: cum in hoc de diarijs
tantum agere ſtatuerimus. Quoniam igitur diarie
febꝛes in pꝛopoſitis coꝛpoꝛum temperamentis ſepe-
numero etiam cruditatibus ſuccedunt pꝛoximũ fue-
rit de ipſis differere. Ergo peſſima quidẽ in eiuſmo-
di temperamẽtis cruditas eſt citiſſimeqꝫ febꝛem ac-
cendit in qua cibi in nidoꝛulentam ⁊ fumoſam qua-
litatem coꝛrumpuntur: quando ea que in acidam ver
tit vt raro talibus naturis contingit ita minus nocet
Dicemus auteꝫ de vtraqꝫ ſeoꝛſum incipientes ab ea
que ſepius his incidit ⁊ magis ledit. Ea eſt (vt dixi-
mus) nidoꝛoſa quedã ac fumoſa. Que vtiqꝫ ſi aluus
lubꝛica eſt minus eſt noxia. Sin adſtringitur grauis
eſt. Siquidem ex aſtrictione eius vitioſe nature in fe
bꝛes pꝛompte incidunt ac potiſſimũ cũ neglecto con
ſilio in lectulo domi manẽdi ad ſolita conuertuntur
opera. Febꝛicitãt aũt nõnulli ⁊ ex ijs quos diarrhea
poſt cruditates male habet. Quib⁹ vtiqꝫ nõ minime
pꝛoꝛitatur febꝛis ex deſurgẽdi frequẽtia. Qđ ſi etiã
roſio aut doloꝛ aut caloꝛ immodicus in vẽtre ⁊ inteſti
nis ſit hinc vtiqꝫ vel longe magis affectio febꝛilis in
creſcit. Eſt aũt eoꝝ quibus clauſa aluus eſt ⁊ quib⁹
fluens nõ eadẽ ſanatio. Itaqꝫ etiaꝫ ſeoꝛſum de vtriſqꝫ
agetur. Apparebit em̃ ſic tractantib⁹ nõ ſolũ quate-
nus differũt ſꝫ etiã quantũ ambob⁹ ſit cõmune. Si
igitur ea tantũ que coꝛrupta fuere vacuata eſſe vidẽ
tur: tum lauandum: tum nutriendum in remiſſione
febꝛis eſt: ſed ijs que circa ventriculũ ſunt pꝛius cõ
ſulto. Sin ita multa inanitio aut pꝛius facta ſit: aut
nunc etiam in homine duret: vt virtus iã defeſſa ſit:
ſatius eſt omiſſa lauatione cibare: ſed cõſulto pꝛius
ijs que circa vẽtrẽ ſunt. Conſuletur ita laboꝛãtibus
ſi modo vacuatio amplius nõ duret: fomẽto ex oleo ⁊
abſynthio. Expedit auteꝫ tingi abſynthium: quo mi
nus nidoꝛe offendat: feruẽti aqua. Qđ ſi quis roſio-
nis aut doloꝛis ſenſus in ventre adhuc ſuperſit: in-
cingi illi peniculus poſt fomentum debebit: qui vel
calidus ſit ⁊ ſiccus: vel ex oleo in quo abſynthium in
coctum fuit: madens ac plurimũ expꝛeſſus. Satius
autem fuerit ſi nardini vnguẽti quod curioſe ſit fa-
ctum: facultas ſit: ex eo peniculum eodẽ modo imbu
tum ventri incingere. Iam multo etiam ſatius ſit: ſi
purpura marina is ſit: atqꝫ etiam longe optimum: ſi
optima ſit tyꝛia. Quippe tenuioꝛem adſtringendi
vim habet tum ea purpura: tum optima nardus: ita
vt earum vis ſiccando: calfaciendo ac robur inſeren
do: coꝛpoꝛa que circa ventrem habentur: alte pene-
trare poſſit. Qđ ſi os ventris (quod ſtomachum ap-
pellare ſolem⁹ abutẽtes nimirũ appellatione) imbe
cillius ſit: etiam tãta poꝛtione chiemaſtiches in nar-
dino tunſa: vnde ſoꝛdium craſſitudo exiſtat: madefa
ctam ex eo purpuram imponemus. Eſto aũt abũde
calens talium quoqꝫ cum pꝛimũ imponitur. Quip-
pe que tepida ſunt: omnia ventriculi firmitudinem
diſſoluunt. Non aũt te fugit ſolere me vnguenta cale
facere in vaſe duplici: vtiqꝫ cõiecta pꝛius in vas ma
ius aqua feruente: quãdo aliter calefactis vitiatur
eoꝛum facultas. Ceterum fluẽte adhuc aluo vtilius
eſt optimo recenteqꝫ melino ſimili modo quo nardi-
no vti. Utile autem ad omnia talia eſt maſtichinum.
Non in poſtremis accommodata ſunt eiuſmodi ven
triculi affectibus ⁊ vnguẽta ea que ad gratiam deli
catarũ mulierũ fiunt: hec inquam pꝛecioſa que Ro-
manoꝛum luxus videtur inueniſſe: appellationeſqꝫ
dediſſe. Nominantur enim tum ſpicata: tum foliata.
Si vero qui affligitur cinctum nõ patitur: ſiue ob cõ
ſuetudinẽ: ſiue delitias cingi recuſet: licet cerato idẽ
efficias. Eſt aũt ĩ eiuſmodi vſuꝫ optimũ: qđ ex cera
ſit Thyꝛrenica ĩ vnguẽto nardino liquata: cui poſtqꝫ

refrigeratuꝫ est: aloes ac mastiches mollissimus pul/
uis est admixtꝰ. Debet aūt singuloꝝ hic esse modus
Cere ac nardi ꝑtes pares: aloes pars octaua: sic etiā
⁊ mastiches: vel (si placet) huius paulo aliq̇d plus.
Qđ si cerato aliq̇d e sumptuosis his vnguētis admi
sceas ꝑstantius medicamentū habebis. Si aūt vētri
cuius intus vritur ita affectus quidā phlegmone si/
milis in eo cōsistere videatur vtilius est ceratū qđ ex
melino cōficitur. Sunt porro ⁊ alia medicamēta nō
pauca. Alia quidē ex enanthe alia ex hypocistide: ⁊
balaustijs ⁊ palmularū carne cōfecta que ventricu/
lo tū refrigerando tū ꝟo firmando sint idonea. Hoꝝ
ergo qđ ad rē presentē sit cōmodissimū id deliges ijs
quas memorauimus cōsyderationibus intentꝰ. Ci/
bandi ꝟo his sunt fluente quidē etiānum vētre polē
ta ⁊ pane quē grece oxylipe vocāt: qui vtiq̨ nimium
aceti habeat nō sicuti in dysenteria ⁊ diutina diar/
rhea preparare solemus. Inspergere aūt polenta de
hebis alias aque calide vbertim: alias vbi scilicet vē
ter adhuc plus iusto excernit vel mali punici vel py
rorum vel malorū succo potissimū cotoneorum. Qđ
si iucundius laboranti erit etiā decocto ex pyris aut
malis aut myrtis preparato polenta insperges. Sin
venter nō amplius excernit suffecerit tū alica simili/
ter ptissane preparata hoc est aceti habens pauxil/
lum: tū ex ea sine aceto sorbitio: tū gallinaceorum te
sticuli: ⁊ saxatiles ex albo iure pisces: preterea fructu
um aliquis ex ijs qui adstringant vel solus vel cū pa
ne. Hos ꝟo ve. magis etiā ventre adhuc fluēte dabis
Qđ si appetētia careant: sic vt cibos auersentur. (in/
cidit nāq̨ id nō paucis eorū quos diarrhea ex crudi
tate male habet) etiā de medicamēto quod ex succo
fit cotoneorū vnū aut duo cochlearia dāda his sunt.
aut si huius copia nō est eius qđ ex carne eorum com
ponitur: tradita ꝟo eius generis medicamētoꝝ com
positio est in libris de tuenda sanitate. Atq̨ ita qui/
dem in prima remissione ijs qui ex cruditate febrici/
tant mederi conuenit. Si vero oīno venter adstringi
tur: pertractatis prius precordijs mox toto vētre cō/
syderabis num cibus in gracile intestinum aut in co
lon descēderit. Deinde egrū interrogabis qua maxi/
me in parte vel rosionē vł grauitatē sentiat qualesq̨
habeat ructꝰ. Ubi ex his cōpertū habueris in qua/
nam totius ventris parte nutrimentum consistat: si
in superioribus partibus pendet aliquid diatrion/
pipereon dabis non medicamentosi illius sed eius
quod in opere de sanitate tuenda ceu ⁊ simplicissimū
⁊ ijs qui cruditate laborarent aptissimum laudaui/
mus. Post deinde precordia omnemq̨ ventrem per/
fundes. Hoc vero etiam si inferius descenderint que
vitiosa suut facies pluris minorisq̨ ratione id vari/
ans. Siquidem plus ⁊ temporis ⁊ perfusionis exi/
gunt ad preparationem eorum que deinceps sunt
agenda quibus in superioribus ventris corruptum
nutrimentum adhuc manet. Sin motum id notabili
ter ad inferiora sit adiuuandum aut glande subdita
aut leui per inferius infusione est: vtiq̨ si rosio simul
adsit hanc mitigantibus: si flatus hunc cōprimenti/
bus: sin neutrum fuerit ex melle aqua ⁊ paululo olei:
id quod subter infundetur facientibus. Ubi ꝟo ve/
hementior rosio vrget Sabinū oleum in quo aliquid
seui anserini sit liquatū est vtilius. Si ꝟo eius copia
non est gallinacei seui. Sin nec huius facultas est ca
prini. Qđ si huius quoq̨ penuria est inijciēdū ole
parū cere est potissimū elote. Flatꝰ ꝟo sanandi sunt
oleo in quo ruta ⁊ semina que flatus discutiūt fuere
incocta: cuiusmodi sunt apij ⁊ cumini ⁊ marathri ⁊
sinonis aliaq̨ id genus. Uacuata ꝟo aluo nutriēdū
protinus in ceteris quidē ijs quos memorauimus si
militer est amotis tamen ijs que adstringant. Ac si q̇
dem primo die ad vesperā hec egeris aut etiā noctis
qualibet hora: etiā secundo die similē adhibebis ꝓ/
uidentiā. In quo etiā si plane desijt febris lauari ho
mineꝫ sines. Ac vbi in sequēti nocte quietus citra of/
fensam dormierit sanū iā hominē prorsus existima/
bis. Si ꝟo qui cruditati successit dies cū sequenti no
cte febrem attulerit: veluti in secūdo die ita tunc ⁊ ac/
curandus ⁊ nutriendus homo est. Si vero ⁊ nox ter/
tie diei febrile quiddam paululū afferat ne id quidē
formidandū: sed hos quoq̨ postridie lauabis nutri
esq̨ ac reliqua oīa in illis vt ante definitū est exeque
ris. Sane mutationes crudi alimēti in acidam quali
tatem nec incidere in eiusmodi naturis cernunt̃ nisi
admodū raro idq̨ ex cibis qui prompte acescūt: nec
febrem accēdere diariam eq̨ vt nec tarditas cōcoctio
nis: quādo sicubi propter talem cruditatē febricitāt
quibus amara bilis in tēperamēto abundat obstru
ctionis ⁊ humorū putredinis suspicio est. De qua po
stea diligētius definiā cū de putredine agam. Nunc
huic de diarijs febribus disputatoni hoc adiecto ad
alia transibo. Fumidus vapor ex tarditate cōcoctio/
nis aut cruditate in qua ructus sentiunt̃ acidi nūq̄
excitatur. Quippe frigidi halitus abs talibꝰ succis
ascendūt: hiq̨ oīno paucissimi: minime aūt vapores
multi fumidiq̨ ac fuliginosi: cuꝫ nec in ijs que extra
sunt aliter aut fumū edi aut fuliginē videas q̄ fumū
ex materijs (vt ita dicam) semiustis: fuliginem ex im
modice assis vstisq̨. Est namq̨ fuligo vapor terre/
stris: fumus mixtio quedam ex terrestri aqueaq̨ sub
stantia. Uerū non est quod hoc loco audire expectes
aut quemadmodū ijs qui tarde concoquunt aut ijs
qui acidū ructant sit prospiciendum. Est em̄ de his
tractatio ad opus de tuēda sanitate ꝑtinens. hic tm̄
earū cruditatū mētionē faciemꝰ quas febris subseq̇
tur. Qm̄ igit̃ diaria febris cruditates q̄ cū acido ru
ctu sunt nō cōsequit̃: q̄ ꝟo ex putredine humoꝝ orit̃
ea q̄nq̨ sequit̃: nō sine ratione in eā tractationē q̄ de
illis instituitur distuli de his cruditatibus precipe/
re: sed ne tunc quidē eo modo quo in sanitatis tuen/
de libris. In illis em̄ diximus quenam per sanitateꝫ
agēda sint illi qui cruditate laborat: hic vero quenā
in ijs febribus que cruditati superueniūt. Dicta mi
hi ferme sunt de diarijs febribus vniuersa: quando
qui ex bubone febricitant medicos quid sibi sit agē/
dum ne consulunt quidem: sed vbi tū vlceri quod bu
bonis occasio fuit tū postea buboni ipsi ꝓspexerint:
in remissione eius que inciderit accessionis lauātur.
Ac si quis tum diatriton vel nominet oēs irrident:
scholasticumq̨ appellant: natura (puto) ipsa intelle/
gentes id transmittendū nō esse quod oīno non erit.
Censentq̨ etiā in oībus ijs que sensum fugiūt tales
debere esse medicos quales ipsi sunt in ijs q̄ sensui
apparēt. Porro ī oībꝰ tales esse nihil ē aliud q̄ intel
legere quādo sit in tertio accessio futura: ⁊ quādo fu
tura nō sit. Quinetiā qui refrixerūt aut vsti sunt aut
fatigati: aut tale quippiam passi postea ꝟo febricita
runt: hi vbi ī remissiōe talē status quietē qualis erat
per sanitatē sentiūt: ne tunc quidē eos q̄ diatritō no

minent:ferre possunt. Quod em̄ vsurpare sepe soleo:
quēlibet priuatū qui secundū naturā se habeat:quo
uis sophista veriores opiniores habere:hoc etiaȝ in
diuina istorū diatrito videre licet:vt que ab omnibꝰ
qui naturaliter se habent:sit irrisa. Nuper em̄ e ple-
be quidā qui in splendida cena prolixius sibi epulis
potuqꝫ indulsisset:venit domū errabundus:ac manu
deductus. Cum autem quibus grauabatur:in ven-
triculo eius fluitarent:omnia ea euomuit:⁊ per noctē
quidem febricitauit. Dormiuit autē in magnā par-
tem sequētis diei. Postea surgens:ac paululū inam-
bulans:lauit:risitqꝫ euȝ qui sibi diatriton manendā
suaserat:illo nāqꝫ authore etiā postero die inediā to-
lerare debuisset. Ut aūt (res ipsa monebat:⁊ ipse sua
spōte faciebat) lotus:⁊ modice cibatus : post somno
deditus:eoqꝫ inoffense fruēs:mane surrexisset:ad cō
suetaqꝫ redisset etiam in ipsa diatrito in qua eum to-
lerare inediam oportuisset si diatritarijs paruisset:
(ita em̄ eos per iocū eleganter nominauit quidam)
sed ⁊ cum cenatus tam ex consuetudine homo esset:ac
cedens facetus ille risum excitauit:cōmemorans quē
admodū eum qui tertio ante vesperi vomuisset:opor
tuisset etiam biduo inediam siccuȝ ac sordium plenū
tolerare:ad horasqꝫ spectantem pro diatritariorum
iussu decūbere. Sunt em̄ (arbitror) plebiqꝫ nō obscu
ra que preter rerum euidentiam temere audentur. At
qꝫ inde merito alios medicos:alios grece logiatros:
idest verbistenus medicos esse dicunt. Quomodo
em̄ nō iure hac appellatione censeātur qui ea nesciāt
que nemo e vulgo ignorat? Quomodo nō meritissime
irridendi carpendique qui etiam cū talia ignorent:
Hippocrati se preponunt? Uerum illorū stupiditatē
ne Mercurius quidem ipse cum Musis sanauerit.
Absoluta vero in ijs naturis quibus amara bilis re
dundat:(in quibus scilicet elementum frigidum vin
citur a calido:⁊ elementū humidū a sicco) de diarijs
febribus disputatione:ad aliud corporū temperamē
tum transeamus:quod nihil minus quam supra di-
ctum vitioso est succo:in quo scilicet calidū preualet
frigido:⁊ humido siccum. Maxime em̄ omniū putre
dinis morbis hec intemperies exposita est:propterea
q̄ per ipsam sanitatem proxime putredinē accedit:ve
luti tum ex sudoribus conijcere est qui grauiter his
olent:tum vero ex vrinis:deiectione:atqꝫ etiam ipsa
respiratione. Etem̄ qualis est hircorū:talis est ⁊ ta-
lium naturarū tēperies. Ideoqꝫ prompta est ex quali
bet occasione tū alijs morbis:tū vero febribus corri
pi. Nam qui hac intēperie sunt:cū stypata cutis eorū
est:effugere febrē nō possunt. Sed nec cū valentē cru-
ditatē contraxerūt:aut perusti in sole fuerunt:aut ta
le quippiā aliud passi. Ac vitiosis quidem habitibus
stypatio cutis plurimū esse incōmoda solet. Ideoqꝫ q̄
bus amara redundat bilis:nō minus ꝙ qui ad pu-
tredinē sunt proni (σηπεδονώδεις:idest putredino
sos greci vocant) febribus ijs que ex stypata oriūtur
cute:patent. At ab nidorosis cruditatibus:que humi
de et calide nature sunt:(quas modo putredinosas
propterea vocaui q̄ succi facillime in ijs putrescāt)
promptius ledentur. Nam de obstructione quid atti
net dicere? Quam idcirco maxime febres accendere
diximus:quod putredinem in ijs que nō transpirāt
corporibus creet. Uerum de eiusmodi febribus post
agemus. Sane diarie omnes promptissime in iam di
ctis temperamentis accenduntur:idqꝫ ex qualibet ea

rum causarū quas modo in amara bili vitiatis natu
ris retuli:curationēqꝫ persimilem illis habent:ac in
paucis omnino dissidentē. Nā cū he humidiores na
ture sint:magis ferunt ꝙ ille famē sitimqꝫ. Itaqꝫ mi-
nus ledentur he siquando fame per diatritarios cru-
cientur:si modo libera ipsis transpiratio nō desit. At
qꝫ idcirco balneum hi:ceu quod cutim eorū laxet:vel
maris:vel certe nō minus quā qui amara bili abun-
dant:requirunt:ceu q̄ humectet:nō requirunt. Que
cūqꝫ vero de eiusmodi natura sunt dicta:eadē de acq
sito habitu dicta esse censendū. Aliqui em̄ quibꝰ boni
sunt natura succi:coeūtibus aliquādo eodē tempore
pluribus siccātibus calfacientibusqꝫ causis:in ama
re bilis vitiosum habitū mutātur. Da em̄ venisse ho-
minē estatis tēpore in regionē calidā ⁊ siccā:esse pre-
terea eodē tempore statū celi calidum ac siccum:tū ve
sci eum cibis calidis siccisqꝫ:cogitare quoqꝫ:ac trista
ri:⁊ vigilare:⁊ irasci:⁊ ꝙ plurimū laborare:fieri autē
potest vt idē homo per id tempus venere sit vsus fre
quenti:⁊ in sole maiore ex parte versatꝰ:⁊ medicamē
ta que siccent calfaciantqꝫ biberit:veluti aliqui The-
riacē:nonnulli Ambrosiam:alij Athanasiam. Scimꝰ
em̄ profecto medicamēta a iunioribus medicis eius-
modi nominibus vocari. Cui ergo omnia iam dicta
per estatem contigerunt:hunc necesse est calidum ⁊ sic
cum reddiderint:ac propterea eo habitu qui amara
bili abundet:quāuiȝ antea optimi succi fuerit. Itaqꝫ
etiam ex omnibus ijsdem causis facile febricitabit.
Ad eundem modum ⁊ si quis naturaliter boni sit suc
ci:ac locū temperatū incolat:si illinc se in alterū locū
qui calidus sit ⁊ humidus trāsferat:idqꝫ statu celi ca-
lido humidoqꝫ:tū omniꝰ victꝰ ratione calida humida
qꝫ vtatur:is quoqꝫ similiter illis qui natura sunt pu
tredinosa:tū ceteris tētabitur morbis queadmoduȝ
illi:tū febricitabit nō solū alijs sicuti illi ex ijsdē cau
sis febribꝰ:sed etiā nō minime diarijs:de quibꝰ nūc
instituimꝰ. Cū vero octo intēperies in vniuersū sint:
vt ostēdimus:opportunissima ad febres est calida et
sicca. Ac nisi quis hanc vt dictū est cibet:ocyssime ī ea
mutatur diaria febris in acutā. Propinqua huic est:p-
sertim q̄ ad febrē attinet:quāuis ad alia sit deterior
calida intēperies ⁊ hūida. Tertia ab his intēperies
est simplex illa in qua oppositio altera recte:se hȝ:vtr
qꝫ que ex hūido ⁊ sicco cōstat:in altera calidū exupe-
rat. Quippe opportunior est hec quā cetere q̄ sequun
tur:tū vt oībus supradictis occasionibꝰ ledatur:tū vt
ex diarijs in plurīū dierū febres trāseat. Huic proxi-
ma est que in calido ⁊ frigido debitū modū seruat:ce
terū siccū elementū hȝ humido preualens. Ab hac de
inceps media omniū est:scȝ que mediocritatē in vtra
qꝫ oppositione seruat. Quatuor que relique sunt intē
peries:neqꝫ facile febribus occasiōe iam dictarū cau
sarum patent:neqꝫ diaria tētate:si inediā tolerāt:in plu
rium dierū febres trāseunt:imo alique saltem earum
vbi redundantiam humorū citra corruptelā contra-
xerunt:(contrahunt autem eiusmodi intēperies assi-
due) vtilitatem ex inedia sentiunt:ac potissimuȝ que
frigida est ⁊ humida. Ab hac que humida est. Tertio
loco que frigida. Quarto loco que sicca est ⁊ frigida.
Siquideȝ post diarias febres discussas vbi coactus
quispiam nulla necessitate est mirificam diatriton
transmittere:alia quidem nulla in frigidis tempe-
ramentis ex inedia febris excitabitur : ledetur ta-
men ipse siccus et frigidus corporis habitus quam

maxime:ne vt nisi longo tempore redire ad naturam qui ea sunt intemperie:nō possint. Ceterū si quod forte fortuna bis adsit acquisititium humorū vitiū:fieri potest vbi in fame ⁊ illoti per triduum custodiuntur:vt ex diarijs in plurium dierū febres immigrēt. At que sicca quidē corporis natura est:sed in altera cōtrarietate tēperata:ea in lōgioribus inedijs gracilescit magis quā que sicca est ⁊ frigida:reficitur tamē facilius cum idoneū nacta est victū. Enimuero eiusmodi omnibus victus ratio alterāda est:multo profecto magis quam ijs de quibus primū omnium est dictū:nēpe calido ⁊ sicco:itē calido ⁊ humido. Quippe qui frigidus ⁊ humid⁹ natura est:quoniā calido siccoq; in vtraq; intemperie cōtrarie est affectus:contrario nimirum vtetur victu. Melius tamen est non absoluto sermone contrario dicere:sed ex solius temperamenti indicatione:quando ex eo quod eadem febri febricitant:nō diuersam:sed omnino eandem sortientur indicationem. Dictum nanq; sepenumero iā est id quod secundū naturam est similia semper postulare:quod preter naturam est:contraria. Siquidē quod naturaliter se habet:custodire:quod preter naturam est:tollere oportet. Porro febris omnis preter naturā est:ideoq; victus rationem humidaz frigidāq; exigit. Temperamēta vero ipsa:alias similia:alias postulant contraria. Que em̄ vitio carent:similia perpetuo:quippe que seruare expedit. Que vitiū habēt: veluti in opere de sanitate tuenda est dictū:alias similia:alias contraria. Idq; merito accidit:cū nec ad vnguem naturaliter se habeant(quomodo em̄ essent vitiosi?)nec prorsus preter naturam:quando qui sic attemperati essent:perpetuo egrotarēt. Ergo similia desyderant:tum in alijs de quibus mox dicetur:tum vero in vlceribus omnibus. Mōstratum em̄ id sepenumero iam in superioribus est. Contraria vero: in eo victu qui per sanitatem adhibetur: veluti de sanitate tuenda docuimus. Sed neq; hec perpetuo : sed tum cū corrigere intemperiem eorū studemus. Quippe duplex nobis in ijs qui sani sunt:finis proponit̄. Nempe vel corpus sanū in pristina eius tēperie tueri:vel etiam hanc meliorem reddere. Sic igitur arbitror in ijs qui diaria febri laborant cibandis:vel vni febrili affectui contrariū:vel etiam ipsi laborātis intēperamento desumā. In ea tamen natura que haud dubie in medio temperamento est ab ipsa febri contrariorum indicatione accepta:eatenus humidū frigidūq; victum adhibebimus:quatenus siccius calidiusq; quam ante iam redditū corpus apparet. Verum hoc tum perspicuum:tum indubitatum est. Reuertamur autem rursus ad intemperatas naturas. Nam quoniā eas(sicut de sanitate tuenda est proditum)licet ⁊ quales accepimus seruare:licet ⁊ ad melius transferre:satius arbitror est:cum plane valent: nō cum egrotant vel de se queruntur:victus illis rationem mutare. Gaudent enim nature consuetis semper:vt ⁊ Hippocrates euidentissimis argumentis in libro de acutorum victu abstruxit:⁊ omnibus qui se secundū naturā habent:manifeste apparet. Quod nāq; qui sibi iam displicēt:extra cetum eorum qui secundum naturam se habent:sint ponendi : id nemo qui compos est mentis:dubitet. Ceterum ij an preter naturam se:an non naturaliter solum habeant:id vtiq; quis estimandum duxerit. Atqui si ex ipsa consuetudine indicationem aliquā sumi conueniet:si quidem multo iam tempore intemperatas naturas cōtrario victu ei que vicit intemperiei cibauimus:ita etiam et cum parum ex sententia se habent faciemus. Sin minus:que similia temperamento suadet indicationem preferemus. Ita vero ⁊ Hippocrates mihi sentire videtur:vbi ait: Humidus oīs victus febricitātib⁹ est idoneus:potissimū aūt pueris:⁊ alijs qui ita cibari sunt sueti. Febricitantibus em̄ in quantū febricitāt: ex ipsa cōtrariorū indicatione humidus victus cōducit:pueris ex similiū. Eodē autē modo ⁊ eā que a consuetudine prebetur:quo eā que ab etate dat̄ accepit. Nā ⁊ etas cū ex ijs sit que natura nobis insunt:sibi similez sibi victū postulat:⁊ que a cōsuetudine indicatio sumitur:sic sumpta est sicut ea q̄ ab etate. Quippe seruare quoq; hāc iubet:perinde ac propriū etatis temperamentū. Itaq; etiā nos tū ex omnibus que circa egrū spectantur:eius qđ cōducit inuentionē moliri: tū quādo indicationes omnes secū cōsentiāt:⁊ quando inter se dissentiāt:inspicere cōueniet. Omnib⁹ em̄ cōsentientibus: vnā prorsus victus speciē constituemus. Dissidētibus inter se:que valētiores ac plures sint:preferemus:ita vt victus species quā he prescribant:preferatur:sic tñ ne cōtraria sit neglecta. Porro prelatio hec alias vtrisq; in vni⁹ auxilij materiā mixtis pficitur:alias seorsuz sumptis. Ac cōmunis quidē hec ratio est omniū que cōplicate sunt cōtrariarū indicationū. Quomodo aūt hāc ad vsuz cōferre oporteat:cū aliquādo ipsi morbi coeuntes sint cōtrarij:aliquando morbus vnus sit:sed qui cōtrariā indicationē subijciat aut naturali laborātis tēperamento:aut ei quā nūc acquisierit:preterea etati:⁊ cōsuetudini:⁊ loco:⁊ āni tēpori:in ipsa particulatim tractatiōe ostēdā. Nūc ergo cū ppositū nobis hoc loco sit vnicuiq; memoratorū intēperiei generū idoneū iuenire victū: cōmunis quē cepim⁹ methodi modus veluti sub exēplo examinet̄. Pone em̄ correptos febri esse duos homines in regione natos educatosq; tēperata:nūc in ea nō esse:imo alterū in calida ⁊ sicca:alterū in hūida ⁊ frigida. Preterea eosdē diuerso esse tū tēperamēto: tū natura:tū cōsuetudine:tū etate:etiā sub diuerso(si placet)⁊ anni tēpore:⁊ statu celi egrotare:sic vt alter calidus siccusq; natura sit:ac tali vict⁹ rationi in totū insueuerit:preterea iuuenis sit:⁊ hyeme egrotet:idq; in hūida ⁊ frigida regiōe:ac statu celi simili. Alter humidus ⁊ frigidus:simili victu assuetus:tum puer etate:ac estate:in calida siccaq; regiōe:ac simili celi statu laboret. Quenā igitur in vtroq; horū sunt indicatiōes? Nēpe que a febricitādo sumitur cōmunis amborū est:ac que refrigerēt ⁊ hūectēt:desyderās. Reliquorū nulla est preterea cōmunis. Siquidē priori et propter naturā:⁊ propter etatē:que simili sibi victu fuere assuete:siccioris calidiorisq; temperamēti cib⁹ idoneus est. Idēq; propter ⁊ anni tēpus:⁊ statū celi: ⁊ regionē:cōuenit. Non em̄ que ab his suppeditatur indicatio similia desyderat:sed cōtraria. Alteri ex propositis:propter etatem:⁊ naturam:⁊ consuetudinem: similia ipsis exhibenda indicantur : propter etatem quidem humida:modiceq; calida:propter naturam ⁊ consuetudinem humida:⁊ frigida:propter regionē ⁊ anni tempus:⁊ statum celi:contraria:que ⁊ ipsa nimirum sunt tanto temperatis frigidiora ⁊ humidiora:quāto regiones ipse sunt calidiores temperatis:⁊ sicciores. A cōsuetudine em̄ semper est indicatio similiū:quoad scz egrotant hoīes. At ab etate:natura:regione

gione:anni tēpore:⁊ statu celi:vbi tēperata hec sunt similiū semper presidiorum est indicatio:siue valeāt homines:siue egrotēt.Cōtra ab intemperatis anni tempore:statu celi:⁊ regione:contrariorum est indi/catio.Ceterum ab etate ⁊ natura non absolute:sꝫ cū consuetudine.Porro nihil in contrarijs indicationibus tam conuenit expendi quam magnitudinē eorū que ad indicationē coierunt.Quā vtiqꝫ in libris de sanitate tuenda duplicē esse ostendimus.Alterā que ex ipsorum que indicantur dignitatibus censeatur. Alteram que ex ipsorum(vt sic dicā) proprijs substantijs spectetur.Quas ex conferendo cū mediocri ⁊ quod secundū naturam est:accipiendas esse testa/ti sumus.Nisi eñ ita quis indicationū potestates examinet:nequeat sane mensurā victus inuenire.Cū eñ refrigerandū humectandumque esse febris perpetuo indicet:reliquorum vero quodqꝫ prout dictū est:vbi cōcors eorū indicatio est: nullum exhibetur negocium:vbi discors:pro pluribus ac potioribus formari victus ratio debebit.Siquidem in modo ꝓpositis:ex eo quod febricitant:communis refrigerātium ac humectantium indicatio prestatur:non ta/men ex ceteris.Sed cuius tū etas:tum tēperamētū vna cum consuetudine:tū regio:tū anni tempus:⁊ celi status:humectantia refrigerantiaque exhiben/da indicāt:hūc haud dubiū est non solū humectan/dū refrigerandūque esse: sꝫ etiā nec leuiter hec: nec vtcunqꝫ [illegible]ciēda esse:imo plane magnopere ac ve/[illegible]ēter:oibus scilꝫ indicationibus idē dictantibus Cuius vero reliqua oia refrigerantem quidem hūc/ctātemque victum: quemadmodū ⁊ febris nō indicāt sed contrarium ipsi:calfacientem scilicet ⁊ siccantem vtiqꝫ ambiguitas pugnaque indicationum inter se oritur: quo casu magnopere opus est tum nume/rum indicationum tum magnitudinem simul conferas.Quippe que a febri sumitur:ea reliquis:quan/do omnes contrarium faciēdum prescribunt: numero quidē inferior est:magnitudine tamen que ex di/gnitate:aut potestate:aut quomodocunqꝫ appellasse libet:spectat:vtiqꝫ superior est:potissimū si longe a natura recessit.Quippe duplex tum magnitudo illi accedit:⁊ que ex febris genere prouenit: que omni/bus est communis:⁊ que propria sua que ipsius est. Siquidē ⁊ quia febris:plus ceteris omnibus solicitos nos hꝫ:⁊ q꞉ preterquam qđ febris est:etiā ma/gnitudo illi notabilis accessit:iccirco cōtrarias in/dicationes inducit atqꝫ obūbrat.Sin parua fuerit: fas est reliquas oēs vna cōiunctas cū ea ꝓferri atqꝫ expendi.Ac siquidē pares videntur neqꝫ febris in/dicatio preferetur sic vt humectandū ⁊ refrigerādū sit:neqꝫ etiā reliquorū sic vt calfaciendū ac siccandū sit:imo media victus ratio vbi ita se corpus habet: eligenda erit.Sin altera indicatio exuperet:tantū recessisse a temperato ⁊ medio victu par est:quantū ea que pollent:sua contraria superant.Ergo tū exerci/tatū in oibus:tum natura prudentē esse medicū conueniet:quo cuiusqꝫ indicationis potestate diligēter cōsyderata:oibus que inter se collatis:vnā idonei victus summā que laboranti sit cōmoda:comparet.Ac diariarum quidē febrium indicationes ex his generibus capiūtur:raroqꝫ accidit si alicubi a laborātis viriū modo:cū febriū q̄ pluribus diebus affligunt: indicationes:nō solū viriū respectū necessario adhi/beāt:(nō eñ leue in his cōsiliū est quod a viribus petitur)sed etiā causarū que ipsas excitant:exceptis tū hecticis:vtpote q̄s nulla accendit cā: queadmo/dū nec corpus id quod iā habitu calorem ignis in se suscepit:siue id lapis:siue lignū sit.Illud nanqꝫ cōmune cū diarijs habent:quod videlicet non amplius fiunt.Differūt in eo quod diarie in leui(vt sic dicā) affectu(Catascbesin greci vocant)calorē habēt:he/ctice in habitu qui egre soluatur.Licet etiam dicas eam quoqꝫ que a viribus sumitur indicationē: tum in reliquis omnibus morbis:tū in diarijs febribus semper adhiberi:nobis tamē in presenti disputatione opus ea nō esse:propterea quod ex prima qđē ratione nō indicet:ex accidenti vero indicet.Deo vero accedente in sequentibus disseremus.

¶ Galeni methodus medendi:vel de morbis curandis:Thoma linacro anglo interprete.

Liber nonus.

O Diariarū o Eugeniane curationem in libro qui hūc precedit exposui: totius propositi operis octauo.Est autem huius fe/briū generis vnica accessio:vno plurimum die ex ipsius saltem natura circūscripta.Quippe quecunqꝫ vel per medicorum ignorantiā:vel egrotum intēperantiā:vel ministrātiū errorem in eiusmodi febribus cōmissa:in aliud ipsas genus transferunt:hec sue nature sponte non incidunt.Non enim est profecto mirū si per ea que delinquuntur:non solū porrigatur aut in aliud ge/nus transeat morbus quiuis:sed etiā cū prius non esset:nūc excitetur.Nā cū ijs qui integri sunt: delin/quere non sit tutū:haudquaquā id egris sine discrimine cōtingat.Reliqua vero cū sint genera duo:(veluti in libro de febriū differentijs est ostensum)alterū ex humorū putredine nasci docuimus:alterū qđ iā solidas animalis particulas occupauit: hecticū nominant.Transeunt autē diarie febres veluti ante ostendimus:in vtrūqꝫ genus:nisi quis eas cōmode tractet.Veluti aūt in ceteris rebus omnibus quecūqꝫ vno genere cōprehense societatē in naturis habēt ac propterea mutuo in se transire valent:tertia que/dā formula in transitu ipsarū existit:que neutrius extremitatū formā plane exhibet:ita nimirum ⁊ in diariarum febriū transitu imagineris licet alterum quoddā genus in transitu exoriri:quod neutri extremitatum sit idem.Ac primū quidē de hoc differen/dū esse mihi videtur:quo sicuti reliqua:etiā ipsū tū protinus noscatur cum incidit:tū sic inhibeatur in primo ortu:ne aut egre sanabile aut insanabile:postquā auctum est:euadat.Ceterum medium id cum inciderit:nec nosse ij possunt nec sanare qui extremitatum quarum est medium:speciem ignorant.At ti/bi qui presertim non solum diariarum:sed etiā reli/quorū duū generū notas intellegis:vbi vel diaria/rum note aliquatenus sunt alienate:vel reliquarum note simul apparent:haud difficile fuerit iam tran/situ suspicari.Ergo ex adustione:cruditate:lassitudine:vigilia:animi perturbatione:vel bubone qui ex euidenti aliqua sit causa: nunquā ad tertiū vsqꝫ diē progredietur febris accessio: nisi quid delictū

circa laborantem fit. At quibus stypatio febris occa
sio est: ijs etiam vltra dvos porrigi accessio pōt. Nam
qm̄ stypatio vel obstructis exilibus meatibus: vel cō
niuentibus: vel etiā corpore ipso immoderatius dē-
sato accidit: merito (arbitror) diximus ex frigore et
balneis que vel contactu refrigerent vel facultate: p̄
terea pharmacis similis generis: pari modo ijs que
cutim siccent: veluti sole feruente: nec minus etiā ijs
q̄ dēsent: veluti dura cū ijs que frigefaciant frictione
et detineri intra corpus ceu fumida fuliginosa que
excrementa: ⁊ ab ijs febrem accendi: verum ex his
dēsationē quādā corporꝝ ipsorꝝ fieri: ac veluti exiguo
rum meatuū cōniuentiam: obstructionē ꝯ vel pro-
pter glutinosos: vel crassos: vel copiosos succos inci
dere: quinetiā febres quascunqꝫ vel cōniuentia mea
tuum: vel recens corporum densatio excitāt: has et
desistere post primā accessionē: si quis recte eas tra-
ctet: ⁊ vere diarias tum esse: tum appellari: atqꝫ ex
obstructione creant̄: si hec pusilla sit: solui ipsas quo
qꝫ similiter vt alias diarias: si quis eas legitime sa-
net. Sin valēter impacti humores sint: sic vt valen-
tius aliquid quod eos eximat: desyderēt: eas febres
porrigi vltra vnū diem necesse est: ac diariarū febriū
genus videri egressas. Quomodo em̄ dici vltra dia
ria febris pōt: que in tertiū vsqꝫ diē extendit̄: qm̄ ex
ipsa nominis ratione in secūdo eā desistere par erat:
Dictū em̄ supra est. xxiiij. horas esse sic appellate di
ei spatiū: vtiqꝫ vt cū nomine diei: nox quoqꝫ vna cō
prehenditur. Atqui si neqꝫ humor putrescens subsit:
nec corpus ipsum febrilem calorē vt habitū suscepe
rit: a duobus generibꝰ diuersum sit. Aut ergo aliud
preter tria iam dicta genus esse in prima febriū di-
uisione dicēdum est: aut appellatione pro nihilo ha
bita: diarias ipsas nominare oportebit. Neqꝫ em̄ ꝓ
fecto de substantia ipsa talium febrium est diarie vo
cabulum. Verum cōuenienti nomine destituti: clario
ris simul breuiorisque doctrine gratia: ab eo quod
sepius accidit: nomen indidimus. Ac natura quidē
eadem his est que diarijs: nomen nō idem. Siquidē
in quibus vna accessio ab initio ad finem perpetuo
manēs: i multos dies porrigit̄: eas febres synochos
id est cōtinētes appellāt: nō illi q̇dez greco nomine
vsi: ceterū solecismū committendum potus rati: quā
formam ipsarum sine nomine linquendā. At nō sicu
ti idea vna eiusmodi febriū ē: a qua synochos eas no
minant: ita ⁊ natura simplex vnaque est. Quedā nā
qꝫ earū manifestā habent putredinis notā: quedam
ꝓrsus nō habent: quas nimirū ex diariarū febrium
genere esse diximus. Cū em̄ accessionis remissio ex
feruētiū humorū trāspiratu cōtingere solet: nō trā
spirāt aūt in vehemēti stypatione: necesse est multorꝝ
dierū fieri accessionē. Igit̄ vbi in tali febri nulla sub
est occasio que alterius accessionis principiū excitet
vltra hoc qd̄ multorū dierū febris est: nec inuasionē
alicuius febriū significationis facit: sꝫ permanet ab
initio ad finē vna febris: que nec quotidiane: nec ter
tiane: nec tertiane: ne quartane notā preferat. Cete-
rū cū me audis dicentē: vbi vehementer stypata cor
pora sunt: cohiberi intra corpus febrilem calorē: nō
ita factā prorsus densitudinē putandum est: vt nul-
lū ex ijs humoribꝰ q̄ tenuati admodū sint: effluere
foras sinat: cū nec si de ossibꝰ ita dixeris: id verū sit:
nedum carne ⁊ cute. Verum cum feruentium humo-
rum vapor subest plurimus: effluit autem foras exi

guus: hunc qui relictus est: febrē seruare est necesse:
neqꝫ id modo ꝓpterea qd̄ ipse manet: sed etiam pro
pterea quod que proxima sunt: adurit. Quoniaꝫ igi
tur ex duobus his seruari febris potest: ⁊ quod to-
tus vapor non transpirat: et quod idem vapor ea
que contingit: etiā excalfacit: necesse est tres esse in
synochis febribus differentias: nempe vel pari per-
manente magnitudine ea quā in prima accessione
summā habuit: vel etiā adijciente semper exiguum
aliquid: diminuente ve: atqꝫ hec vel equaliter facien
te: vel inequaliter. Ac si q̇dē qd̄ accenditur: ei quod
transpirat par fuerit: nec augeri nec minui febrilis
calor cernet̄: sed perinde sibi similis permanebit: ac
si nihil illi adijceret̄ aut demeret̄. Quippe ad eq̄lita
tis custodiā: nihil interest seruet̄ ne eadē assidue sub
stātia: an ei q̄ vacuat̄: par sit ea que adijciatur. Verꝝ
si altera earū vicerit: vtiqꝫ si que vacuatur: minui fe-
brē necesse est: sin q̄ adijcitur: omnino increscere. Sed
nec illud sane quēquā latet: quod cū ex febribus al-
tera magis minus ve quam altera tum auget̄ tū mi
nuitur: id ob exuperantie imparitatē necessario ac-
cidat. Nam vbi alias ampliore mensura: alias mi-
nore: vel febrium generatio vel transpiratio exupe-
rat: nec ijs q̄ augentur oībus par esse auctio: nec ijs
que minuuntur demptio omnino potest: imo pluri-
maꝫ esse tum excessus tum defectus differentiam est
necesse. Atqꝫ vnū quidem hoc (siue genus: siue speciē
seu q̇duis aliud appellare libet) synochon: id est con
tinentiū febriuꝫ est: quodqꝫ ex eadē cū diarijs natu
ra constat. Alterum est vbi in omnibus vasis: ac po-
tissimū maximis: equabiliter succi putrescūt. Eius-
modi febriū in gracili ⁊ frigido corpore neutra cōsi
stere solet: sed plurimū in ijs qui sanguine abūdāt: ⁊
corpulētis gigni cernunt̄: qm̄ nec obstructio citra pu
tredinē excitare febrē valet: nisi id quod transpirat:
⁊ copiosum sit ⁊ calidū: nec humorū putredo in om
nes que inter inguina ⁊ alas intersunt venas equa
biliter ac cito porrigi ī frigido habitu potest. Debēt
enim que putrescunt tum calida hami aque esse: tuꝫ
vero difficilem transpirationem habere. Eoque fit
vt nec in frigida etate nec in frigido corporis tēpe-
ramento siue id ab initio constitit siue modo frigi-
dum sit factum ꝯtinens excitet̄ febris: sed nec in gra
cilibus: vel qui raro sunt corporis habitu. Imo tuꝫ
etate: tum natura: tum acquisititio temperamento:
que calida sint ac precipue si ⁊ carnosus: ⁊ bono ac
multo sanguine afluēs: ⁊ denso corpore eger sit: aut
etiā calidis excrementis refertus. Proinde fit vt qui
ita febricitant: ijs et pulsus maximus sit: ⁊ equalis:
⁊ vehemens: quibus etiam arterie habitus nec du-
rior quā pro natura est: nec mollior: celeritatis tamē
frequentie que eo peruenit: quo febris ipsa magni-
tudinis. Atqꝫ hec quidem ambarum sunt cōmunia
alteri vero priuatim putredinis insunt note: idqꝫ
tum in lotio: tum pulsu: tum: caloris ingrata quali-
tate. Ac tibi exempli causa redigam in memoriam
adulescentes duos quos vna mecum vidisti. Erat
alter eorum liber: ⁊ palestre peritus: alter seruus:
haud inexercitatus ille quidem: ceterum in palestra
parum vehemens: nec tamen ad quotidiana que ser
uum deceant: tum exercitia: tum opera tractāda: nō
idoneus. Porro liber continenti citra putredinem
febri laborauit: seruus continēti cum putredine: ho
rū vtriqꝫ q̄uā sit adhibita curatio: nō intēpestiuū di

ceu nunc arbitror:quandoquidem in exemplis exercitari quiduis discentes maxime expedit. Neqꝫ eniꝫ satisfaciunt ad exactam cognitionē vniuersales methodi. Sūt autem exemplorum ea pro potioribus habenda:que ipi oculis vsurpauimus:qn si omnes q̄ docere scribereve aliquid sunt aggressi: ea prius operibus ostēdissent:prorsus paucula quedā falso dicerētur. Nūc vero pleriqꝫ alios docere tētant que nec ipsi vnquā fecerūt:nec alijs ostenderūt. Cetera vulgus medicorū nihil miri est si contemptis bonis moribus:opinioni sapientie magis quā vetituti inhiat. Verū non sic fuit ratio nostra. Nō eñ heri aut nudiustertius:sꝫ statim ab adolescētia philosophie studio capti primū nos ad eam contulimus. Mox patris euidēti in somno moniti ad medicine studiū venimus:ac per totā vitam operibus magis q̄ verbis vtriqꝫ studio incubuimus. Quo minus mirū est si in quo tempore alij totam vrbē salutando lustrāt: ⁊ cum diuitibus cenant:ac eosdem comitantur:hoc omni sedulo nos laborātes:primū quidem oīa que veteribus pulchre sunt inuenta:didicimus:mox eadē opere tum indicauimus:tum exercuimus. Ergo qui palestre peritus iuuenis erat:vbi febricitare hora prima noctis cepisset:postridie eum mane circiter horā diei tertiam vidimus. Cū autē inuenissem febrem admodū calidā:sed pulsus equales:⁊ maximos:⁊ celeres:⁊ frequētes:et vehementes:tū caloris qualitatem que minime morderet:iā vero ⁊ vrinas tū crassitudine tum colore a naturali habitu nō multum alienas:audiens preterea hominem circiter triginta dies exercitationis cōsuetudinē intermisisse: pridie tamen exercitasse se vehementius:ceterū non multum:sumpsisse autem solitos cibos:atqꝫ eos concoxisse:quāuis tarde ⁊ egre:vtpote cū febris vespere occupasset:cū iterum rubicūdus plenusqꝫ homo appareret:atqꝫ etiam plenitudinis sensum se pcipere diceret:faciēte interim quodā eorū qui aderāt:de vena secanda mentioneꝫ:visum nobis est eius auxilij cōsyderationem in aliud tempus remittere:simul vt certius sciremus cuius generis febris eēt:simul necessario propter eam que precesserat cōcoctionis tarditatem. Cum antem vesperi similem vigorem tueri febris est visa:ceu nihil sensibiliter remittens:suspicio iam erat synochon esse:hāc que ex obstructione: ⁊ sanguinis abūdantia:⁊ pre carnis copia stypatione. Ac cū parem magnitudinē per totam noctem febris seruaret:postero die visum est medicis omnibus qui eū inuiserant:sanguinē esse mittendū. Discordia vero orta de tempore:⁊ vincentibus qui id in sequentē diē differendū suaderent:febris p totuꝫ eū diem euidenter visa est vigorē suū augere. Mox tertia sequēte nocte:alia q̇dē accessio minime incidit q̄ prime ad portionē responderet:erat tamen estus ipse laborāti intolerabilis: vrgebatque tū tēsio toti⁹ corporis:vtpote repleti:tū capitis pulsatio:atqꝫ ob hec grauis vigilia:iuuene in aliā alias se figurā iactāte. Itaqꝫ cū vltra nō posset:hora noctis circiter octaua mittit ad me ministrū:rogatqꝫ ad se ocyus veniā. Ipse annuo:atqꝫ abeo: inuenioqꝫ febrē calidissimā:pulsumqꝫ qualem predixi. Quoniā autē nec in hoc:nec in lotio:nec in ipsa caloris qualitate indiciū aliqd humorū putrescentiū apparuit:optimū factu visum est venā inciderē antequā putredo inciperet. Aufero itaqꝫ ab homine eo vsqꝫ de industria sanguinem:quoad animo linqueretur: maximū plane vbi valētes vires sunt:continue febris remediū:id quod tū ratione:tum experiētia didici. Primū nāqꝫ in cōtrarium statū agitur corpus:cellerime ex animi defectu refrigeratum. Hoc vero nemo inuenire potest neqꝫ quod ipsis egris:neqꝫ quod nature que animātes gubernat: iucūdius vtilius ve sit. Postmodū in eiusmodi corporibus necessario supuenit alui deiectio:nōnunquā etiā bilis vomitio. Quas res statim a toto corpore madores sudores ve excipiūt. Que nimirū oīa cū huic quoqꝫ cōtingerent: ptinus febrem extinxerūt:sic vt q̇dā ex ijs q̄ aderāt:iugulasse me febrē per iocū diceret:vñ oēs risimus. Verū quo narrationē oēm absoluam:nihil mali erit paucula addidisse. Post duas nāqꝫ a sanguinis missione horas paulo nutrimēti dato:ac iusso q̇escere:discessi. Quinta vero hora reuersus:tā pfundo somno indormiētē inueni:vt tangentē me prorsus nō sentiret. Cū vero ministri adeo illi altū somnū fuisse dicerēt:vt nec cū madores eius abstergerēt:expergiscerer:suasi ita facerent:esse nāqꝫ hominē iam prorsus a febri liberū. Reuersus autē ⁊ decima rursus hora:etiā tūc dormientem inueni. Egressus autē iterū ad alios visendos egros:redeo hora prima noctis:nō tñ vt ante tacēs:sꝫ voce de industria sublata:quo egrū a somno excitarē. Qd cū ita accidit:vbi solo ptisane cremore nutriuerā:abij. Cuius modū postero die augēs:tertio lauatū dimisi. Ac q̄ ad hūc ptinebāt infirmū:ita sunt gesta. Que vero ad alterū:nūc dicā. Is cū toto die multū laborasset:deinde lauatus paucula comedisset:cepit nocte febricitare:totū etiā cōtinuans sequētē diē. Hūc nos post secūdā noctē vidimus in ceteris quidē oībus iam dicto iuueni similiter affectū:verū putrescentiū humorū euidētes prebentē notas. Itaqꝫ vena quoqꝫ huic protinus incisa:vsqꝫ ad animi defectū vacuauimus. Post id idoneo interposito spatio:cibauim⁹ primū mulsa:deinde vna interposita hora ptisane cremore. Atqꝫ hec oīa intra q̇ntā acta sunt horā. Cū aūt similis sibi pseueraret febris:synochon eā fore ex putredine expectauimus. Itaqꝫ accidit. Quippe cū eā secunda noctis hora pari magnitudine cerneremus:tertie diei accessionē futurane esset:an secus:diligenter obseruare volebamus: cuius in septimā horā noctis suspicio erat. Itaqꝫ cū summo mane superuenissem:inueni qd expectaraꝫ. Nā nec tertiana inciderat accessio:febrisqꝫ remissior paululo q̄ vesperi fuerat:apparuit. Ut autē rursus hominē meridie vidi eratqꝫ iam certissimū ⁊ febreꝫ decreuisse:⁊ synochon febrē esse:sed que assidue decresceret:visum est tū quoqꝫ hominē similiter nutrire. Quarta vero exacta nocte manifeste minor etiā q̄r to die erat. Quo rursus quoqꝫ ad eūdē modū homine cibato:aduertimus tū illo die toto:tū que hunc secuta est quinta nocte magnitudinē remittere: sic vt quinto die liq̇do plane appareret minor esse febris q̄ ante. Itaqꝫ ad portionē minuētis se febris: vrine quoqꝫ cōcoctio pcesserat: Eratqꝫ haud obscurū septimo (id qd factū est) finiēdā. Hāc igit plane cōtinentē ex humorū putredine febrē:et q̄ assidue decresceret:vidimus. Multas vero alias cōtinentes cōspeximus:quarū alie crescentes:alie similem tenorē seruantes erāt. Illas epacmasticas:has acmasticas vel omotonus greci vocant. Alie:ceu quam modo memorauimus:decrescentes:q̄s paracmasticas dicūt.

Alie rursus in primo die putredinis notas habuerūt alie in tertio aut certe ad summū quarto: id que alias medicorū ipsorū inscitia q̇ sanguinē nō miserant: alias laborātiū ipsorū timiditate. Siquidem eorū qui ex sola obstructiōe febricitarāt nemo in putredinis febrē incidit q̇ prius sanguinē miserat. Quē vbi valida virtus subest ⁊ etas permittit vsqꝫ ad animi defectum mittere expedit. Ubi horū alterū non satis respondet: tutius est quātū satis visum fuerit tantū principio detrahere: qꝺ defuit iteratione supplere. Etenim hoc presidio omisso: qui ita febricitant in summū discrimē veniūt: nisi si eos vel viriū robur vel largū sanguinis profluuiū vel sudor copiosus ex māifesta ꝑnicie eripiat. Et tn̄ nōnulli ex medicis sunt qui tametsi vidēt naturā sanguinis profluuio nō paucos eorū qui sic periclitentur seruare: tn̄ sanguinis missionez fugiant nullā nec experiētiā necve raz rationē secuti. Ceterū hos mittamus disputato presertim cōtra illos abunde vno integro libro qui est de sanguinis missiōe cōtra Erasistratū scriptus. Ipsi vero ad ꝓpositū reuertamur. Erat vero in presenti disputatione ꝓpositū de ijs febribus disserere q̄ ex stypatis per obstructionē meatibus oriunt̄. Quas si sine putredine cōsistāt ex diariarū esse genere dixi Sin ijs putredo aliqua vel ab initio statim vel postmodū superueniat: vbi in oībus venis ac p̄cipue magnis ea constitit cōtinuas excitari febres: vbi in vnica aīalis parte accessiones que certo ambitu repetāt Uerū de his postea. Qꝺ aūt ⁊ bis arbitror ⁊ ter ⁊ sepius iterūqꝫ dicēdū est: qui ita laborāt si recte curabūtur ijs sanguinis missio est adhibēda: quādo quibus corpus ex succorū abūdantia inhabile ad transpirationē iam redditū tantū caloris congessit vt inde iam febricitet: ijs tantū sanguinis est detrahēdū q̄ntum vires tolerant. Pro certo quoqꝫ habendum nisi ijs qui hoc per naturā sunt habitu id adhibeat̄ presidiū fore vt vel suffocent̄ vel certe syncope oīno periclitent̄: nisi (vt dictū est) eos vel viriū robur vel plurimus sudor vel largū sanguinis profluuium a morte vindicet. At illud vel me tacente cōstat ijs presertim q̇ librū de plenitudine studiose ꝑlegerūt quā quam ⁊ nunc quoqꝫ a me dicet̄ nō esse nūc nobis de ea abundātia sermonē que ad virtutē comparatur (quippe que nec sic obstruit venarū ora vt refrigerationē ꝓhibeat nec tunicas eorum distendit nec ruborē nec tumorē inuehit multoqꝫ minus vel carnis vel cutis transpirationē morat̄) verū de ea que contineri a vasis vltra nō valet queqꝫ ob id ip̄m tū perrumpere vasa tuz recludere solet reliquaqꝫ modo dicta symptomata inducit obstructionem distentionē tumorē ruborē: de hac mquā mihi oīs sermo tū habitus est tū vero habendus. Siquidem copia hec dū bonitatem suam seruat vt pariter augeri cum robore virium est nata: ita siquādo has grauat nec decetero augebitur ⁊ bonitatē nature amittet. At si naturalem semel bonitatem amiserit fieri nequit vt non putrescat: quādoquidē nec aliud vllū ex ijs que foris sunt humidū calidūqꝫ corpus manere imputrescibile cernimus. Ergo festinare ad sanguinē detrahendū oportet: quo venarū natura ex trāspirando ventilādoqꝫ naturalē temperiem seruās humoribus eo quo inter initia modo dominetur: qm̄ si ad intemperiem versa laborabit metuēdū est ne hi putrescāt Excitat̄ aūt intēperies in ea ex febris calore. Quē siquādo rudis quispiam medicus auxit non vacuata stypationis causa: in incerto reliquū omne remedium est. Ubi nāqꝫ emitti abundantia postulat calor aūt refrigerari: pugna discordiaqꝫ inter ipsa sanandi oritur remedia: scꝫ ijs que refrigerēt quāuis temperiē nature concilient saltem abūdantiā intra corpus detinentibus: que vero rarefaciēda cute hāc educant omnibus calfacientibus: sic vt si abundantiam emittere velis febrem augeas: si febrem refrigerare abundantiā moreris. In hāc consilij inopiā deueniunt qui statim a principio nō vacuarūt. Erasistrati persuasione inducti: qui nec spontanea sanguinis profluuia potuit imitari. Optimū igitur factum est (id quod nos semper in re quaqꝫ facere vidisti) statim non numero dierū sed vni virium robori in febribus eius generis attentuz esse: quippe qꝺ si seruatum est nō solū sexto septimove sed etiam sequentibus diebus sanguis est mittendus. Quod si curare aliquando infirmū cogeris cui non soluz antea secande vene remedium pretermissum est sꝫ nūc quoqꝫ vel per medicorum ignorantiam vel ipsis laborantis propinquorumve eius timiditatem ꝓcedente tempore mittere sanguinez prohiberis: ad frigidam exhibendam accedes sed diligenter ante discernens quantum ex ea nocumentum cōtingere possit. Nam si id aut exiguum erit aut nullum: offerenda potui est que prorsus sit gelida quantum bibere egro libet. Quinimo magis id audebis si frigide potioni insueuerit. Sin magnum timetur incommodum: ab hac quidem abstinendum atqꝫ alijs auxilijs quibus obstructio eximatur ⁊ abundantia vacuetur ⁊ febris feruor deferebat vtendū. Porro incōmoda q̄ frigidā potionē intēpestiue īmodiceqꝫ exhibitam sequuntur in his cōsistunt qꝺ lētos crassosqꝫ humores siue hi obstructiones siue putredinez siue phlegmonē siue qualis erysipelas aut scirrhos aut oedema est affectum creauerint attenuari digeriqꝫ prohibent. Ergo quoties ex his febris accenditur atqꝫ ad eos vacuandos frigida data non conducit: ad presens quidem non parum affert leuamen propterea quod iam accensam febrem extinguit: verum cum causa eius adhuc perstet aliam denuo accendi est necesse: atqꝫ ea que precessit nōnunquā difficiliorem: propterea quod densatuz ex frigida corpus est Atqꝫ hec vna noxe species est minime contemnēda. Altera talis est: Multe laborantis imbecille particule siue ita se ex naturali intemperie habeat siue ex vitio ascititio: a frigida leduntur. Alij namqꝫ gula adeo vehementer est affecta vt vix deglutiret. Alij vētriculus sic vt vix concoqueret. Alij ip̄m ventriculi os aut iecur aut colon aut pulmo aut septum transuersum aut renes aut vesica aut tale quippiam aliud a frigida percussum ad proprium opus infirmum est redditum. Nonnulli autem ex intempestiua immodicaqꝫ eius potione non multo interposito tempore nec postmodum sed illico difficultate spirādi ⁊ conuulsione ⁊ tremore corripiūtur: ac toto (vt semel dicam) neruoso genere leduntur. Nec ignoro quin formidolosum te ad frigidam offerendam ijs q̄ memoraui redderem nisi ea me vsum subinde vidisses semperqꝫ cū successu nec egrū in vllo manifeste lesisse Quibuscunqꝫ enim in principe particula tumor aliquis e phlegmōes oedematos aut scirrhi genere cōstitit: ijs frigidā offerre nō oportet. Sed nec ijs qui

bus obstructio putridusve humor nō cōcoctus in
cōmodat. Qđ si euidentes percipis absq̧ iā dictis
tumoribus cōcoctionis notas: illud dūtaxat estima
bis: sit ne pars aliq̄ tēperamento adeo frigido: vt in
hanc noxa procūbat. Porro erysipelas: qđ verū ery
sipelas sit: nō aliter sanaueris. At si mixtū cū phleg
mone sit: in hoc concoctionis expectande sunt note.
Atq̧ hec latius quā pro re nūc proposita: cū postmo
dū etiā forte necessū erit de frigida exhibenda men/
tionē facere. Nunc eñ altera continentiū febriū ex
sola obstructione est orta: altera vero etiā cū putre/
dine per omnes venas. Cū ergo cōcoctionis humo/
rū in ijs notas videris de quibus dictū abunde in
libris de crisi est: audacter frigidā dabis. q̄ppe soli/
darū animalis partiū natura roborata ꝑtenuatos
iā humores aggreditur: ita vt q̄ vtiles sint: atq̧ ad
nutriendū habiles: hos quidē ad se trahat: inutiles
vel per ventrē vel per cutim eijciat. Qđ si etiā frigi
de assuetus eger fuit: magna cum fiducia frigidam
exhibebis: ipsa scilicet experientia iā doctus omnia
viscera eius occursum familiariter tolerare. Omni/
no nāq̧ si quod frigidū adeo esset vt ab hac offende
ret: per sanitatis id tēpus euidenter offensam suam
ostēdisset. Nulla vero per sanitatē particula q̄cquā
ab hac lesa: nec etiam inter febricitandum quicquā
ledetur. Ubi nanq̧ nonnulli aq̄ frigide potioni non
assueti: tamen propter ardentem febrem eam bibere
coacti nullum incōmodū senserunt: multo profecto
minus eorum qui assueuerunt quisquā ledi debet:
cui etiam quasi pro munimento maximo accedit ip
sa caloris copia. Hic nanq̧ cum in vasorū finibus
plurimus contineat̄: vtpote tum aerea in his substā
tia tū etiam succis omnibus inflammatis: quantū
ab frigido patitur refrigeratus: tantum rursus cal/
faciēdo in ipsum agit. Ideoq̧ minus tuta ijs q̄ exi/
guum sanguinem carneque optinent: frigide potio
est. Celeriter nanq̧ ad solidas animalis ꝑuenit par
tes: nulli quod eius vim frangat occurrens. Eo etiā
fit vt hectice febres nec perinde eā q̄ prorsus sit geli
da: nec multam desyderent: ceu que extenuatis omni
no: exigui que sanguinis corporibus incidāt. Uerū
de illis post agetur. Maxima vero cōtinētiū febriū
remedia hec duo sunt: detractio sanguinis: et potio
frigida. Uerum illa nullo nō tempore: modo vires
sustineāt: hec cū et in pulsu: et vrinis: cōcoctionis eui
dētes cernunt̄ note: febris autē est maxima. Attēdē/
da vero cū vene secande indicationibus sunt tū que
eam precedunt: tū vero que omnino excipient. Nam
si precedat ciborū cruditas: tanto tēpore differre ve/
ne sectionem iubebis: quantū satisfacere tum ad eorū
concoctionem: tū vt excrementa descendant videbit̄.
Sin sequetur necessario vacuatio quepiā: tantū illi
de superāte parcēdū: quantū est per eā vacuandū.
Itaq̧ si tempore mittendi sanguinis menses moue
ri contigerit: siue etiā ora venarum sanguinē funde
re solita sint reclusa: si inspecto fluentis impetu: ipse
satis fore videbit̄ qui solus qđ requiris vacuet: na
ture rē omnē permittes. Sinminus: tātū ipse detra
bes: quo ex cūiunctis ambobus perficiat̄ qđ postu
las. Ueluti autē in his ad ipsam naturalē vacuatio
nē: q̄ sensu vsurpet̄: non leuiter attentū esse opꝫ: ita
alibi vel ad naturā ipsam: vel etatem: vel celi statū.
Sūt eñ nōnulli ad exhalandos digerēdosq̧ corpo
ris succos natura propensi. Pueri certe ꝑpter etatē
perpetuo. Celi vero status vbi calidus nimiū est et
siccus. Uoco celi statū ipsam ambientis nos aeris tē
periem: sub qua et anni tempus: et regio cōprehendi
tur: quando horū quoq̧ vtriuq̧ ex ambientis tempe
rie indicationē mutuatur. Propensi aūt ad digeren
dos corporis succos sunt q̄cūq̧ nā sūt hūidi: magis
que si accedat caliditas. Preterea qui raro corporis
sunt textu. Ad hec: q̄bus os ventris aut amara bili
abūdat: aut imbecillū est: aut supra modum sensile.
Atq̧ heq̄dē indicationes sunt q̄ sanguinem detrahē
dū dehortant̄. Cōtra postulāt: vna cū affectu cuius
cā primū requirebat̄: habitus durus: dēsusq̧: et vno
verbo q̄ haud facile digeritur: tū ambiens hūidus fri
gidusq̧. Sane merito q̄dā sanguinē mittendū ad/
hortant̄: quedā dehortant̄. Siquidē ea pro vacua/
tione oīno suscipitur. At eorū q̄ cōprehensa sunt: q̄/
dā trāspirationes morantur: q̄dā ꝓmouēt: et q̄dam
ad vacuandū prompta sunt: quedā secus. Sane trāś
pirationē corporū prohibent tū meatuū stypatio: tū
circūdātis nos aeris hūiditas et frigiditas. Cōtra
ꝓmouent ea q̄ his sunt cōtraria. Eorū autē que va
cuant̄: que calida humidaq̧ ac tenuia sunt: ea celer
rime digeruntur. Cōtra que crassa glutinosa et frigi
da sunt: egre transpirant. Atq̧ hec q̄dē ad rē propo/
sitā de missione sanguinis: ac frigide aque potione
nō ignorasse expedit. Quarū verāq̧ metuentes non
paucos medicos vidisti: vtiq̧ imperitos. Quorū al
teros hemophobos: id est sanguinis mittendi timi/
dos: alteros psychrophobos. i. frigide exhibēde for
midātes: sic grece nominamus: sicut qui a rabido ca
ne sunt morsi: hydrophobos. Sūt eñ proculdubio
horū quoq̧ aliq̄ pre dogmatis sui studio: nō leui in
rabie. Ergo relictis his: nos institutū ꝓseq̄mur: ad
memoriam reuocātes queadmodū sermo noster oc/
casione cōmunium quorūdam in ipsis accidentiū:
a diarijs venit ad cōtinuatas. Qm̄ eñ obstructiōis
affectus: cuꝫ et ipsa exilis est: et rite curatur: diariam
febrem efficit: cū vero vel ꝑpter magnitudinem: vel
medici inscitiā: cōsuetū diariarū tēpus excessit: aut
cōtinentē: aut aliquā earū que certo ambitu repetūt
merito nos de ea q̄ diarijs cognata est cōtinēti febre
disputatio excepit: ꝑpter hanc vbo ꝑtinus et de hac
que cū putredine humorū erat. Uisumq̧ satius est
vel claritatis: vel exercendi legētis causa: vnius egro
ti in vtroq̧ febriū genere mentionem facere. Igitur
qm̄ hec nobis peracta sunt: ac per ea demonstratū
euidenter est (id qđ in precedenti hunc libro ad cal
cē est dictū) oportere in alijs febribus que amplius
diarie nō sint: non modo ab ijs rebus q̄ in illo ꝑe/
cipiantur: faciūdorū indicationes peti: sꝫ etiā ab ea
cā que febrem excitet: ac laborātis viribus: ad vni/
uersalē denuo exercitationē reuertamur: pro cōper/
to habentes nō licere vllius artis scientiā nancisci:
nisi et methodum quādā habueris ꝑ vniuersalia vo
cata theoremata: et in ꝑticularibus te exēplis exer/
cueris: cū neq̧ fieri possit vt sine multiplici in egris
singulatim exercitatiōe: qđ ex vsu sit facias: nec sine
vniuersaliū cognitione ꝑhe exercitatio ꝓcedat: quip
pe cū in vniuersalibus methodus: in ꝑticularibus
exercitatio cōsistat. Tāq̄ igitur qui iter aliqđ igre/
di studēt: vtroq̧ inuicē vtuntur crure: q̄ altero clau/
dus est: vno dūtaxat vtit̄: et longo spatio et sepe errās
viā peragit: ita sane et q̄ finē cuiuslibet artis conseq̄
parat: duobus his veluti cruribus: vel instrumētis:

vel quomodocūq̄ appellasse libet: vti debebit: in vni-
uersalibus theorematis: methodo: in particularib⁹
exercitatione. Reuersi igit̄ ad methodū: nūc age de
egrotantis agamus viribus: conferant ne ad cura-
tionē he quippiā: an plane nihil: ceu nōnullis est vi-
sum. Videtur tamen eorū q̄ inutilem virtutē esse ad
curationē inueniendam dicunt: non ꝓpria operum
artis disceptatio esse: sed logica potius: ac sophista-
rū. Aiunt eñ ab eo quē curamus affectu: faciēdorū
indicationē prestari: haudquā a viribus. Ergo ⁊ an-
ni tempus: ⁊ regionē: et statum celi: ⁊ etatē: ⁊ cōsuetu-
dinē: ⁊ corporū temperies inutiles esse eadē scilicet
ratione dicunt. Postea cū mutare curationē propter
hec coguntur: immemores eorū que inter initia di-
xerant: quedam eorum contraria aliquando indica-
re aiunt. ijs ad que curantis consiliū dirigitur: que-
dam ad presidiorum materias esse vtilia: quēadmo-
dum ⁊ animalis partes. Etenim in illis quoq̄ eadē
vtunt̄ stropha: in principio sermonis inutilis eas
esse ad curationis inuentionem asserentes: post vbi
redarguntur: ad curationis quidem indicationem
inutiles dictitantes: ad materie tñ mutationem: vel
inuentionem: vel differentiam: vel qualitatem (nam
nec nominant eodem omnes modo) necessarias esse
fatētes. Itaq̄ quod modo dixi: nunc quoq̄ repetā:
nempe quod egressi ex eo quod in arte est vtile: in lo-
gicā disceptationem veniunt. Est nanq̄ artis vtili-
tas: auxilia quibus eger sanetur: inuenire. Quo illi
relicto: de nominibus litigant: endixes: ⁊ antēdixes:
(quasi indicationes: ⁊ indicationū contradictiones
dicas) itē cōmunitates: ⁊ scopos: ⁊ auxiliorū mate-
rias: aliaq̄ similia loquētes: scilꝫ hac nominū diuer-
sitate responsum ꝓ ijs que falso affirmauerant: de-
disse se arbitrantes. Ego ṽo minime veto nominib⁹
q̄bus libitū sit vti. Meminisse tñ eos velim eorū q̄
ab initio ꝓposuerūt. Ea sunt auxilioꝝ inuentiones
Ad quas quicquid cōducere quomodolibet videbit̄
id fatendū est ad curationē esse necessariū. Sic igit̄
⁊ virtus necessaria ne cōsyderatu in egris a medico
sit: an non: indagemus. Ego eñ sepe maxime esse ne-
cessariā aio: sic vt que circa egrū administrātur: oīa
ferme eius vni⁹ cā fiāt: aliq̄n mediocriter necessariā:
sic vt aliq̄d ex hac quoq̄: ad ea q̄ faciēda sunt: cōsilij
petatur: nō tñ precipua faciēdorū ratio huc omnis
referatur. Possum rursus ostēdere tibi virtutē adeo
exiguū ad inuenienda remedia conferre: vt propter
exilitatē etiā lateat. Alias ṽo pretermitti: ac silentio
preteriri: quasi prorsus ex vtiliter consyderādis non
sit. Verū qd̄ accidit in virtute: id in reliquis oībus q̄
aliq̄d faciendū indicāt: vsu venit. Nam aliq̄n aliud
eorū alio minus aut plus valet. Aliq̄n adeo est va-
lēs: vt solū indicare videat̄: aut ita imbecillū: vt omit-
tat̄. Hec igit̄ dū doceo: adsis animo velim: illud ha-
bēs in memoria qd̄ nec in alijs vllis curatio q̄ ꝑ me-
thodū agitur: cōsistit: nec alius ante nos q̄squā oīa
ea ordine definiuit: quāquā etiā ab Hippocrate via
est inuēta. Hec eñ ipsa q̄ ego nūc enarraturus sum:
ille curationē indicare primus omniū scripsit: verū
ceu primus inuētor: nec debitū oībus ordinē dedit:
nec cuiusq̄ indicationis dignitatē ad vnguē finiuit
⁊ q̄sdā in ipsis discretiōes omisit: obscureq̄ plurima
ꝓ antiq̄ dicēdi breuitate est interpretatus. Preterea
de cōplicatis affectibus paucissima oīno p̄cepit. Ac
vt breuiter dicam: omnem ad medicationem viam
aperuisse mihi videtur: sed ita tamen vt ea curā dili-
gētiamq̄ ad absolutionē desyderet: veluti nūc quo-
q̄ videmus quasdā veterū in tertis viarū: quibus
pars quepiā est vel lutosa: vel lapidibus sentibusve
impedita: vel moleste ardua: vel periculose prona: vel
feris obsessa: vel ꝓpter magnitudinē fluminū inuia
vel lōga: vel aspera. Itaq̄ cū sic se haberēt oēs ī Ita-
lia vie: eas Traian⁹ refecit: q̄ q̄dē earū humide ac luto-
se ꝑtes erāt: lapidib⁹ sternēs: aut editis aggestiōib⁹
exaltās: q̄ senticose ⁊ aspere erāt: eas expurgans: ac
flumina q̄ trāsiri nō possent: pōtibus iūgēs: vbi lon-
gior quā opus erat via videbat̄: aliā breuiorē excin-
dēs. Sicubi ṽo ꝑꝑ arduū collē difficilis erat: ꝑ mi-
tiora loca deflectēs: iā si obsessa feris: vel deserta erat
ab illa trāsferēs: ac per habitata ducēs: tū asperas
cōplānans. Itaq̄ mirari nemo debet si cum viā ra-
tionemq̄ medendi ab Hippocrate inuenta esse sim
testis: ipse tñ hoc opus scribere suꝫ aggressus. Neq̄
eñ ad hec ceu plane non inuenta: sꝫ veluti q̄ ꝓxime
diximus desyderātia: ꝓdēda venimus: neminē prio-
Febriū quas putrescens accendit humor: prime remediorum indicationes dicte prī⁹ sunt quo loco eas quemadmoduz & duas & tres efficias docui: etiam si velis vnam. Nunc vero quod in alijs febribus fecimus vt ex primis generibus diductis ad vltimas vsq; species diuidendo perueniremus: idez & in proposita differētia facere tentemus: illud pri⁹ admonentes quod etiam in libris de pulsu ostendimus: siue primas differentias: siue prima genera: siue maxime generales ideas: siue quomodocūq; alr appellare libeat: modo exactam rei notitiam serues nihil interfuturum. Ac febriū quidem ipsarum quē admodum eas quas diarias vocamus cures: in hortum commentariorum octauo exposui. Pari modo & quemadmodum continentes: in libro qui illum seq̄tur: atq; etiam quemadmodum hecticas in eo qui illi succedit: qui totius operis est decimus. In quibus non propria modo cuiusq;: sed etiam communium pleraq; explicaui. Nunc quemadmodū que ex putrescentibus humoribus excitentur: methodo sint sanā de aggredi statui. Que curationem indicant: prout in duo diuiduntur affectus quem curam⁹: & partiū egrotantis temperies sunt. Licet autem ea (vt dictū est) & vna summa interpretemur: dicentes vnam esse omnium morborum communem curationis indicationem: nempe contrarietatem ipsam qua rursus diuisa duas existere: morbo scilicet ex ijs que sibi contraria sint adhibenda remedia indicante: laborātis vero temperie vna cum ipso morbo cōtrarietatis mēsuram definiente. Porro dictum in illis est ambientē quoq; nos aerē vnam efficere indicationem posse & cum primam sectionem in duo facimus: ambientē vel egritudinis causis vel sanitatis annumerandū esse. At vero cum sanitatis cause sint omnia que sanitatem efficiunt: vna certe earum est quod auxiliuz remedium vocatur: quod pro varijs rationibus et vltima & prima sanitatis causa recte dicitur. Quippe tēpore vltima erit propterea quod tempore & natura et ars et fortuna priores eo sanitatis cause sunt. Prima vero est quatenus id laborantis corpus tangit: alteratq; eius affectum: ac propter alterationem quam id facit cum egra corpora ad sanitatem perducūtur: ars & artifex sanitatis cause fiūt non quod hec morbos primum summoueant: sed ꝙ alia materia ad id commoda intercedente: quod auxilium appellatur. Siquidez sanguinis missio quā phlebotomiam vocant: ipsa quidez per se hoc quod tā dictum est nomen possidet. A cum homini maluz affert: ex causis fit morbificis: contra cum prodest ex sanis. Ac propterea cum proficit vocatur auxilium sicut profecto omnis materia que quomodolibet corpus alterat quo tempore iuuat auxiliuz dicitur. Ad eundem modum & ambientis proprium pro natura sua nomen est aer. Relatus tamen ad nos alias auxilium & sanitatis causarum vnus efficitur: alias contrariarium ijs: nempe morbificarū. At quonā aeri tum ex presente celi statu: tum anni tempore: tū regionis natura: sue in humido sicco calido & frigido mutationes accedunt: ex illorum rursus vno quoq; alie particulares indicationes oriuntur. Ac fortuna quidem: & ars: & artifex: materiarū interuentu agūt: natura vero per seipsam. Ea ex tribus his partibus constat: ex spiritus substantia & ex earum que vere dicuntur solide substantia (quas alibi ex semine genitali conditas esse monstrauim⁹) & tertia ab ijs carnosa: que cuiq; particule est sua. Singule autem saz dictarum triū propriam pro natura sua tū qualitatem habent tū quantitatem. Ac qualitas quidem earū ex congrua temperie humidi: sicci: calidi: & frigidi consistit. Quātitas vero solidarū partiū par semper manet: sed ijs qui adhuc inaugētur numero dūtaxat: qui vero absoluti iam sunt etiam magnitudine. Carnose vero substantie magnitudo variat etiaz si preterea non augeat animans. Pari modo & spūs substantia: tūn non quolibet momento tū minor tuz maior conspicit. Ergo etiā supra ea que indicationes prestare prius dixim⁹: virtus vel sola in ijs tribus que modo cōprehendim⁹ simul enumeratis additur: vel si tēperamentū seorsum sit discretū in ipo. Atq; hoc ipsum rursus bifariā quoq; vt ostensuz est scindit: & in originalē naturā: & in acquisitiū affectū sic nimirū vt ex istis & alijs que prius dicta sunt ꝓpria quedaz cuiusq; curationis ratio indicet. Sepe aūt adscita tēperies ad efficientes causas reducta:

illis indicationē suā concedit. Ad hūc itacꝫ modum ex etate arte ⁊ consuetudine indicationē remediorū suggeri diximꝰ: consentireqꝫ inter se oēs iā dictas indicationes. Siquidē in ijs que magis sunt speciales contineri semper que magis sint generales. Agi vero in vsum q̄ magis sint particulares: scilicet ex magis generaliū sectione inuentas. Prima nācꝫ oīm curationis indicationū que ex ipso qui curatꝰ morbo accipitꝰ contrarietatē prescripsit. At qm̄ morborū plura sunt genera cuicꝫ eoꝝ sua erit contrarietas. Verū cetera in presens omittantꝰ. Proponatꝰ aūt nobis ad presentē disputationē dūtaxat morbi quem curamus genus in intemperie esse positū. Id igitur per contrariā ipsi intēperiez sanabitꝰ. At qm̄ vniuersi febriū generis intēperies est calor: nimirū per frigiditatē curabitꝰ: sic oēs indicationes inter se cōcordant. Nā siue dixeris absoluto sermone febrē per contraria sanandā esse: siue adijciens per ea que contrario sunt temperamento: nulla pugnantia in sermōe erit. Similiter nec si per frigida sanandā febrē esse dixerimus. Sed nec si diuidentes id dicamus aliquando sanare nos febrē per ea que effectu frigida sunt: aliquando per ea que potestate: aliquādo ⁊ per ea que ex accidenti refrigerant: aut etiā ista contingentes: nulla pugnantia cū ijs que dicta sunt in sermōe erit. Pari modo nec si quis dicat que actu: potestate: vel ex accidenti calfaciant: ea febres deteriores reddere q̄ꝫ prius fuerant. Cōtracꝫ effectu: facultate: vel ex accidente refrigerent ea febres sanare. Quippe indicatio que ab effectu sumitꝰ in tot numero particulares indicationes est diducta. He vero ipse particulares indicationes materias inueniūt: iuxta eas methodos que in opere de medicamentis sunt tradite: qm̄ illarū principiū idest in quo finita est curandi affectus diuisio. Ac maxime quidē in soluendo morbo intellegitꝰ curatio: sed per abusionē etiā mixtū genꝰ qđ tū ex vera curatione: tū prouisione: quam prophylactice pars artis prestat cōponitꝰ. Ac diariarū quidez febriū ⁊ becticarū vera ⁊ propria curatio est. Earuz vero que ex putrescentibꝰ excitantꝰ bumoribꝰ vocata curatio: prophylacticen quocꝫ sibi adiūxit: cuiꝰ officiū est causam que morbū creat adimere. Sane nominatꝰ bec ipsa quocꝫ pars artis curatrix que vtiqꝫ ab ea que pure sincereqꝫ prophylactice dicitꝰ in eo distincta ē: qđ sub bac iā sensibiliter ex ip̄a causa morbus gignitꝰ in prophylactice est futurus. Atqꝫ noībus quidem quisqꝫ prout volet vtatꝰ: (id eñ semper monere oportet): sed remediorum indicationez que a rebus singulis prestetꝰ seruet: quando si vel vnam aliquā eaꝝ pretereat: ad portionem tum magnitudinis illius: tū facultatis curatio claudicabit. Porro quemadmodum ab effectu ad materias presidiorum peruenimus: eodem modo ab singulis reliquorū generꝝ primorū descendendum ad eas est: veluti a virtute. Nam ea morbo ceu aduersatrix est opposita: propositūqꝫ medico est buic omni ratione opitulari ac subuenire. Ergo quis primus est a virtute scopꝰ: aut quenā indicatio prima? Nā bic quocꝫ loqui pro arbitrio possis: scilicet virtutē ipsam vnum scopum ac primū: sed quod indicet statuens: qđ vero ab ea indicatur: alterum ⁊ secundum. Itacꝫ cum monstratū sit virtutē sui custodiam prescribere: sicuti morbum se tollendum: erit rursus in virtute secundus scopus: siue quod indicat ipsiꝰ custodia; sicut in morbis ipsorū sublatio. At vero custodia similium exbibitionē indicabit sublatio contrariorū. Qm̄ vero virtū substantia tū ex spiritu: tū ex carnosa specie tū solidis ipsis completur: ex ijs que similia sunt moliri cuicꝫ suam custodiam conueniet. Spiritui ex respiratione ac tanspiratione ⁊ qui ex sanguinis attollitur vapore. Liceat vero bic quocꝫ volenti vel grece ἀερῶσιν quasi aerationē dicas: vel sanguinis attenuationē: vel in balitū solutionē: vel vtcūqꝫ libuerit appellare. Solidarū vero generi ex solido nutrimento. Carnoso generi per eā naturā que in medio bumidorū ac solidorū corporū est. Porro cuiusqꝫ borum modū ex conseruande substantie modo inuenies: q̄litatem vero ex ipsarū temperie. Cū vero borum cuiusqꝫ vel optima temperies sit: vel aliquatenus vitiosa: que quidem optima est semper seruari debebit: q̄ vero omnino vitio non caret: bec in sanis quidez vel seruanda est vel alteranda: in egris vero seruāda est ea ipsa scilicet ratione qua prius ostendimus maximā esse a consuetudine indicationē: quippe vel temperamentū originale ipsaz seruare: vel ad adscititiū inducere. Prestari vero (vt predictū est) modi auxiliorū indicationē ex eo temperamento quod iaz presens sit: ita nimirū sicut ex etate: non quam eger priꝰ babuerit: sed quam nunc babeat. Cum vero diuersitas non parua sit in partiū animalis temperamento: propriam cuicꝫ mensuram fore eorū que ipsi sint similia: nempe ei que terrea est: eorū que magis sint terrea: ⁊ ei que bumida est eorum que sint bumidiora. Ad eundem modum ⁊ ei que magis aerea est: eoꝝ que plus buius substantie in se babeant: sicut calidiori eorum que magis substantie ignee sint participes. Hinc vero iam materias particulares in cibis potione acre ⁊ omnibus peragi solitis inueniendas esse. Ubi vero secum pugnauerint indicationes alique superius comprebensa metbodo ad ea que agēda sint inuenienda vtendū esse: perpensis scilicet eorum que indicēt: tū magnitudine tū dignitate. Ostēdimus eñ eligendas eas indicationes esse: quas digniora maioraqꝫ indicantia prescribant: ac dignitatē eorū vel vite vel sanitatis respectu iudicādā. Magnitudinē vero duplicē esse: vel proprie substātie ratione vel declinationis a naturali babitu. Ergo ab bis iā metbodis agedū exercitemur in genere febriū qđ ex putredine nascitꝰ. Qm̄ putredo vel equaliter ī oībus subsistit vasis vel in maximis maximeqꝫ principalibus: (ea porro sunt inter alas ⁊ inguina) vel vna quapiā particula que vel pblegmonem in se babet: vel etiā citra pblegmonē: veluti in foco quodam principium febris in se continet: in singulis bis differentijs seorsum exercitari conueniet. Ac primū eaz tractandam proponemus que vel in maximis vasis vel simul omnibus consistit. Que igitur ex tali affectu oritur febris plane necessum est synocbon id est continuā esse. Nec fieri potest vt ea sanetur: nisi inbibita prius putredo sit. Porro ea inbiberi causa etiā durante non potest. Quare summouenda ipsiꝰ causa est: si modo putredo ipsa primū mox febris sanari debebit. Ergo que causa putredinis est que se per omnia vasa equabiliter diffundit? Sane memorare prius cōueniet quenā alias putredinis indicata sit causa: sic deinde cur pari modo in oībus aīalis partibus fiat inquirere. Ergo ostensum est vbi morboꝝ causas reddidimus; illa tm̄ putrescere corpora: q̄ cū

calida humidaq̄ natura sint: neq̄ perflata: neq̄ vētilata: in calido humidoq̄ loco maneant. Quid si in motu sint: ventilenturq̄ ac perflentur posse ea non putria integraq̄ seruari: potissimum quecūq̄ sua ipsorū natura reguntur: sicut animalium ⁊ stirpium. Ea namq̄ (sicut in opere de naturalibus facultatibus est proditum) ab initio cōgenitos secum motus habent quibus superflua excernent. Ostensum non minus ⁊ in alijs duobus libellis est: quāta sit tum respirationis: tum pulsuum vtilitas ad perflatum ventilationemq̄ corporis: atq̄ eius natiuum calorem tuendum. Itaq̄ si quid in eo manifeste putrescere debebit: dictas trāspiratiōes impeditas esse oportet. At ꝟo qui fieri potest vt ille per totū animal sistētur: nisi vel finibus vasorum stypatis vel tota cute? Porro accidere in finibus vasorum stypatio potest vel ex vehemēti extrinsecus refrigeratione: vel ex succorum qui extrorsū in ipsis confertim ruerint: crassitudine: multitudine: vel lentitia. Accidit hoc illis ⁊ ex ijs que ī palestra exercent: vel alias obeūtur: ⁊ itinere laborioso: vel ambientis statu cum ex rigore in estum subito est mutatus. Nonnullis ꝟo feruentes ex ira succi: ac foras simul īpetu ruētes dictas stypationes effecerunt. Quisq̄s igitur propositā sanatur⁹ est febrē: hic simul cām ei⁹ adimat opꝫ simul, calorē q̄ in aīali excitat⁹ ab ea ē refrigeret. Ac quēadmodū q̄dē ille sit refrigerādus: pri⁹ ē dictū. Cām ꝟo adimi oportebit propria cuiusq̄ nature inuēta cōtrarietate: vtiq̄ si ex frigida causa stypatum densumq̄ redditum corpus est: relaxato eo omniq̄ ratione remisso sin ex obstructione ita est affectū: hac reclusa. Quod vero recludet: hic quoq̄ inuenies ad contrarietatis indicationem antentus. Ubi nāq̄ abūdantia humorum est hos vacuabis. Ubi crassi sunt ⁊ glutinosi tenues eos ac fluxiles efficies. Si plures cause aliq̄n coibunt omnibus per contraria occurres. Siquidē fieri potest vt ⁊ coarctatū corpus sit: ⁊ exigui meat⁹ densati: ⁊ multi simul ac lenti humores subsint. In eiusmodi aūt causarum complexu: si recte que prius comprehensa sunt meminimus: cepisse a sanguinis missione cōueniet: ac abūdantia vacuata: tum ad extenuādos humores venire: ab hoc ad remittēda que sunt cōstricta ⁊ rarefacienda que sunt densata. Atq̄ hec quidem a morbi affectu indicatiue sunt sumenda: a viribus autem ista: quoniā has cibi potiones ⁊ spiritus: certa mensura ⁊ apta qualitate exhibiti seruabunt. Inuentus autem est quātitatis eorū modus ex virium substantia: qualitatis ꝟo a temperamento nimirū estimari debebit: quēadmodū vires que corpus regunt in his se habeant. Quippe si valentes sint: audacter vacuantibus presidijs vteris. Hec autem ab effectu morbi fuere accepta. Sin infirmiores sint reddite: vacuātia remedia cautius administrabis. Sed ⁊ nutrimenti modus hinc tibi est desumendus. Quippe cum vires legitimū robur suum habent: ⁊ morbi summus vigor mature expectatur tenuissimo victu licet vti. Cū sint infirmiores nō licet sine graui noxa. Sed adijcere ad nutrimēta tantum oportet quantū est de robore viriū imminutū. atq̄ ex his consyderantib⁹ accipiendus est nutrimēti modus qualitas ꝟo ex morbi affectu vna cū solidorum corporū quod tum est temperamēto. Ab affectu si is obstructio est que extenuet. A naturali ipsorum temperie vna cū consuetudine prout etiam prius est definitum. Tēpus ꝟo nutriēdi qđ quidē ad reliquas spectat febres que ex putredine oriuntur in progressu sermonis dicet. Que ꝟo vnicā a principio suo ad finem accessionē habent (de his nāq̄ presens est sermo) in his facilius toleratio ⁊ cōsuetudo spectari debebunt: quādo cibus illis eo tempore est offerendus: quo facilius quā in ceteris morbuꝫ tolerant: eoq̄ potissimum diei tempore quo prius cibari sunt sueti. Etenim facillime cibū ferent si ex his consyderationibus assument. Quod aūt frigida quoq̄ ijs qui ita laborant sit exhibenda cū scilicet iā succi concoquunt: ⁊ crassitudo eorum extenuata est: id ex ijs que prius sunt comprehensa manifestum arbitror. Siquidem cū eiusmodi febris communia quedam cū ambabus habeat tum ijs que ex humorū orte putredine circuitibus quibusdam redeunt tum ijs quas diarias vocamus: merito in vtroq̄ genere de ipsa mētionē facimus: cū vnicam accessionem habeat vt diarie ceterū ex putredine orta multos duret dies. Itaq̄ etiā vnuꝫ cū diarijs cōmune habebit duo cū ijs q̄ ex putredine orte multos durant dies. Reliquum cōtinuarū febrium (quas synochos vocāt) gen⁹ duo habet cū diarijs cōmunia nēpe ⁊ qđ sine putredine fit ⁊ qđ absq̄ circuitu. Tertiū ꝟo commune nō est: cum subinde in quintū porrigatur diē. Atq̄ harū quidē cōtinētium febriū prodita prius curatio est. Continuarum vero quas putredo excitauit curatio cū vtriq̄ generi communis esset etiā nos in ambobus de ipsa disserere coegit. Ceterū substantia earū totaq̄ natura ex eo est genere quod nūc nobis proponitur. In vno aūt eorum que ipsis accidunt cum diarijs cōueniebant. Id fuit quod vna in totum totius morbi accessio erat. Ergo ⁊ curatio earū vnū hoc duntaxat commune cum diarijs habeat oportet: in reliquis oībus bifariaꝫ diducatur. Atq̄ alie quidē curationis indicationes ex cōmuni genere earū que ex putredine sint orte accipiātur: alie ex ꝓpria earū substantia. Ad eundē ꝟo modum ⁊ ceteras natarum ex putredine febriū differentias sanari conueniet: nempe (sicut sepe prius dictuꝫ est) indicatione tum a cōmuni ipsarum genere tū vero a cuiusq̄ propria differentia desumpta. Ergo denuo repetētes dicamus primū quot sint febriū quas putredo accēdit in vniuersum differentie: deinde quenam sit ipsius generis earū cōmunis vtiliū auxiliorum indicatio: mox que sit singulatim cuiusq̄ ꝓpria. Par est eñ profecto ⁊ quod omniū earū cōmune est communem habeat indicationē ⁊ quod in singulis est proprium quantum a reliquis eiusdē generis est diuersum in tātum ⁊ diuersam ab illis sortiatur indicationem. Sūt igitur natarū ex humoris putredine eiusmodi differētie. Unā ex eo quod cause ipsius putredinis iā adsunt vel non adsunt. Secunda ex eo qđ per totū animal diffusa putredo sit aut eius aliquam partē occupet. Tertia quatenus cū phlegmone est aut citra hanc. Igitur consyderandū nobis est quidnā cōmune habeat indicatio que a causa sumit adhuc manente: quidnā ea quā putredo ipsa prestat: ab his deinde quid indicatio putredinis q̄ per totū diffunditur animal aut certe maxime principalia in eo sanguinis vasa: quid eius que in vna cōstit parte: mox deinde earū que in vna parte sunt estimabim⁹ differētias. Quippe aliā esse indicationē eius que cū phlegmone coniungitur ratio est aliam eiusque sine hac consistit: rursus in istis etiā ipsis aliā esse p̄sente

adhuc effectrice causa: aliam vero hac summota: postremo cuiusqꝫ cause adhuc manentis differentias ꝑ omnia que in specierū diuisione sunt inuenta. Siquidem hic iam desinant necessum est indicationes que ex curandis sumunt̃ affectibus: post has vero easnimirū que ab ipsis curandis suggeruntur particulis pro iā dicta methodo sumemꝰ. Quibus si eas que a viribus prebentur adiecerimus: absoluta nobis methodus de febribus sanandis erit. Ergo ordiamur ab eo quod primū in diuisione indicās fuit. Ea erit humorū putredo. Ac consideremꝰ quibꝰ maxime indicantibus: q̇busqꝫ indicationibꝰ vsi curationē eius inuenire possimus. Principiū vero inuentionis ipa erit rei natura qua de agitur. Etenim id quoqꝫ in demōstrandi methodis didicimꝰ. Quenā igitur est putredinis natura? Nēpe mutatio totius putrescentis corporis substantie ad corruptelā a calido externo Non enī profecto a proprio calore corrūpit̃ quicꝗ̄ immo contra prorsus quicq̇d in rebꝰ subsistit: id glíscit roborat̃ sanū est ac viuit: dū proprio calore regitur: veluti nimirū ipsa animantiū corpora tametsi plurimā nature sue portionē humidā ⁊ calidā sunt sortita: magnū tamen annorū numerū sine putredine: ac sana viuacqꝫ exigūt si seruet̃ (vt monstratū est) eorū proprius calor: in cordis quidē corpore per respirationē: in reliquis omnibꝰ partibꝰ: tū per cōmunitatem quā habent cū corde: tū per alteram respirationis speciē que per totā agit̃ cutē ⁊ transpiratio ꝑspiratiove dicit̃. His vero lesis: vna etiā naturalis calor leditur. Alter vero quidam alienꝰ: ac preter naturā in corporibꝰ excitatus: primū quidē ipsos succos propter humiditatem ⁊ putrefacit ⁊ corrumpit spatio vero tū adipes inuadit tū etiam carnem. Tāꝗ̄ igitur in ijs que non viuunt corporibus: primum quantū eorū iam computruit separant: dein ei quod reliquū est: in frigidū aerem sublato: perspirationē refrigerantē moliunt̃: ita vtiqꝫ ⁊ putredinem que in viuis est orta sanabimꝰ: id scilicet quod iā corruptū est: omni ratione vacuantes: quod reliquū est moderatis motibꝰ: ⁊ refrigerante perspiratu ad exactam symmetriam reducentes: ac vacuationem eorū per vrinam: deiectiones: vomitum: ac sudores moliemur Post hanc dimotiones mediocres: vna cū ambiētis temperie adhibebimus. Quemadmodum aūt horū quodqꝫ recte administrandum sit paulo post estimabimus. Nunc ad secundum in diuisione transeamꝰ. Nempe quemadmodum q̇s cause q̄ putredinem excitauit adhuc manentis remedium inueniat. Est autem neqꝫ in hoc difficultas vlla: quippe cum per cōtraria tollatur. Itaqꝫ quoniam transpirationis prohibitio putredinis occasio fuit: hanc arbitror summouere oportet. At ea cum varijs generibus est orta: et densatis exiguis meatibus: et constrictis corporibus: ⁊ humoribus tum abundantia: tum crassitudine: tum lentitia sua obstruentibus: singule harum affectionum curande per contraria sunt. Densitas per ea que rarefaciunt. Constrictio per ea que fundunt. Abundantia per ea que vacuant. Crassitudo per ea que dissecant: ⁊ lentor ijs que detergent. Ac siquidem totum corpus dictorum iam singula occuparint: etiam toti per contraria est succurrendum. Sin vnam partem quampiam putredo inuaserit: illi adhibenda iam dicta sunt remedia. Sane non easdem omnes partes vacuationes medicamē-tave requirēt: cum ⁊ temperamentis: ⁊ positurís: et forma: ⁊ omni deniqꝫ constitutione naturaqꝫ inter se dissideant. Ergo quēadmodum singulis sit opitulandum: id postea pro conueniente sermonis ordine disquiremus: cuius initium a putredine que totum corpꝰ occupet: que ipsa ꝯtinuas quoqꝫ febres quas synochos vocant excitet faciemus. Ergo a corporibus que sic afficiuntur: expellenda q̄ putruerūt: per vrinas ⁊ aluū ⁊ sudorem sunt quod si ad os ventriculi aliquādo sua sponte impetum capiant: etiā per vomitiones. Aliter autem non est quod ea preter naturam irrites. Ac eorum quiddem que iā dictas vacuationes promoueant: nō parua materie copia est: sed maior eorum portio cum calida siccaqꝫ facultate sit: febrem auget. Itaqꝫ deligēda medico sunt ea q̄ citra calefactionem siccationemqꝫ valentem supradictas vacuationes prestent: cuiusmodi sunt cremor ptissane: ⁊ aqua mulsa: ⁊ oxymeli: ⁊ apomeli: ⁊ apij radix in aqua que potui datur incocta. Hec autē ipsa ventri quoqꝫ sunt idonea. Qui si nihil reddat inijciēda per dysterem aqua mulsa cum oleo est. Sane totum corpus priusꝗ̄ id vacuaris rarefacere non expedit: vbi vacuatum est: vtiqꝫ licebit id medicamento aliquo cui tepida vis sit rarefacias: cuiusmodi est quod ex camemelo conficitur. In hoc tempore si vinum quoqꝫ aquosum bibatur: id omnes vacuationes promouerit: idem faciat ⁊ tempetatum dulcis eque lauacrum. Quod si appositum aliquādo in dictione vocabulum dulcis non fit: vtiqꝫ id subaudire debebis: certo sciens de eo nos in febricitantibus lauacro semper loqui: non bituminoso: aut sulfureo: aut aluminoso: aut atramentoso: aut salso: aut marino ipso. Ceterum vbi magnitudo febris resistit sicut in continuis: nec vino est vtendum: nec lauacro nec ijs que habitū rarefaciāt vnctionibus: sed aqua frigida: sicut prius diximus pota: in his febribus est aptissima: nisi tamen aliquid eorū que predicta sunt: hanc quoqꝫ prohibeat. Quippe ipsius febris frigida pota perpetuo est remedium: non tamen putrescentium humorum per aluum vrinas vel sudorem vacuandorum. Quo magis exercitatum esse in ijs quas nūc tradimus methodis oportet: ac ī egrotantibus considerare ⁊ que sint ipsius febris remedia: ⁊ que ipsius vbi per se sola subsistit putredinis que rursus efficientis hanc cause: atqꝫ huius quoqꝫ cum per seipsam subsistit. Quippe non semper inter se consentiunt hec omnia. Sed plerumqꝫ aduersantur. Quo casu memores eorū que didicimus: id q̄d maximum omnium est aggredi oportebit: atqꝫ ei vel soli vel magis ꝗ̄ ceteris subuenire. Sane scire lꝫ difficile esse acre que iudiciū indigēs: febrē: putredinē: ⁊ effectricem causam: vbi scilicet ipsa quoqꝫ adest: inter se conferre: difficilius tamen est si vires quoqꝫ cū illis vna conferre velis: quod vtiqꝫ sicut ante comprehensum est: propter vite ipsius respectū semper est necessarium. Aliquando vero ⁊ ex accidenti: sicut ad morborum sanationem. Hoc vero me ostensurū promisi. Siquidē quod putrescit: si vestis esset aliud ve inanime corpus: vtiqꝫ ex ijs dūtaxat que predicta sunt indicationem caperemus. Nunc cum in viuente corpore putredo cōcipitur: quod tum alterare potest: tum ꝯquoquere: tum vtile reddere quicq̇d putrescētiū veluti semiputrescēs semimalūqꝫ est: vtiqꝫ facultatē eiꝰ q̄ naturaliter ꝯcoquit excitās firmāsqꝫ

que putrescentia sunt sanabis. Itaq̄ etiā tum maxi/
me eos cū fiducia vel in balneo lauamus vel ijs que
habitū rarefaciant medicamentis vtimur vel aquā
frigidam vel vinū bibendū damus cū notas humo/
rum cōcoctionis cernimus. Neq̄ eñ pulsus dūtaxat
vires ad eiusmodi agēda firmas requirimus veluti
nec eius facultatis q̄ voluntarium motum prestat:
sꝫ sicut est dictū ipsius potius concoctricis. Ergo si
⁊ vires cuncte valentes sunt: ⁊ febris ardentissima
⁊ concoctionis note plane euidentes frigidam ho/
mini dare audacter debebis. Constat nāq̄ talē ho/
minem senem nō esse ex quo omnes illi virtutes valē
tes esse ꝓposuimus. Qđ si etiā bona corpis habitu
dine sit: qđ εὐσάρκον greci vocāt tū stat⁹ celi calidus
ac siccus etiā si in frigidā natationem hūc dimittas
haudquaq̄ ledetur. Eiusmodi nāq̄ tēporis oppor/
tunitate vsi q̄ sese in frigidā coniecerunt ⁊ protinus.
oēs sudarunt ⁊ nōnullis eoꝝ aluus biliosa reddidit
At si mediocris est febris ⁊ vires nō valide: sꝫ cū no
tis cōcoctionis: ijs q̄ ita se habent balneū prodest: ⁊
vini potio: tū ṽo ex vnctionibus ee q̄ rarefaciunt. Id
q̄ multo maxime cū ambiēs est frigidus. Neq̄ enim
aut frigidā in balneo lotionē aut frigidā potionem:
in eiusmodi celi statu fere expetunt: vtpote respiratu
ipso assidue refrigerati: cū si quādo in frigido ambiē
te vehementer vri hominē cōtingat exigua salutis ei⁹
habenda spes est. Si ṽo nec concoctionis habeat si/
gna nec vires validas seruari is plane non pōt: quo
minus aut idē lauādus in balneo est aut medicamē/
tis ijs que rarefaciant vngendus aut vinū illi dan/
dum frigidave offerenda. In quo eñ desperata oīno
salus est imprudentis consilij fuerit apud vulgū in/
famare presidia que multis fuere saluti. Ipse siqui/
dem aliquos noui ex amethodis istis medicis q̄ cuꝫ
ea q̄ nos gessimus essent imitati ijsdēq̄ presidijs in
ijs q̄ prorsus morituri erant vsi adeo nihil profece/
runt vt etiā tempestiuū eoꝝ vsum suspectū formido
losumq̄ reddiderint. Verū nos tēpora presidiaq̄ ijs
quos seruari spes est prodimus: qm̄ egris qui insa/
nabiles sunt ijs nec tempus vllum opportunum nec
presidium est. Atq̄ hoc mihi per omnem sermonem
teneri memoria velim: quo minus precipua illa pri/
maq̄ omnium curationis indicatio cōuellit aliquan
do posse videatur. Quippe cum dicat Hippocrates
contraria esse contrarioꝝ remedia quid vetat oībus
febricitantibus frigidā vno ordine exhibere? Verum
nec exibenda est nec subuertitur eo tēpore generalis
oīs curationis indicatio. Vnū eñ ex ijs que actu re/
frigerant aqua frigida est. Sed ⁊ alia plura sunt que
partim potestate (vt dictū est) refrigerent partim ex
accidenti. Quoꝝ alijs propter concursum pugnan
tium inter se indicationū alias vtimur. Porro tradi/
dita iā methodus est eius qđ cōducit ante alia semꝑ
deligendi. Ostēsum ꝑterea est ipsi⁹ febris ꝓut febris
est aquā frigidā semꝑ eē remediū: qđ ad alia spectat
nō semꝑ veluti cū ex obstructiōe glutinosi ⁊ crassi hu
moris putredo orit̃. Ponat̃ ṽo ⁊ cū hoc redūdātiā in
toto esse corpe tū virtutē non imbecillā. In eiusmodi
namq̄ cōplexionibus cū multa preter naturā in cor
pore sint quedam eoꝝ precedētes cause erunt veluti
redundantia cum glutinosis ⁊ crassis humoribus.
Horum enim vitio obstructio est orta: que morbus
instrumentalis est eoꝝ que obstructa sunt corporū.
Hāc symptoma secutū est ipsa trāspirationis retētio:

quā rursus putredo humoꝝ excepit ipsa scilicet fe/
bri antecedens quedā causa. Ergo qui febrem cura/
re volet necesse est putredinē inhibeat. Ita due indi/
cationes se exhibēt altera a febri: altera a putredine.
Atq̄ a febri rursus due: scꝫ vt portio febris q̄ iā accē
sa est percuretur: que vero in generatione est inhibea
tur. Alieq̄ due a putredine: vt ⁊ quod putredinis iā
factū est sanes: ⁊ qđ in generatione adhuc est sistas.
Porro quod in generatiōe est id perspiratio impedi/
ta facit. Ita ab hac quoq̄ alie due indicatiōes nascē
tur tum vt quod retentum est vacuetur tum quod re/
tinendum est prohibeatur. Sane ꝓhibebitur ijs pre
sidijs que obstructioni medētur. Cuius rursum ip/
sius quod iam occupauit sanandū est quod futuruꝫ
est propulsandū. At curabitur quidē qđ obstructio/
nis iā factum est per ea que obstructa liberant ꝓpul
sabitur qđ futurū est si affluxū obstruētium succoꝝ
cōpescas. Ergo qđ vltimum in ipsa resolutiua me/
thodo est inuentū id primuꝫ omniū in curatione est
peragendum. Ostensum eñ in prioribus libris est:
si ijs que obstructiones eximāt vti nō vacuata prius
abundātia velimus fore vt nō modo nihil proficia/
mus sed etiā affectum maiorem reddamus: pugnan
tibus scilicet inter se indicationibus. At si vacuata
prius multitudine ad curandā obstructionē accedi/
mus: medicamentis ijs que obstructiones expediāt:
erit opus. Verū qm̄ hoꝝ pleraq̄ calida sunt metus
est ne tū putredinē tū febrem augeant. Itaq̄ ijs que
citra calorē liberare obstructiōes valeāt vtemur: vbi
aūt que obstruunt detersa dissectaq̄ sunt per aluum
vrinas ⁊ sudorem ea vacuare tentandum. Cū vero
materie que hec efficiant etiā calide sint necesse est in
terea tum putredinē augeri tum febrem. Quare quo
ad licet id agendū vt que minus calfaciat materia
deligatur. Aut siqua inueniri potest que nō calfaciat
(quēadmodū in hoc casu balneum) vtiq̄ea est peten
da. Hoc vero tempore etiaꝫ vires roborare quo ⁊ pu
tredinem superent ⁊ succos concoquant studebimus
Qđ ṽo febris ipsius iā accensuꝫ est id refrigerabim⁹
In auxilioꝝum eñ inueniendorum ordine vltima est:
que ad hac sumitur indicatio: quāuis alia ratione sit
prima quippe cum a febri ceperit inueniendorum ꝑ
sidiorum nunc methodus. Ac si nullum quidem inte/
rim vehemens incidat symptoma prohibeatq̄ quo
minus auxilia ab initio morbi ad finem ita ꝓcedāt
celerrime finietur febris. Sin tale quippiam incidat
quod totā ad se curationem reuocet necesse est serius
adueniat curationis finis. Siquidem quod ita inter
uenit oīno vel contrarium est remedijs que ante di/
ctum causarū affectuum ⁊ symptomatū ordinem sa/
nent: vel oīno nihil saltem confert. Enimuero si eius
quod interuenit sanatio ante dicto presidiorum ordi
ni sit cōtraria necesse est interim cuncta deteriora red
di. Sin nihil orginali affectui interuenientis obiter
mali correctio nec officit nec prodest: curationis cele
ritati in mora erit. Si aūt nocet, necesse est aut vniuer
sam medicationē in longius spatiū trahi: aut aliqđ
subsequi periculum: aut etiam fore vtrumq̄. Finge
nāq̄ exempli gratia afflicto interim stomacho synco
pem incidisse: cui succurrere coacti cibum intempesti
ue dederimus: ac vinum cum frigida. Ex horum eñ
vsu tum obstructionem: tum corporis coarctationeꝫ:
tum putredinem auctas esse necessum est: atq̄ ex ha
rum auctu: ipsam etiam febrem. Verum vbi tum vir

rus satis valens est: nec quicq; interuenit: cuiusmodi quā modo diximus ex vitio stomachi ortā syncopem sed nec que aliquādo accidere possunt: aut sangui-nis ꝓfluuiuz: aut vigilia aut dolor: aut error aliq́s vel ipsius egrotātis: vel eiꝰ familiariū: vbi inq; nihil tale accidit: totꝰ qui proxime dictus est remediorum ordo: hominē profecto sanabit. Sed nec ipse tamen quocūq; remedio omnia que preter naturaz sunt sa nat. Nam aqua mulsa qđ ad crassos succos extenuā dos ⁊ glutinosos detergendos: ⁊ excretionē promo-uendā attinet: optimum plane medicamen fuerit in ijs sinochis quos habitus coarctatio ⁊ putredo ex citarunt. Quatenus vero calorē febris adauget: est noxia. Adeo si hic immodicus sit: parcendum aque mulse est: vtendūq; ptissane cremore. Qđ si difficiles ac contumaces esse obstructiones iudicaueris: etiam oxymelite. At hoc ipsum rursus si immodice vtare: ⁊ intestina radit: ⁊ tussim excitat: ⁊ neruosa ledit. Adeo scz difficile est eiusmodi aliquod auxilium inuenisse quod citra vllam noxaz magnifice prosit. Id accidit (vt dictum est) ex complexione ortorū in corpore pre ter naturam affectuum: vna cum precedētibus eos causis: ⁊ sequētibus symptomatis. Nunq; tamē pro pterea preceptum illud quod contrariorū contraria sint remedia: aliquādo verum erit: aliquādo falsum: imo id perpetuo verum est: quādo fieri non potest: vt eorum que preter naturam sint quicq; per aliam vllā remdiorum speciē curetur. Non tamen ex vsu est sem per omnibus que preter naturam sint mederi: sed eū sola per se subsistunt. Nam si cum alijs vna incidant: alijs nōnūq; est ante illa medēdum: sicut in cauis vl ceribus: vbi ea simul cum phlegmone sunt cōiuncta. Quippe verū in his quoq; manet quod per ea que carne implent: curant. Ceterū his vti priusq; phleg monē curaueris nō licet. At interim dum hec sanat: vlcus ipsum adeo non minus quam fuit redditur: vt etiaz fiat magis cauū. Qđ si ijs que impleāt medi caminibus vti velis: neq; ipsum impleueris ⁊ phleg monē auxeris. Que nāq; carne implent: ea demū im plere possunt que phlegmone vacant: nō que phleg-mone adhuc sunt oppressa. Hoc itaq; qđ in dictione tam est breue: nempe cōtraria cōtrariorum esse reme dia: potestate deprehēdit maximū. Quippe omnem medēdi methodum confundet: quisquis hanc indi-cationē neglexerit: cū omnia que preter naturā sunt: ab ijs que ipsis sint contraria curentur. Cum autez eorum que preter naturam sunt: duplex prima diffe rentia sit: alijs per se subsistētibus: alijs in ipo (vt sic dicam) fieri essentiam suam habētibus: ac vmbre ri-tu affectus comitantibus: sanatio quidē affectuum ipsorum est sublatio: hanc vero symptomatum amo tio sequitur. Quibus quāq; ipsis nihil prima ratio ne adhibetur: attamē in ijs quoq; perpetuum illud preceptum manet quod cōtraria contrariorum sunt medele. Quippe cum affectus quos symptomata se-quuntur sanamus: symptomata nimirū ipsa in con trariū statū perducimꝰ. Quare quecūq; symptoma ta exiguorū meatuū dēsitas inuexit: ea rarefactione tollentur. Qđ si ipsi quoq; symptomati qđ ex densi-tate spiramētorū est natum (nempe id est minori quā iustū sit excrementi effluxui: adiapneustian grece vo-cant) symptomatum genus contrariū opponere ve-lis: ne sic quidem desit quod dixeris. Sunt nāq; plu ra iusto defluuia: iusto paucioribus cōtraria. Adeo si cui in symptomatis ipsis libet contraria contrariorū remedia dicere: in ijs quoq; stat immotus primus ille omniū que preter naturā sunt curationis index. Uerum satius est (vt prediximus) eorum que vere ⁊ primum curantur: id est affectuum in corpore qui vere sunt subsistentes contraria esse remedia existi-mes. Quippe actiones eoruz: atq; etiam offensas: vt eas in ipso (vt sic dicam) geri esse dixeris: ita subsi-stere minime dixeris. Nam manum extendere aut fle ctere ex ijs que absolute sunt dici non possunt: sed ex ijs que fiunt. Multoq; minus ipsius immobilitas. Que ipsa quoq; symptoma est eius qui in musculis neruisve subest affectus. Sed affectum qui ex subsi-stentium numero est vnus. Cōtraria postulare reme dia. Hunc vero solutum contrarium sequi statū que sanitas est. Atq; hanc rursus quādam nature actio nem q̄ symptomati iā finito fit contraria. Sed nec no minibus falli: que sepe alia forma proferuntur quā vt contrarijs cōueniat. Sepe plane non sunt. Sed ex ipsa rerū natura contrariū inuenire. Habēs scz quo pro illo discernēdo spectes ꝯfessuz illud cōtraria esse que sub vno gn̄e plurimū inter se distent. Ergo si in illo genere qđ mediocre est intellexeris (id ṽo est (vt sepe monstrauimus) qđ inter extrema est mediuz) in finitam quandā contrariarum rerum multitudinē q̄ maioris minorisq; ratione inter se dissideāt ex eo in-uenies. Uerbi gratia. In affectibus tenuiuz spiramē torum symmetrian intellegens ex vtraq; parte duo immodica q̄ inter se sint cōtraria inuenies. In actio-nibus vero symmetrian vacuatorū considerās ipsi quoq; ex vtraq; immodica parte respondent. Ueruz in paruis spiramētis nomina excessibus non desunt nempe densitas ⁊ raritas. In vacuatis posita non sunt. Eoq; fit vt cogamur plures paucioresq; efflu-xus dicere: ita nimirum: vt si densitatis raritatisq; nomina non essent spiramentorū ipsorū alibi plura iusto esse alibi pauciora dicere cogeremur. Ergo (si-cut diximꝰ) hoc maxīe seruare debemꝰ simul etiā in eo nos exercitare quo celerius cuiusq; sic dicti cōtra-rium inueniamꝰ. Nō eñ in corporū modo qualitate verūetiā in quātitate eiusmodi ꝯtrarietatē inuenias quā vtiq; Aristoteles oppositionem vocat: non con-trarietatem. Neq; enim magnū paruo vult esse con-trarium: sed in eo quod ad aliquid dicitur oppositū. Neqz multum pauco. Sed nec rarum denso. Neqz re laxatū contracto. Neq; ipsi quod ꝟm naturam est: id quod preter naturam est. Ueruz Hippocrati omnia id genus contrariorum habent appellationē: sicuti etiam Platoni: qui generationes ex contrarijs esse dicit. Ostensum quoq; a me in alijs est: nec Aristote-lem ipsuz suamipsius legem in nominibus seruasse quo loco principia eorum que natura reguntur: ma-teriam speciem ⁊ priuationem statuit. Uerum quod diuinū Platonē secuti semper testamur cōtēnere no-mina oportet: minime aūt scientiā rerū. Ea nāq; ad salutē hominū magis pertinet: errorisq; in ea finis est pernicies. Nominibus siue proprie siue īproprie vtare ad egrotos id parū attinet. Intellegas id cla-rius si nō ꝯtrariorū ꝯtraria: sz queadmodū illis pla cet opposita sibijnuicē eē remedia dicas. Siq̄dē mul titudinē sanat vacuatio defectū nutrimēta ī summa qđ exuꝑat ablatio: qđ deficiēs est: adiectio. Itaq; ēt in alio ope recte arbitror a sene dictū. Medicina ap positio est ⁊ detractio: deficiētiū quidē appositio: re

dundantium detractio. Porro deficiunt redundant que quedam in quantitate: quedam in qualitate. In quantitate cū sanguis immodice est auctus: aut rursus minor redditus. In qualitate cū vel calidus: vel frigidus: vel crassus: vel tenuis plus iusto minus ve est effectus. Siue igitur cōtrarietatē siue oppositionē noīare libet: eius indicationis que ab omnibus que preter naturā sunt prebetur: semper meminisse debebis: eiqꝫ esse intētus: potissimū quidem vt dictū pri⁹ est: in affectibus: sed tamē ⁊ in symptomatis: quāuis horum nec primū curatio fit: nec proprie cōtrarietas sed curatio quidem simul cum affectibus: ex accidenti: contrarietas vero: lucidioris scilicet breuiorisqꝫ doctrine causa loquentibus: abusiue. Verum ad medendi indicationes propositi nobis febrium generis reuertamur. Repetamusqꝫ singula genera que in nobis preter naturam sunt: non causaruꝫ modo: verum etiam morborum ⁊ symptomatum. Et causaruꝫ quidem genera sunt multitudo ⁊ crassitudo ⁊ lentor humoris. Causa simul ⁊ symptoma est trāspirabilis excrementi retentio. Simili modo causa pariter ⁊ affectus est ipsa putredo. Morbus vero tum obstructio tum febris ipsa. Symptoma vero est ipsa transpirabilis excrementi retentio. Ergo indicabit (vt dictum est) precedentium causarum quelibet proprium aliquid: multitudo ipsa que ex eorum est numero que sunt ad aliquid in predicamento quantitatis: vacuationem: lentitia vero ⁊ crassitudo que sunt in qualitatis affectu: sanationem que per contraria perficiatur. Cum vero in plerisqꝫ oppositionibus publica nomina non sint: accidit vt qui in rerū sciētia minus sunt periti: fallantur. Cum enim vno nomine nequeūt qđ animo concipiunt: nominare: id: ceu prorsus nō sit: dimittunt: quemadmoduꝫ profecto in glutinosis ⁊ crassis succis faciunt. Quippe crassus succus ex aduerso oppositum habet tenuem. Glutinosus vero (sicuti ipse primus grece nominaui) τὸν ῥύπτικον, quasi detersiuum dicas: sicuti vero aliquis dixerit qui a solidis corporibus nominandi occasionē acciperet: friabile. Siquideꝫ hoc pacto semper videtur Aristoteles oppositionē facere: verum non in succis (vt dixi) sed in solidis ipsis. Quod si glutinosi humoris naturam sub ea ratione intellegas: quod quicquid tetigerit: huic egre dissolubilis adheret: nō imerito (arbitror) eum qui nec adheret: ⁊ ea que adherent deterget: contrariū ipsi statues. Et antecedentium quidem causarum cōtrarietates abunde sunt dicte. In instrumentali vero morbo: qui est obstructio: cōtrariū est grece ecphraxis: quā reclusionē (puto) dixeris. Symptomati vero qđ est trāspirabiliū retentio: excretio ipsoruꝫ contrariū est. At vero in humorū putredine: ⁊ excretio ⁊ refrigeratio ⁊ vētilatio ⁊ semiputridorū concoctio: ex aduerso respōdent. Ipsius vero febris refrigeratio oppositio est. Porro quib⁹ methodis materiaꝫ que singula modo memoratorū ꝑficiat inuenias: iaꝫ dixim⁹. Pugnātibus igitur his (sicut dixim⁹) alias alie tū indicatiōes vincēt: tū materie: indeqꝫ factū est vt quidā cū ignorassent vnā semꝑ dari ex re quaqꝫ indicationē: ac si preter naturā sit qđ indicet: cōtrariuꝫ id semꝑ indicare: sin secundū naturā se habeat: nō cōtrariū: sed simile: nec medēdi hi nec sanitatis tuende methodū cōstituere potuerint. Siquidē cū in primis ipsis indicationibus sunt lapsi: multo ꝓfecto magis in ijs que secuture erāt; decipi debebāt. Debēt enim (arbitror) edificijs fundamēta iaci firma: ⁊ scaphis poni idonea carina: si quid edificandorū pāgendorū ꝙ in ijs futuruꝫ est firmū. Ubi eñ prima ipsa basis statim ab initio debilis fuit: qui fieri potest vt qđ superstruxeris: futurū infirmū nō sit? Itaqꝫ qm̄ in cōtinentibus ex ꝓposita stypatione febribus (neqꝫ enim grauari debemus iterū atqꝫ iterū sermonem repetere quo nunc saltem medicorum vulgus verā methoduꝫ condiscat) quoniam inquā septē preter naturā posita sunt a quibus indicationes sumuntur: humorum multitudo: crassitudo: lentor: obstructio: trāspirationis retentio: putredo: ⁊ febris carēs intermissiōe: atqꝫ hec cōtraria oīno esse adhibenda docebāt: preter hec vero ab ijs que secundū naturā se habebāt: posite indicationes sunt: ex tēperamento tū ipsius laborātis partis: tū reliquarū oīm que principes sunt: ex substantie ipsarū quātitate: ⁊ ex spiritus ipsi⁹ substātie tū quantitate: tū qualitate: horū vero indicatiōes nō cōtrariorū erant: sed similiū: ad ista vero (sicut diximus) dignoscēda: tū etas: tū consuetudo: tū omnes ꝙ externe morbo cause fuere cōtulerūt: vtiqꝫ ortis hinc quoqꝫ indicationib⁹ nō paucis: oēs profecto inspicere simul medicū decet: quo scilicet intellegat quonam primū ac maxime: quonā minus ⁊ secundo: quonam adhuc minus ⁊ tertio: atqꝫ deinceps quo post qđ medicamento sit vtendū. Quippe si vires ei⁹ qui ex putredine humorū (vt positū est) febricitat: valētes sint mittendus statim sanguis est: si cruditas vētris non sit: statim morbo incipiente. Sin vires infirme sint: aut etas dissuadeat: incidenda vena nō est. Porro dictū supra est eiusmodi febrē in virtutē imbecillaꝫ nō incidere. Quippe synochos bene habiti corporis ac calentis etatis ꝓpria est. At si in pueruꝫ incidat qui quartumdecimum annū hactenus non attigit: mitti illi sanguis nō debebit: ꝓpterea qđ tantillis: cuꝫ presertim calidi ac humidi sint: plurimū corporis substātie quotidie defluat ac digeratur. Ita qđ ex incidēda vena moliendū nobis fuerat: id vltro nobis ex curati corporis natura prestatur. Quod si quartū decimū annū excesserit: estimandū est qualis nā eius corporis natura sit: num gracilis ⁊ spissa ⁊ dura: ⁊ copiosi sanguinis: an cōtra. Atqꝫ ita in priori missionem sanguinis adhibebis: in secūda nequaꝙ. Quinetiā modus vacuandi sanguinis ex ijsdem indicantibus sumetur. Si eñ cui sanguis mittitur: trigita annos natus sit: sed lax⁹ ⁊ mollis ⁊ pinguis ⁊ alb⁹: ac gracilibus venis: huic aut plane sanguinem nō mittes: aut parū detrahes. Et oīno quidē nō mittes in tempore estatis: ⁊ regiōe estuosa: ⁊ celi statu calido ac sicco. Parū detrahes in reliquis tū anni tēporibus: tū regiōe: tū celi statu. Etem̄ si neqꝫ obstructio subesset: nec putredo: sed sola succorū redundantia: protinus a missione sanguinis: pro nature sue ratiōe se haberet. Itaꝙ tm̄ succorū in omni tū corporis temperamento: tū regione: tū anni tēpore: tū statu celi: detrahi par erat quantum supra naturalem statum fuerat inauctum. Verum quoniam nec obstructio nec putredo curari per sanguinis missionem potest: vt que alia remedia (ceu prius est monstratum) desyderent: reponi sanguinis aliquid ad curationis spatium debebit: quo minus intēpestiue nutrire necessitate vlla cogamur. Quantū nanqꝫ ad eiusmodi pertinet febreꝫ: prorsus nutriendum non est. Siquidem ostensum prius est solum virtutis respectū esse qui de nutrimēto indicatio

nem prebeat. At vero quantũ ad id: quod inanitum
corpus est: nutrire oportet. Ita necessum est duorum
alterum: aut febrem si nutris augere: aut vires si nõ
nutris deijcere. Satius itaq fuerit (vt dictum est) ali
quid sanguinis quod proprium partibus animalis
nutrimentum sit: reliquas: ac ipse paucas sorbitiões
potionesq exhibere sis contentus: quibus vtiq ceu
medicamentis potius quã nutrimẽtis egemus. Nã
id quoq supra (quo minus multa de ijsdem adhuc
loquamur) est ostẽsum. Imo de cataplasmatis ac pre
cordijs perfundendis est loquendũ. Quippe plera-
q medicorum turba vnum quiddã hoc quoq ex me
thodicorũ istorũ curãdi sanctionibꝰ statuit. Omnes
que sicuti post tertium diem nutriunt: ita etiam oleo
prius perfundunt. Inde vno die interposito rursum
nutriunt: cataplasma prius imponentes: quod si cui
aluus est adstricta: etiã hanc clystere ducentes. Itaq
his saltem authoribus ordinandi victus artem: vna
hora quis didicerit. Verũ non ita se vera res habet.
Sed cum ars ipsa tota sit magna: non leuissima eius
pars est scientia ordinandi victus. Que vtiq ex his
maxime rebus cõstituitur: cibo: potione: perfusione:
cataplasmatis: ⁊ alui ex clystere ductione. Quippe ij-
dem medici cũ sanguinis missionẽ in principio etiã
solam adhibuerint: reliquã omnem egri curationem
victui mandant. Itaq (vt dixi) vnius hore est victus
eorũ disciplina: qd si qui discit: ingenio valeat: ne hu
ius quidem integre: sed minime eius partis: in qua
scilicet que nũc dicam audisse licuerit. Qui febricitãt
si valentes viribus sint: omnibꝰ sanguinem ab initio
mittes: perfusosq oleo post tertie accessionẽ: vel mul
sa cũ alica nutries: vel sorbitione. Deinceps vero al-
ternis cibabis diebus: sed cataplasma ex artomelite
prius imponens. Sicubi vero aluꝰ adstringitur: cly-
stere hanc duces. Atq illorum quidem vniuersã or-
dinandi victus artem: in his verbis iam audisti: nõ
vtiq in sex mensibus: sed sex versiculis. Verã autem
dieteticen: idest victus ordinãdi artem: nunc audies.
Calfacere precordia cataplasmatis: aut perfusioni-
bus: non est perpetuo tutum: sed in ijs tantum egris
quibus in toto corpore nullum errat superfluum. Ce
teris omnibus extrema est pernicies. Nã siue redun
dantia vtrauis sit: vel que ad vires: vel que ad vaso-
rum continentiam comparatur: siue etiam in vna par
te pluribus ve vitiosa excremẽta sint: omnia ad partẽ
excalfactam trahuntur. Quoties em̃ vidisti precor-
dia cũ plane phlegmone carerent: intra quatuor dies
quã ea gregales isti medici pfundere cepissent: phle-
monẽ: contrahere? cum ego etiam id ipsum tibi pre-
dixissem: iussissemq diligenter ad phlegmonem futu
ram attentus esses. In quibus id maxime intellexisti
quantum malum sit vsui qui alienus a ratione sit in-
suescere. Quippe hi cũ ex ijs que ipsimet faciũt: phle
gmonas semp excitent: id nõ animaduertunt: sed ijs-
dem semper erroribus implicãtur: veluti Hippocra
tes ijs accidere dixit: qui hinc ⁊ inde ossium facturas
cũ vlcere deligabant. Etenim illi cũ phlegmonas in
vlcere crearent: nõ tamen destiterunt: rati id adeo nõ
ex deligatura: sed alio quopiam errore incidisse. Et
quomodo queso ad aliã curationis rationem se tran
stulissent: qui vsum sine ratione profitebantur? scili-
cet quod ita tum ipsi semper facere essent assueti: tum
preceptores suos ante se facere contemplati. Siqui-
dem huius generis homines ne tentandum quidem
censent vt ex indicatione quicquã sumant: sed sola ex
perientia sunt contenti. At Hippocrates ab ipsa rei
natura idoneũ curationis moduz inuenit. Quo post
ea in vsum veniente: cognitũ est quantus esset in prio
ri error. Quin si quis in eiusmodi affectibꝰ: cataplas-
matis ⁊ perfusione ex oleo relictis: velit ad curationẽ
quam ratio docet accedere: ipse quantopere aberrent
qui plethorica ⁊ que parum pura sunt corpora sic cu
rant: haud magno negocio experiẽtia ipa iudicabit.
Sane accidit vt in eiusmodi morbis diuites potius
quã pauperes perperam curentur. In his enim pro
pter ipsorum delicias duplex peccatũ nõ raro cõmit-
titur: ⁊ quod sanguis nõ mittitur: ⁊ a medicis impen
sior scilicet adhibetur diligentia vt quotidie aliquid
circa egrotantis corpus fiat. Ac inter initia quidem
sanguinis missionẽ maior eorũ pars ppter mollitiez
nõ admittit: tametsi magis quã pauperes redũdan-
tie sanguinis affectibꝰ sunt obiecti: vt qui magis tuz
cibis se impleãt: tũ in ocio viuant. Medici vero qui
eos curãt: vbi summũ remediũ est omissum: aliorum
vsu sarturos se qd deficit putãt. Huc accedit qd ipsi
quoq egri: siquis victu cõtra morbũ minore cũ nego
cio instet: negligẽtiã rati: si qs rursuz qduis agat: di-
ligentiã: cogũt eos precordijs aliqd quotidie admo-
uere: sed nec inuitis pfecto ipsis medicis: vt q facere
semp aliqd videri velint: qd sic se maiorẽ mercedẽ ac-
cepturos sperant. Itaq accidit: vt illo ipso tempore
phlegmone diuitibꝰ incipiãt: quo iã pauperibꝰ mor
bus ppemodũ pductus est ad finẽ. Quippe misso in
ppositis febribꝰ inter initia sanguine: nõ pauperi-
bus modo: verũ etiã diuitũ seruis: plurimis quidem
qnto: aliquibꝰ septimo crisis cõtigit: nemini serꝰ. At
diuites: q ⁊ sanguinis copiã: ⁊ excremẽtorũ plꝰ quã
pauperes ⁊ serui hñt: cũ sanguinis mittẽdi ptermitte
re remediũ: ac quotidie tũ calido oleo pfundãtur: tuz
laxãtibus cataplasmatis vtãtur: phlegmonẽ nimirũ
aliquã vel i iocinore: vel vẽtriculo: vel reliquorũ isthic
viscerũ aliquo cõtrahũt: alij in quarto: alij in quinto
oẽs plane in sexto. Nec oblitus arbitror es eius qui
dũ pfunderetur: cõmodũ difficultate spirandi labo-
rauit: omni superuacuo ad pcordia caloris vi reuoca
to. Ergo nõ hinc mõ perijt: sz alij quoq infiniti quo
tidie pereũt: cataplasmate ipso cucurbitule ritu totiꝰ
corpis supuacua in viscera trahẽte. Nõ defuerũt pro
fecto ⁊ qui cucurbitula quoq ipsa sunt vsi: eo tñ cõ-
silio: vt circa egrotantẽ aliqd semp moliri viderẽtur.
Saluberrimũ aũt (vt pdiximꝰ) est in febribꝰ venã in
cidere: nõ cõtinuis mõ: verũ etiã oibꝰ quas putresces
humor cõcitat: vbi psertim nec etas nec vires phibẽt.
Leuata nãq q corpꝰ nostrũ regit natura: exonerata-
q eo quo velut sarcina pmit: haud egre qd reliquum
est vicet. Itaq pprij muneris haud oblita: ⁊ coquet
qd cõcoqui est habile: ⁊ excernet qd põt excerni. Eorũ
em̃ q in medio sunt corpe (vt isti vocãt) puidẽtia: vbi
detractꝰ sanguis nõ est: maximũ plane est malũ. Ubi
detractꝰ est: nõ maximũ. Quãquã sic quoq noxia esse
in synochis febribꝰ põt: quippe deusta immodico ca
lore viscera: etiã amplius deurit ac torret. Ergo eius-
modi puidentiã illi dũtaxat requirẽt: quibus in vna
particula putredo constitit: si tñ sanguinẽ prius mi-
serint. Prouidebit aũt his nõ sicut triuiales isti me-
dici puidẽt: q statim inter initia relaxãt: sz in plerisq
prius p. Relaxãtia nãq remedia sicuti qd i mẽbris
otinet euocãt: ita si in pncipio sint admota: p eo plꝰ

attrahũt. Lata eĩm adhuc ad affectũ locũ fluxione re-
primere remittereqꝫ hãc expedit nõ ad ipsum attra-
here. Que ꝟo reprimẽtia dicunt̃: si adstringẽdi vim
obtinẽt in principijs idonea sunt duplici ratione ⁊
q̃ robur affectis particulis inserũt (vñ min⁹ ꝓpter
affluxũ excrementorũ in se recipiant) ⁊ q̃ eorũ q̃ in
ijs iã contẽta sunt tenuissimũ retrorsum exprimant.
Q̃ si tũ fluxio humorũ ꝑ ea remedia cõpescitur tũ
densitas q̃ ex adstringẽdo in affecta particula relicta
est crassiora detinet: iã tẽpestiua relaxatio est: quo ea
q̃ retenta sunt vacues. Precipue aũt adstringentib⁹
est vtendũ vbi in iecur aut ventriculũ superuacuũ ꝓ
cubuit: qñ ⁊ e primorib⁹ admodũ he partes sunt ⁊
munus suũ obeant vel in ipsis morbis est necessum.
Porro est nõ exiguũ eorũ munus qualeqꝫ reliquarũ
partiũ: quib⁹ illud modo negocium est vt id quo nu-
triuntur cõficiãt: verũ q̃ tãtopere aĩalis intersit vt si
neqꝫ in vẽtriculo probe alimẽtũ cõcoquat̃ nec in san
guinem in iocinore mutetur: vtiqꝫ q̃ in fame nobis
accidit vt cibi penuria exigere in abstinẽtia cogamur
idẽ tũ oĩbus aĩalis partibus accidat. Nõ eĩm ex ijs
q̃ deuorarit quis sꝫ ex ijs q̃ in iã dictis visceribus cõ
fecerit alimẽtũ toti corpi suppeditat̃. Atqꝫ ob hec ni
mirum impensius quã cetera mẽbra vẽtriculus ⁊ ie-
cur adstringẽtia desyderãt. Ergo cũ ea que iã infixa
sunt euocãdi tẽpus est: tũ quoqꝫ modice adstringi po
stulant q̃ eĩm adstrictionis in principio largius ijs
quã ceteris partibus adhibetur id seruandũ assidue
est quoad saltẽ q̃ id indicet causa manet. Causa ꝟo ẽ
(vt paulo ante testati sumus) nutrimẽti cõfectio. Si
igit̃ ꝑ imbecillitatẽ parũ recte concoxerint: nõ modo
assumpti cibi nulla est vtilitas: sꝫ etiã ventre nõ raro
ex eius corruptela lacessito expellit̃ quoqꝫ aliq̃d prio
ris. Ita fit vt duplex iã noxa toti corpi accedat: cũ nec
cibo sumpto nutriat̃ ⁊ aliquid ex eo q̃ sibi reposue
rat amittat. Huc accedit ⁊ q̃ ciborũ cõcoctio siue ea
in iocinore siue in ventriculo sit improspera febres in
tendit ac succi vitio exacerbat. Quo magis in oĩ febri
ciborũ concoctioni ꝓspicere magnopere oportet. At
que eius rei causa roboris quoqꝫ instrumentorũ qui
bus perficitur nõ leuis habẽda est cura. Sane aliq̃
sunt (vt Hippocrates ait) q̃ ex eo q̃ ignorãt nõ parũ
lucrifaciũt. Arbitrãtur eĩm iocinoris se phlegmonẽ re
laxantibus presidijs curare: ex eo scilicet famã sibi cõ
parantes quod in agnitione falluntur. Siquidẽ vidẽ
tur nonnunq̃ lineamẽta musculi qui a costis ad pre
cordia peruenit persimilia iocinori. Mirũ aũt mini-
me arbitror eos qui nec aliud quicq̃ in arte probe
didicerũt nec in agnoscẽdis affectis partibus se exer
cuerunt sic laudem aliquando cõsequi. Uerum istos
mittam⁹. Nos vel si minima suspicio sit iecur vẽtricu
lum ve laborare: absinthium protinus oleo incoque-
mus ac eas particulas perfundem⁹. Cũ aũt duplex
in oĩ absinthio facultas ⁊ qualitas sit veluti ĩ libris
de medicamẽtis est traditũ: vtiqꝫ in põtico adstringẽ
di facultas nõ parua est: in reliquis oĩb⁹ amara qui
dem qualitas est vehemẽtissima: adstrictio ꝟo (quã
saltẽ gustu agnoscas) aut plane obscura aut prorsus
nulla sentitur. Proinde põticũ ad iocinoris ⁊ vẽtris
phlegmonas eligi prestat. Porro id est tũ folio tũ ꝟo
flore lõge q̃ cetera absinthia minore: odor q̃ huic nõ
modo nõ insuauis verũ etiã aromatũ quid preferẽs
eliquis oĩbus plane est fedus. Quare hec fugere cõ-
ueniet: vti aũt semper pontico. Etiã reliquorũ medi-
camentorũ in q̃bus mixta cũ amaritudine adstringẽ
di vis est aliq̃d in oleũ cõijcere: atqꝫ ad eundẽ modũ
vti licet. Ostendim⁹ nãqꝫ in opere q̃ de medicamẽ-
tis inscribit̃ amarã qualitatẽ preire ac viã adstringẽ
ti facere. Quo fit vt medicamentũ id genus cibus q̃
tantũ adstringãt sit prestãtius. Ac si quidẽ intendere
adstrictionẽ studes etiã oleũ ipsum adstringẽdi vim
habeat: cuiusmodi est ⁊ q̃ Hispanũ vocãt: ⁊ q̃ cũ
frõdibus olee preparare solẽt: vel quale est crudũ q̃
greci omphacinũ vocãt. Sin leuiore vti adstrictione
placet aliud olei gen⁹ ꝑparabis: precipue q̃ tenuiũ
sit partiũ q̃ gen⁹ sabinũ est. Optimũ tñ vbi adstrin
gere vehementius est opus histricũ oleũ est vt q̃ am
bas in se virtutes habeat ⁊ amarã ⁊ que adstringat.
In penuria vero absinthij inter initia vel melinũ vel
mastichinũ vel lentiscinũ satisfecerit quod si exigua
febris sit etiã vnguentũ q̃ ex nardo cõponitur. Esto
autẽ optimũ id quoqꝫ neqꝫ enim parũ interest inter
id ⁊ quod vitiosum est: cum id quod Neapoli in Ita
lia conficiũt noĩe tantũ nardinũ vnguẽtũ sit si cũ eo
q̃ in Asia fit ꝯferat̃. Id antea Laodicee tãtũ cõpone
batur: nũc etiã in multis fit oppidis. Q̃ si ĩclinatio
febris in qua ista moliris: nõ plane sit facilis: absti-
nebis a nardino: vteris aũt hoc tꝑe rectius melino:
aut si id nõ est lentiscino: ab hoc ꝟo mastichino. Om
nibus nãqꝫ his nardinũ vnguẽtũ valentius excalfa
cit. Quare si reliquorꝫ copia nõ est: rosaceũ illi admi
scebis. Sane myrtini adstrictio idonea nõ est: cũ cras
siorũ sit partiũ quã vt alte descẽdere possit. Atqꝫ hec
quidẽ exẽpli gratia ꝓtulim⁹: nã magnã eorũ copiã
deligere ex medicamẽtorũ libris licet. Ad eũdẽ vero
modũ ⁊ cataplasma cõpositã vim habeat ex ea que
tenuium sit partiũ ac relaxet: tum ꝟo ex amara ⁊ ad-
stringente. Superet aũt in ijs vbi scilicet tum repri-
mere: tum robur addere studem⁹ q̃ adstringat: vbi
tenuare ac detergere emarũ: vbi euocare que ex rela-
xantibus tenuium maxime sint partiũ. Siquidẽ que
crasse substãtie sunt ea pus mouẽtibus sunt accõmo
da. Cum autem definitũ in opere de medicamentis
sit: ⁊ que vel solam optineant adstringendi vim vel
amaritudinem: ⁊ que ambas possideant qualitates:
maxime diligẽda sunt que ambas habẽt: vbi ea non
adsunt: ipse amara ijs que adstringant miscebis: ita
nimirum vti nos in iocinoris phlegmone: ex copijs
presentibus cõponere cataplasma vidisti. Erat enim
is qui egrotabat medicus quẽ iam lucernis accẽtis
inuisimus: quo tꝑe ab ijs qui talia venditant: nihil
emi potuit. Ergo cũ inclinatã notabiliter febrem in-
uenissem: vtẽdum occasione q̃ primũ censui: eo certe
magis q̃ suspectam horã que gallicinio futura erat
alterius accessionis initiũ allaturã verebamur. In-
coxi in oleo quidem absynthium: in aqua vero coto-
neũ. Dũ aũt hec coquebant̃ myrobalanũ (q̃ greci
myrobalanũ piesma vocãt) ⁊ ireos radicẽ que intus
inueneram: cõtuli cribrauiqꝫ. Dein olei ⁊ aque que pa
rauerã ꝓportionẽ in lebetẽ immisi: ac vbi modice coxe
rã myrobalanũ ⁊ irim vna cũ exigua cera inieci. Co
quimus aũt cotoneũ nõ in aqua modo: verũ etiã per
sepe in austero vino. Ac omnib⁹ eiusmodi cataplas-
matis: de ipsa quoqꝫ cotonei carne interdũ admisce-
mus. Quippe vbi ⁊ q̃ cõfluit copiosum est: ⁊ parti
cula ipsa infirmior adstringẽtẽ vim (sicut scis) mau
gem⁹. Ubi ꝟo tũ corp⁹ totũ purũ est: nec mẽbrũ ipm
imbecillũ: nec vitra q̃d ꝯfluit: ibi in ijs q̃ miscent̃ ma

terijs minimũ quidē fit qđ adstringat:copiosius ꝟo
nō solũ qđ relaxet:sed etiā ⁊ qđ amaruʒ est ⁊ qđ acre.
Qđ si exigua febris fit ac phlegmone nō adeo calēs:
tũ eger ipse inediā tolerare valeat:hoc casu digesto/
riam quidē curandi speciē intendes :adstringentem
aũt remittes. Neqꝫ eñ amplius ipsi saltē phlegmone
cōducere possunt que adstringũt vbi nec affluit quic
q̃ꝫ ⁊ crassus humor affecto loco tenaciter est infixus:
sed(sicut predictũ est)trahēde parũ curationis ac q̄
adstringant miscendi cōsilium ꝓbamus quo robur
mēbrorũ tueamur. Unde nec colo laborante nec reli
quorũ intestinorũ quouis nec musculis q̇ in precor/
dijs habenť aut ipso peritoneo miscenda adstringē/
tia sunt. Sed nec cũ vesica male habet vterus ve:mo/
do(vt dictũ est)nihil vltra ad locũ fluat:nec sangui/
nis redundātia nec excremētoꝝ copia in toto sint cor
pore. Porro renes ⁊ pectus in media predictorũ con
ditione sunt:quatũ.s.a vētriculi iocinorisqꝫ solicitu/
dine absunt tantũ reliquoꝝ supergressa. Siquidē in
vētriculo ac iocinore resolui robur est ꝑniciosissimũ:
in illis minime est periculosuʒ. In his ꝟo est quideʒ
periculosuʒ nō tñ perinde vt in illis:nisi si pus edu/
cere lex pectore aut pulmone aliqñ sit opus. De liene
ꝓnunciare absolute nō est nec nisi prius definita tũ
corꝑis totius natura tũ ꝟo affectu q̇ curationis tꝑe
occupauit. Nā si vel eger ex ijs sit q̇ atre bilis excre/
mentũ naturaliter cōgerāt vel etiā eo tꝑe succus is in
eo abundet necesse est in liene curādo adstringētia re
liquis admisceas quo visceris robur custodias. Ita
eñ ⁊ excremēta ad se trahet:⁊ cũ corpus expurgarit:
ipse rursus in ventriculũ excernet:veluti in nālib⁹ cō
mētarijs de ijs ē ꝓditũ. Sin nullũ oīno sit atre bilis
excrementũ aut oīno adstringēdũ nō est aut ꝑcissime.
Obseruandũ ꝟo ꝗ diligēter est nō in liene modo verũ/
etiā in oībus partib⁹ in quib⁹ humor putrescit : qđ
symptoma maxime sit vehemēs:qđ secūdo loco aut
tertio:quo videlicet affectu ex ipsis plane inuēto ido
neā ei curā adhibeas. Alias nāqꝫ in mēbro affecto ca
lor superat:alias tumor q̇ vel ꝓpter abundantiā hu/
moris vel ꝓpter crassitudinē sit durus. Si igiť calor
preponderat id agēdũ vt sensim per ea que tepenteʒ
calorē optinēt digeratur quod genus est tum lini se/
men tum chamemeluʒ. Quibus adijci vel hordei vel
fabarũ farina debet:quippe quorũ neutrũ excalfacit
Sepe aũt(vti nō ignoras)qđ medici artomeli vocāt:
pro cataplasmate eiusmodi phlegmones preparam⁹
atqꝫ aque aliquid miscemus:ad lienem ꝟo etiaʒ ace
ti aliquando aliquid. Si ꝟo laborantis phlegmone
partis calor nō multũ a natura excesserit sed magni/
tudo ei⁹ notabilis fuerit digerere haud timide sine
aqua debebis etiā fenigreci aliquid supradictis im
miscens. Si veluti scirrhosa duritie phlegmone sit ꝓ
pter humoris quem continet vel crassitudinē vel len
torem tũ aceti aliquid tũ amara medicamenta simul
immiscēda curabis:potissimũ in liene. Eteñ viscus
hoc ꝓpterea qđ ab iocinore crassum humorē trahit:
eiusmodi humoris occasione pleruncqꝫ laborat. Quo
magis cataplasmata que ex oxymelite ⁊ absinthio ⁊
cappari fiunt illi sunt idonea. Hec igitur cũ medico/
rum vulgus ignoret cēs oleo perfundũt ⁊ cataplas/
matis relaxantibus curāt priusqꝫ corpus vacuetur:
omniũqꝫ maxime diuites:quibus nō solũ in talibus
obsequunť sed etiā eos lauari in balneo permittunt
Ego ꝟo nec eoꝝ q̇ ex putrescente humo re febricitēt
lauem quēquam:nec relaxantibus cataplasmatis pri
usquā suꝑuacua purgarim vtar. His vacuatis nō so
luʒ audacter lauē:sʒ etiā cataplamatis vtar. In alijs
quidē mēbris:ijs que relaxēt:in iocinore vero ac vē
triculo:additis etiā que adstringāt. Parcius ꝟo ad
pectus quā ad ea est adstringentibus vtendum:quā
do talia humores qui phlegmonem excitant:in pul/
mones ⁊ cor nōnunqꝫ reprimũt. Ac cibis potius bo
rum firmitudini est cōsulendum. Neqꝫ eñ sicut in io
cinore ⁊ vētriculo:ita hic quoqꝫ tenuissimo victu est
vtēdum. In illis nāqꝫ alimētum cōcoquitur:metusqꝫ
est ne ipsis phlegmone laborantibus nec nutrimētũ
rite cōcoquatur:⁊ phlegmone augeať. In pectus ve
ro tātum alimenti iā cōcocti peruenit:quātũ vni ipsi
particule nutriēde satisfaciat. Ac lōge quidē magis
in pulmonis phlegmone abstinendum ab adstringē
tibus est:quādo in eo ipsis quoqꝫ relaxātibus admi
scendũ aliquid acrium quodāmodo ⁊ euidenter cal/
facientiũ est. Quippe foras trahere poti⁹ quā repri
mere in eo debem⁹. Itaqꝫ etiā cucurbita vtiliter ijs q̇
sic laborāt:si pri⁹ sint vacuati:applicabiť. Si ꝟo abũ
dantia succorũ(quā vocant plethoran) in his sit nō
magis ex pulmone in pectus aliquid excremēti trās/
feret quā ex toto corpore attrahet in vtrunqꝫ. Eadeʒ
ratione nec in cerebri ⁊ eius mēbranaꝝ phlegmonis
cucurbitulis in morbi initio vtemur:verũ vbi nec in
fluit adhuc quicq̃ꝫ ⁊ totũ corpus prius est vacuatũ.
At reprimētibus in his quoqꝫ inter initia vtendum.
Sed cũ ossibus cranei mediũ occupantibus in altũ
descendere reprimentiũ vim cupimus:eorũ q̄ preire
re ac deducere ꝗ ea possunt aliquid reprimentibus ad
miscebimus. Ea sunt quorum substantia ex tenuib⁹
partibus constat. Sane acetum non modo tenuium
partium est sed etiam non mediocrem reprimendi
vim obtinet. Quo profecto rationabilius in princi/
pijs affectuum ipso vtunť rosaceo admiscentes. Pro
cedente vero tempore etiam spondylij ⁊ serpilli(qui/
bus iam non modo partium tenuitas sed etiam ca/
lor inest)aliquid admiscent:quo scilicet tempore trā
sire ad ea que concoquant ac digerant conuenit atqꝫ
hec vtraqꝫ valentiora quam postulet ipsa pars affe/
cta deligere : ceu viribus eorum per ea que intersunt
ossa remittendis. Sane ad eum modum ⁊ castoreo
vtimur:cuʒ tamē eo in alijs phlegmonis minime vta
mur : quāuis etiā in summa inclinatione sint:est eñ
calidius id quā vt phlegmonis sit idoneũ. At ꝟo lo/
cis circa cerebrũ phlegmonis ipsis iā inclinantibus
est vtilissimum:qm̄ nō continuo his : sed ossibus in/
teruenientibus occurrat. Inest aũt eiusmodi pharma
co ⁊ partium tenuitas quod ipsum ijs quorũ ꝑclu/
sum obicem trāsmitti vim oportet:est accommodum.
Illud te profecto nō fugit nos singularũ particulaꝝ
meatus qui ijs ad superuacuorũ emissionē suat pro
prij fluxiles reddere. Intestino ventriculo ⁊ mesen/
terio ⁊ concauis iocinoris intestinũ rectũ. Renibus
vesice iocinoris gibbis vene caue ⁊ arterie magne ⁊
oībus que in lumbis habentur eũ qui vrinis est dele
gatus. Pulmonibus ⁊ pectori ipsam asperā arteri
am ⁊ fauces. Cerebro ⁊ ei⁹ inuolucris eũ qui ꝑ pala
tum ⁊ nares descēdit. Paritur fluxibilitas ijs q̄ ꝑ se
dē excerni habēt mulsa ⁊ cibis ijs qui vētrē liquant:
⁊ pharmacis que modice ꝓritare possunt. Que eñ
acriora sunt vitare oportet:qm̄ phlegmonas exacer/
bent. Ad vētriculũ ꝟo:iecur ⁊ lienem:si quādo phle

gmone sint vexata: nec mulsa ipsa est vtilis: quoniam illico in bilem transeat: ac viscerū phlegmonas augeat. At excrementa que cum vrinis feruntur: per ea que vrinas mouent (diuretica greci vocant) promouebis. Non secus que in pectore ⁊ pulmone cōtinentur: tussi (per ea scilicet que hanc moueāt) vacuabis. Porro in opere de medicamentis cuiusqꝫ materiam didicisti: nō eorum modo que iam cōprehensa sunt: sed etiam que cerebri mēbranarumqꝫ eius superflua per nares emittunt. Etenī horū quoqꝫ omniū vberem materie supellectilē in illis cōmentarijs habes. Quare abunde sunt ad rem presentem que hactenus de phlegmone laborantiū partium differentia disputauimus. Dicturus enī plura de ijs sui in ea methodo que omniū tumorum qui preter naturam sunt: curationem comprehendet. Neqꝫ enī in presentia dedita opera ⁊ studio hunc sermonē sum ingressus: sed preter pensum in eū: sequela quadam rerum inuitante: diuerti. Siquidem propositū nobis in hoc libro non fuit vt te partis cuiusqꝫ phlegmone obsesse curationē docerem: imo vt noxam eorū ostenderem quibus cataplasmata in febribus non vacuato prius toto corpore imponuntur: potissimum vbi intra corpus aliquid phlegmone infestatur. Quippe si ambiens ita calet vt materias valenter liquet: maior noxa eiusmodi cataplasmatis succedit quam lotioni in balneo. Quāqꝫ autumāt qui quotidie precordia perfundūt: ⁊ cataplasmatis inducunt: nō modo nullā ex ijs noxam: sed etiā magnā vtilitatem egris comparari: contra ex lauando nō modo nullā vtilitatem: sed etiam maximū incōmodum: scilicet ignorātes sicuti reliquorum omniū que circa egrum administrant: ita ⁊ balnearum naturam. Ego vero de vniuersa earum vi: in superioribus disputaui plenissime. Nunc tantum dixisse est satis: quibusdam prorsus nihil nociturū balneum: quibusdā minus quam cataplasmata. Quod enī in precordijs relaxantia (que isti vocant) presidia faciunt: id balneum in toto efficit corpore. Eoqꝫ cum in remissione febris adhibetur: corpore iam mediocriter transpirante: nō exiguum affert cōmodum: omnia ex eo tum fuliginosa excremēta tum fumida educens. Et si quidem nullius visceris imbecillitas subsit: proficiet egrotanti: si tamen horror inter exhibendum non incidit. Tribus enī his in balneo quod in quacunqꝫ febri adhibebis: intentus sis oportet. Uni quod citra horrorē sit administratū. Secundo quod nullum prime note viscus sit imbecillū. Tertio quod multitudo crudi humoris in primis venis nō contineatur. Horror nanqꝫ (vt prius dictum est) nō solum intendere iam presentem febrem potest: sed etiam cum nō fuit: eam interim excitare. Partes vero imbecille liquatos iam humores magis recipiunt quā anteqꝫ liquarentur. Crudorum vero copia: in totum corpus digerit. Horū si nihil obstet: ex balneis duo hec egro cōpendia accedant: ⁊ qđ redundantie humorū aliqđ vacuabitur: ⁊ quod multū febrilis caloris transpirabit. Quod si preterqꝫ quod nulla princeps pars imbecilla sit: etiam inferioris note partiū aliqua sit inualida: veluti podagricis pedes: ⁊ ijs qui articulari vitio laborant (ἀρθρίτικους greci vocāt) vniuersi corporis articuli: maxima salutis pars egro ex balneo comparabitur: ipsis infirmis partibus que superuacua sunt excipientibus. Assolent enī nonnunqꝫ ⁊ citra balneum superuacanea in partes infirmas confluere. A balneo vero magis: vtpote tū succis ipsis per id liquatis: tum vijs per quas meent patefactis. Ambo enī hec ex moderato calore proueniāt necesse est: tum vt humores liquētur: tū vie dilatētur. Proinde fit vt cū iecur: vētriculus: pulmones: pect⁹: vel principum id genus partiū aliqđ imbecillū sit: maxime ledātur quicūqꝫ se lauerint: si illis supuacua ī corpe sint: ijdēqꝫ ipsi cataplasmate vsi: duplex incōmodū sentiāt: atqꝫ id nullo redēptū cōmodo. Quippe balneū tū corpus totū vacuat: tū qđ fumidū est ac fuliginosum digerit. Relaxātia cataplasmata: ac silr̄is facultatis perfusiōes vt nihil boni afferūt: sic superuacuū oē ad imbecillius: qđcunqꝫ id circa mediū corp⁹ sit: cōtrahūt: siue iecur id: siue vētriculus: siue septū trāsuersum: siue mesenterion: siue ieiunū: siue colon: renesve sit. Qđ si diligentiā ostētare volētes: etiā pect⁹ vna excalfaciāt: vel in ipsum: vel etiā in cor: vel in pulmonem supflua rapient. Uoco imbecillā partē vel que natura est intēperatior: (alij nāqꝫ alia sic se hꝫ) vel que ex precedēte aliquo morbo intēperiē contraxit: vel que in presenti tēpore in hāc sit perducta. Nō enī partiū omniū que aut phlegmone laborāt: aut putrescētes hūores: aut obstructiones cōtinēt: virtus statim infirma est: promptius tamen in ijs quoqꝫ superuacuū qualecunqꝫ id sit: in egrā partē ꝓpter calorē quē affectus excitat: fertur. Quippe particula quam obstructio aut putredo aut phlegmone obsedit: febris ipsi⁹ veluti focus est. Ergo cū huic ꝓpter calorē sua spōte trahēti alia quepiā occasio extrinsec⁹ ex ijs que potestate excalfaciāt accessit: necesse est affectum intēdi. At vero si quis vti predictū est: toto corpore prius vacuato relaxātibus curet: vbi scilicet maxima febris nō adest: vtiqꝫ ꝓdesse aliqn̄ potest. Tū vero ceu dictū etiā est: lauare citra noxā licet. Cauendū tamē a frigido solio his est: quādo ⁊ crudi ⁊ putrescētes succi: minus apti ad exhalādum reddūtur: si quis in eo moretur. Sane officit ijs etiā si aqua admodū sit frigida: quando sic affectorū tū corpus totum: tum vel maxime afflicta particula difflari euaporariqꝫ postulat. Quo fit vt vel pfundere illos aqua idonea soleam⁹: vel si moderate que in natatione est frigeat: ingredi permissos celeriter exire iubere. In ꝓgressu tn̄ morbi: quo tēpore ⁊ absumpta iam superuacua sunt: ⁊ tū cruda tum putrescētia cōcocta: ⁊ cataplasmatis relaxātibus: ⁊ balneis intrepide vtare. Porro aptissimum in febribus q̄ intermittunt: ⁊ repetūt: tempus est cum vti dictū est: exhalare iam ceperit febrilis calor. Statim enim corpus ad nutrimentū preparāt: huius quoqꝫ opportuno tempore ex duplici coniectato respectu: nempe summo precedentis accessiōis vigore: ⁊ future principio. Ad hec nanqꝫ spectantes: operam dabimus vt quam longissime ab vtroqꝫ nutriam⁹. Ergo si spatium quod inter summum prioris accessionis vigorē ⁊ sequentis principium interuenit: satis sit amplum: facile est idoneū tempus inuenire. Sin exiguum id fuerit: alterum facias necesse est: vt aut egrum admodum adhuc calentem nutrias: aut sequentis accessionis inuasione iam iā affutura. Quo magis presagi medici eiusmodi febris indiget: q̄ ꝑmis statim dieb⁹ quāto spatio duratura febris sit: cōijciet. Quippe si cōtinens fuerit: constat breui finiendā. Si itaqꝫ vltra septimū ꝓgressura nō videbit: prorsus cōtinendus a cibo eger est: vtiqꝫ si virtutē nō defecturā cōijcim⁹. Sin ad nonū: aut vndecimū: aut quartumdecimū vsqꝫ progressura vide-

tur:aut etiam in septimo sinenda:ceterũ eger vires infirmiores habere quam vt in tantũ tempus suffi/ciat:necessum erit nutrire:ac deligere:sicut in re anci/piti conuenit:quod minus sit noxium:distinguendo id discernendoq; ab eo quod magis sit nocituꝝ:idq; tum ex loco afflicto vna cũ affectu:tum accessionis et principij ⁊ summi etiam vigoris cõsuetudine. Siqui dem vbi vel iecur vel ventriculũ phlegmone preben dit:perniciosissimum est ante accessionẽ cibare. Ubi hec abest:quibus infirma est virtus:vtilissimũ. Asso/lent enĩ ijs qui ita se habẽt:iocinore quidem afflicto alui deiectiones vna cũ accessionib⁹ inuadere:ore au tem ventriculi vexato:syncope. In alijs vero anima/lis instrumentis:qđ iam dictis portione respondeat: tum ex situs eorum ratione:tum dignitatis:estima/bis. Agetur q; de ipsis postmodum. At summi vigo/ris ⁊ accessionis principij morem sic consyderes cen seo. In summo vigore notabis an citra magnitudi/nem febrilis caloris siccus sit ⁊ squalens:an citra sic/citatem vrens. Priorẽ nanq; humectante victu ma/defacere quam primũ oportet. In secundo dum plu/rimũ caloris se remittat:manere. In principij vero accessionis more estimabis an corporis extrema per/frigeret:⁊ magnam sanguinis reuocationem ad inte riora corporis faciat:an omnino corpus nõ premat. Quippe secundum hoc:ceu facile:cõtennes. In prio re distinguas oportet. Nã si absq; visceris phlegmo ne:aut succorum redundãtia:motus ad interiora in accessiõibus pollet:nihil offendes paulo ante cibãs. Sin vel phlegmone vel redundantia subsit:cauenda est ante accessionem cibatio:ceu res maxime noxia.

¶ Galeni methodus medendi:vel de morbis curan/dis:Thoma linacro anglo interprete.

¶ Liber duodecimus.

NOn sunt:sicut non/nulli autumant:ee que cum symptoma tis consistunt febres:aut febrium ĝgen⁹ vllum:aut species differentia ve:sed ve luti tum alius morbus alij morbo:tuꝫ symptoma symptomati vno tempore:eodẽ in corpo/re copulatur:sic ⁊ cũ febre incidunt quedam grauio/ra symptomata:quibus prospici maiore medentis so licitudine debet. Nam de leuioribus que febrium ge nerationi necessario succedunt:adeo omnino nõ me/minerunt:vt etiam ceu prorsus nõ sint:innominata ea reliquerint. Atq; vel rarenter febricitantibus inci/dunt:vel cõmunem magnitudinem excedunt:seorsuꝫ ab alijs tradenda censent. Sunt porro eorum prime differentie tres. Aut enim in actionum offensa consi/stunt:aut in retentorum vacuatorũve immodico ex/cessu:aut corporum ipsorũ affectu. Quartũ enim ge/nus numerandũ inter symptomata nõ est:etiam si in ter symptomata quam maxime nõ pauci id posuere: sicut erysipelata:ophthalmias:vlcera:parotidas:reli quaq; id genus. Ex predictis vero tribus actionum quidẽ offense si contristant:solicitudinem medici ad se conuertunt:affectumq; deserere cogunt. Idem fa/ciunt ⁊ eorũ que retinentur vel expelluntur:excessus. At genus quod in affectibus consistit:alter⁹us qui/dem quem curare oportet:affectus est signum:ipsum tamen nullam seorsum curationem exigit:vtpote cũ affectu vnde nascitur:vna cessans. Et eniꝫ in summa dicam:nullũ symptoma:qua symptoma est:nec cura/tionis rationem indicat:nec primũ immutat. Mon/stratum enĩ est ex morbis ipsis curationis indicatio/nem prestari:veluti ex causis ipsis prouidẽtie. Dictũ preterea est ⁊ quomodo prouisio ipsa cum medendo simul sit mixta. Ex accidenti tamen symptomata quo q; curandi rationem mutant:cause scilicet locum eo tempore habentia. Eorum omnium cum veluti cau/se curationem immutant: vnum caput est. Dico id vnum lesionẽ:siue ea ipsius virtutis sit:siue affectio/nis:quando si nihil ijs officiant:curationem non in/terpellant. Ledunt auteꝫ vires vigilie:dolor:⁊ immo dica vacuatio. Affectui vero eadem nõ vtiq; semper: ceterũ magna ex parte nocent:ac potissimum cuꝫ fue rint immodica. Ob hec igitur sola:curandi ratione quã ob initio institueramus:ad presens mutata:sym ptoma summouere primũ cogimur. Ergo si labãt vi res:nõ tñ vehemẽter sunt iã resolute:sꝫ adhuc resistũt ad symptoma tñ sum⁹ attẽti:atq; id quã primã sum mouere maturam⁹. Sin iã resolute vehemẽter vires sunt:nõ mõ symptoma sedare:sꝫ etiã illas firmare ꝑ/peramus. Qđ si vno remedio tũ symptoma leniri:tuꝫ morb⁹ curari queat:id vtiq; nõ fuerit symptoma re/spicere:aut symptomatis cã remedia sumere:sed ois eiusmodi auxiliorũ spẽs plane morbi curatio est. Ne q; enĩ cũ later is dolorẽ in pleuritide:misso sanguine vel corpe purgato:sanam⁹:nec cũ abscessuꝫ distentũ ⁊ cũ dolore pulsans diuidimus: ac pus emittimus: eiusmodi curatio symptomatis est:sed cũ in dysente/ricorũ deiectiõib⁹:vbi vehemẽter rodũt:vel tragi suc cũ:vel hircinũ seuũ:vel rosaceũ ceratũ ꝑ inferi⁹ indi/mus:qb⁹ vtiq; ꝑsidijs ipsa exulceratio itestinorũ nõ sanat:maxie si putrescẽs:aliqđ habeat:sꝫ vires inte/rim cõquiescũt. Atq; idest cõtra symptoma instare: morbo ad id tẽp⁹ neglecto. Quippe vbi viriũ robo/ris fiducia est:adeo nũq; ꝯtra symptoma pugnam⁹: vt ꝯtra ꝓrsus ꝑ ea nõnũq; ꝑsidia q̃ dolorẽ afferunt: morbos ipsos curem⁹:veluti ꝑfecto dysenterie ipsi: mordẽtib⁹ maxie medicamẽtis tũ potissimũ medemur cũ vtiq; sit grauissima. Quippe medic⁹ qdã q̃nqua/genarius cũ iã septẽ noctib⁹ egrotasset:nec virib⁹ ad modũ valentib⁹ esset:vbi dolor illi capitis vehemens in dextro potissimũ tẽpore est obortus:nõ expectans dũ amicorũ quispiã ad se veniret:sibijꝑsi nocte venã incidit. Itaq; dolor illi ꝯtinuo cõquieuit. Ceterũ lõ go tẽpore tũ decolor:tũ viribus imbecillis:tũ exilis mãsit:aliq; corp⁹ eius desijt(atrophiã greci vocant) sic vt vix ꝑstinũ habitũ reciperet. Est porro hic quo/q; duplex medicorũ cõtra dolorẽ instantiũ ratio. Al/tera qua delijs cubantiũ subscribunt:altera ex ar/tis ratiõe. Quippe si licet egrũ dolorib⁹ obnitẽtẽ va lentibus remedijs vno die ꝑsanari:qui tota neglecta curatiõe dolori tñ est intentus:nõ id ex artis ratiõe sed in egrotantis gratiã facit. At si ex dolore vires re soluuntur,atq; ex eo periculum impendet:⁊ mitigari dolor:⁊ roborari vires debebunt:quo ⁊ morbo resiste re:⁊ curationis spatio sufficere valeant. Equidẽ noui quosdã tũ medicos:tũ egros:qui dũ animosi videri volebãt:ob id ipsum perierũt:qđ fortiter ac viriliter cõtra dolorẽ semꝑ sunt reniꝗ:nec qđ euꝫ leniret q̃cq̃ ceperũt:sed in asperis ⁊(vt ipsi interpretabant)affe/ctũ destructib⁹ auxilijs perseuerarũt. Quos sane spa

tio curatos esse satius fuisset ꝙ breui viriliter mori. Quidã aũt (vt sibi est visus) generose dysentericos vehementissimo medicamento curans multos vno sanauit die: quosdã vero iugulauit. Erat nãqꝫ eius medicandi ratio eiusmodi. Cepas id genus qđ greci carton vocant vno die comedendas cum pane dabat: tũ paululũ bibendum: postridie mane muriam acerrimã per inferiora infudit: secundũ hanc etiam pharmacũ valentissimũ. His igit̃ tolerandis quicũqꝫ sufficere potuerunt prorsus sunt sanati: aliqui vero conuulsione: aut anime ex dolore defectu: vna cũ madore cutis oborto interiere. Esto igit̃ terminus quẽ non transibit is qui ex arte generose contra morbũ pugnat vt tuto medicet̃. Ei vero qui dolorẽ mitigat ipsaꝝ viriũ custodia. Ubi vltra pergit̃ crudelis hominis officiũ facit qui vna cũ morbo vitã quoqꝫ homini aufert. Qui vero cubãtis delicijs subscribit: eiusqꝫ voluptatem pro meta gerendorum habet adulatoris. Cõmittunt medici eiusmodi excessus cũ in alijs quoqꝫ remediorũ generibus non paucis: tũ vel maxime in ijs vocatis anodynis que ex papaueris succo vel alterci semine: vel mandragore radice: vel styrace: vel tali quopiã fiunt. Nã ⁊ qui egris gratificant̃: in eorũ medicamentorũ vsu modũ excedũt: ⁊ qui intẽpestiue ĩmodiceqꝫ sunt animosi: dum prorsus horũ vsum refugiũt dolorib' egros iugulãt. Ergo veluti in omni toti' vite tũ habitudine: tũ actiõe: ita hic quoqꝫ consiliũ illud sapientis: qui ne qđ nimis [illegible] cõplectemur: habentes pro fine quo tendamus cu[illegible]mis vtilitatẽ. Quippe si fas est ijs remedijs que morbũ [illegible]anent qđ optam' efficere: abstinendũ ab ijs somniferis medicamentis est que vocant anodyna. Sin ex vigilijs ⁊ virib' resoluẽdis ad mortis discrimen eger tendat: tũ profecto tẽpestiue eiusmodi medicamentis vtare: scilicet non ignarus corporis habitũ nonnihil ex his ledendũ: lesionẽ tamẽ ꝙ mortẽ potius optãdã. Nã si hec admodũ magna non sit: saltẽ spatio eã sarcire licebit. Sin ita est immodica vt nec prolixo spatio persanari queat: at certe hanc ipsaꝫ eligendã poti' remur ꝙ vt homo pereat. Hac nimirũ persuasione ipse quoqꝫ: tametsi omniuꝫ maxie ab vsu grauiter sopientiũ abhorrens: aliquãdo tñ ea ⁊ colicis exhibeo: ⁊ ijs qui vel oculoruꝫ vel auriũ: vel aliarũ partiũ vehementissimo dolore cruciant̃. Interĩ vero ⁊ cum eger ex tenui destillatiõe: vigilijs: ⁊ vehemẽti tussi vrget̃: pauxillulũ eiusmodi medicamenti offero: facile noxaꝫ eius: si quis semel est vsus: spatio emendatũ iri rat'. Porro dissident inter seipsa medicamenta. Quippe que plurimum torporẽ inducentiũ i se habẽt: ea ad presens magis sũt efficacia: ceterũ valentẽ ⁊ remedijs rebellẽ: in corpore frigiditatẽ relinquũt. Que horũ in se habent minus: calfacientiũ vero que admixta sunt plurimum ea quanto sunt ad presens minus efficacia: tanto in futurũ minus sunt noxia. Omnia tñ id gen' magis sunt salubria si post annũ a cõpositione sumant̃: veluti quod ad Philonẽ referũt authorẽ: quod ad dolores ex sensus torpore sedandos nullo min' est celebre. Sunt sane ⁊ alia medicamenta non pauca ex seminib' ⁊ pastinaca pisce confecta (grece diaspermaton ⁊ trygonos vocant̃) q̃ sicut ad torporẽ in p̃sens inducendum mitiora: ita in futuꝝ sunt tutiora: atqꝫ hec quoqꝫ oĩa vtili' annotina sumunt̃. Philonis vero medicamen etiã si duorũ triũve aut quatuor annoꝝ sit: multo sane est meli': sed nec inutile tñ sequentib' annis ad decimũ vsqꝫ. Quod: etsi vltra inueterauit: tanto quidẽ est min' noxiũ quanto est vetustius: ceterũ languidis est virib': eoqꝫ parũ nauiter cui' gratia pararũ est perficit. Ergo sicuti cauendus est quoad fieri potest: eiusmodi medicamentorũ vsus: ita si necessitas vrget: nec admodũ noua sunt offerẽda: qđ frigida que in his sunt preualentes vires adhuc habeant: nec ita antiqua vt spẽ nostrã frustrent̃: sed vti cõprehensum est: tandiu dimittenda sunt quoad violentia refrigerantiũ ab eorũ que calefaciunt vi mitigetur. Et taliũ quidẽ medicamentorũ vsus eoꝝ qui aduersus symptoma pugnant est proprius: potissimũ vbi ex frigida causa dolor est excitat': obsunt eĩ talia plurimũ ipsi affectui ac curationi contumaceꝫ eũ reddũt. At sanguinis missio: que scꝫ vires nõ deijcit: symptoma spectantis medici op' non est: sꝫ eius qui totũ affectũ adimere studet. Ad eundẽ modum ⁊ balneum: ⁊ purgatio: ⁊ fomenta calida: ⁊ vini potio. Quorũ omniũ Hippocrates in aphorismis: vbi de oculis dolentibus loquit̃ his verbis meminit. Oculorũ dolores meri potio: lauatio: fomentũ calidum: vel purgatio soluit. Hec nãqꝫ omnia dũ affectus sanant: vna etiã cũ ipsis dolores sedant. Eodeꝫ modo nutrimentũ (vt in superioribus est dictũ) vbi in sicco ⁊ squalente corpore stomacho laborante exhibet̃ dũ affectũ ipsum sanat etiã syncope periclitari prohibet. At non ea que ex redundantia frigidorũ incidit: siue resolutio siue stomachi syncope est: alimentũ ceu medicamẽ desiderat: quanꝙ etiã in eiusmodi affectibus non solũ nutrimentũ: sed etiã vini aliq̃d nõ raro egrotanti dare cogimur: non vtiqꝫ quo affectuꝫ curemus: sed quo periculũ in presens depellamus. Quippe vacuatio potius ꝙ adiectio est hoc genere laborantiũ curatio. Licetqꝫ quotidie videre sic egrotantiũ plurimos medicorum ignorantia perditos. De quibus agere nũc mihi intẽpestiuũ videt̃. Ergo febricitare incipiũt nonnulli vbi magnã crudoꝝ succorũ copiam vna cũ oris ventris (quod stomachum vocant) offensione: vel ex cruditatib' vel alia quapiã occasione congesserũt. His ⁊ precordia inflata: et totũ corp' ampliore mole quã pro nature modo cernitur: tũ color his ad albidi' quã pro naturali habitu ⁊ intercute aqua laborantiũ magis simile est mutatus. Nonnullis etiã ad nigri' aut liuidi': quos quidẽ medici plũbei palloris appellant: oĩbus pulsus arterie minores sunt ꝙ pro caloris ratione: preterea obscuri omninoqꝫ ineq̃les: sepe ea inequalitate quã systematicen greci vocant: semper vero ea que in vno est ictu. Nulli tali talium sanguis mitti sine maximo dispendio solet: cũ tamen vacuationẽ desiderent: verũ nec sãguis missionẽ nec purgationẽ sustinẽt: vtpote quos sine his syncope subito adorit̃. Quenã igit̃ est ratio talibus medendi: qui cũ vacuari postulent: vacuantia presidia non ferũt? Sane nullam aliam his idoneã vacuationẽ inueni: preter eam que ex frictione parat̃. Incipere vero in principio statim morbi oportet: ac primũ a crurib' superne deorsum: idqꝫ linteis non admodũ mollibus: sed asperdinis mediocre quid habentib'. Debet eñ radi ab his cutis: cũ simul ⁊ calefieri per eã ⁊ digeri egrotus postulet. Dehinc tota brachia ab humeris vsqꝫ: atqꝫ superne deorsum: simili modo sunt fricanda. Ubi vero artus omnes abunde calere videntur: ⁊ metus est ne quis

ex multitudine frictionis contusa iā carne lassitudi
nis sensus superueniat oleo relaxante vteris: quod
genus est sabinū: ab adstringente vero abstinebis:
cuiusmodi hispanū est histricūq;: ⁊ quod vna cum
germinibus: vel ex oliua adhuc immatura conficit̄.
Hyems vero si fuerit: nihilo deteriꝰ sit si ad digeren-
tiū aliquod trāsieris: cuiusmodi sicyoniū est: aut qđ
cū chamemelo cōponit̄: aut quod apud Egyptios ē
in precio. Quod si horū copia non sit: oportebit ac-
cepto relaxantiū oleorū aliquo: ⁊ in quo nulla sit ad
strictio: potissimūq; quod est antiquius: immittere
ipsi anethi quod videbitur satis. Mox vbi in vase
duplici tantisper calfeceris: dū mediocriter vim her
be imbiberit: vngere hoc artus ⁊ fricare tunc quoq;
q̄plurimū debebis: postea oleū quoniam tediū [afse
rat detergere: atq; ad spinā dorsi transire: hancq; to
tā fricare: primū sicca frictione post oleo. Ab hac rur
sus ad crura te cōferes: ⁊ ab his ab brachia: exin de
nuo ad spinā: ita totū agens diē in domo pure lucis
nec madente. Esto eiꝰ domꝰ ⁊ calor media temperie.
Sane mulsa in qua coctū hyssopū fuit his est aptis-
sima. Seruandūq; ne vel cibuz: vel sorbitionem: vel
aquā exhibeas: vel oīno liberaliter bibere sinas: nisi
mulsa tribꝰ primis diebꝰ dūtaxat vti: ipse quas dixi
partes ordine fricans: eoq; solū tēpore intermittēs:
quo somnꝰ hominē occupauerit. Ad quē etiā alliciē-
dū: ⁊ frictio vberior facit. Itaq; vel hoc noīe vtile p̄-
sidiū fuerit: nedū quod inaniat. At vero nec vberior
somnꝰ his est salutaris: cū nec crudos succos digeri
sinat: ⁊ viscera grauiora reddat. Sed si quis aliꝰ affe
ctus est qui somnū ⁊ vigilias modicas desideret hic
profecto in his est. Quippe somnꝰ concoquit. Vigi-
lie digerūt. Quorū vtroq; est opus ijs qui ex multi-
tudine crudorū succorū egrotant. Ergo inuicē me-
diocriter adhibiti iuuare se mutuo vtiliter poterūt.
Atq; si pulsus his paruꝰ admodū infirmusq; sit: aut
etiā supra hec vehementer inequalis: scire licet extre
mū periculum esse: facienda tamen nobis que retuli
sunt: nec aliud quicq̄ moliendū. Sin pulsus robore
mediocri sit ac magnitudine: preterea minime inter
cisus ⁊ equalis: considera q̄ ad aluū spectāt: ac si sua
sponte cōmode non deijciat: audacter per inferiꝰ ali
quid infundes. Accidit nāq; post aquā mulsaz: vt q̄
in primis venis que scz circa iecur ⁊ mesenterium
sunt colligi superuacua solent hac cōmode deijcian
tur. Qđ si maior iusto superfluorū impetus ad aluū
citet̄: principio quidē percoquere mulsam amplius
oportebit. Id nāq; sicut minꝰ aluū subducit ita ma-
gis nutrit. Contra crudū vt minus nutrit sic magis
subducit. Post hec si superuacua largiꝰ descendāt ne
sic quidē sistenda: sed exhibendus pro aqua mulsa
ptissane cremor est. Si vero fluere pergant: alice sor-
bitione nutries: pulsuuz interim ratione obseruata.
Aliqn̄ eī subito ad imbecillitatē: vel inequalitatem
vel paruitatē mutant̄. Quo tēpore panē ex vino di-
luto exhibere conueniet: vtiq; si nec venter nec iecur
phlegmone laboret: qn̄ si hac infestent̄ iam corpore
crudis succis referto: plane desperata salus egro ē:
pulsibus sic mutatis. Ergo in eiusmodi egri casu te
ipsum a culpa immunē prestabis: si moriturū predi
xeris: ac nullo generosiore medicamēto vsus fueris:
Quibꝰ vero spes est salutis: (est aūt oībus qui ita ci
tra phlegmonē egrotant) maximum medico: q̄ vtiq;
ipsos in principio susceperit: videt̄ mihi dedecꝰ esse
si in syncopen inciderint: quanq̄ per inscitiā medico
rū quotidie id fieri cernit̄. Verū non est qđ hos spe-
ctemus: aut cū his nosmet conferamꝰ: sed cum eo q̄
cum re vera peritus in arte sit: fedū putet egrū ani-
mo extemplo linqui: ipso nec symptoma predicente:
nec ad id preparato aut idē prohibente. Sane dictū
a me etiam in superioribus est: qui cataplasmatis ⁊
perfusionibus assidue precordia vexant ipsos i eius
modi affectibꝰ phlegmonas accersere. Minime igi-
tur est his vtendum priusq̄ superuacua magna ex
parte partim vacuata sint: partim concocta: tum ve
ro etiā his vtaris licet: non tamen duntaxat relaxās
sed ex absinthio mediocriter p̄fundens: si tamen fe-
bris non plane sit magna. Si vero medicāti tibi tres
primos dies vt dictū est: nihil occurrat incōmodum
ijsdē ipsis vteris vsq; ad septimum: aqua duntaxat
mulsa in qua incoctum hyssopum sit contentus. Si
quidē longissimā qui ita sunt affecti cibi abstinētiaz
ferunt: corpore scilicet ex crudis ipsis quos cōtinet
succis concoquendis alto. Quod si non modo crudi
succi sint: sed etiam eo corruptionis peruenerint vt
concoqui ad perfectionē non queant: qui sic egrotāt
eorū desperata est salus. Sed qui si nullus presertiz
cōmittatur error: seruari possunt: ij aqua solum mul
sa ad septimum vsq; sunt nutriendi: aut sicubi id res
exigat: vel aluo fluente: vel egro mulsam fastidiente
ad ptissane cremorē est transeundum. Sin hunc quo
q; auersetur: alica ad eundem quo ptissana modū est
preparabit̄. Neq; enim ijs qui ita sunt affecti: acetū
incommodū est: immo sicubi crudos affatim succos
esse aīaduerteris: oxymeli p̄ mulsa exhibere assidue
debebis. Quod si huius assiduus vsus tedio esse ce
perit: transire inuicem ad mulsam ⁊ ptissanā conue-
niet: dein rursus ad oxymeli reuerti. Maxime vero q̄
bus tum paruus tum tardus pulsus est: ijs frigi-
dos subesse succos putandum. Iisdem protinus et
color viciatus in toto corpore manifeste cernitur: q̄-
lis nimiruz prius est traditus. Sed fieri fortasse qđ
dictū est non posse cuipiam videatur: cū nulli febri-
citantiū aut tardior aut rarior pulsus fiat. Ceteruz
duplici ratione verum esse quod dictum est compe-
rietur. Vna quod euidenter in accessionibus appa-
reat ⁊ tardiores ⁊ rariores quam pro naturali ipso
rū habitu pulsus fieri. Altera, quod reliquis preter
accessionē temporibus horum arterie: tū rarius tuz
tardius quā aliorum quorūuis qualitercūq; febri-
citantiū feriunt. Ergo si estas sit ⁊ eger frigide po-
tioni assuetꝰ: frigidū huic oxymeli dabis. Sin hyēs
sit: omnibus calidum: tum ijs qui calide: tū ijs qui
frigide insueuerūt offeres: eque vt si immodicꝰ esta-
tis tempore estus sit: etiam qui calide adsueti sunt
frigidū: vtiq; si nullū sit ijs viscus ad iniuriam op-
portunum. Sane propositis aduersissima sunt tum
balneū: tū aer ambiens quoties vel nimiū calidus
est vel frigidus. Itaq; vt lauandi hi non sunt: sic ⁊ re
clinandi in domo sunt: estate quidē que frigeat: hye
me que caleat. Leduntur nāq; non parum ab vtro-
q; excessu: videlicet in balneo: estate: ⁊ omni caloris
incremento crudis humoribus liquatis: ac per oēs
corporis partes fluentibus: ita vt metuenduz sit ne
ad pulmones ⁊ cor ferantur: aliquando etiam ne
ad cerebrum subeant: cum longe prestet vt circa ie-
cur ⁊ primas venas subsistant. In domo vero immo
dice frigida: ⁊ hyeme: ⁊ deniq; ambiēte frigido suc-

et qui crudi sunt ⁊ inepti ad concoquẽdum manent:
⁊ iocinoris obstructiones: si leues sunt augent: si nul
le sunt: eas crassitudine sua herẽtes impactiq̃ creãt:
atq̃ hec quidẽ agenda sunt vbi a primo die ipse cu
rationẽ susceperis. Si aũt ad eos quos syncope iam
premit sis accitus: si ea que retuli loca phlegmone
vacẽt: panẽ exhibebis nõ multum: hũcq̃ ex vino ali
quo quod celerẽ in corpus digestionem adiuuet: sta
timq̃ ad frictiones venies: quas etiã ꝓ tradito iam
modo administrabis. Ac si quidẽ estas sit aut regio
naturaliter calens ⁊ estuãs: aut status celi vehemen
ter calidus cũ frigida vinũ dabis: si nihil eiusmodi
sit cũ calida. Que tamẽ secũdo ⁊ tertio dabit̃ potio:
omnino calidã exhibendã curabis. Quippe ad vni-
uersam eam curationẽ cuius gratia frictiones adhi
buimus calor prestat: vtpote crudorum succoꝝ cõco
ctionẽ adiuuãs. At quibus ex flaua bili que os vetri
culi infestet: syncope incidit: ijs frigida exhibẽda po
tio est. Vinũ tamen quod ⁊ calidum natura sit: ⁊ de-
ductionem in corpus promoueat: omnib⁹ quos syn-
cope male habet offerre conueniet: distribui nãq̃ ꝑ
corpus nutrimẽtum qd̃ sumptũ est: nõ in vẽtre ma-
nere volumus. Cõstat aũt ex vinis ea deligenda esse
que ⁊ flauo sint colore: ⁊ substantia tenui: ⁊ etate ve-
tera: talia nimirum ⁊ boni odoris cõtinuo fuerint.
Quinetiam ipse si paululũ vbi mixta sint gustes: sen
ties calorem per totũ corpus trãsmitti. Ceterũ ama
ra pre vetustate: vina ne sunto: presertim que ijs ex-
hibebis quorum os vẽtriculi flaui bili vrget̃. Talia
nãq̃ simul laudabilẽ ac nutriẽtem vini succum iam
amiserunt: simul iniucũda cum sint hoc ipso stoma-
chum offendũt. Commodissima igitur his vina sunt
que cum naturaliter austera sint: senilem iã adstrin
gendi vim propter vetustatem nõ exhibent: calorem
tamẽ admodũ euidẽtem habent: omnia eñi que req̃-
rimus in ijs quorũ stomachus amara bili vexatur:
efficient: cũ ⁊ iucũde sumant̃: ⁊ tum cõcoctionẽ: tum
digestionem in corpus promoueant: ⁊ succi vitium
mitigent: ⁊ corporis habitũ excalfaciãt ⁊ stomachũ
ipsum firment. Huiusce generis vinoꝝ optima sunt
Surrẽtinũ: Signinũ: Sabinũ: Tiburtinũ: Marsuꝫ:
omnia quidem italica: ⁊ adstringẽtia: nõ tamẽ pari
mõ oia. Nam surrentinũ cũ mediocriter adstringat:
tum calidius ceteris: tum iucundius est ab hoc no-
bile tiburtinum. Est eñi ⁊ quoddã imbecillum tibur
tinum: quod etiã sicut sabinum leuiter potest adstrin
gere. Signinũ vo austerius est: sicut etiam signino
marsum. Hec omnia vina stomacho qui amara vexa
tur bili salubria sunt. Ideoq̃ illis vtendum quoties
is vel ex ardenti febri offensus syncopen attulerit:
vel alias multa in eum bilis fluxerit: vel multã imbi
berit. Quib⁹ tamen ex crudis humoribus syncopes
periculũ imminet: sane phalernũ tãto iam memora-
tis prestat: quãto tum melioris est succi: tum etiam
calidius: vtpote qd̃ ⁊ velocius illis per corpus dige
retur: ⁊ crudis succis cõcoquẽdis auxilio erit. Que
cũ dictorũ singula aliud magis aliud minus faciãt
omnia tamẽ phalerna magis stomachum roborant.
At qm̃ ipsorũ phalernorũ aliud dulce admoduꝫ est
(quod phaustianum vocant) aliud si cum hoc confe
ras austerum: si cũ signino ⁊ marso dulce: deligendũ
ad talia secũdum est. Si vero cubans per sanitatem
dulcibus vinis insueuit: huic nihil prohibet dulci⁹
phalernũ exhibere. Verũ in Asia ⁊ Grecia ⁊ natio-
nibus que his sunt vicine: vbi copia iam dictorum
generum aliquando non est: ex ijs que ille regiones
suppeditãt: aptissima ad digestionẽ in corpus sunt
Ariusium ⁊ Lesbium. Hoc quidem veluti ex ipso no
mine patet in Lesbo natum. Ariusium locis quibus
dam in Chio prouenit. Cum vero tria sint in Lesbo
oppida: minus certe tum odorũ tum dulce in Mity
lene gignit̃ magis ⁊ odoratũ ⁊ dulce in Eresso: dein
in Methymna. Porro sumenda ex his sunt quibus
marina aqua admixta non est: vtpote maximo futu-
ro incommodo ex ijs quibus est admixta. Alioquĩ
nec assolent in Lesbo nobilibus vinis de quib⁹ nũc
agitur marinã aquam immittere: veluti nec ariusio
in Chio. Prouenit ⁊ in Hellesponti Mysia: vinum
surrentino non absimile. Mysinum per eminentiam
vocant. Hec omnia vina flaua ⁊ odora sunt: ⁊ substã
tia que inter aquosa crassaq̃ sit media. Aquose por-
ro substantie sunt adrianum: ⁊ sabinũ: ⁊ albanum: ⁊
gaurianum: ⁊ thuscum: ⁊ neapolitanum amineũ qd̃
scilicet in locis Neapoli vicinis gignitur: vnde etiaꝫ
ita id nominãt. In Asia vo ⁊ tibecinũ: ⁊ titacazenũ
⁊ tertium ab ijs arsyniũ. Cõtra vo crassa veluti sapa
sunt ⁊ scybellites ⁊ thereum: ⁊ albates. In Asia vo
egeates: ⁊ ꝑperinũ. Ergo q̇b⁹ ex abũdãtia crudorũ
hũorũ syncope ĩcidit: ijs crassa vina ceu noxia aquo
sa ceu parũ efficacia sunt fugiẽda. Deligẽda vo coꝝ
sunt media queq̃ vt predictũ est: flaua sint ⁊ calida.
Neq̃ enim inuenias ex albo vinorũ genere calidũ
vllum: quãdo etiam austera: ⁊ mediocriter alba: cum
inueterauerint fuluiora quodãmodo reddãt̃. Qd̃ si
aliter noiare fuluũ colorẽ velis: lꝫ voces igneũ pal-
lens. Quotquot aũt in ipsis calidissima sunt: omnia
certe flaua sunt: cuiusmodi in Italia est cecubũ. Qd̃
etiã vnũ quoddã gen⁹ eiusmodi vinoꝝ ab initio: si-
cut aliqui putãt nõ est: verũ ex vetustate eo peruenit:
vt igneum colorem contrahat: vnde ipsum quoq̃ no
men est sortitũ. Non tamen eo omnia perueniunt: cũ
prius crassentur quã in perlucido flauorẽ accipiãt.
Reliquoꝝ vini generũ: austera que mediocriter alba
crassaq̃ sunt: certe nullũ ad digestionẽ ꝑ corpus est
idoneum. Si tamẽ abũde inueterauerint: nec aliorũ
copia sit: vti illis licebit. Sũt vo eiusmodi omnia cũ
inueterauerint stomacho vtilia. Quo vo habeas bo
rũ quoq̃ exẽplũ: tum eius qd̃ ex Nicomedia affert̃:
memineris velim qd̃ omnibus est notum: tum siculi
aminei: qd̃ in magnis reponitur fictilibus. Qd̃ enim
in paruis seruatur lagũculis: maxime huic est cõtra
rium: cum ⁊ malum stomacho sit: ⁊ capitis dolorem
excitet. Ac semꝑ quidẽ est id agendum: vt optimum
eligas. Si id non est: qd̃ illi pro iam comprehensis
notis est ꝙ simillimũ. Aptissima nãq̃ ad deductio-
nem in corpus sunt Ariusium: ⁊ Lesbium. Sed si ea
desint: simusq̃ in Asia: aut Aphrodisiense petemus:
aut austerũ Tmolitẽ: aut aliquod his similium: qd̃ ⁊
colore sit fuluũ: ⁊ illico cũ bibitur: manifeste excalfa-
ciat. Cõsyderãdum vo ante omnia est qualisnã egro
tantis natura sit. Naꝫ si imbecillũ illi caput est: ⁊ qd̃
facile calentibus vinis tẽtetur: que minus caleãt: po
ti⁹ sunt offerenda. Sin firmo admodũ caput est: ⁊ ta
libus vinis delectat̃: aut etiã citra noxã ea ferre est so
lit⁹: haud timide his vtet̃. Porro sunt quãtũ ex ipso
rũ est natura que odora fuluaq̃ sunt oia caput gra-
uantia. Eoq̃ tũ phalernũ: tuꝫ Tmolites: tũ Lesbiũ
ĩfirmo capiti noxia sũt. Qualis ãt ĩ phalernis tradi

ta nobis differentia est:talis profecto ⁊ in Tmolitis
habet̃.Alterū eñ admodū est dulce:alteꝝ austerū si
cū illo conferat̃.Calida tñ admodū ambo sunt eoqꝫ
caput grauantia . Austera vina ventrem roborant:
caputqꝫ inter omnia minime tentant.Ceterū ad di-
gestionē in corpus non festinant:quo magis fugien
da tibi in animę defectu sunt:nō secus ꝙ̃ aqua. Ha-
bile vero ad facilē in corpus deductionē: ⁊ Hippo-
damantiū cū inueterauit est:ipsum quoqꝫ ex ea spe
cie cuius tū dulce phalernū est:tum vero Tmolites.
Inest huic ⁊ adstrictio manifesta:que tamen in neu-
tro illorū est.Itaqꝫ etiā salubrius stomacho est . In
penuria vero vini quod accōmodū vtriqꝫ syncope sit
ei inꝙ̃:que ex multitudine crudi succi orit̃:⁊ei que ex
bili incidit:coactus prorsus vinovti fugere(vt pre-
diximus)oportebit omnia tū austera:tū noua:itē
crassa:deligere ꝟo aquosa magisqꝫ si sint antiq̃. Ta-
lia nāqꝫ tametsi non valenter excalfaciunt: tñ facile ĩ
omne corpus deducuntur.Proinde cū celeritas spar
sionis in corpus sit his cū fuluis cōmunis: differen
tia rursus in his erit:quod concoctioni que vel in vē
triculo vel venis agitur fulua magis conducūt: pro
pterea quod magis excalfaciūt. Preterea mistibilia
sunt ⁊ nutrientia:eoqꝫ ad succi bonitatē opportuna
Quorū omniū nihil in aquosis vinis est. Nihil eñ
ex horū substantia in sanguinis mutat̃ speciez.Sed
cū fulua caput feriant:que aquosiora sunt nusꝙ̃ id
contristant.Urinas autē preter cetera omnia mouēt
A quibus secundā locū obtinent quecūqꝫ fuluorū
maxime sunt tenuia:que etiā ad syncopen potissimū
sunt deligenda.Tardissime horū deducuntur in cor
pus que fulua sunt ⁊crassa:quanꝙ̃ ea quoqꝫ auste-
ris omnibus magis sunt penetrabilia. At vero nu-
triunt hec magis ꝙ̃ tenuia:ac vitiosos succos celer-
rime bono sanguine generando corrigūt.Ergo insti
tutū sermonē denuo repetam⁹.Qď syncope preceps
viriū lapsus sit:id ab alijs ante me dictū est.Sed cū
essentia viriū quibus regit̃ corpus:tū in spiritu:tuz
in solidorum corporū temperamēto consistit:hec no
bis ⁊ vbi integra sunt seruari:⁊ vbi corrupta sunt:
ad integrū reuocari omnino debent . Ac quēadmo-
dū tueri ea per sanitatē conueniat:in opere de tuen
da sanitate est preceptū. Quēadmodū vero ⁊ ĩ mor
bis traditū iā aliquatenus ⁊ in precedentibus com
mentarijs est.Non tamen adhuc res tota ad talem
qualē exigit contēplationē est perducta:nec talez me
thodū habuit qualez priora.Quod igitur defuit id
nunc adijciamus.Spiritus substantia vna cum soli
dis corporib⁹ sic nobis custodienda in morbis sunt
vt tū qualitate:tū quantitate:quoad fieri licet natu
raliter se habeant. Ac siquidē sic prospici his posset
vt nec substantie eorum quicꝙ̃ aut vacuaretur: aut
prorsus immutaretur id esset antiquissimum . Sed
quoniā in cōmentarijs de sanitate tuēda ostendim⁹
fieri non posse vt id generabili corpori vnꝙ̃ contin
gat id agendum est:vt que substantie portio defluit:
hanc apponendo sarciamus:quod alterascit in debi
tā temperiem per conerariā alterationē vindicem⁹.
Si igitur tum vacuatio:tum alteratio sensim paula
timqꝫ fiant:etiam correctio vtriusqꝫ sensim admini-
strabitur.Quod mun⁹ ad artē sanitatis tuende spe
ctare est monstratū.Sin confertiz ⁊ semel vel magna
aliqñ vacuatio:vel etiā adiectio incidat : ⁊ morbus
ita efficitur ⁊ medendi methodum ad ei⁹ sanationē
requiremus. Veluti eñ mutationem in non natura
lem habitum:que sensim paulatimqꝫ irrepit corrige
re:sanitatis tuende artis sunt partes:ita eā ꝙ̃ multe
simul irruit sarcire ad medēdi peritiā spectat. Ergo
animalis spiritus cerebrū veluti fontē esse:clare ostē
dimus:qui partim ex inspirādo : partim ex eo quod
reticularis plexus suppeditat:irrigatur atqꝫ alitur.
Vitalis spiritus nō eque euidens demōstratio erat.
Sed tamen in corde eum ⁊ arterijs contineri existi-
mare:alienum a ratione non est : eūdemqꝫ nutritum
maxime quidē ex inspirādo:sed tamē ⁊ ex sanguine.
Qď si naturalis quoqꝫ aliquis spiritus est:vtiqꝫ is
quoqꝫ in iocinore ⁊ venis cōtinebitur.Sane dictum
fusissime de viriū essentia est in libris quos de Hip-
pocratis ⁊ Platonis placitis scripsimus.Solidorū
vero corporū substātia certa esse quātitate ꝓcul du-
bio desyderat. Eoqꝫ nutrimenta mortale genus tuē
tur.Sed nihilo secius ⁊ elementa ex quib⁹ cōponit̃:
mediocri esse tēperie requirit:dictūqꝫ subinde est quē
admodū tēperies ea sit tuēda. Ceterū viriū lapsus
de quo nūc agere institui:qui quidē solidoꝝ corpoꝝ
substantie digerēde succedit in longissimis morbis
subinde incidit:animante ex atrophia:id est nutrien
di defectu extenuato . Preterea in ijs febrib⁹ acutis
que corpus liquant:qui ex substātie temperie muta
ta prouenit cum vel immodice fuerit calefacta vel fri
gefacta:vel madefacta:vel siccata:aut horum aliqui
bus copularis affecta.Alteratio vero in spiritu tum
ex vitiosis prouenit succis:tum ex ambiētis malitia
qui alias alia de causa in hanc est mutat⁹.Preterea
venenatis facultatibus : aut animalium que virus
eiectant venenis . Verum hec a presenti instituto se
ponantur. Ipsius ꝟo essentie spiritus corruptio : et
que futura timet̃:⁊ que iam adest:que tum ex affectu
animi incidit:tum ingenti dolore:tum crebris moti
bus:cuius generis ⁊ vigilie sunt : tum ex immodica
eius tenuitate:⁊ continenti eū corporum raritudine:
tum vero ante hec omnia ex ipso respiratu ꝓhibito:
⁊ nutrimenti defectu diligentius corrigi profecto po
stulat.Sunt porro affect⁹ animi:timor subit⁹ ⁊ vehe
mens(quē ecplexin greci vocant)preterea que cōtra
ria huic timori est voluptas maxima:greci pericariā
vocāt:quasi excessum gaudij dixeris. Scimus enim
amboꝝ occassione perisse quosdam. Iam reliqui ꝙ̃
magni timores omnes:⁊ cum his maxime volupta-
tes:⁊ si nō iugulant:at certe facile resolubilem infir-
mūqꝫ spiritū reddūt.Tristitia vero ⁊ anxietas:⁊ ira:
⁊ cura: eo genere sunt noxie quo frequentes vigilie:
qm̃ vires resoluant.Ac in ijs quidem omnibus ipsa
per seipsam mouet̃ anima:in corporalib⁹ aūt actio
nibus ipsa corpus mouet. Resoluit̃ aūt eius robur
vtroqꝫ motuū suorum genere:si modū excedāt.De la
boribus vero quid attinet dicere quo pacto ⁊ vehe-
mentius aucti quosdā iugularint:⁊ omnes certe lese
rint:tametsi non sustulerūt . In omnib⁹ eiusmodi ca
sibus vidētur egrotātes tum animo linqui:tum vi-
ribus resolutis esse:nōnulli ꝟo(vt dictū est)etiā mo
ri:scz alias spiritu ipso corrupto alias alterato : ali-
quādo ex parte digesto:nō raro hec vtraqꝫ perpesso.
Tractatum aūt fusius de his est cuz in alijs libris:
tū ꝟo in ijs que de Hippocratis ⁊ Platonis dogma
tis ꝓdidim⁹. Ad rē ꝟo ꝓpositā:modū quo singula
ledere sunt nata:disquirere necesse nō est : imo qď le-
dūt:ab ipsa euidētia accipere:ac eo ad vires tuēdas

in morbis salubriter vti. Pari modo & si spirituum qui nostrũ corpus regũt substantia aliquando plus iusto extenuet: vtroq; profecto modo imbecilla fuerit & tanq; temperie alterata: & tanq; dissipabilis vel exhalabilis: vel quocunq; modo libet appellasse reddita. Eadẽ nimirũ ratione & si totũ corpus transmutatũ in immodicã raritudinẽ sit: facile spirituũ substantia digeret: quod & ipsa tenuiũ partiũ sit: & corpus eam non contineat. Ergo nec rarefaciendũ immodice egrotantis corpus est si spiritũ retineri studes: sed nec que in eo sunt: per comesta & bibita valẽter extenuanda. Iã vero quod ipsorũ quoq; ciborũ ac potionũ non leuis habenda sit cura ad robur virtũ tuendũ: vt videlicet tũ quantitate modici: tũ qualitate exacti exquisitiq; sint: id neminem latere arbitror: sicut illud profecto cuiq; perspicuũ: quod etiam substantie quã spiritu attrahimus habenda sit cura: vti scilicet tũ optima tẽperie sit: tũ ab omni inquinamento purissima: nec aliquid ex metallis aut caminis aut barathris sibi admisceat: aut aliquid ex putredine leguminũ: vel olerũ: vel animaliũ: vel cuiuscunq; rei ptrahat: aut halitũ ex stagnis vel paludibus vel fluuio recipiat. His itaq; omnibus prospiciat oportet qui vires illesas tueri volet. Ad hec etiã ipsorũ corporũ solidorũ: in quibus vtiq; vel maxime consistere virtũ substantia videtur non parua habenda prouidentia est: vt scilicet sano temperamento sint: atq; hoc quidem omniũ partiũ cõmune commodũ est. Ad robur autem virtutis conseruandum & ad syncopalem accessionem quo minus de repente incidat cauendam: singulare presidiũ est temperamenti custodia: ante omnia quidem triũ principiorũ mox vero reliquarũ partiũ quecunq; in consortiũ affectus: principia secũ ex facili trahũt: cuiusmodi est ventriculi os: quod propter exquisitũ sensum tũ alia symptomata non pauca: tum vero syncopen accersit. Porro memoratus iã crudorũ humorũ affectus si & copia sua hi vires premant: & propter tũ multitudinem tũ crassitudinem exiguos animalis meatus obstruant: iam multis nominibus exitialis est: ac syncope opportunos reddit: nempe & qd animal sub eo nõ nutriat & suffocet: & quod mediocritas tẽperamenti eius non solũ alteret: sed etiam corrũpatur. Quippe crudi succi nutrire priusq; concoquantur nequeũt. Idcirco cũ multi sunt grauant. Si vero spiramenta quibus perspiratio agit obstruant calorem extingunt: Quod si nec obstruant nec onerent: syncopen ij certe non inferũt sed animi deliquia: quas lipopsychias greci vocant. Siquidem resoluunt eiusmodi egrotantes: nisi frequẽtius nutriant. Porro exhiberi his oportebit: non copiose semel: nec que crassa frigidaue potestate nutrimenta sint: sed sicut dictũ prius est: que ex genere extenuantiũ calfacientiũq; sint. Ad eundem modũ & medicamenta quecunq; saltem medicamenta sumere febricitans homo potest: extenuãtia calfaciẽtiaq; sunt offerenda. His & aquosum vinũ idoneum ab initio statim est: si tamen vehementer non febricitent: qd temere in hoc affectu fieri non assolet: magis etiã si qui laborãt senes sint: prebendũ ijs post quã cibationẽ vinũ est: magisq; etiã si interposita quietis spatia mediocria sint. Sane qui ex eiusmodi succis laborant: hos quotidie accessiones exercent: precipueq; ad vesperam: & noctu non mane: nec vsq; ad meridiem. Atq; de ijs quidẽ hactenus abunde. Age modo transeamus ad eos qui contrario quidẽ huic laborant affectu: sed tamen syncope similiter opprimuntur nisi quis sedulo sit attentus. Hi sunt qui pretenues succos habent: sic vt ocyssime exhalent. Itaq; etiã diuersa a iã dictis ratione sunt curandi. Illos nanq; paulatim & assidue vacuauimus: propterea qd multã simul vacuationẽ ferre non poterant. At qui sic se habent: hos paulatim & assidue nutriemus. Quod si a principio hos viribus adhuc valentibus curãdos susceperimus nec paulatim coscibabimus. Possunt nanq; ij vel quod liberius semel datũ est nutrimentũ superare. Tanq; autem eos qui ex humoris multitudine syncope periclitantur: prorsus ad exitiũ spectare diximus: si vel iecur his vel ventriculũ phlegmone obsedit: itidẽ de quibus nunc agere instituimus: insanabiles sunt existimandi: si viribus iã languentibus aliquod egrum viscus phlegmone infestetur: quando nec assidue hos nutrire fas est: sed tantũ in remissionibus nec seruare eos si non nutriant licet. In eiusmodi affectibus mortifera illa species in facie celeriter apparet: nasus acutus: oculi caui: & reliqua que deinceps sunt ascripta. Nam siue multũ excernant: siue vigilent: siue tristentur: siue non cito nutriantur: protinus eiusmodi faciẽ habent. Porro si alicuius horũ aut etiã pluriũ occasione: tales esse videbuntur: minus esse malum putabis q; si absq; ijs essent emaciati. Sin absq; his tales appareant: plane pestiferũ iudicabis: atq; hoc amplius si a principio morbi eã habeant speciẽ. Neq; eñi dũ pcoquat: sufficient. Atq; ob id Hippocrates dixit si quid eiusmodi consenserit: minus subesse periculi putandum. In morbi nanq; principio (vt predixi) etiam si cũ aliquo dictorũ in eo sint statu: haudquaq; id bonũ est: ceterũ minus id periculi minatur q; si cũ horũ nullo: immo ex spiritu ipso prompte digesto. Non solum aũt extenuatis ad eũ modũ spiritu horũ & sanguine digestio sepe incidere assueuit: sed etiã expultricevi per vniuersam corporis molẽ immoderatius concitata. Id quod incidere maxime ex imbecillitate retentricis solet. Sane nutrire quicquid horũ iciderit est necesse: sicut etiã corporis summa densare: non secus q; priorũ rarefacere. Cũ eñi maxime ij affectus dissideant: etiã presidiorũ speciẽ diuersissimã requirunt Ergo frigidũ ijs aerẽ adstringenteq; cõparabimus. qui queadmodũ fiat prius est dictum. Vngendi preterea sunt adstrictorijs vnguentis. Cũ cibi ijs dandi qui non admodũ prompte diffluant: non aquã mulsa: non ptisane cremor: sed panis & sorbitio ex alica & fructus austeri: qui non facile corrũpantur: tũ ipsi per se: tũ vero & cũ pane: etiã alica que in aqua sit cocta. Dabis vero aliquando ijs & oua: precipueq; eorũ vitellos. Albũ enim eorũ egre concoquitur. Preterea gallinaceorũ qui lacte sint alti testiculos. Itẽq; suillũ cerebrum: sed vel diligenter assum: (quando si cruentũ detur: summopere ledit) vel in albo iure legitime elixũ: porro & anetho iniecti. Deniq; omni ratione agendũ: vt & succorũ materiam crassiorem reddas: & cutim denses: & exhalationẽ inhibeas. Vinũ vero ijs aquosum necessariũ inter initia est sumptũ post cibũ. Quod si ex sententia nobis omnia responderint: etiam carnei ijs aliquid nutrimenti post alia dabimus: potissimum post quartũ diẽ: succis qui febrem excitauerũt: iam ad concoctionem venientibus. Tali affectu laborãtis iuuenis: in decimo libro me-

minimus:tũ quemadmodũ (vti dixi) quotidie nu-
triuerim:idqꝫ ante accessionem potissimũ: tum quẽ-
admodũ semel dedita opera non exhibito illi cibo:
accessio cũ syncope inuaserit. Ergo in omnibus eius
modi curationibus:si iam deprehensus syncope cu-
bans est:omnis solicitudo medentis ad symptoma
vertitur. Sin nondũ ea premitur:vtriusqꝫ curã ha-
bebit:⁊ vt symptoma non incidat:⁊ vt morbus pau
latim discutiatur. Celerius autem hũc discuteremꝰ
si nullus symptomatis subesset metus. Quippe qui
multitudine crudi succi grauat̄: hunc si modo iustã
semel vacuationẽ ferre posset:nec metꝰ aliqͣs synco-
pes impenderet:semel arbitror vacuatũ a morbo ex
plicaremus. Eũ vero cuius spiritus ⁊ succi facile ex
halant:si ante accessionẽ cibare non cogeremur: lon
giorem illi morbuʒ certe non redderemus. Ac de ijs
quidem hec mihi dixisse sit satis. Nunc reliquas oc
casiones quibus syncope succedunt referemus. He
sunt numero quatuor:dolor vehemens: vigilie: im-
modica ventris inanitio:ac in ijs qui aliena loquũ
tur:aliquando motus:sed ⁊ quintam si non displicet
addas:nẽpe principiorũ intemperiẽ: de qua in cal-
ce libri agemus:idcirco maxime quod dupliciter ꝑ
uenit:vel in nuda qualitate particulis alteratis: vel
vitioso succo in has recepto. Deinceps igit̄ de oĩbꝰ
que memorauimꝰ est agendũ:initio a doloribus sũ
pto. Ergo si causam vnde dolor excitat̄ adimere pos
sis:ita vtiqꝫ contra symptoma non pugnaueris:sed
egritudinẽ curaueris. Sed si qua occasione prohibi
tus:affectui summouendo intentũ esse non licet: ve-
hementiã doloris mitigabis. Verũ quoniã nec do-
lorũ causas summouere:nec vehementiã eorũ remit
tere fas est nisi intellexeris cuius vitio is dolor in cu
bantis corpore excitetur:perpendende prius tũ cau
se dolorum sunt:tum vero signa quibus he dignosci
queant. Nam cũ sensui plerũqꝫ parũ pateant: homi
nẽ qui in tali speculatione sit exercitatꝰ nimirum po
stulant. Itaqꝫ cũ nobis in alijs operibꝰ non pauca
de dolorũ generatione sint precepta:ipsorũqꝫ omniũ
opportunũ tẽpus iã venerit:necessum arbitror totã
eorũ rationẽ summatim percurrere. Oĩ igit̄ in aĩa
lis corpore omnibꝰ consentientibꝰ sectis non oĩes
partes sensiles sunt:manifestũ est q̄ prorsus sunt in
sensiles:eas non dolituras. Igit̄ cũ sensilibꝰ dunta-
xat dolor accidat:sequens est vt estimemꝰ eiusmodi
ne corpora perpetuo sint dolitura:an vno aliquo tẽ
pore:cũ videlicet ortꝰ in his crucians affectꝰ sit. At si
ipsa euidentia nos docet multũ esse tẽporis quo ni-
hil oĩno doleamꝰ:non obscurũ est certo aliquo tẽpo
re quo scilicet excitat̄ in singulis que dolent cruciãs
affectꝰ:necesse esse ea dolere. Ergo si inuentuʒ nobis
fuerit quenã affectio ea sit que in sensilibus corpori
bus orta facit vt animal doleat:vtiqꝫ ⁊ quod queri-
mus iã fuerit inuentũ. Hinc igit̄ ab ijs naturalibꝰ
notitijs que omnibꝰ nobis sunt cões procedere me
thodo ad id quod considerandũ proponit̄ cõueniet
Porro naturalis notitia nos docet vitiũ id corporis
ex quo sit doliturũ:aut continuitatis diuisioneʒ esse
aut alterationẽ aliquã. Ita enĩ non incõmode dictũ
ijs est qui ex insectilibꝰ:vel insensilibꝰ:vel incõpacti
libus elementis corpus cõponunt affectũ vnde do-
lor nascatur:prorsus inueniri non posse. Quippe q̄
tantũmodo tangunt eorũ nihil videt̄ dolorificũ. At
talia corpora tantũ seinuicẽ tangunt. Quod si nõ cõ
tingant modo:sed etiã seinuicẽ in concursu collidãt:
ad dolorẽ creandũ nihilo plus conferũt:si que colli-
dũtur insensilia statuunt̄:nisi etiã lapides cum diui
duntur:dolore affici dicemus. Verũ de his latius tũ
alibi:tũ in quinto de Asclepiadis placitis disserui-
mus. Nũc confessuʒ hoc principiũ sumentes:necesse
esse vt affectus qui dolorẽ excitet vel diuisio sit vel al
teratio:illud etiã memoria repetamus:ne alteratio-
nẽ quidẽ ipam sensim irrepentẽ:dolorem afferre ani
mali posse:sed que dolore animal afficiet: eam muta
tionẽ tũ confertim factã:tũ vero violentam esse debe
re. Videntur enĩ corpora non solũ cũ in non natura-
lem habitũ confertim aguntur:tristem grauẽqꝫ mu-
tationẽ sentire:sed etiã in ipso ad naturalem statum
suũ reditu:nisi eũ paulatim accipiant obiter crucia
ri. Scimus enĩ qui in vehementi frigore iter fecerũt:
eos cum sese non sensim sed semel calfacere propera
rent:dolore circa vnguium radices adeo vehementi
affectos vt ferre non possent. Illud vero inquirere:
an ipsum quod vehementer excalfacit aut refrigerat
diuisionẽ aliquaʒ continui efficiat: longiore fortasse
disputatione eget. Et vtiqꝫ demonstratũ a nobis est
in commentarijs de simpliciũ medicamentorum fa-
cultatibus. Verũ quid agendo: que vehementer vel
excalfaciũt vel refrigerant dolorem inferant:querere
ad rem propositã minime est necesse. Siue enĩ vt sub
stantie sensibiliũ continuitatẽ diuidentia:siue vt eam
semel ⁊ confertim alterantia:id ad eorũ inuentioneʒ
que dolorem leuabunt parum refert:modo sciamus
quod violenter aut excalfacit vel refrigerat:id sentiẽ
tia corpora dolore afficere. Ergo si cepisse ab euiden
tibus conueniet:euidenter auteʒ videntur eorũ que
corporibus nostris propinquant:hec sola esse dolo-
rifica ⁊ que vehementer vel excalfaciant vel refrige-
rent:⁊ que substantie continuitateʒ soluant:(hec au
tem sunt que vel contundunt:vel incidunt:vel disten
dunt) vtiqꝫ curationis eorũ inuentioneʒ queremus
via aliqua insistentes que a querendorũ natura sit
accepta:que methodos appellatur. Rursus igit̄ su-
pra repetentes dicamus. Quoniã id querimꝰ:quem
admodũ in morbis dolore affligamur: vbi nihil no
bis extrinsecus triste appropinquat:necessum est ali
quã talẽ causam in corpore queramꝰ: que scilicet ve
hementer excalfaciens vel refrigerans:vel substãtiã
sensilis alicuius corporis diuidẽs nos excruciet. Ac
primũ illud speculabimur:cuiusnam esse nature de-
beat quod continuitatem diuidet. Necesse igit̄ est vel
ruptionem:vel contusionem:vel erosionẽ esse affectũ
eum qui diuisionem continui faciat. At vero ruptio
ex distentione:contusio ex graui quopiã:erosio ex ro
dente prouenit qualitate. Ergo cũ nihil extinsecꝰ sit
quod vel distẽdat:vel grauet:vel erodat:sed ex seipo
horũ aliqͦd corpus sentiat:neminẽ latere potest distẽ
tionẽ ab aliqua intrinsecus substantia que multitu-
dine sua corpus se continens distendat:aut immo-
dica siccitate prouenire:contusionẽ ex eo ꝙ aliquod
corpꝰ ab externo superceciderit:qͦd vel durũ vel ma
gnũ:vel graue:vel simul ambo fuit:erosionẽ hoc ex suc
co aliquo cui mordens natura insit. Igitur vbi vehe
mens dolor vrget:scrutandũ nobis est an succꝰ plu
rimus an spũs cui non sit exitꝰ:an grauis moles an
mordẽs humor:an siccꝰ affectꝰ subsit. Ad hec veluti
inter initia est definitũ:an aliquid quod valenter ex
calfaciat vel refrigeret. Quorꝫ ipsorꝫ quoqꝫ rursum

cause: vel in spiritu vel in humoribus: vel in solidis ipsis sunt statuende. Quicquid enim eorum vehemē ter excalfactum refrigeratū ve fit: quādo qđ vicinum est tāgit: graue illi molestumq; redditur. Igitur quē admodū singula que cōprehēdimus agnosci possint tum vero quod nō omnium habeamus manifestas notas: quodq; si aliud quicq̄: etiam causarum & affectuum que sensum fugiunt agnitio ex multa exercitatione: & curiosa omniū perpensione nobis pariat̄: alibi monstratum est. Nunc id cōsyderare ꝓpositum nobis non est: imo solā ipsam medēdi methodū persequi. Ex qua scienter perspecta: quātum auxilium compendiumq; medicis non ad presidiorum modo curationūq; facultatē: sed etiam ad affectus aliquādo agnitionem comparetur: sepe vobis in ipsis egrotantibus manifeste ostendi: quorum iam duos tres ve qui haud pridem sunt sanati referam. Unus eñi vt scis quadragenarius erat: qui cum colo laborare putaretur: nō modo nihil est a fomentis tum humidis tum siccis leuatus: sed nec cataplasmatis nec clysteribus quibus scilicet publice vti in eiusmodi affectibus solent: verūetiam a plerisq; eorum exacerbatus. Nam a rutaceo oleo per sedem infuso deteri⁹ habuit: itemq; a castoreo: quinetiam vbi mel coctum cuz pipere assumpsit extremis doloribus est afflict⁹. Iam cum cremorem cocti fenigreci vna cū melle accepisset: vehemēter est irritatus. Ipse igitur vbi mordentes succos in tunicis intestinorum immersos cōieci: qui scilicet secum vna corrumperent tum ea que per inferiora essent infusa: tuz ea que per os accepta exhibui homini nutrimentum quod nō facile corrūperetur. Deinde cum minus eum cruciatū intellexi: vitiosos humores purgandos iudicaui. Cum vero aptissimum ad eiusmodi vitiosos humores esset medicamentum quod ex aloe componitur quodq; iam vulgo picram appellant: vtiq; semel hominem iuste purgare non sum ausus qđ doloribus & inedia duobus iam mensibus inanitus esset. Uerum ex modicis quibusdā interuallis id faciens: quindecim circiter diebus hominē (vt scis) prorsus sanaui: idq; nullo preterea adhibito presidio. Atq; hic quidem illo primū tpe sic est vexatus: nūq̄ prius intestini dolorem expertus. At ali⁹ iuuenis huic quidē etate ꝓpe par: sed qui sepe ante colico cruciatu fuerat affectus accepto scamonie succo fuit purgatus. Cum autem bene largiter fuisset vacuatus: primo quidē die vesperi in balneo lotus: mox ptisane cremorē sumens post piscē quoq; comedens: nocte ea que ceperat euomuit. Secundo die itidem lauatus comedit primum lactucam: mox auium carnis aliquid in albo iure elixe: ab hac alicam ex aqua sumpsit: vino austero iniecto. Ubi vero ab ijs mediocriter se habere est visus: etiam tertio die nutritus sil'r est. Reddidit tamē per aluum plura quam pro ciborū portione: eaq; cū rosione. Deinde quarto die etiā magis dolore sibi ventrē sensit: & cū se in balneo alicubi frigus accepisse imprudentem putasset rutaceū sibi oleū per sedem infundens: nō solū vehemētissime est vexatus: sed etiā liquidā deiectionē per magnā habuit qđ facile declarauit aliquid a toto corpore ad loca ventris deferri. Post deinde per circuitus similis redibat cruciat⁹. Audiētes autē eius symptomata: intelleximus noxā ex scamonia in illis maxime intestinis procubuisse: que prius etiā fuerāt imbecilla: sicut quasi fluxionis quidā exortus esset affectus. Ergo quēadmodū hūc quoq; sanauerim scis. Abijcere eñi iussi presidia colica: alicaq; calēte que cocta in aqua esset nutriri immissis mali punici granis.) Cum aūt tota nocta citra dolorē dormiuisset: miratus profecto est remedij nouitatem: rogauitq; quid esset bibendum. Dedimus itaq; bibendū dilutum rhois cremorē: quo videlicet siue aliqua esset in sommo intestino facta exulceratio eam adstringeret: siue etiā ex cōsuetudine aliquid ex superioribus locis in partē afflictā conflueret: id reprimeret prandioq; eodez vti iussimus: deinde ad vesperam cenare pane puro ex vino aliquo naturaliter austero. Cōcessimus preterea vt austerū quēcūq; vellet fructum sumeret: siue malū: siue pyrū: siue punicū. Simili ratione etiā tertio die cibatus: in quarto theriacē bibit: sanusq; omnino est redditus: ac de cetero ad consuetudinem reuersus: nullū sensit incōmodū. Simili genere & aliū quēdā in æstate affectum cū sitibūdus admodū esset supra alia que memoraui: etiā frigida potione vti permissi. Ergo ne requiras in omni affectu eiusmodi notas quales in pleuritide vel dysenteria apparēt. Quippe scientifica est mox horū id gen⁹ agnitio: certis videlicet definitisq; notis cōparata: cum eorū qui proxime sunt dicti cōiecturalis agnitio sit: ac solis ijs inueniri potis: qui exacte cuiusq; morbi propriā curationē norint. Quare quoniā de hac ꝓposita nūc disputatio est: ipsaz ꝑ se absoluamus. Nec affectuū agnitiones attingam⁹: maxime que ex cōiecturalibus notis incipiētes cum eorū que prosunt obsuntq; cognitione sunt ꝯiuncte. Methodū eñi de ijs atq; etiā exercitatione in ea in morborū agnitionibus seorsum per se fecimus: quo scilicet arte quis instructus in omni egro tum locuz qui affligitur: tum ipsius affectū: sicuti nos īueniat. Ergo reuertamur ad affect⁹ qui dolores excitāt. Si sanguinis abundantia sit quod distendat: veluti in phlegmone fieri solet: protinus vbi vires egri valentes sunt: sanguis mittēdus est. Sed si is vel sanguinis missionem timeat: vel imbecillis viribus sit tum auertendus in diuersum sanguis est: tum per ꝓpinqua deriuādus. Dictumq; nobis pri⁹ est quēadmodum hec fieri cōueniat. Qđ si his peractis dolor etiā perstat: patet profecto in egrotāte particula impactū esse qđ cōtristat. Patet ꝟo nō minus & quod curatio ipsa per digerentia medicamenta sit molienda. Pari ratione & qui ex flatuoso spiritu dolores fiunt curabimus: sed simul in his potius tum ex tenuātibus cibis: tum potione: tum per sedem iniectionibus: tum cataplasmatis: tum humidis siccisq; fomentis auxiliantes. Sin moles aliqua grauādo cōtūdēdo ve dolorē excitet: moli ipsi est medendū. Sin rodēs humor est qui affligit: aduersissima huic sunt que extenuant & calfaciūt. Postulat nāq; huius generis affectus: si modo curādus est: vt ea que cōtristāt: vacuant̄: si id oīno fieri neqat: vt per epicrasin sanet̄: sin id quoq; fieri nō possit: vt que torporē inferāt medicamēta exhibeant̄. Que quāq̄ sunt reliquoꝝ cōmunia: minus tamen hos affectus quam alios ledunt. Quippe tenuis consistentie: & calidarum viriū plerīq; taliū humorū sunt. E diuerso que ex papaueris succo: & altero: & eo modo frigidis composita medicamēta sunt simul oīno & refrigerāt & siccant: qua ratione nō solum vt sensui torporē inducētia salutaria sunt: sed etiā vt humorum tenuitatē cogētia atq; crassantia: preterea

vehementẽ calorẽ refrigerantia. Ubi vero crassi glutinosiq; humores habentur: alienissima sunt q̃ torporem inducunt: cauendusq; magnopere in eiusmodi affectibus eorũ vsus est. Sed nec alioqui comitatꝰ eiusmodi succos: modo soli sint dolor vehemens. Si vero ex accidenti aliquo coniũctꝰ his halituosus spiritus est: qui ex ijs quibus continetꝰ corporibus erũpere prorsus non potest: grauissimis omnino doloribusq̇ ita se habent cruciantꝰ. Porro accidit id illis duplici ex causa: vel obstructione: vel calore. Nã ⁊ obstructio spiritũ cohibet: nec exire permittit: ⁊ crassa glutinosaq; cũ calefiũt: flatuosum spiritũ gignere solent. Eiusmodi sane affectꝰ ijs qui se cibis natura frigidis: ⁊ consistentia crassis ac glutinosis referserũt: quando in ipsis intestinorũ tunicis flatuosus spiritꝰ continetꝰ potissimũ incidit. Nam cũ he duplices sint: vbi medio earũ spatio eiusmodi collectꝰ humor est: in flatulentũ mutatꝰ spiritũ. Sane is ⁊ crassꝰ ⁊ tardi motꝰ ⁊ frigidꝰ est. Ubi igitꝰ tũ retinetꝰ: tũ tunicas distendit: tũ succus vnde oritꝰ intestini partes quas contingit vehementer refrigerat: duplici occasione affliguntꝰ qui sic laborant. Ac ad tempꝰ quidẽ vbi torporem faciens medicamen biberũt: prorsus indolentes redduntꝰ: ceterũ affectus his omnino fit maior. Nam ⁊ intestinorũ tunice medicamentorum frigiditate densiores: minusq; flatui transmittendo habiles redduntꝰ: ⁊ humor ipse tũ crassior: tũ ad motũ ineptior euadit. Itaq; ⁊ spatio longiore ad egri curationem: ⁊ medico qui egregie in arte sit exercitatus est opꝰ. Nisi enim certa ratione postmodũ curationem aggredietꝰ: verendum erit ne succi secundo loco in flatuosum spiritũ versi: eundem dolorem renouent: vnde rursus stupefacientiũ aliquid medicamẽtorũ exbiberi sit opꝰ: eadem scilicet necessitate vrgente. Ac pari modo tertio ⁊ quarto ⁊ sepe deinceps quoad homo insanabilis effectꝰ: in malum totius corporis habitũ perueniat: ⁊ post longa tandem tedia pereat. Quo pacto igitꝰ dolores eos quos frigidus humor in medio intestinorũ interclusus excitauit sanare conueniet? Sane non perfusionibꝰ ⁊ cataplasmatis que valenter excalfaciant: quippe lenti omnes crassiq; ⁊ frigidi humores ab his que calfaciũt: nisi etiam valenter digerant liquantꝰ: ac in flatũ mutantꝰ. Oportebit igitꝰ eos incidere simul ⁊ concoquere: q̃s res tenuantia medicamenta prestabunt: potissimũ tamen si calida vehementer non sint. Quod autẽ horũ quoq; ipsorum ea maxime deligenda sint: q̃ magis flatum discutiant: magisq; siccent nemini potest dubium esse. Sepeq; ex plebe non paucos audias minus sibi dolere colon affirmantes cum nec ipsis cataplasma imponitur: nec oleo aliquo perfunduntur nec per clysterẽ aliquid ĩfunditur. Et sane qui generosi animi fortesq; sunt: si mediocri vtuntur victu: tutius longiore in tempore percurantur q̃ꝑ qui violenter (vt dictũ est) calfacientibus vtuntur. A nullo eñi in eiusmodi succis tam est metuendum quã a calore: qui eos liquet atq; in flatum vertat: sed digerere nõ valeat. Uidimus nanq; ex agrestibus operis quempiam qui vbi coli dolorem sensit: protinus se cinxit: cum cingi ante non soleret: comedit autem cum pane allium: nullum dimittens consuetum opus: nec toto die quicquam bibit: sed vesperi meracius. Ab his et tota nocte dormiebat: et mane ab omni dolore plane liber surrexit. Est enim profecto allium ex eorum ciborum genere qui ⁊ flatum discutiant: ⁊ minime sitim inferant. Sunt qui parum id experti existiment maiorem quã cepas sitim excitare: sed plane errore: cum nõ modo non maiorem quã cepe: sed nec omnino sitim faciat. Idem omnium plane eduliorũ maxime flatũ discutit. Itaq; ipse certe agrestiũ theriacen id appello. Ac si quis vel thracas: vel Gallos vel deniq; qui frigidã regionẽ incolunt: vesci allijs vetuerit: nõ leuiter ijs hominibus nocuerit. Ac quos ex supradicta causa vehemens intestinorũ dolor citra febrem exercet: ijs ⁊ alium esse licet: ⁊ theriacen bibere: quippe q̃ eiusmodi affectibꝰ magnopere subuenit. At si cũ febri vna talis dolor incidat: principio quidem: si id ferũt: fomentũ siccum ex milio est adhibendum. Si ab hoc non quiescant: semen aliquod qđ flatum dissipet in oleo quod tenuium sit partium: coquere: mox per linteum: quo purum sit oleum colare: deinde anseris seuum in oleo liquare: ⁊ per sedem infundere oportebit. Si anseris seuum non sit: gallinaceo est vtendum: in primisq; curãdũ: vt sit expers salis. Esto autem nec admodum vetus. Licet vero ⁊ recenti vti: presertim anserino. At si neq; ex hoc remittuntur dolores: secũdo rursus inijciendum idem est: adiecta etiamnum castorei: ⁊ papaueris succi: vtriusq; fabe non amplius magnitudine. Olei vero hemina modus esto: excipitur ⁊ lanula ex hoc medicamento aliquid. Debebitq; appensa forti filo: quã penitissime in rectum intestinum dimitti: quo vtiq; ⁊ cum libet id facile recipiatur: ⁊ euidẽtem conferat vtilitatem. Ad eundem modum ⁊ oculorum ⁊ auriũ dolores qui ex huiusmodi humore: aut spiritu flatulẽto in febri excitantur sedare conueniet: tum fomento ex milio: quoniam id omnium ⁊ leuissimum est: ⁊ maxime siccans quodq; ab eo defluit: innoxium expersq; rosionis est: tum auribus medicamentũ id quod ex castoreo ⁊ papaueris succo cõficitur infundentibus: quo scilicet ad talia vti solemus. Liquor quo hec liquantur sapa esto: quo apud nos vocant epsema: pleriq; medicorum sircon grece appellant. Quod si imponi cataplasma res aliquãdo suadebit papauerum capitibus in aqua discoctis: ac fenigreci vel hordei vel lini seminis farina aque immissa cataplasma conficies. Scire autem licet medicamentũ quod castoreum recipit: nõ solum aurium sedare dolorem: sed etiam oculorũ ⁊ dentiũ: si auribus instilletur. Iã vero collyria que ex oppio fiunt: vehemẽtissimos oculorũ dolores remittere omnes norunt: vtẽdũq; (vt prediximus) his est cũ maxima necessitas vrget: illud minime ignorãtibꝰ ꝑticulas ipsas nõnihil ledẽdas: imbecilliioresq; in reliquã vitam ex frigore futuras: ceterũ saluti hoĩs in p̃ns ipsaꝝ futurã noxã posthabẽtibus. Siquidem non paucos eorũ qui his sunt vsi: eo infirmitatis venisse: vt alij fere nihil omnino viderent: alij propemodũ surdi forent: id oĩbꝰ iam notũ est. Itaq; nos si quando cogimur his vti: postmodum in sanitatis tempore particulas ipsas excalfacimus: nẽpe auribꝰ oleũ id qđ solũ castoreũ habet infundẽtes: oculis vero collyria q̃ tãtum excalfaciant. Ad quod scʒ munus maxime id probamus qđ ex cinamomo cõficitur. Ac de doloribus quidem q̃ ex crassis glutinosisve aut frigidis succis: vel ẽt vẽtoso spiritu excitãtꝰ hactenꝰ abũde. Siliis nãq; est eorũ oĩm curatio: ⁊ que per cõprehensas iã materias perficiatur: nisi quod is qui spiritũ flatuosum com-

tatur propriam quandā curationē est sortitus ex cucurbita cū flāma copiosa subinde admota. Uidebiturqꝫ tibi presidiū hoc in huiusmodi affectibus incantamēti cuiusq̄ simile quid efficere: siue hi in intestinis: siue inquauis corporis particula sunt excitati. Illico eñ cucurbita admota q̇ spiritu flatuoso cruciātur tum a dolore liberi tū oīno sani reddūtur. Quos ꝟo non spiritus modo flatuosus sed etiā humor q̇spiam vnde is oritur male habet ijs illico ad tempus dolor sedatur: redit tamen vel in sequēte nocte vel postridie vel etiā tertio die similis dolor: ac potissimum vbi in victu aliquid deliquerint aut importuni⁹ particulas excalfecerint. Tibi ꝟo hoc quoqꝫ maximū indiciꝫ affectus erit: ac curationē pro ratione ꝓsequeris nec impense particulaꝫ excalfaciens ⁊ tenuatoria curationis ratione vtens. Quod si in vētre quoqꝫ talium quippiam incidat mirifice hi ex acriuꝫ iniectione leuantur. Sed percuranda in his primū doloris accessio est admota scilicet cucurbita: quo vētosus digeratur spiritus. Post id vacuandus humor est infuso per sedē eiusmodi medicamētorū aliquo. Ego ꝟo oleo quopiam tenuis substātie vti assueui: rutā incoquens. Porro aliqui in tali curandi ratione vbi oleū acceperūt maximo dolore cruciantur postea exiguo interposito spatio excernunt humorē vitreū atqꝫ ex hoc ꝓtinus simul ⁊ a dolore ⁊ ab affectu liberantur. Quippe sublata causa que spiritū flatuosum genuit oīa cōquiescunt. His humoribus cōtrariam maxīe naturā habent qui tenues sunt atqꝫ acres: sed similē doloreꝫ inferūt: nōnunq̄ aūt ⁊ ꝯuulsiones crebras accersunt vtiqꝫ cū in ore ventris sunt collecti: veluti dudum illi contigit q̇ paulopost eruginosum humorē euomuit. Satius ꝟo sit nō eruginosum dicere sꝫ exactā plane eruginē. Talis nāqꝫ erat qualis pulcherrima est erugo. Uerū huic adolescenti cum conuulsione ⁊ syncope etiam gutte quedam frigide: ⁊ pulsus in summo gradu parui erant. Ex quibus cum coniicereꝫ in ore ventris quem publice stomachū vocant rodenteꝫ aliquem contineri humorē: dedi illi aquam tepidam bibere: post quā protin⁹ tale quid euomuit quale si ipse facere velles floridissimam eruginē aque misceres. Cum igitur talis humor in ventre constitit vomitu est expellendus: cum in intestinis iniicere per sedem conueniet quod eluere eiusmodi humorem sit aptuꝫ: At id detersiuum sit omnino oportebit. Cum autem talium pleraqꝫ mordeant commodissime ex his aliquod deligitur cui rosio absit. Eius generis maxime est ptissane cremor. Cibi vero exhibendi his sunt qui ⁊ boni sint succi nec facile corrumpantur: quorū exēplum in priore libro iam traditū habes. Quoniam vero etiam eorum qui ex siccitate nimia tenduntur cruciantur qꝫ mentionem feci non alienū fuerit de his etiam aliquid apponere. Scire nanqꝫ licet eiusmodi affectum si modo curabitur humectationem poscere: ceterum curatu perdifficilē esse vel potius q̇ curari oīno non possit si febris occasione est contractus. Succedit maxime exitiali phrenitidi. Nec sanatum quēpiam ita conuulsorū aut ipse vidi aut alium narrantem audiui. Nam temere conuulsio vel ex plenitudine neruosaruꝫ partiū incidit: (qua ratione eos quos magna phlegmone premit adoritur) vel ex mordente ⁊ tenui humore qui neruosa corpora rodat vel ex ingenti frigore quod tale quippiam quale gelu efficit. Atqꝫ he tres conuulsiones subinde percurantur. Sꝫ que ex neruosarum partiū siccitate prouenit insanabilis est. Quippe etiam in libro de marasmo docuimus solidorum corporum siccitatem oīno esse insanabilem. Quo minus adiiciendum quicq̄ de eiusmodi symptomatis preterea puto: sed nec de ijs que vitio immodice vacuationis vel per aluum vel per vomitum vel sanguinis profusionem incidunt: q̄ ⁊ antea de his mediocriter sit dictum ⁊ posthac dicere sit necessum: potissimū cuꝫ mihi de tumoribus qui preter naturam incidunt erit agendum. Itaqꝫ librum hunc iam claudā: quādo de symptomatis ijs queuis tractatu maxime erāt necessaria ⁊ precipue que cum febrium affectibus sunt connexa abunde disserui.

¶ Galeni methodus medendi vel de morbis curandis: Thoma Linacro Anglo interprete Liber decimustertius.

Uo iā genera morborum queādmoduꝫ quis methodo sanet docuimus: alterum in intempe rie positū cui antiqua est appellatio alterum cui nos nomen indidimus continuitatis solutioneꝫ. De hac primum in tertio quarto quinto ac sexto horum commētariorum precepimus. Post eam de ijs que in intemperie consistunt vsqꝫ ad duodecimū egimus. In hoc vero totius operis tertiodecimo de tumoribus qui preter naturā incidunt disserere incipiemus: in quibus scilicet partes a naturali habitu in quātitate recesserunt. Sane sanitatem an naturalem habitum dixeris ad ea que nunc paramus nihil intersit. At cum plures specie affectiones in his sint: primum agem⁹ de phlegmone. Expedit eñ ab hac cepisse: ⁊ quod frequentissime incidit: ⁊ quod febres aliaqꝫ symptomata periculosissima excitet. Cum autem veteres phlogosin (quam inflammationem interpretere) subinde phlegmonen appellent scire volumus nō hoc loco nos de hac phlegmone disserere sed ea que supra inflammationem tensionem quoqꝫ in particula facit: quam non modo ipsi tactu deprehendamus sed etiam ipse eger proprio sensu aduertat. Quinetiam pro tensionis modo tangenti quoqꝫ renititur pars phlegmone obsessa: auctiorqꝫ est q̄ pro naturali habitu: nec dolor illi deest maior minorve. Cum quo nonnunq̄ ⁊ pulsationis est sensus cum scilicet malum amplius increuit: ac potissimum cum suppurat. Rubor quoque in parte que phlegmone laborat maior minorve semꝑ visitur. Adeo siue in ipso pedis vestigio: siue in parte interna manus magna phlegmone incubuit: hec quoqꝫ magis rubra videntur quam ante. Etenī demonstratum est phlegmonem omnem e sanguinis confluxu consistere. Qui alijs statim calidior est quā ꝓ natura fuit: omnibus certe in ipsa parte que phlegmone vexatur. Atqꝫ hoc omnium sectarum commune est siue impactum tantum sanguinem in finibus vasorum phlegmones causam velint siue intercidentiam eius (parēptosim vocant) in solis arterijs siue obstructionem aliquam: siue in raritatibus ratione contemplabilibus resistentiam. Quo fit vt etiam curationis indicatio omnibus sit cōmunis: nempe vacuatio redundantis in particula phlegmone obsessa sanguinis. Phlegmones vero que in generatione ad

huc est duplex indicatio est veluti in reliquis morbis
oibus quicūq; in gignēdo adhuc sunt nec dum abso
lutionem sunt nacti. Nam quod eorum generatū iaʒ
est id medicine artis parti que morbos curat subijci
tur. Quod in generatione adhuc est parti que futurū
morbum precauet. Atq; id circo diximus nō simpli
cem sed cōpositam esse totā de ijs egritudinibus q̄ in
generatione adhuc sunt medentis solicitudinē: ex ea
scilicet que prouidet: ꝛ ea que curat: sicuti etiam si oi
no phlegmone laborare adhuc nō ceperit sed tamen
appareat iam subesse in corpore gen⁹ aliquod eoruʒ
que phlegmonen excitare possint in talibus quoq; oi
bus sola prouisio indicatur. At si nulla adhuc in cor
pore causa subalitur: ijs qui ita se habent ea q̄ sani
tatis est tutrix prouidet. Ergo que cause phlegmonē
accersere videnť has cū iam in corpore sint cōcepte:
sed tamen exigue adhuc ꝛ incipientes vtiq; ne maio
res fiant inhibere conueniet. Atq; hoc cauentis phle
gmonen est officium. Tum vero ea magnitudine sint:
vt iam phlegmonem creent eas summouere oportet:
ac quantum iam phlegmones genitum est sanare.
Ac communis omnium phlegmonaruʒ generatio ex
sanguinis influxu est copiosioris scilicet quaʒ sit par
ti ex vsu: veluti tum in libro de tumoribus preter na
turam ostendimus: tum in eo qui de inequali intem
peramēto est inscriptus. Sane copiosior sanguis in
fluit alia quapiam alijsve particulis aliquādo eam
mittentibus ac ea que phlegmone laborare incipit re
cipiente: aliquando particula que affligitur hunc ad
se trahente. Partesque mittunt: vel vt copia superua
cuaʒ vel vt qualitate molestum vel vtroq; nomine suc
cum persequuntur. Que attrahunt ea morboso calo
re trahunt. Porro in doloribus incipit quidem cau
sa ab eo quod affligitur: sed quicquid est phlegmo
nes id superposite partes efficiunt. Ergo qđ ad par
tem excalfactuʒ vel trahuntur vicini succi (vt nos cen
semus) vel confluunt (vt Asclepiades putat) euiden
ter cernitur. Et constet hoc loco ex ipso quod cerni
tur: sermoni fides. At vero que dolent cernuntur ea
quoq; phlegmonem ex dolore pati sed causam eius
quidam omnino non assignant quidam nullo modo
probabilem. Nostra vero sententia talis est. Docui
mus in eo opere quod de naturalibus facultatibus
edidimus vnam esse nature facultatem quam excre
toriam dicimus. Ea suo munere tum fungitur cum
triste aliquid sentit. Unum vero quiddam est ex ijs
que eam contristant ipsa que dolorem excitat causa:
quecūq; ea sit. Hāc igitur eijcere dum properat phle
gmonem interdum in particula cōcitat. Cum eñ pri
mis suis conatibus nihil profecit vehementius ag
gressa quod infestat expellere sanguinis aliquid ꝛ spi
ritus ex superpositis partibus in afflictam simul ex
primit. Atq; hinc fit quod ex dolore particula ꝓ por
tione confluentis in eā humoris in tumorem attolliť
Quinetiam omniū tumorū qui ꝑter naturā sunt va
rietas ex ei⁹ quod influit natura nascitur. Ubi enim
flatulenta materia copiosior accessit flatuosi magis:
tumores fiunt. Phlegmone vero magis similes vbi
sanguis: sicut erysipelati vbi flaua bilis: ꝛ tumentio
res, vbi pituita. Similiter scirrhosi vbi vel crassus vel
vehementer lentus humor est q̄ parti est infixus. Sa
ne crassus humor quodāmodo iā melancholicus ma
gis minusve est. Lentus aūt ex glutinosis prouenit
cibis: sed ꝛ ex ipsis aliquando neruosis partibus vti
q; cum multum excremēti genuerint. Uerum de cete
ris tumoribus post diceť. Nunc de phlegmone age
mus: ac prius: que omnium sunt cōmunia ad dispu
tationem propositis: sic deinde que solius eius vitij
sunt ꝓpria adijciemus. Cū igitur particula aliqua
phlegmone vrgeri ceperit: videndum est an propter
calorē aliquem qui in ea preter naturam sit ortus:
an propter dolorē vel ipsius vel ꝓpinque alicuius
partis hanc cōtraxerit: quo scʒ adepta causa: phleg
mone non amplius increscat. Post hanc consydera
tionem proxime illa cōtemplabere: nunquid vicina ali
qua particula sanguinem largius ad phlegmonem
transmittat: deinde num totum corpus sanguine ni
mium abūdet: plethoran vocāt. Naʒ tibi (arbitror)
non excidit: vtpote sepe a nobis monstratū superua
canea que valentioribus partibus ob redūdātiā vel
qualitatē expelluntť: ea in imbecilliores ꝓcū here: atq;
hinc accidere vt glandule quas adenas vocāt facile
fluxiões recipiāt: ꝛ maxime q̄ rariores natura sunt.
Quippe valentius est arteriaruʒ ꝛ venarū ꝛ neruo
rum ꝛ musculoruʒ robur: imbecillius autem ac forte
nullū corporū que glandularū sunt nature. Sic igiť
fit vt ꝛ propter vlcus qđ in manus aut pedis digito
fit eiusmodi glandule in inguinib⁹ ꝛ alis tū intume
scant: tū phlegmone occupentur: cū defluentē ad vlti
mos artus sanguinē priores exceperint. Quinetiam
in collo ꝛ secus aures sepenumero glādule ijs quib⁹
in collo capite vel aliqua vicina parte vlcus est natū
intumescūt. Nominat autē ipsos adenas cū sic intu
muerunt bubones. Quod si scirrhosior earū partiū
phlegmone aliquādo fuerit: hec ꝛ egre sanabilis est:
ꝛ struma dicitur. Quenam ꝟo sit strumarum curatio
in proximo dicetur libro. Nunc de phlegmonis qm̄
de ijs disserere proposuimus denuo repetentes dica
mus quod inhibitio earum incipientium ex generā
te illas causa tollenda pstatur primumq; de ijs que
vlcera sequūtur agamus. Postea eñ quaʒ prope ma
gnam arteriam aut venam vlcus ortū est celerrime
bubones excitanť. Cernitur autē aliquādo ipsa quo
q; vena per totum membrum rubra ꝛ calens ꝛ distē
ta ac si quis eam tangat dolens. Ergo si vel sangui
ne totū corpus vel malo succo redūdet difficilis cura
tio redditur. Sin sanū plane fit facilis. Quippe ex
castacere ꝛ humectare modice totum membrum quo
dolor mitigetur: oportet. Nosti autem eiusmodi pre
sidiorum materiam: ipsi vtiq; vlceri tetrapharmacū
in linteolo imponens. (Liquatur id oleo potissimū
rosacco: vel si id non fit: relaxanti aliquo). Totū vero
membrum hapso lane ex calente oleo imbuto circū
dans. Quinetiam ipsi vlceri calidum imponi medi
camentum oportet: ac super calidum extrinsecus ca
taplasma dare: qđ ex farina vel hordeacea vel triti
cea: vel ambabus mixtis constet. Humorem autem
habeat aquam cuʒ oleo pauxillulo. Non secus vero
etiam ipsi adeni que phlegmone vrgeri cepit: vt mi
tigetur: imponi debebit primo die lana ex oleo ca
lente madens: non autem sicut nonnulli faciunt
statim addito sale. Post enim sale vtemur cum ꝛ tu
mor per totum membrum fuerit remissus ꝛ dolor
vlceris sedatus. Quinetiam macedonicum quod vo
cant pharmacum similiter sicut tetrapharmacū ipsi
vlceri imponere licebit. Etenim similia inter se sunt
solo thure tetrapharmacum macedonico superante.
At si vel plethoricū corpus sit vel malo succo redū

det:curatio per ea que sic calent:fluxionem ad mem-
brū citat. Atqui nec alia vlla vti datur. Cogimur er-
go alias sanguinem mittere:idqꝫ aut vena incisa:aut
mēbris ijs que lesa nō sunt:scarificatis. Manu eniꝫ
laborāte:scarificabis crura. Altero crurum male ha-
bente:reliquum. Has nanqꝫ vacuationes indicat ip
sa copia:sicut etiam succorum vitium: redundantis
succi eductionem. Ac plerūqꝫ post hec presidia:glan-
dularum phlegmone desinit. Sepe tamen vel ipso q̇
curat:ad corporis vacuationeꝫ segniore:vel ipso qui
laborat:pre mollitie eam nō admittente:earum phle-
gmone maior efficitur:sic vt ad suppurationē perue
niat. Sed ⁊ que phymata quoqꝫ grece appellant:me
moratis carnibus sic vbi fluxio in eas procubuit:ci
tra vlceris occasionem accidunt. Ubi ergo distente ve
hementer glandule sunt:aut alia deniqꝫ particula q̄-
uis quam phlegmone premit:cogimur toto corpore
prius vacuato ipsam scarificare. Sane vacuamꝰ to-
tum corpus (sicut in libro de plenitudine diximus)
nō modo cum in redundantie succorum ex habitu:sꝫ
etiam vbi magnitudo morbi suadet:cum mediocrita
tem succorum cōtinet. Siquidē dolor:⁊ mēbri in quo
phlegmone sedet:calor:etiam si purum ab excremen-
tis totum corpus sit:fluxionis causa fiunt. Expedit
igitur parciꝰ id hoc casu facere:ac vacuare prout ma
xime tum etati laborantis:tū nature cōgruit:estima
tis preterea tū anni tempore:tū regione:tū hominis
ipsius cōsuetudine:de quibus sepe iam in multis di
ximus:sicvt etiam si adhibita in sermone nō sint:sub
audire ea conueniat. Ubi vero phlegmones ipse ve-
luti feruor iam subsedit:mitigatorijs cataplasmatis
dimissis:ad ea que digerunt:paulatim est trāseundū
ac primū cum mitigatorijs paululū mellis miscen-
dum. Mox triticea farina in totum prorsus auferen
da:contentis hordeacea cū melle vberiore. Deide ad
aliquod eiusmodi digerentiū medicamentorū est ve-
niendum:que vel humida cōsistentia sint:similiter ijs
que in linamentis vel linteolis excipiuntur:(εμμοτα
grece vocant) vel cerati specie. A duris autem abstinē
dum est:qualia pleraqꝫ emplastra sunt:nam ⁊ phle-
gmonarū reliquias cōtrahūt:⁊ rursus phlegmonem
in egra parte excitant. Quin si pus aliquod notabile
in suppurāte particula sit contētū:nō expedit (quod
nōnulli faciunt) protinus incidere:imo exhalationē
moliri medicamentis ad id valentibus:quorū vsus
ex affectu sit coniectatus. Quippe cum phlegmones
nature quicq̄ in membro adhuc restat:acria medica-
menta magis irritant quā digerunt. Cū vero quod
ex phlegmone relinquitur:scirrhosum effectū videtur
fidenter iam valentibus medicamentis vteris:sꝫ ob-
seruato bis in die quē prestent effectū: primū mane:
secundo vesperi. Quod si balneo quoqꝫ vtatur:etiam
in eo tempore. Siquādo ergo egrā partem medicamē
ti acrimonia irritatā videris:ita vt tumentior aut ru
bicundior sit:aut magis indoleat:mitigabis eam in
terea fomento:quod per spongiā administrabis. Id
autem aliquādo ex aqua dulci esto:aliquando etiam
sal habente:vbi scilicet scirrhosiores phlegmone sūt.
Sin aliqñ puris copia medicamenta superet:nec ea
videātur tibi totū digerere posse secare exitū ei quod
digestioni nō cessit:eo potissimū loco opꝫ:quo est edi
tissimū:quippe tenuissimā etiā illic inuenies cutim.
Memineris preterea in sectiōe ⁊ alterius indicatio-
nis que ad effluxū pertinet:atqꝫ ad ambo respiciēs:
ita quod suppurauit incide:ac deinceps medica men
tū aliqd̄ eoꝝ que sine erosione siccent:impone. Quod
si cōputruisse portio aliqua suppurātis partis vide-
bitur:excidi eā est necesse. Sane quidaꝫ in ijs que in
axillis ⁊ bubonibus suppurāt:in myrtei folij specieꝫ
semꝑ excidi cutim iubent:qm̄ in ijs laxa ea naturali
ter sit:ideoqꝫ omne qd̄ aduenit prōpte recipiens:pre
terea ipsi ex leui occasiōe phlegmonē facile cōtrahāt.
At maximas aliq̇ sectiones faciūt:quarum occasione
particula vbi ad cicatricē est perducta:nō solū turpis
sima redditur:sed etiā fit imbecillior:⁊ que sepe homi
ni ad motus sit in mora. Hec igitur ipsi vitātes:plu-
rimū certe sola incisione:⁊ medicamētis valēter siccā
tibus:huiusmodi affectus sanauimꝰ. Quod si aliqñ
excidere aliquid propter multitudinē:nō puris mo-
do:sed etiā corruptarū partiū fuit opus:cōtenti era-
mus sectione que myrti foliū imitatur:plane nō ma-
gna. Cū autē in ea excisione longitudo maior quā la
titudo sit:esto in bubone longitudo per trāsuersuꝫ du
cta:nō aūt per cruris rectitudinē. Quippe ita cū crꝰ
inflectimꝰ:naturaliter cutis sibi applicaṫ:post excisā
cutim:medicamēto qd̄ greci mānam vocāt:affectam
partem implebimus. Est autē ea purgamentum thu
ris:leui adstrictione predita:atqꝫ hoc nomine etiam
thure ipso ad nonnulla vtilior. Thus eñi puris tan-
tum mouendi facultatē obtinet:vtpote nullā adstrin-
gendi vim habēs. Magis que id facit qd̄ pinguius
ex eo est:⁊ magis albicans:sicuti etiā qd̄ flauuꝫ ex eo
magis est:validiꝰ siccat. Māne ꝓo:etiā corticis thu-
ris paululū est admixtuꝫ:vnde scꝫ adstringendi vim
habet. Ipse vero cortex thuris tū adstringit:tū siccat
insigniter. Itaqꝫ etiā ad moderatiores sanguinis ꝓ-
fusiones eo vtimur solo:sicut etiā ad valentiores:solo
vsto:sed tūc ⁊ cribrato:⁊ in mollissimū puluerē reda-
cto. Quinetiā mitigare prius incisam partem (sicut
dictum est) quantum poscere videbitur:oportet:fomē
tis primum:dein cataplasmate:mox humectante ali
quo medicamento aut nō siccante:singulis scilicet ex
trinsecus impositis. Nā in ipso vlcere tū mannaꝫ (vt
dictū est) tum ex presidijs que linteolis excipiuntur:
primū ea que pus citant:dein ea que expurgāt:sunt
imponēda:post que:si cauitas etiā nō sit:que implcāt
adhibēda sunt. Sin aliter:ea que cicatricē inducunt:
(grece synulotica ⁊ epulotica vocant) veluti qd̄ ex ca
dmia cōficitur. At qm̄ in horū quoqꝫ vsu plerisqꝫ me
dicorū nō paruū quiddā omittitur:non ab re fuerit
etiā de hoc disserere. Tū nāqꝫ ducere vlcus ad cicatri
cem incipiūt:ac idonea illi rei medicamenta applicāt
cum iam penitus sit impletum:nec quicquam illi re-
stat cauum. Hinc illis accidit vt cicatrices efficiāt cir
cumposita cute magis eminentes. Quo igitur illi cu
ti sint equales:conueniet id genus medicamentis vti
priusquam vlcus ad equalitatem prorsus sit imple-
tum:imposito super ipsas vlceris oras ex specilli mu
crone medicamento aliquo sicco ex ijs que in vlceruꝫ
curatione retulimus:super reliquum linamento dato
quod aliquo medicamento ex ijs que cicatricem in-
ducant:⁊ humida sint consistentia:fuerit imbutum.
Cedente autem prospere curatione:etiam id amoue-
bis:ac postea succo tantum medicamine vteris: la-
to specilli mucrone ex eo super toto vlcere volutato.
Foris autem suffecerit linamentum vel siccum: vel
ex vino madens: ac potissimum quod ex mollibus
fit elychnijs:cuiusmodi tharsensia sunt:quoniaꝫ illa

quoq; ad vlcera que supercrescant submittenda: vim optineant: atq; hec ducente nos rerum societate: diximus. Nūc ad sermonē de phlegmone reuersi dicamꝰ communē omniū phlegmonarū curatiōis indicationē esse vacuationem. Que vero adhuc in generatione sunt: in ijs prior vacuatione est cōfluentis ad affectū locū sanguinis inhibitio. Inhibebitur is cōmode: si ipsam fluxionis causaꝫ inuenerimꝰ. Sane ea duplex est: aliqñ em̄ ex ipsa parte quā phlegmone vexat: oritur: aliqñ ex alia quapiam alijs ve. Ex ipsa: quoties aut calidior est facta: aut dolore (sicuti ante diximꝰ) vrgetur. Nō ex ipsa: qñ vel alia quapiā: vel alijs supfluū illi transmittitur: vel etiā ex totius corporis affectu. Fit igitur calidius vel propter immodicū motuꝫ vel aliquē ex sole aut igni teporē: vel acre medicamētum. Dolore vero angitur ⁊ propter intemperiem: et vulnus: ⁊ contusionē: ⁊ distorsionē: ⁊ tensionem ⁊ obstructionē: ⁊ spiritū flatuosuꝫ. Intēperies extrinsecꝰ illi puenit modo ex succis q̇ in ipso habētur corpe. Et extrinsecꝰ vel ab aliquo venenatoruꝫ aīalium: vel pharmaco qđ vehemēter excalfaciat aut refrigeret: ēt ex ambiente nōnūq̄. Ex ipso ṽo laborātis corpe: cuꝫ id iam vitiosos succos qui facultate sint dissimili: cōgessit. His igitur omnibus estimatis: que phlegmone adhuc in generatione sunt: earū causas prius abscindes. Que vero iam facte sunt: has vtiq; curabis solas. Ergo quidnā medēti agendū sit si totum corpus male sit affectū: ⁊ dicta prius tū in his nō pauca sunt: tum in libro de plenitudine: ⁊ nunc summas eorū que dicta sunt: recensebimus. Ubi em̄ equabiliter inter se succi sunt adaucti: id ⁊ plethorā greci vocant: nos plenitudinē: ⁊ succorū redundantiā dixerimus. Ubi ṽo vel flaua bili: vel nigra: vel pituita: vel serosis humoribus refertum corpus est: eum habitū cacochymiā: quasi succorum vitium dicas: nominānt. Ergo plethora tum sanguinis missione curatur: tum frequenti balneo: tū exercitatione: tum frictione: preterea digerentibus medicamētis: ⁊ preter hec omnia inedia: de quibus in ijs que de sanitate tuenda sunt prodita: dictū abunde est. Succorum vitium purgatione que cuiq; superanti succo sit accommodata: corrigitur. Dictum porro ⁊ de hac est in ea parte operis de sanitate tuenda: que de vitandis morbis est instituta. Illinc igitur huc ea transferas oportebit: ac consideres quo vti maxime expediat. Siquidem si iam febricitet eger: nec exercitatione vacuare exuperantiā licet: nec vnctione que excalfaciat: sed nec multa frictione: nec balneo: imo sanguinis missione: vna cum inedia: vel purgatione aliqua. At si nondū febricitat: omnibus iam dictis vtare: optimum quodque ad id quod instat deligens. Illud enim patere vel me tacēte arbitror: eum cui crura phlegmone laborant: non esse vel ambulatione: vel cursu exercitandum: sed nec stare illi esse iubendum: imo sedenti plurimum fricari: mox manuꝫ motu exercitari, illi est satius. At si cui in supernis partibus ceperit pars aliqua phlegmone tentari: huic motus ex inambulatione aut cursu est salutaris. Similiter ⁊ frictio his quidem ea potior est: que cruribꝰ adhibetur: illis: que in supernis partibus administratur. Quippe preceptū in cōtrarium auersionis: in omnibus talibus commune est. Neq; igitur cū vel circa sedem: vel aliquā huic vicinam partem initium phlegmones incidit: aluū deijcies. Neq; cū in vesica: vel colo: vel renibus est cepta: pharmaca que vrinas puocent: bibenda dabis. Nec si mulieri in vtero vel pudendo insedit: menses huic prouocabis: sed ad partes que maxīe longinque sint semper auersionem facies: estimata scilicet tum phlegmones magnitudine: tuꝫ corporis totius statu. Nā si plurima succorum abundantia sit: nec exercitatione: nec balneo sine periculo vtare. Sin exigua sit: licet ⁊ per hec vacues. Ceterum (quod dixi) hec tum in ea parte operis de sanitate tuenda que morbos precauet: sunt scripta: tum in libro qui de plenitudine inscribitur: tum in his que de phlebotomia: siue incidēda vena: tum que de purgantium medicamentorum facultatibus edidimus. Sed quod ad cōmonefaciendum tantum de ijs sit satis: nunc etiam abūde est dictum. Itaq; ad propriam de phlegmone disputationem nunc est veniendum. In qua primum merito verba faciemus de phlegmone prout ab affectu partis cui insedit est orta. Quippe satis constat affectū illuꝫ principio tibi esse sanandū: mox quicquid iam phlegmones est factū. Porro interim ijsdē presidijs ambo tolluntur: veluti cum ex flatulento spiritu ⁊ densitate particule dolor est ortus. Hoc enim casu eorum que modice calefaciunt: (que etiaꝫ chalastica: id est relaxantia siue remittentia vocamus) vsus est commodus: vt qui pariter ⁊ cōniuentia corporis laxet: ⁊ flatuosum spiritum tenuet: ⁊ quod phlegmones iam cōflatum est digerat. Ad eundem modum ⁊ si ex frigido dominante intemperies sit oborta. Nam tunc quoq; calefaciendo: nō solum intemperantie: sed etiam phlegmone vna medeberis. Itidem si calor vehementior intemperiem fecit: refrigerantibus presidijs ambo sistes. Siquidem intemperantia contraria semper requirit. Uacuatur autem quod impletum est: non modo medicamentis ijs que digerunt: sed etiam que adstringunt ⁊ refrigerant. Magis que profecto ad incipientes phlegmones frigidis adstringētibusq;: quā ijs que digerūt: est vtendū. Atq; etiamnū magis vbi crassum quod cōfluit: nō est. Sed si sanguis in particula quā phlegmone prehendit: vehemēter est impactus: nō est amplius repercutientibus vtendum: sed tum digerere est tempestiuum. Ubi aūt ex animalis punctu morsu ve dolor incidit: duplex sedandi doloris ratio est: vel virus ipsum vacuando: vel quod dolorē excitat: alterando. Sane vacues id eorū medicaminū ope que vehemēter attrahunt. Alteres ijs que sunt cōtraria: idq; vel qualitatibus: vel tota substantia. Monstratū nanq; est in libris de medicamentis qui a nobis sunt editi: quedā esse totis substantijs inter se contraria: quedā sola qualitate. Sed ⁊ illud indicatum eque est: qđ eorum que contraria qualitatibus sunt: methodus quepiā sit: eorum que tota substantia sunt aduersa: methodus nō sit: sed omnia sint per experientiam inuenta. Tu igitur quecūq; methodo explorentur: hinc disces. Que experientia tantum deprehendit: ea in his operibus quibus de medicamētis agitur: omnia sunt collecta: vno quod de facultate eorum inscribitur: altero quod de compositione: ⁊ tertio quod de facile parabilibus. In quibus operibus ostendimus quenā ex sola experientia quenā ex sola ratione: ⁊ quenā ex ambabꝰ inuenta sint pharmaca. Ergo methodꝰ quā hoc opere tradere institui: in doloribꝰ vniuersis qui vel ex animalium: medicamentorum ve noxa excitantur: duplicem indicationē habet: nempe eius quod dolorē creat vacuationē: at-

que alteratione͂. Vacuāt id tum excalfactoria omnia tū que citra calefactionem vebemēter trabunt: veluti ⁊ cucurbitule ⁊ cornua quedā quibus nonnulli cucurbitularū vice vtunt͂. Sunt aūt ⁊ q̄ ore suo virus extrabūt: egre videlicet particule admoti ipsumq̃ labijs cōplexi. Huc sane pertinet ⁊ cauteriū ⁊ medicamenta que cauterijs similiter escaram efficiūt. Atq̃ bec oīa totā eius qd̄ infestat substantiā exinaniunt. Alterū auxiliorū genus est eorꝝ que qualitatē per cōtrariam qualitatē alterant: scilicet exbibentibus nobis si vebementē calorē eger vel in ipso demorso loco vel in toto corpore sentiat auxilia refrigerātia: sin frigus sentiat calefacientia. Docuimus aūt vtraq̃ in ijs operibus que de medicamētis sunt scripta. At tales quedā omnis pblegmones communes medicationes sunt. Variantur aūt pro laborantiū particularꝝ ratione. Etem̄ id iam quoq̃ ostēsum est vbi de vlcerꝝ curatione egimus. Nec longo sermone est opus ei q̄ meminerit eorū que ibi sunt dicta: sꝫ sat erit paucis ea trāscurrisse. Vna itaq̃ indicatio ex ipsis similaribus accipitur partibus: altera ex instrumētarijs: ⁊ ea que ex similaribus sumitur: modū calfaciendi refrigerandi siccandi ac bumectandi determinat: q̄ ꝟo ex instrumentarijs: tū locum ipsum per quē vacuare oportet: tū vacuationis rationē: tū ꝟo in similis speciei medicamētorū vsu ipsum pluris minorisq̃ modum. Ac de similariū quidē partiū indicatiōe supra vbi de vlceribus est tractatum diximus: de instrumētaria ꝟo bic agem⁹. Cū em̄ pblegmone duplici ratione a natura recessit ⁊ quod pars ipa multo sanguine sit referta ⁊ q̄ eadem sit calidior: vtriq̃ vacuatiōis indicatio refrigeratiōis indicationē vincit: cōtra scilicet quā in erysipelate. In illo nāq̃ refrigeratonis indicatio magis vrget quā vacuationis: quāq̄ vtriusq̃ affectus curandi cōmune caput est infestātis bumoris vacuatio. Ideoq̃ postq̄ refrigeratū erysipelas est ad ea q̄ digerunt medicamēta cōuertimur. In pblegmone igit͂ tantisper est refrigerandū quatenus ⁊ ad incrementum eius sistendū, inbibendūq̃ est cōmoduꝫ. Etem̄ cū immoderatus calor dolorē excitet atq̃ etiā aliquid ad egrā partem attrabat vtroq̃ nomine augescere pblegmonen accidit. Ergo quantum refrigerationis pblegmone ceu calido morbo cōgruit tantū certe ⁊ incrementum eius inbibere est aptum. Idem parem gratiā prestat ⁊ cū repercutit id quod affluit. Quod vero eius quicquid in laborante mēbro continetur in proximas partes repellit boc pblegmones iam genite medela est. Simili modo ⁊ que modice excalfaciunt: vtraq̃ interdū ratione prosunt qm̄ ⁊ dolorem sedent ⁊ quod contentū in laberante particula est digerant. Quippe dolorē mitigando augeri pblegmonas vetant: digerēdo quod earum iam conceptū est sanant. Qm̄ igitur momentum omne laborantis pblegmone partis in redundantis in ipso sanguinis vacuatione cōsistit: vacuatio auteꝫ boc genus affectorum excogitata est duplex aut translato ad alias partes qui in egra cōtinebatur sanguine aut foris a corpore expulso: satius profecto est vtraq̃ vti: obseruātibus diligēter ne qua ex accidēti lesio sequat͂. Ergo cū gemina sit dictarꝝ vacuationū vtraq̃ quadruplex in vniuersum nascitur vacuantiū auxilioruꝫ genus. Translationis em̄ sanguinis ad alias partes alterū genus est vbi ipsa pars q̄ pblegmōe laborat sanguinem abigit. Alterū cū ee q̄ integre sunt ad se trabūt. Eius aūt que extra corpus educit alterum sensibili effluxu alterū ratione tantum contemplabili perficit͂. Atq̃ id qd̄ sensibili effluxu peragitur alias per ipsaꝫ fit partem in qua pblegmone residet alias per ea que vna cum bac aperiuntur. Proinde etiam dissectionū notitia ad eiusmodi cōsortium intellegendū est opus. Ergo tum be indicationes pblegmonarū curationē immutantes a partiū natura prestantur: tum supra bas que tum expositu tum figuratione partiū sumūtur. Quas nimirū laborās locus qua instrumētalis est indicat. Sunt etiā alie que tum instrumentalium: tum similarium communes sunt: sicuti cum actioneꝫ earum inspicimus: preterea an rara pars sit an densa: an acuti sensus an bebetis. Ad que omnia intentum esse oportet qui recte curare studet. Quoniam vero (vt semper testati sumus) non satis est ipsa tantuꝫ vniuersalia nouisse nisi quis etiam in particularib⁹ se exerceat ita vtiq̃ ⁊ nos nunc faciamus: non tamen omnia particularia percurrētes: sed ea tantum que nobis necessaria lectori videbuntur. Proponat͂ itaque iecur iam pblegmonen contrabere cepisse: tū quenam mali eius commodissima sit curatio queratur. Omnium ergo primum ab ijs que retuli incipiens: an totum corpus inanitione indigeat cōsyderabis. Quod si indigere inuenies mox egri virtutē estimabis: possit ne semel iustam vacuationē tolerare. Primum ergo valida virtus esto. Ab bac estimabis etatem. Nam si puer sit que per desectam venā fit (vt supra est monstratum) vacuationem non feret. Verum cū pubertatē attigerint iā pueri missionē sanguinis tolerant. Ergo pariter tū reuellēdus tū educēdus q̄ ad iecur fluit sanguis est interna in dextro cubito incisa vena propterea quod ⁊ e regione ⁊ ampla via cum vena que caua dicitur societatem babet. Hac nō comparente media secanda est. Quod si nec ea se ostēderit reliqua ac tertia est incidenda. Modū vero vacuationis tum ex redundātie modo tum ex reliquis que in superioribus diximus inuenies etate: natura tempore anni: regione: ⁊ consuetudine: tum ante bec ipsa laborātis virtute. Hec enim in omnibus sunt cōmunia. Illud vero interna ne an media an bumeralis secanda sit: an ea que iuxta malleolum est an que in poplite: id vero ex laborante particula indicatur, ac definitum iaꝫ est in ijs que de incidenda vena scripsimus de vacuationibus id genus omnibus; diceturq̃ nunc quantum sit ad rem propositā opportunum: primumq̃ boc ipsum non esse scilicet solum illud satis quod vacuandum sit inuenisse; veluti sentiunt qui amethodon sectam colunt: quibus nulla de laborantium locorum differentia babetur ratio. Nō enim ratio solum verumetiā vsus ipse indicat aliam alij parti vacuationem congruere. Siquidē ex ijs q̄bus oculi tentari pblegmone ceperant nonnullos sola purgatione per aluū vno die sanatos vidisti. Quārem si quis in iocinore cum pblegmone laborare incipit tentet: maximam excitabit pblegmonen: eq̃ vt si cum in renibus aut vesica incipit que vrinas cient exbibeat aut si cum vterus pblegmone laborat menses deuocet. Siquideꝫ longissime a tentata fluxione parte auellere nequaquam ad eā trabere conuenit. Hac itaq̃ ratione nec si ventrem aut intestina pblegmone occupare iam ceperit medicamine quod aluum deijciat vti cōueniat. Eandem cū bis indicationē ⁊ vterus sortitur, sicuti cum vrine vasis pudenda. At vo-

mitu vti pudibundis laborantibus in diuersa reuel
lens auxiliū est. greci antispasticon vocant. Eadē ra
tione in oībus que circa caput accidūt purgatio ad
contrarium auertit. Siqua vero circa fauces ⁊ pala-
tum aut linguam aut deniq̄ in ore phlegmone labo
rare inceperint: in his omnibus cauenda sunt que pi
tuitam p̄ os euocāt. Apophlegmatismos vocāt: quip
pe cū id simile sit ac si deijcere aluum intestinis egro
tantibus velis: aut vrinas mouere cū renibus autve
sice sit egre: aut vomitū lacessere cum partes stomachi
sint afflicte. Satius igitur sit vbi partes q̄ in ore sunt
phlegmonē accersere ceperint deriuare ad nares. Pa
ri modo venam quoq̄ vbi he partes sic laborant in-
cidere humeralem in manu: si ea non cernitur mediā:
vbi iecur pect⁹ pulmo aut cor sic afficiunt̄ internam.
In angina quā synanchen grece vocāt: primas i ma
nib⁹. Scđas eas q̄ sub lingua habent̄. At ijs q̄ in oc
cipite sunt sic afflictis etiā eā q̄ in cubito est necnō eā
q̄ habet̄ in frōte. Renib⁹ ꝟo ⁊ vesica ⁊ pudēdo ⁊ vte
ro sic habentibus eas que in cruribus sunt site: ac po
tissimum que circa poplitem sunt. Sin minus eas q̄
iuxta malleolum: ac perpetuo quidem in omnibus q̄
e directo est. Ubi iecur phlegmone inuadit que in dex-
tra sunt manu: vbi lienē contra. Itaq̄ statim prima
vacuationis diuersitas pro particularum diuersita-
te variatur: constatq̄ communem indicationem non
magis esse vtilitatis quam noxe causam. Siquidem
quod vacuandum sit id communis indicatio est: vn-
de autem aut quomodo vacuatio sit facienda id eger
ipse docet locus. Ad eundem nanq̄ modum vbi pe-
ctus aut vēter aut partes circa colluꝫ caputve phleg
mone laborāt: excogitatū est artus vincire. Quippe
ip̄m q̄ phlegmone īfestat̄ vinciēdū nō est. Sed si in
manib⁹ phlegmone est orta crura. Sin in crurib⁹ ma
nus: Sed nec refrigerare inter initia aut adstringere
citra laborantis particule indicationē vtilitatis ma
gis quam noxe sunt cause. Naꝫ in particulis que cir
ca artus sunt sat fuerit etiam spongiam vel ex frigi-
da aqua cui paululū aceti sit immixtū vel aqua sola:
imponere: sicut etiā ex vino aliquo austero. In ioci-
nore vero si phlegmone laborare cepit nemo cōpos
rationis his vtatur: imo nec si malino infundas aut
myrteo: aut mastichino: aut nardino: aut lentiscino
aut aliquo oleo q̄ adstringat aut etiā alio quopiam:
cui absinthiū sit incoctū: ne horum quidē vllum con
ueniet frigidum sicut nec vllū cataplasma frigidum.
Sed si mala precipue cotonea vino incoquens cata-
plasma ex eo preparaueris: si iecur phlegmone labo-
rare cepit ne id quidem admouebis frigidum: veluti
nec oleū vt dictum est preparatum vel oculis vel oris
partibus sicubi hec tentari phlegmone ceperint. Au
ri vero etiam si acetum cum rosaceo infundas nil of
fendes. At non est hoc oculis laborantibus vtile ve-
luti nec medicamen quod ex moris cōficitur: aut ali-
ud quippiā eorū que stomatica grece dicuntur. Sūt
eñ eiusmodi omnia oculis tristia quanq̄ genere sunt
ex ijs que indicentur. Glandulis ꝟo phlegmone ten
tari ceptis sepe solum oleū calens sat fuit. Sed ⁊ reli
quus victus ordinandus ijs quibus glandule aut
etiā aliquid circa artus phlegmone tētatur vnā tātū
indicationē habet: q̄ tot ac talia exhiberi iubet quot
⁊ qualia facillime cōcoquent̄. Nec quicq̄ refert alicā
an ptissanā an mulsam an punicū an malum an tale
quippiam exhibeas. At si iecur phlegmone infestat̄
exquisitissimo victu est opus. Eque profecto ⁊ si ven
ter sic laborat: quippe munus eorum toti animali est
cōmune. Acceditq̄ omnibus animalis partib⁹ ma-
ximū incōmodum: siue non probe cōcoctum alimen
tum sit: siue non rite in sanguinē conuersum. Artuū
ꝟo partes: tātum alimēti capiūt: quāto sunt nutriē
de. Quo fit vt siue ex malo q̄ probe in ventre sit con
coctum: alimentū ad eas perueniat: siue ex alica siue
ex ptissana: nō multuꝫ intersit. In iocinore vero quā
tum referat nutrimentorum differentia: tum quod
maximam in vtrāq̄ partem vim habeat: hinc discas
licet. Nam expelli e iocinore oportet quicquid in eo
tum amare bilis: tum saniei que ex phlegmone pro-
uenit: est collectum. Id vero fieri nequit nisi ⁊ vasa q̄
sunt in viscere detergeantur: ⁊ meatus qui ad ieiu-
num pertinet sit apertus. Ergo alica cum ⁊ huic in-
hereat: ⁊ vasa que in viscere sunt condita obstruat:
precipueq̄ eorum ora: ⁊ bilem in intestinum descen-
dere: ⁊ alimentum in totum corpus digeri prohibet.
Poscit ergo tum iecur ipsum: tum meatus qui bilē
transmittit: cibos ⁊ pharmaca que obstructa reclu-
dant. Talia ꝟo omnia sunt lenta quidē minime sed
tenui consistentia ⁊ qualitate mordente. At vero ab
his vtpote rodentibus phlegmone irritantur. Qua-
re que citra rosionē ea detergeant indigemus: cuius-
modi scilicet mulsa est. At nouimus dulcibus omni-
bus tum iecur tuꝫ lienem maxime intumescere. Sup
sunt igitur que culpa vacent vt in cibis ptissana q̄p-
pe que sine rosione deterget vt in pharmacis oxyme-
li aqua mixtum. Nam ⁊ punicum malum ⁊ cetera q̄
adstringunt dum bilis meatum arctāt bilem ipsam
excerni prohibent. Atq̄ inde iocinoris phlegmonis
sunt incommoda presertim ijs que in cauo visceris
cōsistunt. Quib⁹ ad angustias quas facit ipsa phle-
gmone etiā ea que ex adstringentibus ⁊ lentis fit ci-
bis accedit: ac que mordent ea phlegmonas ipsas q̄
in cauo sunt visceris magis irritant. Quippe ijs que
in gibbis eius consistunt mutata iam veniunt ea que
assumpta sunt ita vt nec que adstrictoria sunt simili-
ter adhuc adstringant: nec quod mordens est simili-
ter mordeat: nec quod propter lentorem in angustis
vasis herebat similiter etiamnum maneat lentū. Est
autem his occasio mutationis duplex: ⁊ quod prius
sunt concocta: ⁊ quod sanguini qui in iocinore pri⁹
erat: sunt admixta. Cauo autem iocinoris phlegmo
ne obsesso: protinus etiam venas que in mesenterio
sunt: vnam phlegmone laborare est necesse: quando
ex ea que ad portam pertinet omnes sint orte: proti-
nus etiam quecūq̄ osculis earum inciderūt: vim suā
ostendere. An tibi ad cōmunem phlegmones curatio
nem parua ex particulis ipsis accedere differētia vi
detur? Mihi sane maxima videtur: quamuis ij qui
Thessali stupiditatem emulantur: cōmunem indica
tione satisfacere putēt. Placet autem nunc ad memo
riam reuocare tibi egregiā eoꝝ curationē quā Thea
geni philosopho Cynico adhibuerūt. Siqdē hūc no
runt plurimi p̄pter viri famā vt q̄ publice disputa-
re in Traiani circo quotidie sit solitus. Erat q̄ hoīeꝫ
curabat vn⁹ ex Sorani discipulis noīe Attalus Is ī
posuit quotidie iocinori cataplasma ex pane ⁊ melle
haud ītellegēs viscus hoc mediocriter adstrīgi debe-
re p̄pterea q̄ aīalib⁹ altricis facultatꝭ p̄ncipiū sit ⁊
venosū ab hoc oriat̄ gen⁹. Ita igit̄ visc⁹ curauit sicut
bubonas meris. s. ⁊ solis relaxantibus vtēs: catapla-

sima ex pane ⁊ melle imponens:ac prius oleo calente
perfundens:tū sorbitione ex alica cibans. Hec nāqꝫ
tria ferme omnibus nūc amethodis istis Thessalijs
ad acutorū curationē sufficiunt. Uisum aūt est mihi
seorsum Attalū monere vt adstringēs aliquid admi-
sceret:nec nudis vteretur relaxantibus:ac de visceris
quidem natura nihil eram homini dicturus. Id eniꝫ
fuisset plane asino fabulā narrare:sed quo me persua
surū homini arbitrabar:⁊ cui omnes facile assentire
video:id tantū exposui:nempe longā experientiā me
dicos docuisse vt iecur mixta medicamentorum ma-
teria curarent. Eam autē scriptā inuenturum in ijs
medicorum libris:qui sint de medendi ratione con-
scripti. Si ergo inquaꝫ tibi videtur:misce aliquid de
absinthij coma diligenter tunsa:cataplasmati. Oleo
vero totius herbe aliquid:modice id quemadmoduꝫ
alios cernis in illo incoquentes. Cataplasmati vero
id quod ex vnguēto ⁊ palmulis fit:myrobolanu pies
ma vocant:⁊ irim:⁊ iunci florem:aut narditidos her
be radicem:aut cyperi miscebis:non inutile fit ⁊ ex vi
no ea aliquando preparare:ac miscere interim etiaꝫ
de fece ipsa. Quinetiam aliquid adstringentium in-
coquere malorum:cuiusmodi cotonea sunt:⁊ que vo-
cantur struthia. Preterea que Rome abundant: vo-
cata cestiana. Oleum vero (nā id quoqꝫ video misce-
re te) non quodlibet esto:sed vel hispanū:vel histricū
vel crudum:vel lentiscinū:vel myrteū:vel melinum:
vel nardinum vnguentum. Porro aliam materiā plu
rimam esse dixi eorum que incoquere liceret. Nam et
lentisci tenera germina:⁊ myrti ⁊ rubi:⁊ vitis preser
tim siluestris:aqua enanthē vocatā decerpimus. Nō
alienum etiam sit:⁊ atticum hyssopum tum cataplas-
mati tum etiam ceratis miscere. Nam ⁊ cerata que-
piā illi ex eiusmodi materia imponere post cataplas-
ma suasi:⁊ apponere illi tentabam vniuersam dein-
ceps curationē:quo scilicet etiā que a medicis grece
epithemata vocantur:ex mixta materia componeret.
Nam melius inquam est sublato cataplasmate ali-
quid super viscus esse. Attaluꝫ vero sermonem inter-
pellans:nisi multum inquit tibi tribuerem:nihil ho-
rum tolerassem:nam in quibꝰ superiores medici pas
si naufragia sunt priusqꝫ vera medicina inuenta a no
stris esset:ea mihi veluti ignaro suades. Cetera tres
(inquit) aut quatuor dies sine me Theageni ex mea
sententia prospicere:⁊ sanum eum penitus cōspicies.
Sed quid inqꝫ si cū subito pauci:⁊ hi lenti apparue-
rint sudores:moriatur:recordaberis ne que promise
ris:ac de cetero sententiam mutabis? Atqꝫ Attalus
post hec abijt irridēs:nec quicqꝫ preterea respondēs
sic vt neqꝫ de alica quicqꝫ me consulere permitteret:
sed nec quod ex ijs que vrinas cient:miscere aq̄ pau-
lo post oporteret:quod scilicet iocinoris gibba essent
afflicta. Nam sicuti iocinoris cauum per aluum pur-
gatur:ceu paulo supra diximus:sic gibba eiꝰ per ea
que modice vrinas mouent:cuius generis est apium.
Procedente autem tempore vbi phlegmone iam con
coquitur:etiam valentioribus vti licet:assaro:⁊ celti-
ca nardo:⁊ phu:⁊ petroselino:⁊ smyrnio:⁊ mio:sicut
etiam per ventrē vacuare:si cauum afficitur:cnico ci-
bis admixto:⁊ vrtica:⁊ mercuriali:⁊ epithymo:⁊ fili-
cula:omnibus preterea que modice aluum deijciunt
magisqꝫ in remissionibus tum his ipsis audaciꝰ vtē
duꝫ:tum vero que his sunt valētiora:partim in ptis
sana incoctis:partim tunsis:ac in mollissimū pulue-
rem redactis:exhibenda vero ⁊ hec sunt vel ex ptissa-
na:vel ex aqua. Ego nanqꝫ etiam filicule aliquid in
ptissana aliqn̄ incoxi:⁊ nigri veratri corticē. Etiā cly-
stere vacuare eos cōueniet:inter initia vel sale:vel ni
tro:vel aphronitro aque mulse admixto contentis:in
remissione vero potissimūqꝫ si quid scirrhosum reli-
ctū e phlegmone est:etiam valentiora medicamenta
miscentibus. Quippe hyssopū eo casu aque incoqui-
mus:⁊ origanū:⁊ colocynthida:⁊ minus cētaurium.
Opportunissima nāqꝫ ad scirrhū sunt iecur ⁊ lienis:
siue quis parū habita de his ratione:glutinoso cibo
vtatur:(sicut Attalus qui Theageni quotidie alicaꝫ
exhibuit) siue nihil offerat quod tum obstructiones
eximat:tum detergeat. Uerum quod cōtigit Theage-
ni:vel potius Attalo:dici est tempus. Ut enī promi-
serat post tres dies daturum se hominem a iocinoris
phlegmone liberatum:tum magis quam prius calē
te oleo viscus plurimuꝫ perfudit:tum cataplasmate
frequentius est vsus:hac diligentia felicius sibi cu-
rationem cessuram sperans:responditqꝫ percontanti
bus de Theagene gloriabundus meliora. Ceterum
contingit prout ipse predixeram:subito hominē mo-
ri. Et quod omnium maxime dignum risu fuit:duce-
bat Attalꝰ secū ex ijs qui de hominis statu rogassent
quosdā:quibus ostenderet adeo recte eū se habere:vt
iā esset lauandus:letusqꝫ cū multis ingressus est do-
mum in qua iacebat:cū Theagenē mortuū quidā ex
amicis:qui ⁊ Cynici quidam erant:⁊ alioqui philo-
sophi:lauare ex more parassent. Itaqꝫ etiam vsqꝫ ad
mortuū accedere:idqꝫ vna cū spectatorū cetu Attalo
contigit:vtpote cū nemo intus lugeret. Nā Theage-
ni nec seruus erat:nec puer:nec mulier:sed cuꝫ eo soli
amici philosophātes versabātur:qui iusta q̄dē mor-
tuorū:citra tamē omnē luctū obibant. Atqꝫ hāc lau-
dē Thessalius asinus inter multos spectatores est cō
secutus:ostendēs explicatū a phlegmone hominē in-
tra quatuor (vt pollicitus est) dies. Reliqui vero me
thodici cū innumeros quotidie iugulent:adeo ratio-
nē curādi mutare adhuc nolūt vt que a medicis sunt
scripta qui artis operibus vere insudarunt:ne vel se
mel experiri velint:adeo indelebile vitiū vehemens
ignorātia est:presertim si cum superbia sit cōiuncta.
Eiusmodi igitur in omnibus sunt Thessali sectato-
res. Nobis aūt vitādi eiusmodi errores sunt. At si ni
hil aliud suppetat:saltē ipsi experiētie credendū. Id
qđ ipse ꝑpetuo suadere nō desino ijs qui circa ratio-
nē parū sunt exercitati. Nā meliꝰ profecto ijs est:qn̄
⁊ rudes sunt:⁊ simul in rationabili methodo:quam
nos nūc ꝓdimus:minime exercitati:vt nihil penitus
ex ratiocinādo accipiāt. Quippe iocinoris substātia:
scirrhis maxīe opportuna est:vtpote q̄ naturaliter lu
tosum q̄ppiā cōtinet:veluti medicus q̄dā nostri tēpo
ris ꝑ iocū dixit. Lienis vero rarior substātia quā io-
cinoris est:ceterū crebriꝰ scirrhosis vitijs affligit̄ pro
pter nutrimēti quo vtitur speciē. Monstratū nanqꝫ
est qđ crasso nutritur sanguine:qui veluti limꝰ purio
ris est facillimeqꝫ nigra bilis efficit̄:ideoqꝫ etiā ipm
melancholicū siue atrum appellamus excrementum:
atqꝫ hec duo viscera scirrhosis tumoribus tētari:vel
experiētia ipsa clare indicat. Renes vero:qđ conditi
sunt:tactum effugiunt. Ceteruꝫ hos quoqꝫ facile scir
rhis deprehendi ratio docet:atque idcirco nephriti-
das alias facile solubiles:alias egre solubiles esse:
cum renes ambo habeāt que in viscerum vtroqꝫ pre-

dicta sunt inesse:tum substantie qualitatem:tū excre/
mentoꝛū que per ea dilabuntur vitiū. Quo fit vt qui
crassi succi cibis vescantur:calculi vitio vexent̄. Ergo
quanto trium hoꝛum viscerum scirrhosi affectus dif=
ficilius curantur:tanto magis esse solicitos opoꝛtet
ne quis in hos incidat. Maxime autem (vt dictum
est) incidūt:qui ipsis phlegmone laboꝛātibus:ijs ci/
bis vtunt̄ qui crassos lentosqꝫ succos efficiāt. Quin/
etiā eiusmodi affectuū medicamina inter omnes cō
uenit ea esse que dissecent ⁊ dissoluāt ⁊ frangāt. Que
vtriqꝫ ex eoꝛū sunt genere que obstructiones eruunt ⁊
detergent:ceterū viribus valentioꝛa. Hoꝛum non so
lum materiam:sed etiam facultatem in opere de sim/
plicibus medicamentis exposuimus. Itaqꝫ etiā bꝛe/
uioꝛ nunc ero:contentus generali facultate:⁊ sola me
thodo:cum paucis exemplis. Nam cum ⁊ facultatū
materiā iam habeas pꝛeparatam:⁊ que curationem
vna coindicent sint pꝛedicta:nihil nunc aliud supest
nisi vt pꝛopꝛias cuiusqꝫ moꝛbi indicationes comme
moꝛem. Coindicantia igitur voco virtutem: naturaȝ
etatē:anni tēpus:regionem:⁊ cōsuetudinem:⁊ siqua
sunt id gen⁹ alia. Pꝛoinde de ea que a particulis su=
mitur indicatione:deinceps dicam:initio a iecinoꝛe
sumpto. Quippe vbi id phlegmone laboꝛat:que ex/
trinsecus applicantur:ea mixte esse facultatis debe/
re postulat:idqꝫ nō in generatione phlegmones mo/
do (est eñ id omnium phlegmonarum commune:qñ
etiam si quis repꝛimentibus tantū illo tempoꝛe vta/
tur:nō peccet) sed etiam cum nec affluat amplius ꝗc/
quam:nec repelli quod in laboꝛante particula conti/
netur possit. Accidit eñ hoc quoqꝫ multis de causis.
Sane in pꝛincipio tum parum est quod affluit:tum
magna ex parte nō ita crassum:tum partis ipsi⁹ que
recipit virtus nōnunꝗ valentioꝛ:vtpote nonduȝ las
sata:tum quod in afflicta continetur parte:nondum
violenter impactū. At cum phlegmone in vigoꝛe suo
iam consistit:tum multus in ea sanguis continetur:
isqꝫ crassioꝛ subinde:ac vehementer impactus:tum
virtus membꝛi iam est debilioꝛ:quam alioqui valen
tem requirimus:quo scilicet a se superuacua amolia
tur:quandoquidem haud satis potens est adstringē
tium pꝛesidioꝛum vis:que sola totum efficiat. Quip
pe potest hec cogendis ac constringendis:⁊ veluti dē
sandis:⁊ expꝛimendis coꝛpoꝛib⁹:que tenuioꝛa sunt
ad circūpositas partes expellere. Cetera nisi etiaȝ la
boꝛantis particule virtus aliquid auxilietur: nihil
adeo magnū efficiat:tum igitur que a phlegmone su
matur vna dūtaxat est indicatio. Hanc grece diapho
resin vocant:latine digestionē:euapoꝛationēve dixe/
ris. Hec humoꝛeȝ qui in phlegmone obsessa parte cō
tinetur:per meatus insensibiles educit. Que vero ab
ipsa sumitur parte:ea in diuersaȝ nos partem trahit
scilicet robur eius seruari iubens. Cocūtibus igitur
vna cōtrarijs indicationibus:cōpositum quoqꝫ esse
medicamentū opoꝛtet. At femur si phlegmone labo/
ret:aut tibia:aut cubitus:aut bꝛachium:aut qui in
his sunt adenes:causa nō est cur hoꝛū roboꝛi consu/
las. Hec tibi communis indicatio sit in omnibus ijs
partibus quarum munus eiusmodi est:vt toti coꝛ/
poꝛi sit ex vsu. Ergo nec lienem tantum relaxantibus
curare opoꝛtet:cum hic quoqꝫ ex iecinoꝛe quicquid li
mosum ⁊ melancholicon est expurget:ꝓpterea scilicet
quod ex eo humoꝛe nutritur. Idcirco quoties obstru
ctio in eū incidit:aut phlegmone:potissimū que scir/
rhosa sit:tum ea que obstructiones eximant:tum que
dissecent:vehementioꝛa exigit. Nam quale medicamē
tum iecinoꝛi est absinthiū:tale est lieni capparis coꝛ
tex. Quale rursus iecinoꝛi qđ vocant eupatoꝛiū:tale
est lieni scolopendrium. Siquidem similia genere me
dicamenta:ambo viscera postulant. Ceterū tanto va
lentioꝛa lienis:quanto crassioꝛe vtitur alimēto. Scir/
ro igitur laboꝛantibus ipsis habilia nutrimēta sunt
genere quidem eadeȝ:sed maioꝛis minoꝛisqꝫ ratione
differentia. Itaqꝫ ⁊ si capparis ex oxymelite edatur:
vtilis sane est vtriqꝫ visceri:ceterū nec ipa pari modo
nec similiter mixtum habens oxymeli. Nam ⁊ ipsa co
piosioꝛ:⁊ ex minus diluto oxymelite lieni erit vtilioꝛ.
Atqꝫ hec differentia est que ex maioꝛis minoꝛisqꝫ ra/
tione accepta est. At similiū genere:vel specie:aut quo
modocunqꝫ dixisse libet:pꝛesidioꝛū ex actione ⁊ com/
positione indicatio sumpta est. A societate vero cum
vicinis partibus:quod idem cum situ est:illa capiun
tur:quod gibba iecinoꝛis per renes expurgari opoꝛ
teat:caua vero per inferioꝛem ventrem. In liene vero
alteram dūtaxat esse superflui vacuationē:cum q̄ per
renes agatur:nulla huic visceri vacuando via pateat
Pꝛoinde vbi phlegmone pꝛemit̄:deiectoꝛijs id medi
camentis tū detergemus:tū lacessimus:quo remittat
deponatqꝫ supuacua. Sane duplex ratio est eiusmo
di medicamentoꝛū vsus. Cū partes superius posite
laboꝛant:per ea que eduntur ac bibuntur. Cū infe/
rioꝛes:per id qđ fit per clysterem infusum. Quando/
quidē que eduntur ac bibūtur:eoꝛū vis anteꝗ ad in
ferioꝛes partes perueniat:resoluitur. Que ĩfusa sunt
ea omnino ad ieiunū vsqꝫ ascendere nō possunt: imo
si admodū nitaris:foꝛtasse tenue tm̄ intestinū cōtin/
gant. Ergo illud quoqꝫ ex partiū positura didicim⁹:
nempe inferioꝛibus intestinoꝛū aliquid esse per cly/
sterē infundendū:superioꝛibus vero:atqꝫ etiam ipsi
ventri:lieni:⁊ stomacho:superne aliquid exhibendū.
Uoco hoc loco stomachū:gulā:quā pꝛopꝛie greci sto/
machū appellant. Nōnunꝗ eñ ita vocant os vētris
veluti cuȝ stomachice anima linqui aliquos dicunt.
Uerum gule que ꝓpꝛie vocatur stomachus:cataplas
mata super spinā doꝛsi imponimus:nō autem ad pe/
ctus. Idē facimus ⁊ cū os ventris phlegmone vꝛge/
tur. Siquidē spine gula supiacet:ꝑ collū ⁊ pect⁹ vsqꝫ
ad ventrē poꝛrecta. Neqꝫ igitur hec nouere qui Thes
salū imitātur:ideoqꝫ omnes vna ratione curant. Ne/
qꝫ vtiqꝫ illud:qđ omne mēbꝛū phlegmone laboꝛans:
nisi cutim sibi circūdatā habeat spissaȝ:tenuis saniei
foꝛas aliq̄d dimittit. Eo fit vt ex ijs q̄ in oꝛe:⁊ naso:⁊
faucib⁹:⁊ stōacho:⁊ intestinis:⁊ ventre:⁊ visceribus
sunt:aliquid foꝛas effluat. Ad eundē modū etiā ex in
terna facie pectoꝛis:cū phlegmone pꝛemitur:excerni/
tur aliqua sanies. Queadmodū igitur lienis ipse:et
iecinoꝛis caua ꝑ intestina:gibba ꝟo iecinoꝛis ⁊ re/
nes ꝑ vꝛinas purgātur:ita pectus vbi interna eius
phlegmone tētantur:per mēbꝛanā qua tegit̄ (hypezo
cota vocāt) aliquid in mediū sui pulmonūqꝫ spatiuȝ
trāsmittit:id aūt expurgari per eandē qua pulmo viā
debet. Dabimus igitur ijs qui sic laboꝛāt:medicamē
ta quibus tenuatoꝛia sit vis:quibus ⁊ vie aperian/
tur:⁊ que deferēda per eas sunt dissecētur ac dissipē/
tur:pꝛesertim cum vel crasse substantie sunt:vel gluti
nose:qualia in ijs sunt:quos empios vocant deligen
da tñ ex ijs sunt:quādiu adhuc phlegmone inuale/
scit:que mediocria sunt. Cū vero plane iaȝ decreuit:

aut penitus cessauit: ⁊ educi excremēta postulāt que valētiora sunt. Ergo mediocre in hoc genere est tum ptisane cremor: tū mulsa. Valentius autē et vrtice semen: ⁊ mulsa in quā coniectū fuit paululum aliq̄d acrium herbarū: quales sunt origanū: ⁊ hyssopū: et calaminthe: ⁊ pulegiū: ⁊ illyrice ireos radix. Quod si vel plus horū admisceas: vel irin in mollissimū puluere tunsam cribratamq; in mulsam immittas: maxime incidens medicamen habebis. Ad eūdē modū ⁊ q̄d ex marrubio conficitur oxymeli: alia que eiusmodi valēter crassiora excrementa que in pectore et pulmone continētur: incidere possunt: omniūque eorum copiam inuenies in operibus ijs que de medicamentis edidimus. Nō solū aūt iam dictam remediorū differentiā ex laborāte loco didicimus: sȝ etiā illud: quod que in summo corporis phlegmone laborant: ea proprijs phlegmones remedijs curentur que in alto sunt corpore: si cum his aliquid acrium medicamentorum sit immixtum. Resoluuntur enim eorū vires dum alte descendūt. Hac ratione ⁊ cucurbitula (nobile plane auxiliū) est inuenta: tū vt foras euocentur que sunt in alto: tuȝ vt eximātur atq; eruātur que iam in scirrhū abeunt. Verū vtendū cucurbita in ipsa parte que phlegmone vrget: inter initia nō est: imo postea quā totū corpus vacuaueris: ac necessarium est eorum que in egra parte continentur: aliquid educas atq; eruas: aut etiam foras versus attrahas. Generādis autē adhuc vitijs: minime ijs membris que laborare incipiunt: sed que continuate his sunt: cucurbita imponi debebit: auellendi in contrariū causa. Sic nāq; ad mamillas cucurbitas imponimus: cū sanguis ex vtero profluit: defixo maxime in ipsis cōmunibus pectoris et vteri vasis: ei⁹ ore. Sic si ex naribus sanguis ꝓfundit̄: precordijs maximas cucurbitas affigimus. Sic ⁊ omne aliud sanguinis ꝓfluuium: ad cōtrariū ꝑ cōmunes venas auertimus. Sic etiam ⁊ sanguinē (si ita est opus) attrahim⁹. Siquidē cū mēses euocare in animo est: in pube ⁊ bubone cucurbitā figimus. Preterea cucurbita in occipite defixa: efficax est remediū ad oculoꝝ fluxiones. Vacuari tamen prius totū corpus expedit. Nā si refertum sanguine corpus sit: in quacunq; parte capitis cucurbitam defixeris: totum ipsum implebis. Ergo hec omnis phlegmones cōmunis indicatio: haudquaquā similiter in qualibet ꝑte administratur. Accedit ad oīa que predicta sunt: ꝓ nō leui portione: ipsius exhibēdi medicamēti nā. Neq; eñi absolute si adstringere incipientē phlegmonē est opus: q̄dlibet adstringēs in ijs q̄ deuorāda sunt: adhibebimus: sȝ ea q̄bus nulla corruptrix admixta vis est. Nā atramētū inter precipua adstrigit: sicut etiā misi: ⁊ sori: ⁊ chalcites: ⁊ diphriges: ⁊ es vstū: ⁊ squama eius ⁊ flos: verū hec medicamenta noxia deuorata sunt: quo circa stomaticis ea miscere tutū non est. Defluit nāq; ex his aliquid ad vētrem: sȝ nec aloen probe miscueris ijs medicamentis q̄ phlegmones alicuius eā que intus constiterit: deuorāda sunt: q̄n huic quoq; admixta purgādi vis est. Ceterum vbi phlegmone prorsus inclinauerit: si quis paululum aloes admisceat deijciendi ventris causa: qui prorsus nō defecit: nihil ledet. Verū satius est mercuriali: aut vrtica: aut cnico: aut taliū aliquo: aluū sic laborātiū subducere. In summa vero: si quis eā q̄ a ꝑtib⁹ ipsis prestatur indicationem adimat: nihil obstat quo minus medicinam nō sex mensibus: sȝ sex diebus totā perdiscas. At ꝟo nec si que a partibus sumitur indicationem adijcias: iā totū q̄d exigitur ad curationē habeas: nisi etiā methodos de medicamētis didiceris: itaq; eas aggrediatur oportet q̄squis cōsummate sanaturus est morbos. Nūc eī si alicui⁹ medicamēti meminimus: id (vt sepe testati sumus) exempli cā fecimus. Sed adijciamus adhuc ea que de indicatione que a partibus sumit̄: nondū attigimus: Thessaliorū istorū sectam euidentissime p̄cipitātes: qui cū nec dissectionis rationem attigerint: nec partiū actiones vsusve norint: tn̄ cū floccos carpentē quēquā cernunt: ⁊ festucas legentem: audent oxyrhodino caput madefacere: nostro exemplo. Naȝ cur queso nō thoracē potius? Siquidē ex indicatione remedia inueniūt. Sane fieri pōt vt etiā corde affecto: phreniticus q̄s efficiatur. Empiricus nāq; ab experientia se ait eiusmodi medicamentorū nactum inuētionē. Qui aūt ⁊ hāc vituperat: ⁊ inquisitioneȝ de actionibus refugit: huic vn̄ queso succurrit vt ꝓ thorace caput in phreniticis madefacere potius eligat? Ceterū hoc ipsum oxyrhodinū q̄d capiti phreniticorū applicam⁹: ceu quidā ex amicis dicere solebat: nō solū amethodos istos Thessali sectatores: sed etiā reliquos manifeste redarguit vniuersos quicūq; principē animi partē in corde statuūt. Nā cū aliq̄n vidisset quēdā ex Athinei discipulis caput aceto oleo mixtis perfundere: ꝓhibuit: iussitq; pectori admouere id remedium. Quippe lesam in delirio esse partē principē: eā aūt esse authore Athineo in corde itaq; non recte relicto pectore caput eū integrū presertim membrū vexare: eique negociū facessere: nūc oxyrhodinū infundendo: nūc radēdo: tū spondiliuȝ aut serpillum: aut id genus aliquid admouēdo: imo vero si malū traheret: etiā castoreum: aut etiā cucurbitā. Quippe id esse persimile ac si cui in femore phlegmone sit: calconeo remediū applicet. Quin etiam in lethargicis: nemo est q̄ nō capiti applicet auxilia: nā ⁊ id vitiū contrarium quodāmodo secūdū speciem phrenitidi est. Gignitur autē in capite: in quo scilicet princeps animi pars residet. Ergo cum humor qui in capite redundat: frigidus est: insensibilitas immobilitasq; hominē opprimunt: cū calidus est: perpetuus potius motus: vna cū rationis noxa. Accidit eñi: veluti demonstratū in libris de his est: ex frigore segnitia: ex calore immodicus mot⁹: ex humoris vero vitio dementia. Itaq; incidenda in talibus affectibus vena est statim ab initio: si modo taȝ valens virtus sit: vt sine noxa missionē sanguinis tolleret: ac nihil prohibeat eorū que de secāda vena retulimus: sicuti vel crudi hūoris copia: vel puerilis etas: vel anni tempus: vel regio in qua sit extremus calor aut frigus. Atq; hoc quidē commune vtriq; vitio: ⁊ ei q̄d cū sopore: ⁊ ei q̄d cū vigilijs incidit. Cōmune preterea vtriusq; est vt oxyrhodinū in principio admoueas. Nā repellendus a capite humor est: q̄squis is fuerit. Que sequūtur: contraria sunt. Naȝ que cū vigilijs coniuncta sunt: ea lenire expedit: que cū immobilitate: excitare. Iure ergo cū in summo incremēto sunt: ijs vitijs que peruigilio ⁊ delirio infestāt: perfusiones ex papauerum capitibus applicabimus: odorē quoq; naribus obijciemus: ac nares ipsas intus: vel frontē ex similib⁹ medicamētis illinem⁹. Quippe sopire ac stupefacere pricipē facultatē

oportet:cerebruz scilicet quod supra modū incaluit
refrigerando.In contrarijs autē vitijs excitare: ac
noxij humoris qui citra putredinem ⁊ citra febrem
altos sopores inuehit: crassitudinem incidere :atq̧
excalfacere.Tales nimirum impetus soporis : apo/
plexias:⁊ caros:⁊ catochas grece vocant.Qȯ si ali/
quando humor putrescat:vtiq̧ cū febri incidūt ea
genera:vocat̃ q̄ morbus grece lethargus.Incoquē/
tes igitur in aceto thymum ⁊ puleglū ⁊ origanum:
aliaq̧ id'genus:naribus sic affectoꝝ admouebimus
quo vapor ad cerebrū delatus:crassitudinē hūoris
dissecet.Mox etiā palatū valentibus ⁊ acribus me/
dicamentis vngemus.Ab his vero etiā sternutamē
tis vtemur:tum ad caput similes presidiorū facul/
tates accommodabimus:intēta semper eorū etiā ad
ipsum vsq̧ sinapi vehementia:si vitium diu trahat.
Quinetiā cucurbitis ad vtrunq̧ vitiū:si diutinum
sit: vtemur:itemq̧ castoreo:quippe qȯ ea probe con
coquit:si debito tēpore sit adhibitum.Quare hic ad
cōmunē rursus curationē redeunt lethargus⁊ phre
nitis.Ergo in eiusmodi affectibus manifeste redar/
guunt̃ ⁊ q̄ Thessalū sequunt̃ oēs:⁊ quisquis medi/
cus principem auimi facultatē statuit iu corde.Nō
solū em̄ iam dictorū presidiorū destituent̃ copia:sȝ
etiā cui eā parti accōmodabunt:nō intellegēt.Neq̧
em̄ tanquā in ophthalmia:vel pleuritide:vel angina
tū ab ipso egro affectus locus sentit̃:tū nobis ꝑtim
tactu:partim visu īnotescit:sic in lethargo:⁊phreniti
de:⁊ epilepsia:⁊ delirio:⁊ conuulsionibus:⁊ tetanis:
preterea eo quod proprie vocat̃ catoche:se hȝ. In q̇
bus omnibus presidiorum formula ex affectus in/
uenitur natura:locus vero cui maxime sint applicā
da:ex prenoscendis tum actionibus:tum partiū vsi
bus.Illud autēȝ quāuis in sermone aliquādo omit
tatur:sepenumero prius dictū est meminisse oporte
re nos eorum que simul indicent.Ceterum in presen
ti eam que a partibus sumpta est indicationē: pro/
positum est persequi:veluti statim in ijs que ad ca/
pus pertinent:etsi nō aliud:saltēȝ illud nosse cuiuis
est prōptū:obiectā nobis ante cerebrū esse crassam
membranā:q̄ corijs istis externis sit assimilis :post
hanc etiā cranium.Itaq̧ resolui in densis obicibꝰ ⁊
duris:presidiorum que imponuntur vim est neces/
se:ac nisi suturas in capitis osse nā ipsa fuisset moli
ta:nihil adeo estimandū efficeret pharmacū vllū ex/
trinsecus impositū.Sed qm̄ etiā suture:⁊ in his pre
cipue coronaria:nō solū īpositi medicamētiqualita
tes:sed etiā substantiam:si tenuisest:facile intro trās
mittit:merito multa circa cerebrū vitia extrinsecus
applicatorū remediorū facultate iuuātur . Ipse em̄
in meipso expertus memini:cū infunderet̃ rosaccū
frigidum:citissime clarissimeq̧ sensisse me in syncipi
tis loco eius intro penetrationē.Quinetiā plurima
diuersitas suture huius in hominibꝰ:si inter se cōfe
rant̃:etiā ante dissectionē apparet.Vidimus em̄ in
ijs q̇bus rasum caput fuerat:inter mandēdū:cōmis
sionis ossiū in coronali sutura manifestū motū:sicvt
facile appareret hominibus illis laxā esse eiusmodi
ossiū capitis cōpositionē.Merito igit̃ ad hāc maxi/
me ꝑtē applicāt oēs medici capiti infusiones:videlȝ
accepta q̄si ꝑ manus a primis inuētoribꝰ ratiōe:ad
id opus veniētes.Sȝ ⁊ ipsi q̇cūq̧ nō negligēter ijs q̄
fieri assolēt attēdūt cernētes ⁊ queadmodū sutura ea
liquido mota appareat:⁊ queadmodum celerrime

homines hac parte:siue ab externo quoꝑtā refrigere
tur:siue excalfiat:id sentiāt.Nā ꝑter reliq̄:etiā tenuis
simū est hoc loco craniū:⁊ rarissimū .Ergo quoties:
medicamēti cuiusq̧ vim vehemēter descēdere voles
hoc maxime loco īpones.Cōmodius etiā fuerit si et
cū infrictione id facias:aut tūsis capillis:aut etiam
plane abrasis.Qȯ si hūidū sit qȯ applicādū ē:si id
ex altoeffundas:acveluti torrētis ritu illidas:q̇ppe
penitus intro ab ictu cōpellitur.Sicut autē hic ve/
hemētior hūoris casus cōducit:ita in oculis est cō/
trarius.In capite nāq̧ os est qȯ ferit̃:in oculis mē
branosa q̇dā imbecillaq̧ corpora.Et in capite q̇dē
aliud est qȯ ictū excipit:aliud qȯ curat̃:qȯq̧ vt ictū
nō sentit:ita facultate q̄ ex incussu ad ipsum ꝑuenit
fruit̃.At in oculo nō est qȯ ferit̃:diuersum ab eo qȯ
curat̃:sȝ idē ipsum qȯ est curādū:valēter icit̃ .Ad h
os capitis sensu caret : oculus acerrimi est sensus.
Ergo infūdere huic medicamēta opȝ: primū supe/
riorē genā blādissime attollētes:mox minime quead
modū in capite incutiētes.Inueniēdi ꝑterea humo
res mitissime minimeq̧ mordētis nature:q̇ cū medi
camētis sint infundēdi.At mihi q̇dē magna cōsyde
ratiōevidētur veteres ad oui deuenisse hūorē:electo
scȝ ex eo qȯ ⁊ mordēs minime esset:⁊ glutinosuȝ.Nā
ex eo qȯ minime rodit:modo dictā indicationeȝ ijs
cōpleuit.Ex lētore autē:ad indolētiā nōnihil cōfert̃
Quippe lenire eiusmodi humores possunt asperita
tes oēs q̄scūq̧ acris fluxio excitat:accedit qȯ crassꝰ
ac lētus hūor cōstātius q̧ tenuis ⁊ aquosus in loco
ꝑmanet.Sane qȯ lētū id qȯ absq̧ rosione sit:cū mo
dice incaleat:dolorē maxime leniat:id ꝓfecto ex ro/
dētibus in aluo deiectionibus didicisti: i q̇bus inie
ctū seuū illico dolorē mitigat qȯ aūt permanere quo
q̧ in laborāte particula eiusmodi humidū expediat
manifestū est.Siquidē in ijs que in vētre accidūt:ꝑ
clysterē assidue infundere molestū est:in ijs q̄ in ocu/
lis:genā attollere.At vero exquisitus membri sensꝰ
lene esse qȯ inijcietur:nihilq̧ in se asperū sabulosuȝ
ve habere oīno indicat.Hinc igitur excogitatū com
mode est tū humido oui vtendū:tū que terrea oph/
thalmicis id est ocularijs medicamentis miscenda
sunt:ea esse cū summa diligētia ad vnguē leuigāda.
Quoties tm̄ dolores his accidūt vehementes: repe/
titis ijs que de omniū dolorū generatiōe accepisti:
disq̇res quonā ex his affectu dolere oculos in phle/
gmone de qua nūc sermo ꝓponitur:contingat. Naȝ
aut ex vehemēti acris cōfluētis hūoris rosione:aut
q̧ eorū tunice plenitudine distendunt̃:aut propter
crassorum humorum flatuosi ve spiritus extēsionē:
vehementes in his excitantur dolores.At rosionem
quidem tum purgātibus medicamentis : scilicet et
deorsum reuellēdo ⁊ vacuādo curare cōuenit:tū ip/
si particule oui humore infuso:quo ꝑ eū acris fluxio
sine offensa eluatur.Vbi aūt cōcocta iā phlegmone
ipsa fuerit:⁊ simul corpus vacuū:tū vtiq̧ lauatiōes
in balneo his sunt aptissime:nā ⁊ dolorē statim se/
dāt:⁊ fluxionē que ad oculos fertur sistunt:maxima
q̇dem eius parte inter lauādū per totum corpus ex
creta:reliquo vero diluto.At vero distensionē q̄ ex re
pletione prouenit partis:missione sanguinis:⁊ alui
deiectione:⁊ infernarū partiū frictione:curare cōue
niet:qȯ si necessitas aliq̄n vrgeat :ligādis artubus:
mox fomētis ipsi laborāti ꝑticule ex aqua dulci mo
dice calida adhibitis.At hūorū vel flatuosi spiritꝰ

Econtrario vero in suffusione qd hypochyma vocāt victi in prima indicatione ad aliū ea locū qui mino ris sit momēti trāsferim⁹. Nō desunt qui hec quoq vacuare sint agressi: sicut in ijs q chirurgia tractan tur dicam. Nūc illud dixisse sufficiet qd humor qui in hydrocelis visitur alienus a corpis substantia to ta natura sit: sicut etiā que in ascitis cōtinet aqua. Quarum certe vacuationē vel medicamētis q dige rant mollimur vel chirurbia: in hydrocele quidē im misso siphone in ascite vo adhibita pūctiōe quā pa racētesin vocāt. Porro excidit vna cū affectu ipo ve luti in ijs q ante cōprehensa sunt etiaz pars affecta ita in herniosis aliqd peritonei. Pari mō columel la aliqn vna cū vitio ipso excidit. Itidēq in cruri bus testiculis vna cū varicibus ipse vene. Ad hec tunica in naso cū polypo foratus dens cū forami ne: verū ex his nullū est quod ad naturalē habitum possit reduci. In columella vero id oino est conandū nec pperandū ad eam excidendā: sed qn exilis est ad lori tenuitatem redacta: tum est auferenda. por ro talē eā reddet longi⁹ temp⁹. at qualē Hippocra tes in presagijs descripsit paucoꝝ dierū numerus eque vero cetera que in magnitudine naturalē ha bitū excesserūt: in quibus innumerāda sunt oīa qui bus supercreuit caro encāthides qui in sede thy mi dicunt. Sūt ex istiusmodi vlcerib⁹ que ambi gua sint specie veluti cicatrices que supra circūposi tam cutim multū extant: item q in oculis sunt pter gia. Curationis tamē eoꝝ indicatio manifesta est. Siquidem talia oīa amouere oportebit: atq id age re vt rōnibus quibus id fiat pensitatis optimā sem per earū deligas. Sane optime rōnes tripl' iudicā tur tuz ex tpis curādi breuitate tū ex curando citra dolorē tum ex maxime tute curādo. Rursus vt tuto cures tria ppria sunt quibus intentus sis oportet. Vnū primūq vt oino absolutionē operis cōsequa ris. Alterum vt sicubi hūc non cōsequaris saltem cu bantem nō ledas. Tertiū vt vitiū non facile reuerta tur. His consyderationib⁹ si optimā curationis viā iudicaueris inuenies in omnibus que nūc pposui mus quando potius chirurgie quando poti⁹ me dicamentoꝝ ope sit curandū. At chirurgie quidem studium in ijs presertim que nūc sunt proposita ad interemptionē eoꝝ festinat: vt que qd in aīalis cor pore toto gnē pter naturā habet id prorsus tollen dum sibi pponat. Quod si perficere nequeat proxi mū illud cōsilium hꝫ vt vitium transferat veluti in hypochymatis. Quod vero ex medicamētis petitur primū huc tendit vt quod preter naturā est tum va cuet tum digerat: quod si per mēbri naturā aut etiā vitij rebellionē fieri nō licet: vt id tum in pus vertat tum putrefaciat: hoc vero scdo loco destinat. Quip pe ita in columelle vitio facimus: primū scꝫ ad natu ralē habitū eā reuocare tentantes: id si consequi nō est prorsus amputantes: idq vel chirurgie opera vel per caustica medicamēta: verū medicamenta meli⁹ est in tractationē de ijs afferam⁹: (quandoquidem tribus iaz proditis aliā quoq adijciēdā statuim⁹) ac chirurgiā in calce huius operis apponam⁹. Nō est igitur quod in his amplius immoremur: sꝫ trāsf eundū ad ea que similem ijs que comprehensa sunt curationē desyderāt. Ea sunt tum que in numero et magnitudine conuenientē modum excedunt: tum q in ambobus deficiunt. Dixi hoc loco conuenientem: quod si conferentem vel conducentem vel secundum naturam vel vtilem alibi vsurpauero eadem sermo nis vis erit. Ac dictum quidem de his est alibi latius Ceterum redigere in memoriā summatim oīa etiam hoc loco alienū non fuerit. Omnium ergo que i cor pore habentur primū cuius maxime indigem⁹ est ipsa particularū minime impedita functio. Hanc ve ro q: possidemus natura idcirco publice dicim⁹ ex petere nos secundum naturā agere. Et q: hoc ipsuz cum eo quod est secundū naturam vel naturaliter se habere est coniunctū: merito profecto nihil interesse arbitramur scōm naturam habere an secunduz na turā agere dicamus. Quin et sine additione interim grece dicim⁹ expetere nos του κατὰφύσιν vtiq sub audito in dictione vel habere vel agere vel ambobus Latinitas ppter articuli fortassis inopiam ea figu ra destituitur. Atq hec quidē causa est cur medicis recte vsurpata vox hec secundū naturā sit de omni bus que in corpore ex sententia nostra esse cupimus Scire aūt lꝫ in ijs qbus natura deficit nec primum nec ppter seipsum secundū naturā a nobis expeti: sed ppter actionem et ex accidente. Siquidem sep tus digitus nonnullis ab ipso statim ortu est conge nitus et quintus defecit: et alia quedam similia ali qua in numero aliqua in legitima quātitate vitiosa Ac siquidem hec plurimū recta vero rara fierent: cō tra quā nūc de nature operib⁹ statuerem⁹ vtiq non tuentes vt nunc sed auferentes ea. Hec tū memoria tua nunquā excidat: cū fit ad nominū vsum vtilis q tum fallere incōsyderatos possunt tū discordie pbā ta sian excitare sicubi alter dicat totū quod pter na turā est esse tollendū: alter qd nocet aut inutile est aut incommodat actioni. Ergo denuo repetentes de re bus loquamur quando de nominibus est nobis de finitum: hinc orsi cōiuncta cōprehensis iam morbis sunt ea que vel magnitudine vel nūero a debito na ture sunt aliena: in quibus amputare quidem con ueniet quod magnitudine vel numero redundat re ficere aūt fingere qd desit: vbi videlicet fieri id licet. Quintuz nāq digitum aut tale aliud membrū me dico certe facere non licet sed vni⁹ nature opus sunt omnia talia. Verum in totum tollere quod numero redundat aut precidere aliquid eius quod magni tudine modū excessit hec nobis quoq licent. Siqui dem ex medici officijs vnum est nec id leuissimū vbi in corpulentia eo deuenit corpus vt nec ingredi sine molestia nec sedem propter ventris molem continge re sed nec respirare libere possit hanc liquare ac tol lere eque nimirū vt cū corpus ali desinit (atrophiā greci vocant) qd genus quos vomica male habet pa tiūtur: huic quoq reficiendo pspicere. Sepe autem euenit vt non totum corpus sed vna quepiam pars ex atrophia tabescat: quaꝫ scꝫ vel neruoꝝ resolutio vel ipsi⁹ intemperamētū occupauit. Opportuneq iam de curatione hoꝝ consyderabimus orsi ab ijs qui corpulentia nimium onerantur. Ostensum ve ro in libris est qui de temperamentis sunt inscripti quod calidior siccior q temperies exile corpus red dit. Ergo id agendum vt nimium obesi corporis temperamentum tale esse faciamus si modo ad debi tum modum redibit. Sane docuimus tum in illo opere tum nihilo secius in opere de tuenda sanita te quod acuta exercitatio tenuans victus et id ge nus medicamenta animi cogitatio temperamen

tum non solum calidius sed etiã siccius ac ꝓpterea
corpus exilius reddũt. Igitur in exercitationib⁹ ce/
lerrimus cursus est idoneus. Tenuãtis vero victus
materia seorsum singulari libro est ꝓdita. Qd̄ si me
dicamenta quoq; requirẽt etiã hec in opibus que de
medicamentis conscripsim⁹ sunt edita: quãquã refe
rentur eorũ nunc quoq; que sunt efficacissima: q̇b⁹
vbi demere nimiam obesitatẽ studes vtaris suadeo.
Ergo que ad articularia vitia quidã exbibere solẽt
que scʒ valentẽ dissipãdi facultatẽ habẽt ijs tu quo
q; cum nimiã obesitatẽ curabis vtitor. Sunt porro
talia rute semẽ presertimq; siluestris vna cum ipsis
corymbis ⁊ aristolochia rotũda ⁊ minus centauriũ
⁊ gentiana ⁊ poliũ. Preterea ex vrinã cientibus ea q̄
pollentes hn̄t vires veluti petroselinũ. Unũquodq;
cm̄ taliũ tũ ip̄m per se tum vero mixta vniuersa ⁊ ex
tenuare potẽter succos ⁊ vacuare sunt habilia ꝑtim
quidem sensibiliter per vrinas partim per insensibi
lem transpiratum: sed et sal qd̄ ex cõbustis fit vipis
potẽter extenuat. Multiq; cum vel graciliores vel
mediocris habitudinis essent ex eiusmodi medica/
mentorũ potione perierũt sanguine ipsorũ excocto
Fuerãt aũt ad ea ꝓpterea qd̄ liberatos aliquos ar
ticularijs vitijs viderãt: minime scʒ estimãtes qd̄ tẽ
peries eorũ q̄ sanati fuerãt humidior pituitosiorq;
erat qualis nimirũ obesorũ est: in quibus eiusmodi
medicamentorũ securus est vsus. Ipse nãq; iuuenẽ
quẽdã quadraginta circiter annos natũ oppidoq;
obesum ꝑcuraui vsus tũ antidoto q̄ aduersus arti/
cularia vitia est cõposita tũ sale theriaco ipsaq; the/
riace ac reliquo extenuanti victu ⁊ pro exercitatiõe
cursu veloci. Porro p̄paraui hoiem ad cursum ꝑfri
cã do p̄mũ linteis asperis quoad cutis ruberet dein
statim cũ oleo qd̄ in se digerẽs aliqd̄ medicamentum
habuerat: quo etiã post cursum rursus vtebar. Ta/
lia medicamẽta sunt tum siluestris cucurbite radix
tum althea tum gentiana tũ aristolochia tuʒ pana/
cis radix tum polium tũ centauriũ. Per hyemẽ vero
etiã a balneo iã dicto oleo hoieʒ reunxisse profuerit
Uerũ cibũ exhibere nõ statim a balneo sed interpo/
sito somno cõueniet. Quod si velit etiã rursus ante
cibum lauari permittes. Magis etiam ad rem ꝑti/
nebit si aque ipsi digerendi facultas insit. Ac si q̇dẽ
talem aliquã sponte natã habemus ipsa vtemur: cu
iusmodi in Lesbo visitur a Mitylene stadijs qua/
draginta: sin minus ipsi similẽ aliquam moliemur.
Est porro ea que in Mitylene conspicitur ⁊ virib⁹
⁊ colore talis qualis vtiq; fiat si quis florẽ salis ma
ri misceat. Hec ipsa aqua etiã hydropicis ⁊ reliq̇s
tumefactis idonea ẽ: vtpote valẽter desiccãs ita pro/
fecto vt prepinguib⁹: ac p̄cipue si q̇s cogat in ea ce/
lerrime natare nec post lauationẽ protin⁹ esse bibe/
reve sed somno interposito aut omnino saltem quie
te. Sane illud est sciendũ atq; ab eo qui obesitatem
curat predicendũ quod aliq̄n ex multo simul obito
motu ⁊ febri hoiem tentari est credibile ⁊ qd̄ febris
ad rem ꝓpositam nõ aliena erit: vtiq; si medicus re
cte oĩa faciat. Etem̄ perspicuum est vbi ex lassitudi/
ne febri citarint qui ita curant̄ quod sopita eorum
febre rursus ad eandẽ curationis formulã redibunt
Sane fugere in ijs curandis conueniet ⁊ vina que
multum nutriunt cuius generis crassa sunt: vt vero
vel aquosis id est colore albis ⁊ substãtia tenuibus
vel quib⁹ mare est admixtũ. At vbi eos qui extenua

ti sunt reficere in aĩo est ijs vinũ exhibe bim⁹ pingue
cibum vero qui succum efficiat crassum exercitatio/
nes paucas frictionem mediocrem: ac vt summa cõ/
plectar omnia iam comprehensis contraria molie/
mur. His vero etiam picari commodum est: idq; tri
bus quatuorve diebus. Quippe id ad carnem in/
staurandam egregium medicamẽtum est: adeo si qd̄
singulare membrum hoc vitio laborat id hoc presi/
dio restituetur. Ac nobis quidem in omnibus ferme
hoc vnũ satisfecerit: siquidem humectat ⁊ calefacit
sanguinis multitudine accita. Ergo nec assidue id
egrotanti corpori admouere conueniet: nec cum cõ
ueniet sepe illinire verum in hyeme bis in estate se/
mel id fecisse est satis. Quibus vero a natali die gra
cilia sunt membra quedam ijs etiam mãgones pue
rorum hoc ipso presidio succurrunt vna cũ certa per
cussione quam grece ἐπικρούσιν vocant. Est porro
et illius mediocritas quedam: vt scʒ nec plus iusto
nec min⁹ fiat. Ea talis est. Ferulas paruas ac leues
modice illitas gracilibus partibus incutiunt donec
modice attollantur. quippe in hoc summa rei est: ve
luti Hippocrates de perfusiõe aque calide dixit. Pri
mum quidem pars intumescit post gracilescit. Er/
go quibuscunq; particulis bonam habitudineʒ red
dere studemus has ⁊ fricare ⁊ perfundere ⁊ percute
re et picare oportebit tantisper dum intumescant:
hoc vbi fit protinus desistere priusquam digeri ce/
perint. Etenim que calefaciunt omnia sicuti attra/
here ita etiam digerere sunt apta. Si ergo perstes
dum quod attractum est digeratur operam luseris.
Ad hunc modum mãgo quidã proxime nates pueri
fame consumptas breui auxit ꝑcussu mediocri quo
tidie vsus aut saltem alternis dieb⁹: item moderata
picatione. Ceterum quibus totum corpus est exte/
nuatũ ijs lauari quoq; post cibũ est idoneũ. Uelu/
ti aũt metus erat ne tenuantib⁹ auxilijs febris suc/
cederet corpore scʒ ĩmodice per hec calefacto: sic ijs
qui a cibo lauantur timẽdũ est ne sibi iecur obstrua
tur potissimum ꝓpter ciborũ species: quippe cum
aliter quoq; obstruere soleãt q̄ succũ crassuʒ gignũt
si quis his liberalius vtat̄. Ubi igitur alias id effi/
cere solent multo profecto promptius ideʒ post bal
neũ facient. Incidit tm̄ ex tali victu diutius exhibi/
to etiã calculi in renibus generatio: qd̄ vitiũ cur om
nibus non contingat satis patet. Quippe incredibi
le nõ est quibusdam vel densos admoduʒ esse renes
vel perangusta venarum in iocinore ora: quibusdã
contra esse habita. Horumq; dignotio nulla plane
certa est: sed percontandum assidue ab eo qui iam
dicto modo est cibatus num quis illi grauitatis sen
sus in dextris precordijs ⁊ circa renes sit. Quod si
quid tale aliq̄n senserit protinus cappari ex oxyme
lite in principio cibatiõis donec cõstiterit grauitas
dabitur. Ad mẽbra vero q̄ egre reficiebant̄ ac plus/
culũ iam refrigerata erant vsus aliquãdo ⁊ thapsia
sum: alias ea ex melle mẽbruʒ illiniens: alias etiam
ex cerato. Siquidem attrahit ea quoq; partib⁹ qui/
bus superponit̄ sanguinis copiam. Quibus auteʒ
exiguum aliq̇d pudendi preputio de naturali deest
quantitate ijs non raro citra thapsiam sola tensiõe
debitũ modũ reddidi membranulam mollẽ firmãq;
cuti gummi illite circumuoluẽs. Satis autem con
stat quod etiam membranule finem parti subiecte
agglutinari gummi oportebit. Siquidem ⁊ siccatur

cito ⁊ sine dolore adstringit. Porro cuti preputij ex interna parte rotundū aliqd ac mediocre supponi prius oportebit:qd̄ vez postea quā agglutinata mē/branula est facile eximas. Eorū vero qui thapsia p̄/putiū adducūt quidā rotundū id e plumbo fecerūt veluti solenariū quoddā: mox illi extrinsecus p̄putij cutim circuntendūt ac molli loro deligant. Fueritq̄ ⁊ id nōnunquā vtile vtiq̄ quib⁹ multa desit cutis. Quibus aūt exiguū est qd̄ deest ijs (vt cōprehēsum est) sola mēbranula circundata sufficiat: vbi aūt cir cūdabitur cuti ⁊ agglutinabitur subtus imponi so/lenariū prius oportebit. Ego vero cū nihil horum p̄sto est modicū charte inuoluēs immittere pro ful/cimēto p̄putij soleo: vt postea cū plane coaluit qd̄ fo ris est circundatū excepto qd̄ fulciuerat facile meiat is qui curat̄. Cōstat vero hoc quoq̄ vitiū ex eo mor borū esse genere qd̄ naturalē magnitudinē est egres sum alias putrescēte p̄putio incidens alias ab ipso ortu minore quā par erat cōgenito. Subijcitur aūt duplici chirurgie rōni: interim in superna pudendi parte circulo incisa cute quo videlicet eius vnitate soluta catenus deorsum trahatur quoad glandē co operiat: interim vero scalpro ex interna pte qua glā dis initiū est excoriata mox deorsuz tracta ac deide (vt supra cōprehensum est) molli quopiā deligata. Dicemus autē ⁊ de eiusmodi rōnibus in sermonis progressu eque pfecto vt decurtis id genus que co/lobomata greci appellāt. Quippe ita vocant que in labijs aut naribus aut aure deficiunt. Nam metho do quadā curan̄t hec quoq̄: primum quidez incisa vtrinq̄ cute deinde adductis cōiunctisque inter se cutium oris ac vtriusq̄ qd̄ callosuz est detracto mox que reliqua sunt adsutis atq̄ agglutinatis. Eiusdē generis sunt ⁊ quas in maiore oculi angulo rhea/das grece vocant vtiq̄ vel minuto vel prorsus pdi/to ipso angulo. At prorsus quidē perdito eo oīno in sanabile relinquitur vitiū. Minuto vero ijs que mo dice adstringūt curatur si tamē totū corpus primū ante purgaueris dein caput. Sunt mediocriter ad/stringentia ⁊ que e glaucio cōponun̄t ⁊ croco ⁊ que nardina vocan̄t. Item in p̄mis que ex vino sunt cō/fecta. At vero summa cōplectar quibus perit aliqd substantie maxime quidē id agēdū vt ei quā simillī mā faciēdā curem⁹: si id fieri neqt saltē aliqd quod eundē p̄stet vsum machinabimur. Erit aūt pfecto ⁊ id eatenus simile. Etenī cū ossis tibie nōnunq̄ exci dere portionē cogimur ad alterā loco eius substātiā pducendā carnē elicientibus medicamentis natu/ram ipsam puocamus. Que vtiq̄ inter initia velut dura est caro: postmodū calli durioris firmitudinē accipit: ac temporis spatio roborata ad ingressum ossis loco firbabilis. Quinetiā vbi internodia digi torū excidimus in excisorum loco alterā (qualē pre/diximus) naturā prouenire cernimus. Quod autez venas quoq̄ sensibiles generatas aliquando vidi/mus prius est dictum: veruz has nō tam similes ijs que prius perierant quā easdem renasci dixeris: ve luti in cauis vlceribus carnē. Cicatrix vero que in hac calli modo durata gignit̄ ea cuti quidez est quā simillima: cutis tñ non est: quando et densior visu tactuq̄ sentitur ⁊ rōne ex eo quod pilos nō edit in/telligitur. Hec igit̄ si presto tibi ad manum semper erūt que tibi in curationibus peragenda sint mini/me requires. Mihi vero iam tempestiuū est ad alia

morborū genera transire sed quibus est cum supra comprehensis societas. Ergo serpens vlcus qui her pes grece dicitur is eiusdem est generis cum exulce rato erysipelate Ramex vero quam sarcocelen vocāt cum scirrhis. At vitia que ophiasin alopeciam ⁊ pti losin appellant ex eo sunt morborum genere in qui bus naturale aliquid est amissum: eque nimirum vt myrmecia eorum est que toto genere sunt preter na/turam. Porro triplex omnium horum est differētia. Quedam nanq̄ ex mutatione consistunt solidarum partium sicut myrmecia ⁊ leuce ⁊ vitiligo ⁊ ossis ca ries quā sphacelon vocant ⁊ elephas ⁊ scabies et le pra. Quedam cum prius omnino non fuerint post/modum sunt orta: veluti meliceris ⁊ atheromata et steatomata: atq̄ alio modo elmynthes ⁊ ascarides ⁊ ceria: (ita enim vocant longam latamq̄ elmyntha) omniaq̄ que supra diximus in abscessibus callose substantie aut lapillis aut ossibus aut alijs quibus dam id genus similia inueniri. Itaq̄ attentum esse semper oportet in omnibus que preter naturam ha bentur atq̄ diligēter aduertere ex quo ea genere sint si modo illud recte a nobis dictum est primam faciē dorum indicationem vnde ad omnia que deinceps sunt administranda initium capietur a genere ipso sumi. Herpetas nāq̄ biliosus pcreat succus. Quo fit vt eatenus eiusdez sit cū erysipelate generis: atq̄ huius quoq̄ magis etiam cū eo qd̄ exulceratum est. Differt autez ab erysipelate humoris tenuitate. Est enim admodū tenuis qui herpetē excitat adeo pfe/cto vt nō solum omnes interiores partes que vtiq̄ carnose sint transeat sed etiam cutim ipsam ad sum mam vsq̄ cuticulam: (epidermida greci vocāt) quā solam propterea quod ab ea remoratur tum erodit tum exedit: quando si hanc quoq̄ sudoris vice tran siret haudquaquam vlcus excitaret. Quippe id vl/cerum que ex mordente humore oriuntur que nimi/rum spontanea vocant cōmune est quod humor qui ea facit sistitur ac tardat: porro ex eo quod alter hu/mor altero sit tenuior crassior ve vlcerū differentie q̄ ex profunditate spectantur proueniunt. Huius cer te generis est et que phagedena grece dicitur ⁊ exul/cerati cancri. Quorum omnium communis curatio est vt inhibeatur primum humoris confluxio post sanetur vlcus. Propria vero cuiusq̄ tū ex mēbri in/uenitur natura tum ex humoris non solum specie sz etiam quantitate. At tenuissimus quidez in eiusmo di humoribus est is qui exulceratum herpetem ex/citat: crassissimus qui cancrum. Proximum ab his locum occupat quod ad crassitudinem attinet qui phagedenas creat. Harum species quedam sunt q̄ Chironia ac Telephia grece dicūtur. Iam alie que/dam eiusmodi appellationes sunt sed inutiles ⁊ su peruacue. Siquidem ad curationē pernosci oportet humoris tuz copiā tū crassitudinis tenuitatisq̄ ei⁹ modum tum potētiā: veluti statiz in herpete qm̄ hu mor tenuis est (vt q̄ ex genere flaue sit bilis) vbi sum mam cuticulam in transitu perrupit: vtiq̄ cum di/gestus is est permittit cicatricez vlceri induci. Itaq̄ si quis toto prius corpore purgato mox que influē tem humorez reprimant regerantq̄ medicamentis vtatur iam herpetem curauerit. Sin neutrū horū fe cerit sz tm̄ ea q̄ cicatricē inducunt adhibuerit: vtiq̄ exulceratā cuticulā ita sanauerit: prime tñ illi quo minus exulceretur nō cōsuluerit. Postmodū do illa

quoq cicatrice inclusa:que ipsi continua est exulce/
ratur:idq longo spatio ceu malo ipso serpēte fit do
nec humor vsi ortū est fit vacuat⁹. Etenim Rome mu
lier quedā illustris cū herpetē in malleolo h̄ret pri/
mum q̄dē medicamēto qd̄ algaz recipit est vsa. Hoc
cum primus cicatrix induceret̄ proxima illi summa
cutis est excoriata veluti ex desquāmatis. Cui cū de
inde superpositum medicamentū est rursus illi con
tinua est exulcerata. Idq ita assidue perrexit donec
ad genu exulceratio perueniret:cū interim quiduis
potius pati quam medicamēto quod bilem trahe/
ret purgari parata esset. Itaq etiā qd̄ fieri in talib⁹
assueuit q̄m plerīq culpāt nō culpāda dēnato ex al
ga medicamento aliud admoueri iussit. Deinceps
igitur qd̄ ex sandice cōponit̄ vtebamur. At vero id
quoq qd̄ exulceratū iam fuerat sanauit quod vero
nunc exulcerabat̄ nō inbibuit sed iam ad bubones
vsq vitiū ascenderat ipsa necessitate coacta seruz se
lactis sumpturā annuit. Immittētes igitur cīaculū
minimū scammonie inuitam purgauimus ac sana
uimus. Ergo cuius gratia hec dicta sint denuo re/
petamus. Postquā cōmunē omniū que sub eodē ge
nere vitiorum sunt indicationem acceperis:vtiq nō
hanc in particularibus exequeris sed reduces semp
ad differentiam q̄ tum affectib⁹ tū ipsoruz causis sit
accōmoda:sicuti de spontaneis ostensuz est vlcerib⁹
Vacuabis naq eum qui redundat humorē ceteruz
aliquando medicamento qd̄ flauam purgat bilē se/
pe eo qd̄ nigrā:modo eo qd̄ mixte est facultatis:quod
sc3 bilē simul ⁊ pituitam educat:veluti in altero her
petum genere:quē a similitudine quā h3 cum milio
cenchrian grece appellant. Quippe is non protin⁹
vlcus facit quēadmodū alter sed admodū exiguas
pustulas ad speciē milij:que ipse interposito spatio
in vlcus abeunt. Adeo non sine rōne quibusdam vi/
sum est in eiusmodi vitio bili esse aliquid pituite ad
mixtum. Incidunt sane nōnunquā ⁊ citra vehemēs
totius corporis humorū vitium in partibus vlcera q̄
haud difficulter medicamentis que reprimendi di/
gerendiq mixtas facultates habent curantur. Ac re
primūt quidem non solum ea q̄ adstringunt s3 etiaz
que sine adstrictione refrigerant:digerunt vero que
calefaciunt. Constatq quod in generatione vlceris
exuperare debebūt que reprimēdi facultatē habent
vbi nō amplius confluit in egrotantē particulam vi
tiosus humor que digerūt. Siquidē exiguum vitiosi
humoris etiā si quis ad viscera ⁊ magnas venas re
trudat:nullū profecto quod sensu percipiatur malū
cōmittet. At si eius nō leuis quātitas sit in pnceps
aliqd mēbrū aliquando procubuit:vbi sc3 prius na/
ture viribus totū corpus expurgantis non sit vel p
deiectionem vel vrinas vel cutim q̄ totuz corpus in
cludit vacuatus. Atq flaue quidē bilis vacutio est
facilis:pituite vero ac potissimū ei⁹ que crassior glu
tinosiorq est itemq nigre bilis difficilior: quo ma/
gis purgantis medicamenti ope indigent. In her/
pete vero quoniā tenuis humor est q id vitiū creat:
abunde est etiam aluū leuiter soluisse vel vrinas per
ea que id modice efficiūt citasse. Verū q̄m de medi/
camētorū methodo proditū etiā aliquid in superio
ribus est non parū aūt̄ in operibus que ꝓprie his
sunt dicata:satius sit sermonē nihil vltra proferre:
quando satisfacere etiam et qui attētus erit hec pos
sunt. Nec enim nos ea c musis accepimus. Verum
homini qui prudens fit ⁊ diligens ⁊ mente exercita
tus ipsa rerum natura quid agēdū sit suggerit. Ubi
vero etiam inueniendi viā ab alio quis traditaz ce/
perit:huic facillimū est per eam vltra progredi. Hu
ius rei amplum testimonium fuerit q eiusmodi viri
artem maximis operibus illustrarunt. Qui vero pa
rum sunt prudentes:ij nihil preterea inueniant etiā
si tota vita infinitos artis effect⁹ conspexerint. Plu
rima naq inueniuntur hodieq que apud maiores
nostros non fuere inuenta:veluti nunc rome quidā
excogitauit quēadmodū acrochordonas ⁊ myrme/
cias ore sanet. Verum de prioribus vtpote a cute ex
tantibus minus est mirum:de myrmecijs vero potis
simum que cum summa cute prorsus sunt equales
mirum videbatur. Verūtamen has quoq certa pri/
mum labiorum applicatione ceu suctu ad se traxit
atq a radice euulsit:deinde primoribus apprehen
sam dentibus totam simul exemit. Sed et scalpro ad
myrtacei folij speciem formato ⁊ ferramento eo qd̄
scolopomachetion greci vocant quispiam manib⁹
exercitatus facile eas excidat:cū proprijs lineamen
tis a circumposita cute circumscripta discernantur.
Eq vero ⁊ valente aliqua pinna circulo myrmecie
imposita ipsam educimus. Debebit porro pinne fi/
stula esse myrmecie crassitudini par:vt eam vndiq
prorsus constringat. Que postea circūacta: ac simul
deorsum impulsa celerrime ita myrmeciam etiaz cū
ipsa radice totam educet. Constat vero ⁊ quod finis
ipse pinne que eam circulo secabit non tenuis mo/
do sed etiam acutus ⁊ firmus esse debebit. Itaq tū
galli veteris pinna tū vel magis aquile ad hūc vsuz
est cōmoda. Abscindere vero ab his tantuz radicem
versus oportet quatenus relique partis fistula com
plecti myrmecian possit. Sane ex ipsa statim abscis/
sione si modo scite fiat etiam acumen ipsi compara/
bis. Atq hoc quidem ratio inuenit non casus. Iam
quod hec vehementer attrahentibus sursum vellet̄
⁊ putrefacientibus enecabitur:ratione ab aliquo est
inuentum:qui ijsdem postea vsus experientia rem
comprobauit. Quedam naq etiam ante experien/
tiam fiduciam de se manifeste prebēt:veluti aculeū
ac telum quod modo infixum sit eximendum esse:itē
q arenulas si que oculo inciderunt. Quedam ratio/
ne certe excogitant̄ confirmant̄ autē ipso vsu. Quo
autem facilius etiam per te eiusmodi vias ad cura/
tionum comparandaz copiam inuenias:nō tedebit
aliquod huius generis exemplum proponere. No/
minamus autez id genus in numero particularum
vitium. Quoniam enim quedam deficiunt sicut dēs
vel digitus vel e naso naris vel auris quepiam par
ticula vel pudendi pellis:quedam redundant veluti
sextus digitus et que grece exostoses dicuntur ⁊ dē
tiū ij qui naturalib⁹ adnascunt̄:adimere quidē qd̄
supuacuū est sane haud difficile est:aliud vero pdu
cere qd̄ simile ei sit qd̄ desit id in quibusdā quidē est
facile in quibusdā difficile:in alijs plane fieri nō po
test. Si naq carnosum sit qd̄ deest:haud magno ne/
gocio id reficias. Atq ei⁹ rei in cauis vlcerib⁹ tradi
ta method⁹ est. Sin os sit ipm q̄dē instaurare nō est
ceterū aliud pro eo durum efficere id licet. Dictū ve
ro etiā in pcedentibus est de reficiendis venis:nēpe
qd̄ aliquādo nouas alias sensibiliter pgenitas vidi
mus aliqn omnia tētātibus nō pueneruīt. At si digi
tus desit vel tale q̄ppiā restituere id prius nō licebit

Sane proditū et de preputio prius est quēadmodū id quispiā instauret. At que in naso vel aure vel labio sunt curta: ea quidē vt refecisse nō lʒ ita decorem aliquē his adijcere lʒ si quis diuisam vtrinqꝫ cutim mox in vnū cōductā queat agglutinare. Alia ꝟo ratione huic morborū generi adnumerantᷓ atheromata ⁊ steatomata ⁊ melicerides ⁊ ascarides ⁊ ceria et elmynthes preterea q̊ in articulos ⁊ pulmones incidunt calli quos poros vocāt: itemqꝫ qui in renibus ⁊ vesica inueniuntᷓ calculi. Quippe in oībus his cōmunis est substātie gn̄atio que ante nō fuit. Contra fit in alopecia ⁊ ophiasi ⁊ ptilosi: item caluicie in q̊bus amissio pticule est que vtilis fuerat. Tanquam igitᷓ in ceteris omnibꝰ in quibus gigni quippiam volumus id agimus vt nature motus liberos minimeqꝫ impeditos reddamus: eodē certe modo ⁊ in pilis amissis. Quippe nature opus est veluti in sinuosis vlceribus gn̄atio carnis itidem in capite ⁊ cilijs pductio pilorū. Ergo si recordaberis ea que in naturalibus libris nostris de piloꝝ gn̄atione didicisti vtiqꝫ ex ipsis amissionis coꝝ causas inuenies. Siq̊dem ostensuʒ in his est qȯ ex succis q̊ per cutim trāspirant quod limosum est id pilos tū a principio gignit tum deceterovel uti succrescendo auget. Hoc igitur quoties vel prorsus perijt vel redditum est vitiosum: toties pilos corrumpi est necesse. Corrumpuntur nāqꝫ ⁊ stirpes ipe duplici de causa: alias nutriēte succo destitute: alias nō idoneo vse. Ac prorsus q̊dem perdito eo qui pilos alat succo caluicies oritᷓ. Eodē vitiato tum quas ophiases grece vocant tuʒ alopecie ꝓueniunt. At primū quidē ex naturali eorum tum ortu tum mutatione etiam alienā a natura causam inuestigabis. Abhinc curationis rationē inuenies. Que vtiqꝫ per indicationes ad id qȯ omnibus iam dictis in quibus vel aliud quoduis vitium vel etiam vlcus ex humoris vitio incidit commune propositū est reducitur. Siquideʒ et inbibere qȯ influit ⁊ absumere ac digerere qȯ iam egrotātem locū occupauit cōueniet. Ergo ceu in vlceribus illis purgationē nocētis succi primū adhibuisti: eodē modo in pilis ipsis ab hac primū curationē incohabis: scʒ diligēter priꝰ estimās q̊s dolor cutis sit cuiꝰ cernis corruptos pilos. Nā si is albidior quā ꝓ nature habitu sit: pituitosi humoris purgationē exhibebis: sin pallidior eiusmodi bilis purgationē: non secus quā si nigrior cōspicitur que nigrā detrahant bilem offeres. Sane ad vitiosi humoris speciē certius agnoscendā nō leue tibi adiumētū precedēs victus cōferet: ꝑsertim intellegēti quinā ciborū nigre bilis succū colligāt quinam pallide ⁊ pituite. Ergo cū iam plane purū expurgatione corpus existimas eū qui in cute cōtinetᷓ humorē digerētibus medicamentis discuties: sic tn̄ vt in his caueas ne adeo calida acriaqꝫ admoueas vt cutis exulceretᷓ. Quietiā ea que valēter siccāt cauere cōueniet: ne videlicet cū vitiato humore etiā vtilē qui confluit assumas: veluti in caluicie fit. Hec igitur ipse aduertens admiscui primū ijs medicamentis que alopecian sanarēt exiguū thapsie. Deinde consyderans quotidie quēadmodū egrotātis natura ab hac esset affecta: vbi vtᷓ tumefactā pluscul ū vel quodāmodo excoriatam vidi: illo quidē die medicamētū abstinui: illeui autem particulā vel galli vel anseris liquato seuo: ꝓpterea quod hec magis tenuium sunt partiū ⁊ altius descē

dunt. Deinde postero die si quidē aliquid iam dictorum remanserat simili modo illeui. Sin nihil tale apparuerat rursus medicamēto sum vsus. Atqꝫ vt id alte dimitteretur etiā cutim priꝰ linteo infricui quoad manifeste rubra fieret. Verū si a balneo vti eiusmodi medicamēto voles: idipsum ex balneo factū cernes quod prius ex frictione habebas. Iā eos quoqꝫ quibus periere ex cilijs pili (quos grece ptilos nominant) similibus genere medicamētis sanabis. Deliges autem materiā oculis idoneā: nec p negligentiam cōmittes vt medicamentū intra tunicas eorū confluat: itaqꝫ sicca tutiora sunt: de quibus eq̄ ac de ceteris in nostris de medicamentis operibus est proditum. Nunc eīn (quod dixi) abunde est sola genera medicamentorū pretermissa particulari materia trāscurrere: quominus de ijsdem identidem dicere cogar. Ergo quecunqꝫ ab ipsa nature moderatione sunt aliena ea tollere conueniet. Quecunqꝫ vero sub hac se tenent ceterum quodammodo corrumpuntur ea seruare quatenus licet oportebit. Sane dictum a nobis est aliqua ambigue nature esse. Nec illud non dictū qȯ eorū que aliena sunt quedā tota substātia sunt aliena logica scʒ inquisitiōe nec ad curatiōes in quibusdam affectibus perindevtili. Siq̊dē pterygiū a sanitatis habitu alienū eē patere cuiuis arbitror. Nō tn̄ idē substantie rōne quemadmodū atheroma ⁊ meliceris est alienū: sanatio vero huius quoqꝫ dū paruū adhuc est ⁊ molle p ea que detergent pficitur: cuius generis sunt que trachomatica vocant. Vbi magnū durūqꝫ euasit chirurgian postulat. Simili rōne ⁊ aquularū (quas hydatidas vocāt) que magne sunt chirurgia curabis. Que parue sunt siccātibꝰ medicamētis iuuantᷓ. At chalaziū (est eīn id quoqꝫ ex vitijs q̄ oculos infestāt vnū) cuʒ toto genere alienū a natura sit auferri postulat. Ad eundē modū ⁊ pus ab oculis quos hypopyus vocāt. Verū id plerūqꝫ medicamētis digeritᷓ. Hypochyma vero iā incipiēs digeritᷓ: vbi diu cōstitit nō pōt. Etate vero nostra ocularius quidā medicus cui iusto nomen erat etiā cōcussiōe capitis multos hypopyus sanauit. Collocauit eīn eos in sella rectos: ac capita eorū vtrinqꝫ a lateribus apprehendēs mox quatiebat adeo vt manifeste descendere pus ipsi viderenꝰ. Manēt aūt horū pus deorsum ꝓpter grauitatē substantie tametsi hypochymatis nequaqꝫ manentibꝰ nisi admodum ea quis diligenter impingi cogeret. Etenī leuius est: ac vt ita quis assimilet nebule similius hypochyma quā pus: quanquā horum quoqꝫ ipsorum quedam (hypochymatum dico) serosioris humoris sunt. Hec autē pūctione ad presens discutiuntur. Interposito tamen haud longo spatio ceu limus quidā deorsum fertur. At qn̄ pus qȯ in oculis est digerere placet: collyrijs que myrrham habēt maxime vtemur: que vtiqꝫ ⁊ diasmyrnes greci proprie vocāt: his certe minꝰ sed reliq̊s melius faciunt que dialibanu vocāt. Que vero impense siccant ad presens certe valenter vacuant: sed quod reliquum est ita cogunt vt egre resolui possit: veluti de scirrhosis tumoribus prius est cōprehensum. Subinde vero multū simul puris vacuabimus diuisa tunica ea que cornus est specie paulo supra locū quo committuntur inter se tunice vniuerse. Nominant porro locum grece alij irim alij stephanon id est coronam. Quo fit vt hoc quoqꝫ vitium tribus subijciatur va

cuandi modis ⁊ chirurgie que simul multũ aut to/
tum expellit ⁊ per medicamenta que paulatim ⁊ ei
que ad alium transfert locum veluti cõcussioni. Sũt
profecto ex genere eorum que tota substantia preter
naturam sint ⁊ ascarides ⁊ elmynthes siue e teretes
sint siue etiã late. Quocirca et prorsus eas expelli e
corpore conueniet. Expelles autẽ si prius enecaue/
ris. Necantur autem amaris medicamẽtis. Viuen/
tes nãq obsistunt in testinis adherentes: at mortue
expelluntur vna cum stercore. Expelluntur cum hoc
etiam viue sed stupefacte ⁊ vt ita quis dixerit semi/
mortue facte. At teretes quidẽ absinthium perime/
re potest. Late vehementiora medicamẽta desyderãt
Pari modo que ascaris grece dicit᷑. Verũ de medi/
camentorũ copia dicere nõ est p̄sentis ꝓpositi. Qua
re, hic iam huic quoq libro finem imponamus.

Ad lectorem.

¶ Pro his viginti galeni libris quibus ille tres pre
cipuas medicine partes est cõplexus Linacro An/
glo qui eos summa qua potuit fide vertit lector can
dide quisquis ex ijs fructũ percepisti bene p̄ceris.

Finis.

¶ Liber primus seu particula prima libri Galeni
de oculis a paucis annis translatus de greco in lati
num a demetrio greco.

¶ Capitulum primum ꝙ oculorum ⁊ partium eorũ
et operationum suarum notitia est necessaria volen/
ti curare oculos: et ꝙ cristalloys est pars principa/
lis oculi cui cetere subseruiunt.

Oportet medicum
oculorum curã habere volentẽ priꝰ
eorum naturam optime cognoscere
vnumquodq eñi mẽbrũ infirmum
ideo curatur vt ad naturã sue ꝓprie
sanitatis cõuertatur. Sed scientia
nature membri ⁊ vniuscuiusq compositi nõ potest
comprehendi nisi partes totiꝰ cognoscant᷑. Qui igi
tur oculorũ naturã scire desiderat p̄mo oẽs partes
quibus constructi sunt intelligat: noscat cognitionẽ
cuiusq partis: ⁊ que fuerit illius necessitas: ⁊ quõ
quecũq pars illa cõponatur: vnde de difficilioribꝰ
dicamus. Sciamus itaq ꝙ oẽ mẽbrũ cõpositũ hꝫ
ꝓpriã actionem ꝓpter quam factum fuit: quã actio
nẽ cũ vna suarũ partiũ operat᷑. Cetere vero illi ope
ranti ministrant. Sic ⁊ de oculis est qui cum de mul
tis partibus diuersis cõpositi sunt: visus tñ ꝓprie
fit cum vna suarũ partium .i. humore qui dr̄ cristal/
loys. Ceteri vero humores atq pãniculi: sunt ꝓpter
iuuamentũ ipsius quod explanabimus: cum de om
nibus disputabimus.

¶ Capitulũ secũdum de colore: figura: ⁊ situ cristal/
loydis ⁊ humorũ vitrei ⁊ albuginei. Et de tribꝰ tu
nicis que sunt post vitreum. Et de tribus que sunt
ante albugineum. Et tela aranea.

Cristalloys est humor albus: splendidus
lucidus nõ omnino rotundus. Sed ali/
quãtulũ planus qui locatus est in medio
oculorũ. Albus est splendidus vt cito va
rios colores recipiat: qꝛ albũ et splendiduꝫ corpus
cito et velociter coloribus opponitur sicut in claro
vitro fieri patet. Rotundus ne cito patiatur qꝛ om/
nis forma rotunda non cito patitur ꝓpter angulos
suos. Parum latus vt lumen sumere possit. Si enim
rotundus esset lumen nõ cito sumere posset: qꝛ in lo
co vno stabilis non esset in medio locatus: vt cetere
partes sibi ministrent quedã quibus defendit᷑ que/
dam quibus adiuuatur: vnde necessario in medio si
bi ministrantiũ fuit. Qd̄ autem in ea sit visus testat᷑
ꝙ videmus in cataractis: aqua enim cum inter cri/
stalloyda et spiritũ steterit neq possit spiritus pre
aqua ad cristalloydẽ transire lumen amputat visua
le: sed aqua ablata lumen reparatur. Cristalloys au
tem in medio duorũ locatur humorũ: quorũ vnꝰ re/
tro est qui dicitur geleydos .i. vitreus quasi vitrum
lucidius. Alter vero est q̇ est quasi albumẽ oui ⁊ dr̄
anagoydos. Post vitreũ sunt tres pãniculi quorum
primus vitreũ circundat quasi rethe: inde ⁊ rethina
dr̄. Post hũc est alius sil'is secũdine ⁊ dr̄ secundina.
Juxta quẽ est tertiꝰ qui ossa cõiungit᷑: durus ⁊ soli-
dus: vñ ⁊ scliros vocat᷑. Ante enagoydõ sunt tres pã
niculi quoꝝ vnꝰ enãgoydo cõiũgit᷑ eũq circũdat q̇
est quasi vuea eiusq color nigredini ꝑtinet: vñ vocãt
eũ ragadios .i. vuea. Ante hũc est alter cornu sil'is vñ
cornidos .i. cornea dr̄. Juxta hũc: est alius q̇ penitꝰ
nõ circũdat sicut alij inter se cũ oĩno iungunt᷑: qꝛ si
cornea ab ea opirer᷑: spũs eã ꝑforare nõ posset: ⁊ iter
cristalloyn ⁊ anagoydõ est tela aranea. ¶ Sꝫ nũc vi
deamus examẽ vniuscuiusq ipsorũ. Et primo de vi
treo tribusq panniculis post eum existentibus.

¶ Capitulũ tertiũ ꝙ cristalloys vitreo nutrit᷑. Et ꝙ
nerui optici soli concaui ⁊ de cerebro veniũt tecti du
ra ⁊ pia matre ad loca oculorũ. Et de tribus tunicis
que sunt post vitreum.

Dicamꝰ igit᷑ ita: oẽ mẽbrũ necessariũ est vt
habeat cibũ: quo restaure᷑ id qd̄ calore
naturali ⁊ accidentali intus et extra dis/
solui᷑. Cibus ṽo mẽbro conueniens est:
quẽ sibi mẽbrũ bene assimilat. Cristalloydi ergo ci/
bus est sic necessariꝰ vt ip̄a sit albissima et clarissima
⁊ ob hoc cũ sanguinẽ in sui naturã sumere non pos/
sit necessario vitreum habuit mediãtẽ q̇ mediocris
est inter naturã sanguis ⁊ cristalloydos. Albior enĩ
sanguine est ⁊ minꝰ albꝰ quẽ cristalloys: hic aũt vi/
treus humor est de sanguine in venis subtilibꝰ ⁊ ar
terijs digesto: vñ mutatꝰ est a suo colore i sp̄ẽm vitri
Ipse eñi vene ⁊ arterie sunt de rethina q̄ procedit a
subtilibꝰ cerebri pãniculis. Neruũ ꝑ quẽ spũs du/
citur circũdantibꝰ q̇ nerũ cõcauus est: qd̄ planius
dicemꝰ vt pateat: natura eñi a cerebro sensum ⁊ volũ
tariũ motũ oĩbus tribuẽs mẽbris ꝑ neruos mediã
tes duos neruos a cerebro ꝓdeũtes ad oculos mit/
tit: quorũ vnꝰ durus est vñ fit motꝰ alter mollis et
cõcauus: neq p̄ter ip̄m in toto corꝑe cõcauus alius
est: qd̄ ideo fuit vt aĩatus spũs visum faciẽs per euꝫ
ducere᷑. Cerebrũ ṽo duobꝰ pãniculis ẽ opertũ: vno
subtili ⁊ molli: altero duro ⁊ grosso: subtilis aũt secũ
dine assil'at᷑: qꝛ venas ⁊ arterias hꝫ q̇ cerebro ꝓdest
qꝛ nutrit ⁊ defendit eũ cũ suis arterijs ⁊ venis: gros
sus ṽo defendit᷑ solũmodo ab ossibꝰ capitis appro/
piquãtibꝰ ei. Oẽs eñi nerui a cerebro ꝓcedẽtes istis
pãniculis sunt opti donec a capitis ossibꝰ egredian
tur: sil'r nerui ad oculos veniẽtes: his duabꝰ pãnicu
lis circũdant᷑: vñ molli pãniculo cõcauus nerũ cir/
cũtegit᷑: ⁊ extẽdit᷑ in modũ tele cũ suis venis. Est eñi
rethe vitreum humorem cooperiens: vitreus autem

humoꝛ mediū cristalloydis retbina venis ⁊ arterijs ad vitreum poꝛtat cibum: et cum suis neruis sensuꝫ et spirituum visibilem ad cristalloyda ducit. Subtilis autem pāniculis qui secundina dicitur quo neruus circuntegitur cum alio qui retbina dicitur coniunctus illi: secundo loco cristalloydi iunctus est cui secundina prestat auxiliuꝫ: qꝛ suis venis ⁊ arterijs nutrimentum poꝛtat ad retbinā: ⁊ defendit eam ne rumpat̄. Durus aūt pāniculus subtili coniungitur eūq̄ꝫ circūdat qui ad hoc valet oculis ꝙ eos ab osse defendit in quo locati sunt: ne eis sua duritie noceat est et quasi ligamentū oculoꝛum. Sufficiant hec de tribus humoꝛibus: et tribus panniculis post cristalloym existentibus.

¶ Capitulum quartum de tribus tunicis ante cristallinum iunctis que sunt post ipsum. Et de iuuamentis harū ⁊ albuginis. Et de coniunctiua ⁊ musculis qui mouent oculos et palpebꝛam: ⁊ sustinent neruos opticos.

Panniculi vero tres ante cristallinū existentes taliter sunt: diximꝰ enim cerebꝛum pāniculos cooperire: neruos q̇ ad oculos venientes circundare: sed tamē in oculis existentes diuiduntur: ⁊ faciunt duos: vterq̄ꝫ tamen ad medium cristalloydos iungitur in loco qui dr̄ yris. Super coꝛnu vero est pāniculus cerebꝛū cooperiēs: qui a duro pāno ꝓcedit: et pāniculus qui vuea dicitur ab illo quē secūdinam dicunt ꝓcedit: qui vt diximus iungitur duro qui cooperit vt dictū est secūdinā. Panniculus vero exterioꝛ .i. secundina suꝑ coꝛneam ꝓcedit. Coꝛnea vero ad hec necessaria est vt cristalloym defendat: ne ab exterioꝛibus qꝛ durꝰ pāniculus est patiatur. Hec autem subtilissima: alba ⁊ dura est subtilis. Et alba vt cito spūs eam penetrare possit. Dura ne propter subtilitatem cito rūperetur. ¶ Uuea tribꝰ de causis necessaria est: vna vt coꝛneā nutriat q̄ venas vn̄ nutriat̄ hr̄e nequit. Alia ꝟo vt media sit inter coꝛneā et cristalloyn: ne coꝛnea duricie sua noceat crystalloydi. Tertia vt coadunet lumē suo coloꝛe nigredini ꝑtinēte. Oīe eñ̄ lucidū lumē disꝑgit: nigrū ꝟo coadunat. Uuea ergo multitudinē venarū habuit et arteriarū vt coꝛneā nutriat. Mollis fuit ne cristalloyn īferet nocumētū. Propos hꝫ villos in q̇bꝰ aqua coadunat̄ aliqn̄ ex cataracta: lenis aūt exterīꝰ ē ne coꝛnea sibi noceat. Coloꝛ eiꝰ sicut coloꝛ celi vt lumē sicut diximꝰ coadunet: ī medio eiꝰ foramen est: ꝑ qꝺ lumē egredit̄: ⁊ intrinsecus plena est humoꝛe qui dr̄ anagoydos vt faciat cristallinū a coꝛnea distare: enagoydos alterius iuuaminis est qꝛ cristallinū defendit ne ab exterioꝛi aere desiccetur ⁊ humectat vueā ne noceat cristalloyn. Sed inter cristalloydem ⁊ enagoydos q̇dam est pāniculus tenuissimꝰ sicut tenuissimū cepe vel aranee tela: q̇ mediū operit cristallini vt eū ab vuea defendat. Ideoq̄ꝫ q̇dam medici dixerūt oculoꝛū pāniculos septem esse: dixerūt alij sex: alij quinq̄ꝫ: q̇dā quatuoꝛ: q̇dam tres: nōnulli duos: quoꝛū discoꝛdia nō erat in re. Dicentes eñ̄ septē cōputabāt retbinā secūdinā scliros araneam vueā coꝛneā: cōiunctiuā. Qui eñ̄ sex retbinā nō esse pāniculū dicebāt: asserentes defensoꝛium pāniculū q̇dā esse retbinā potiꝰ nutrire ꝙ custodire. Sed q̇ quinq̄ꝫ autumabant araneam nō pāniculuꝫ: sꝫ cristallini ꝑtē esse dicebāt neq̄ꝫ coniūctiuā. Dicentes aūt quatuoꝛ: cōtendebant cōiunctiuam non esse pāniculum sed ligamētū oculoꝛū: neq̄ꝫ retbinaꝫ nec araneā telam. Tres esse dicentes vueā et secundinaꝫ vnū esse dicebant pāniculū: qꝛ vuea a secūdina prodit: ⁊ retbinā et araneā vnū pāniculū: ⁊ sclirosim ⁊ coꝛneā vnū pāniculū. Qui duos dixerunt scliros: et coꝛneā vnū intendebant: ⁊ secūdinā et coꝛneā vnuꝫ. Retbinā vero et araneā et cōiunctiuā non esse pāniculos. Intentio ergo antiquoꝛū erat vna. ¶ Nūc de coniunctiua dicamꝰ de qua hucusq̄ꝫ tacuimꝰ. Sciendū ergo lacertos oculis esse necessarios: quibus possent moueri ⁊ visibilibus rebꝰ opponi. Ideoq̄ꝫ septē habēt lacertos: quoꝛū vnus mouet oculos erga nares: alter versus timpoꝛa: tertius sursum: quartus deoꝛsum: quintus firmat et coꝛroboꝛat neruū vn̄ visus ꝓcedit: duo alij alligant cōiunctiuā ne vsq̄ꝫ ad coꝛneā tendat ⁊ operiūt lacertos ibi existentes in angulis oculoꝛū. Tres iterū suꝑioꝛes palpebꝛas mouent: vnus superius ⁊ duo inferius: inferioꝛes vero palpebꝛe nullum habent motum.

¶ Particula secunda est de oꝛtu neruoꝛum sensus a cerebꝛo. Et triplici specie regitiue ꝟtutis. Et de neruis opticis et ipsoꝛū coniunctione: ⁊ spiritibꝰ visiuis. Et de mō quo fit visio. Cuiꝰ sex sunt capitula.

¶ Caput primum ꝙ omnes sensus a cerebꝛo procedunt: ⁊ ab ipso prodeunt septem paria neruoꝛum: ⁊ ceteri nerui a nucha.

Necesse est q̇ naturā oculoꝛū vult scire priꝰ cerebꝛi naturam optime cognoscat. Uisus eñ̄ ab eo ꝓcedit ⁊ superioꝛ eius actio ad se cōuertitur. Cerebꝛū autem frigidius et humidius ceteris mēbꝛis est: qꝺ postea explanabimus. Initiū enim est sensus et voluntarij motus ac regitiue virtutis. Nullū eniꝫ aliud mēbꝛū hac actione fungit̄: sed cerebꝛū: his eñ̄ modis opat̄ vel per se vel ꝑ viā adiuuātis: instr̄o adiuuāte sensum agit ⁊ motū volūtariū. Instr̄a sunt nerui q̇ duobus sunt modis: q̇dam a cerebꝛo: q̇dam a nucha ꝓcedūt: nucha tñ̄ de cerebꝛo est: vnde cerebꝛū fundamentū neruoꝛū est oīum. Sed duris neruis voluntarius motꝰ efficitur: dū nerui cum lacertis componunt̄. Lacerti eñ̄ de neruis sunt ⁊ carne ⁊ ligamento compositi et ligamenta ab ossibus ꝓcedunt. Molles nerui q̇nq̄ꝫ sensus faciunt: q̇bus oībus subtilioꝛ et acutioꝛ est visus: qui sensus igneus est ⁊ igneam hꝫ naturaꝫ .i. splēdoꝛē ⁊ ruboꝛem: ⁊ lumē ignee est nature: qꝛ cum coadunat̄ intus ignis ex eo succenditur. Post visum est auditus: post quē olfatus: post olfatum gustꝰ: q̇ quod sentit est aquosuꝫ et aque pertinet. Sapoꝛ eñ̄ qui sentitur nihil aliud est ꝙ aqua alicuius coꝛꝑis siccitati admixta caloꝛe operante: proinde antiq̇ sapoꝛem vocauerūt chimū .i. liquoꝛē. Ceteris sensibus tactus grossioꝛ est: qui quidem sentit qꝺ terreum est et terre pertinet .i. duruꝫ: molle: calidū: frigidū: ⁊ siccum: et que ex his ꝓcedunt. Oēs aūt nerui sensum habent tactualē sed nō volūtariū motū vt diximus qꝛ duri nerui tantū volūtario motu funguntur: sed molles duri sunt sensibilioꝛes: procedunt vero duri plus a nucha. ¶ A cerebꝛo aūt ꝓcedunt septem paria neruoꝛū quoꝛū primū et scd̄m par ad oculos veniūt: vnū est cōcauū ꝑ quē sensus visus fit per queꝫ aīatus spūs visum dās ad oculos tēdit. Scd̄m par oculi lacertos ⁊ palpebꝛas mouet. Tertiū ad linguā tendit dans ei sensum sapoꝛabilē. Quartum ad palatū gustabilem sensum facit. Quintū ad aures sensum auditꝰ

ſum auditū faciēs. Sextū ad viſcera deſcēdit: ⁊ ꝑ ea diuidit̄ dās ei tactū. Septimū mouet lacertos lingue. Ceteri quibꝰ mouent̄ manꝰ pectꝰ pedes ⁊ dorſum ⁊ caput de nucha procedūt. Sic cerebrū cū inſtrumento .i. neruis motū agit ⁊ ſenſum.

¶ Capl̄m .ij. De trina actione virtutis regitiue: ⁊ de aīali ſpiritu ⁊ natura cerebri.

Regitiua vͦo actio per ſe ſolū tribꝰ modis ē: ꝓ phātaſia in frōte: rō in medio: memoria in puppi. Cerebrū aūt hꝫ quatuor cōcauitates q̄ dicunt̄ vētriculi: due ſunt in ꝓra: tertia in puppi: quarta inter ꝓrā ⁊ puppim: in q̇bus ſemꝑ eſt aīatus ſpūs cū quo actꝰ vt diximꝰ fit. Spiritus aūt aīatus de vitali fit q̇ vitalis in corde gn̄atur ⁊ naſcit̄. A corde eñ due vene ad cerebrū aſcendūt q̄ ſubtꝰ cerebrū veniētes multis diuidunt̄ modis: ⁊ ꝓtelate faciūt q̄ſi rethe: ꝑ quas ſpūs vitalis a corde ad cerebrum ductꝰ ī illo rethi morat̄ quouſqꝫ mūdificet̄ ⁊ ſubtiliet̄. Deīde purificatꝰ ad mediū vētriculū cerebri tēdit: ibiqꝫ aliquantulū ꝑmanēs ſubtiliat̄: poſtea ad puppis vadit vētriculū: ſed via que eſt a medio ad puppim nō eſt apta: hꝫ .n. portā in q̄ qͦdā obſtaculū eſt cuiꝰ forma eſt pinea: quā anothomici vermē vocāt: ſed ſemꝑ claudit̄: vn̄ cū ſpūs qui eſt in puppi fuerit motꝰ fit memoria: ⁊ cū eo q̇ eſt in medio fit intellectꝰ ⁊ rō: ⁊ cū illo q̇ eſt in priorībꝰ fit ſenſus cōis ⁊ phātaſia: hic eſt diſputatio cerebri ſueqꝫ actionis. Cerebri aūt nā frigida eſt ⁊ hūida. Frigida duabꝰ de cāis. Una ꝓpter multitudinē ſui motus cū quo fiūt ītellectꝰ ⁊ imaginatio. Scd̄a ꝑꝑ motionē q̄ ab eo dirigit̄ vn̄ fiūt ſenſus ⁊ volūtariꝰ motꝰ ne cā ſue motiōis calidiſſimū factū incēderet̄: ⁊ incēſum cōſumeret̄ ampliꝰ. Si cerebrū calidū eſſet memoria inſtabilis eſſet: caput .n. calidū mobile eſt nāliter frigidū ecōtra. Memorie vͦo req̇es ⁊ ſtabilitas ē nec̄ia: qd̄ ſic teſtat̄: qꝛ cal'm cerebrū hn̄tes īſtabiles ⁊ imobiles ſūt. Hūiditas aūt cerebri duabꝰ de cāis ē neceſſaria. Una ne ex motu nimio deſiccaret̄: motꝰ ei calorē facit: calor vͦo deſiccat hūiditatē. Alia vt in eo velociter imaginatio formaret̄: ⁊ cito ſenſum q̇ eam dirigit ſuſcipere poſſet: ⁊ velociter ad audita diſcernēdū mouent̄ rurſus vt nerui ab eo ꝓcedētes molles eſſent. Impoſſibile eſt eñ a duro molle vel a molli durū gn̄ari: ꝓinde prora mollior eſt puppi: qꝛ de prora molles de puppi duri nerui procedūt: quibꝰ motus voluntarius fit.

¶ Capitulum tertium de neruis opticis ⁊ eorūꝫ differenťijs a ceteris neruis.

Qui inſtr̄m viſus optime ſcire deſiderat: nāꝫ vtriuſqꝫ nerui viſibilis iueſtiget: vt bn̄ cognoſcat: vbi cū ceteris neruis cōicat̄: ⁊ vbi diſcrepat. Deīde de viſibili ſpū ꝑquirat q̄tenus ſciat: cū quibꝰ ſpiritibꝰ ꝯueniat ⁊ in quo diſcrepat: poſtea vͦo de ipo viſu qm̄o fit: qd̄ in hoc capitulo plane deſcribā. ¶ Primꝰ itaqꝫ neruꝰ par quem ſupra diximꝰ cū vtroqꝫ cerebri pāniculo deſcēdere ⁊ ſecū viſibilē ſpm̄ ducere cū ceteris neruis ſenſum facientibꝰ duobꝰ modis ꝯuenit. Uno qꝛ vt alij a cerebri ꝓra deſcēdit. Alio qꝛ ⁊ ipe nobilis eſt: diſcrepat tm̄ ab eis ſex modis. ¶ Primo qꝛ maior ceteris eſt a cerebro ⁊ a nucha ꝓcedētibꝰ. Magnꝰ vͦo qꝛ cōcauꝰ eſt: ſi .n. eſſet paruꝰ neceſſario ſubtilis eſſet: vn̄ cito frāgibilis: cuiꝰ ꝯcauitas neceſſario fuit larga: vt nullā pateret̄ oppilationē: ⁊ ideo magnꝰ fuerit. ¶ Scd̄o diſcrepat: qꝛ ſolus concauus eſt: vt eiꝰ concauitas ſenſui oſtendat̄: que concauitas tendit̄ vſqꝫ ad locū in quo panniculꝰ oculorū qui rethina dicit̄ ſe creare īcipit: qd̄ facile ſenſui patet ſi anothomia cernat̄: inchoat quoqꝫ ipſa concauitas ab vtroqꝫ cerebri ventriculo q̇ eſt in cerebri prora: ī quo tm̄ loco ꝯcauitas videri nō pōt qꝛ ſubtiliſſima ⁊ anguſtiſſima eſt: qd̄ foramen qui vult aſpicere querat in cerebro magnorū aīaliū in hora ſcꝫ qua occidunt̄. Caueat tm̄ ne in eſtate calido ve tēpore fiat ⁊ vtroſqꝫ cerebri panniculos tangat caute ne frangant̄ ⁊ in fine illoꝝ panniculorū inueniat illū neruū parē ab vtroqꝫ ventriculo procedentē: poteritqꝫ videre qualiter ipſa concauitas ab ipſis vētriculis inchoetur. ¶ Tertio diſcrepat qꝛ vterqꝫ viſibilis neruus intrinſecus eſt molliſſimus vt facile ſentire poſſit: extra aliquantulū durus vt a paſſione ſit illeſus. ¶ Quarto qꝛ per hūc parē neruū multa ſpiritꝰ per oēs neruos ſenſum ⁊ motū voluntariū faciens ducatur. Ipſe tm̄ non ſubſtantialiter ſed ſola virtus eius per eos vehitur. Per illū aūt parē multa ſue eſſentie quantitas gerit̄. Oculi eñ cū ſint nobiliſſime actionis: vadit ad eos multū de ſubſtantia ſpiritus vſqꝫ ad panniculū qui dicitur vuea: hoc fuit neceſſariū ad adiuuandūꝫ viſum. ¶ Quinto cū ceteri nerui quāto ſunt a cerebro remotiores tanto duriores: ⁊ a propria natura mutētur: iſte extrinſecus molliſſimus intrinſecus vero ſolidiſſimus vt exterior mollities interiorem duritiē tueatur ne qn̄ deſiccetur cuius mollitiē ⁊ ſi aliquantulū inuenis indurari: tamen ad oculos venientes in naturā quā in cerebro exiſtens habuerat conuertit̄: in panniculo eñ qui rethina dicitur mollis efficitur vt in naturā cerebri procellatur: fitqꝫ quaſi rethe: deīde ⁊ rethina dicit̄. ¶ Sexto qꝛ laudabilior eius ꝓprietas hec eſt: hic eñ par neruus cū ab vtroqꝫ prore vētriculo ſeparatus egrediatur non recto itinere ſicut exierat vadit: ſed per interiora capitis torquetur: et ad oſſa nariū veniens commiſcet̄: ſic vt vtraqꝫ foramina fiant vnū ibidē. Iterū ſeparantur ⁊ recto itinere vt egreſſi fuerant vadūt: vnuſqꝫ de dextro ventriculo exiens ad dextrū oculū tendit de ſiniſtro ad ſiniſtrū: de quorū coniunctione ⁊ ſeparatione plures antiquorum diuerſe ſenſerunt.

¶ Capitulū quartū de opinionibus circa cām cōiūctionis neruoꝝ opticoꝝ: ⁊ de cauſa quare nō vnicus exiuit groſſus a medio primi ventriculi cerebri.

Quidā hec ideo fieri dicebant vt ſi vnꝰ lederetur alius ſubuenīret alij eos ideo eſſe cōiunctos: qꝛ oīs ſenſus ab vno fundamento procedit: quorū ſn̄ia prorſus vana eſt. Natura eñ tā optime tā fortiter mēbra cōpleuit vt nullā timeant paſſionis occaſionē: nec ſolū nerui viſum ferentes ab vno loco exeūt ſed oēs ab eodē loco egrediuntur: neqꝫ tamen poſtea coniunguntur. Nonnulli ob hoc eos dicunt coniungi: vt vnus ab alio confortet̄: ſi eñ ſeparati eſſent propter itineris longitudinē rumperent̄ quod quidē non impoſſibile eſt: ſꝫ tamen non eſt via tā longa: vt in ea rūpi debeāt. Alij ſic aiūt quorū intentio vera eſt ſpiritu viſibili venīente ad oculos neceſſe eſt: vt vno oculo clauſo totꝰ ſpiritus ad aliū veniat: quod non fieri poſſet niſi nerui prius ſeparati coniungerent̄ ⁊ iteꝝ ſepararent̄ qd̄ huiꝰ experimentū teſtant̄. Si aliqd̄ corpꝰ ſuꝑ naſūꝫ ponat̄ vtroqꝫ ad videndū directo fit viſus debilior ⁊

obscurior: sed vno clauso fit visus in altero fortior ꝙ in vtroqꝫ fuerat: ⁊ qđ vtriqꝫ cernere nequiuerāt vnꝰ solꝰ clarissime aspicit: ⁊ hoc ideo qꝛ spūs qui in vtroqꝫ fuerat ad vnū conuertitᷣ: altero eīm clauso alteriꝰ pupilla clarior efficitᷣ. Alij alio modo sentiūt quoꝝ snīa est necessaria: nisi nerui ad oculos directi primū coniūgerentᷣ ⁊ postea separarentᷣ: necessario res vna dupla visui appareret: cū eīm res visibilis videri nō possit nisi visu oculorū pupillas exeūte: ipse autē visus ꝑ lineas rectas egrediatᷣ ⁊ rē recto tramite ante se percipiat: sicut videmꝰ radios solis ꝑ angustā domū ingredi ⁊ linee ipse anguste sunt in exordio sui: deinde ꝟo paulatim dilatantᷣ fiatqꝫ in vtroqꝫ oculo quasi quedā pinee forma. Necesse est vt vterqꝫ visus lineatim directꝰ ⁊ in loco vbi est res vidēda cōiūctꝰ eā equaliter ꝑcutiat: deinde quousqꝫ ad pupillā ꝑueniat conuertatᷣ necesse est vt exordium vtriusqꝫ a pupilla equaliter egrediatᷣ: ⁊ ꝑ vnā suꝑficiē ambo ambulēt. Duoꝝ exordia sunt in loco vbi vtriqꝫ nerui cōiūguntᷣ ibi vnꝰ idē factꝰ ⁊ sic ex vtraqꝫ pupilla a suo loco egressus vidēdā rē videt: eāqꝫ sicut est cōprehēdit: qm̄ si vna pupilla a suo loco inferiꝰ vel superius mutaretᷣ res superiori pupilla visa superiꝰ videretᷣ: sicqꝫ dupla apperet ꝑꝑ qđ oculis tria fuerūt necessaria .s. pupilla fundatiua visus: locꝰ vbi vterqꝫ cōiungitur neruꝰ: recte etiā linee vt visus recte ꝑ eā transeat: hec est cā quare nerui ad oculos veniētes priꝰ cōiūguntᷣ: sed tn̄ q̇dā sic obijciūt. Cū illos duos necessariū sit cōiūgi: quare nō statim vnꝰ factꝰ est ſ; duo. Quibꝰ est rn̄dēdū: vnꝰ ideo nō fuit qꝛ a cerebri medio exire nō potuit maxime qꝛ magnꝰ ē vterqꝫ: sicut magna q̄dā concauitas illic est vbi paulatim foramina cerebro cōiūguntᷣ: ꝑ quā cerebrū suā suꝑfluitatē expellit: via etiam qua ad nares ducitᷣ ibi cōstat: illa aūt concauitas ⁊ hec via ibi esse nō posset si neruus ibi locaretᷣ. Nares enim sunt in media facie: inde nisi eaꝝ foramina cerebro opposita essent olfatꝰ nō esset quia ergo cerebro hec loca rebus his comprehensa sunt: necesse fuit vt nerui visum ferentes non ab vno loco egredirentᷣ quos natura in vno loco coniungit. Idē foramē habere faciens: deinde vt separati; ad vtrūqꝫ oculū irent seiunxit.

¶ Capl'm quintū de aīato spū ⁊ visibili: ⁊ ꝙ visibilis spūs substātialiter ad oculos ꝑuenit ⁊ ad aliorū sensuum organa solum perueniunt eoꝝ spūs irridicatiue.

Visibilis vt diximus spiritus de spiritu nascitur animato a ventriculis prore cerebri procedens: ibiqꝫ mūdificatur vt diximus: cum de cerebri natura disputauimꝰ q̇ spiritus spiritualiter est sensibilis: qꝛ visus vnus est ex sensibus ceteris dignior ⁊ nobilior: porro ip̄e habet proprietatem quam nullus aliorum animalium habet. Animalis spiritus in cerebri ventriculis existēs seusum ⁊ voluntarium mandat motum: virtus eni; ipsius per neruos penetrat ad cetera membra: essentia vero in proprio permanet loco: sicut sol totum aerem illuminat: ipse tantū in vno loco stat sed ad oculos non solum ꝟtus visibilis spiritus sed ipse spiritus essentialiter dirigitur ⁊ tanta eius quantitas ꝙ ta est necessaria illuc adducitur quod vtriusqꝫ nerui testificatur. Et etiam hoc testificatus quia vn ooculo clauso ad pupillam alterius tota virtus conuertitur causa neruorum coniunctorum: in de foramen pāniculi qui dicitur vuea pre multitudine spiritus necessario dilatatur: aperto ꝟo oculo cum spiritus ad eum reuertitur foramen vuee ad propriam redigitᷣ mensuram. Hoc signo etia; si obseruari possit cognoscitur si vno oculo clauso pupilla alteriꝰ dilatetᷣ: spiritus enim visibilis in eo esse demonstratur: vnde aq̄ que trāsitū eiꝰ oppilat: ablata visus reddit. Si ꝟo nō dilatetᷣ hoc ideo est quia neruꝰ per quem spiritꝰ ducitur oppilatus est: vnde etiā cū ceteri nerui nullam habeant concauitatem qꝛ ꝟtus animalis spiritus non ipsemet essentialiter per eos ducitᷣ: oculoꝝ nerui necessario cōcaui fuerūt: vt spiritus substātialiter per ipsos transire possit. Ceteri aūt non sunt concaui: ne per corpus diuisi ⁊ a suo fundamento remoti leuiter erūperentur: vel qꝛ tanta spiritus quantitas sensui motui voluatario non est necessaria quanta visui. Nullus enim sensus preter visum sentit sentiendam rem nisi ei coniungatᷣ: visus aūt pupilla; egrediens longe remota sentit: vnde multa spirttus quātitas necessaria est: ⁊ ideo nerui necessario concaui facti sunt.

¶ Capitulum sextum. De modo quo fit viso.

Videndū est quomodo fiat visus. Diximus ergo cū aliqua res videtᷣ necessario: vel aliquid ex ea dirigitᷣ visui per quod q̇d ipsa sit cognoscitᷣ vel virtus visus ad eam mandatur: vel aliquid mediū est inter visum ⁊ rem visa; per quod ipsa cognoscitur. Sic potest ergo inuestigari ꝙ horū certū sit omnes philosophi concordati sunt: ꝙ res non possit videri nisi per foramen pupille. Si ergo ad visum a re videnda aliquid dirigitur siue sit ꝟtus: siue sit forma: siue qualitas: siue quātitas mensurata qūo ad illud angustū foramen intrare poterit: que etiā ꝟtus eē pōt que ad oculos diuersorū in momento rē videndā deducat: qđ qꝛ impossibile est spernatᷣ. Qđ aūt visibilis spūs pupillam exiens solus ad rem videnda; vadit: eiusqꝫ quantitas magnitudinē cōprehendit falsum est. Ipse eīm spūs non tante est quantitatis vt adeo dilatari possit: vt tot ⁊ tantas rerū ambiat quantitates: cū in vno momento multa ⁊ diuersa ⁊ maxima indiuidua cōprehendimus. Ad tertiū ergo membrum conuertamur quippe aer corpora circundans si clarus ⁊ lucidus fuerit supplementum visui facit quod nerui cerebro quia sicut splendor solis: sic spiritus recipit ꝟtutem Sicut enim solis splendor superiorem aeris extremitatem percutiens totum aerem penetrat: eūqꝫ clarificat: sic ⁊ visibilis spiritus pupillā egressus mox totum aerem penetrat: ⁊ extensus per loca remotiora mutat ea in suam naturam: quod fit cum aer in toto iunctus est quod in sole palam fieri videtur. Si eni; aliqđ corpꝰ in aere ponatᷣ cū solis splendor illđ nequeat penetrare forma illiꝰ corporis post se obscura apparet. Causa quia non suscipit aer lumen nisi sit continuus: nec solis splendor separatum a se aerem mutat: quoniā si actio splēdoris fortiter in aere operata fuisset: posset in eadem actione permanere splēdore solis absente. Sed vtriqꝫ hac carent proprietate: ꝙ neqꝫ solis nec spūs splendor suā actionem aeri ip̄o absente potest dimittere: recte ergo causa datiua luminis ablata ip̄o momento lumen ab aere auferᷣ. Eodem modo de neruis intelligitur: qꝛ si neruꝰ fuerit incisus ⁊ a cerebro diuisus illico membrum cui sensum dabat fit insensibile. Propterea hec duo sic

debent esse coniuncta idest aer ⁊ spiritus sicut nerui ⁊ cerebrū: ⁊ q̄uis aer ī altera mutat᷑ actiōe sicut cū calefit vel infrigidatur: ⁊ in qualitate rei calefacientis vel infrigidātis permanet. Lumen tamen non idem in aere operatur: ipso enim absente ⁊ lumen ab aere amputat᷑. Deinde necesse est semper: vt aer continuatim illuminetur: hoc enim nisi fuerit nullo modo lucidus fieret: sic ⁊ nerui cerebro faciunt supplementū quia licet de substantia sint cerebri duriores tñ sunt lucidiores ve passionibus subiaceāt: vnde aliquātulum a natura cerebri sunt mutati. Sed nerui duob⁹ modis sunt. Quidā enim motū faciūt: quidā sensum ⁊ faciētes sensum molles sunt: operantes motū sunt duri. Et q̄uis nerui duri motū habeāt tactualē molles tñ nerui nō inueniunt᷑ illā cū duris neruis habere societatem. Sed ipsi duri hoc faciūt: q᷑ tactus ceteris sensibus est grossior. Sensus aūt visibilis q᷑ ceteris sensibus est acutior ⁊ subtilior. Ideo neruus spiritum visibilē seruās ceteris sensibilib⁹ neruis cerebro est propinquior. Quia igitur oculi in aere agūt sicut cerebrū in neruis: ideo multā quātitatē spirit⁹ habuerunt vt in aere rem suam faciant. Sicut nerui ꝓprie res sunt cerebri: visus aūt primo colores sentit qd̄ ei ꝓprium est: deinde corpus in quo fundati sunt: sicut gustus prius sentit sapores: postea fundamenta eorū. Gustus tñ ⁊ ceteri sensus rem sentiēdā ad se vētură expectant: visus ꝟo ab oculis elongat᷑: ⁊ per aerem extendit᷑ quousq̄ ad corpus perueniat coloratum: hac de causa solus visus sentit formā corporis: ac quātitatē: ⁊ cū eius colore motū rationabiliter non tamen essentialiter sentit qd̄ nullus habet ceterorum nisi tactus accidētaliter: verbi gratia. Si quis per tenebras ambulās fustē in manu duxerit eo amplius nō potēte penetrare: sed per corpus solidum fieri impossibile est. Visus aūt habet alterā ꝓprietatem: q᷑ incidēs supra corpus leue solidū ⁊ lucidum rectus ad pupillam cōuertit᷑ vnde exierat: vñ in speculo vel in alijs splendidis corporibus videmus formā nostrā prope nos stantibus: ⁊ si quis studiose in oculo alterius cernit: videt in eo suam faciē: causa q᷑ visus ad pupillam conuertit᷑ propter splendorem pāniculi qui aranee tela dicitur: est eñ supra christallinū sicut adeps superius coagulat⁹ ⁊ quasi rutilans clara est. Verūtamē quāuis pre ceteris solus per aerem motum rei faciende sentit: non tamen arbitret᷑ sicut cecus cum fusce sentire: q᷑ aer mox vt rem sentit eā visui ministrat: que ꝓprietas soli inest visui aerem valet in sui mutare naturā. Alteri⁹ etiā dignioris est ꝓprietatis q̄ nō solū recte sed ex transuerso cōspicit necessario: cū multus spirit⁹ a cerebro ad oculos dirigitur: rursus spiritus pupillam exiēs ⁊ aerem percutiens mutat eū in suam naturam. Recte ergo visus igneus dicit᷑. Auditus aereus: gustus aquosus: tactus terreus: olfatus fumosus: quattuor enim elementa sensus quattuor cōstituunt: vt vnusquisq̄ eorū vnū ex his cōprehēdat: ⁊ ea cū ī natura sua sunt: vel ī aliud mutant᷑ vł aliq̄ accidētia patiūtur discernāt preter quos quatuor sensus fuit alius qui fumosa cōprehēderet: fumus enim in sua natura mediocris est cū elemēta nō nisi quattuor sint. Sed visus q̄ ad hoc est vt colores cōprehendat necessario lumineus fuit: solū eñ qd̄ lucidū est cōuertit᷑ in colores: testat᷑ hoc aer qui cū clarus ⁊ lucidus sit facile in colores mutatur. Nam palā est: quia si quis candidus indutus iaceat sub arbore color vestimentoꝝ in frondium colorem mutatur: vnde patet aerem in illum colorem fuisse mutatū. Videmus etiam sepe aerē in colorē lucidi parietis mutari: illūq̄ colorem per aerem ad illud corpus mutari: maxime si paries viridis vel rubeus fuerit vel citrini coloris: ⁊ sicut solis splendor eum ad suam mutat naturam: sic et colores in suas eum qualitates conuertunt. Similiter ⁊ lumen visibilis spiritus mox vt aerem percutit ipsum immutat. Hec tria sunt que aerem sine vllo tēporis spatio immutāt: id est lumen solis: fulgidus color: ⁊ lumen visibilis spiritus. Palam ergo visum cum fieri nisi aeris mediocritate quod sensus testatur. Antiqui etiam concordant dicentes aerem esse vt sui veluti ramos: ⁊ conueniens est instrumentum nō fuerit lucidus vel aliorum corporum lucidorum lumine illuminatus: ⁊ sic seruire aerem visui sicut cerebro nerui. Sicut enim cerebrum non sentit qd̄ oculi comprehendūt nisi neruis mediantibus: sic ⁊ oculi nihil sentiunt: nisi lucidi aeris mediante.

¶ Particula tertia est de prima ⁊ vniuersali medicine intentione: ⁊ de rebus naturalibus: non naturalibus: ⁊ contra naturam: ⁊ de generibus ⁊ speciebus ⁊ causis ⁊ accidentibus morborum. Cuius sunt quinq̄ capitula.

¶ Caput primum de prima medicine intentione: et de necessarijs ad eam.

Oportet medicum pre omnibus primā ⁊ vniuersalem medicine intentionem preuidere ⁊ eam particulariter diuidendo ad indiuiduum ducere. Prima autem medicine intentio est que bifariam diuiditur: aut enim insanis consimilibus custoditur: aut in egris cum per contrarium sanitas redditur: quorum prime necessaria est rerum naturalium scientia. Naturalibus enim agnitis patefiunt ea que sunt similia sanitati: ⁊ sic etiam cognoscuntur que sunt contraria: similibus ergo seruatis ꝯtrarijs prohibitis sanitas custoditur. Secunde autem intentionis duo sunt necessaria: nō naturalium: scilicet ⁊ cōtra naturam rerum scientia. Sanitas enim infirmo cum quadam mutatione restauratur: quam mutationem qui facere vult necesse est sciat ad quid mutare decet: nisi enim sciat de quo ⁊ ad quid mutandum decet mutare: non securus est quin vnde conuenit non immutari mutet: ⁊ nisi nouerit ad quid debet mutare: ad id quod non oportet conuertere poterit. Sanitas infirmo redditur commutatione rerum contra naturam ad naturalia: vnde ⁊ ista sciri debent ad que illa transmutatur: ⁊ illa etiam que ad illa conuertitur.

¶ Capitulum secūdum. De rebus naturalibus: non naturalibus: ⁊ contra naturam.

Res autem naturalis duobus est modis: generalis ⁊ specialis. Generalis dicitur esse humani corporis complexio ⁊ vniuscuiusq̄ corporis compositio. Complexio quidē multipliciter est: scilicet etas: consuetudo: aer ⁊c. Naturalis complexio est ſm differētiam sexus vt in mare ⁊ femina vel ſm euentum vt est complexio spermatum vel spirituū de quibus fit. Consuetudo sex modis est. Primo ex aere ⁊ eius mutatione que mutatio vel ꝯsuetudo localis est vel tꝑalis aut cū aliq̄d in

tpe contingit. Scđo ex motu vel quiete. Tertio ex re-
pletione vel inanitiōe. Quarto ex ſomno vel vigilia
Quinto ex repletione vel abſtinentia. Sexto ex aīe ac
cidentibꝰ. Spālis eſt vt ꝟtus que triplex eſt natura-
lis: vitalis: aīalis: ⁊ vlteriꝰ aīalē tetigimꝰ cū de cere-
bro diſputauimus. Uitalis eſt q̄ cor ⁊ arterias facit
pulſare. Nālis triplex eſt gn̄atiua: paſcitiua: ⁊ aug-
mentatiua. Paſcitiua quadruplex eſt aperitiua: retē
tiua: digeſtiua: ⁊ expulſiua. Res autē extra nām du-
plex eſt: aut eſt nocumētū actiōis: aut qđ ex eo gn̄at.
Nocumentū actionis aut qđ ex eo gn̄at duplex eſt:
aut eſt ſine mediatore ⁊ morbꝰ dicit: aut cū mediato
re ⁊ cā vocat. Qđ aūt actionis nocumēto generatur
accn̄s noiat qđ iterū duplex eſt. ſ. aut ex diuerſis cor
poris qualitatibꝰ: aut a qualitatibꝰ diuerſis a corpe
egredientibꝰ. Corpis qualitatis diuerſitas q̇nq; mo
dis eſt. Sūt em̄ qualitates q̄ conſentiunt. Qui ergo
egro ſanitatē vult reſtaurare decēter dꝫ inueſtigare
ſeptē res nāles que ſunt. Elementa: cōplexiōes: hūo
res: mebra: ꝟtutes: ſpūs ⁊ opationes: ⁊ que ſequunt
eas: vt etates: colores: figuras: diſtantia inter maſcu
lū ⁊ feminā. Et res nō nāles q̄ ſunt ſex. Aer: cibꝰ ⁊ po
tus inanitio ⁊ repletio: motꝰ ⁊ q̇es: ſomnꝰ ⁊ vigilia: ⁊
accidētia aīe. Tria extra nām q̄ ſunt morbꝰ: cā mor-
bi: ⁊ accidentia morbum concomitantia.

¶ Caplm tertiū de generibꝰ ⁊ ſpēbꝰ morborū.

MOrbus generaliter triplex eſt: quia corpis
compoſitio trina eſt. ¶ Prima in membris
ſimplicibus ex elementis compoſitis in q̇-
bus quedam morbi ſpecies generant que
duobus modis ſunt: vel ſimplices vel compoſite. Si
plices: calida: humida: frigida ⁊ ſicca. Compoſite ꝟo
ſunt calide ⁊ ſicce: calide ⁊ humide: frigide ⁊ humide
frigide ⁊ ſicce. ¶ Secunda compoſitio eſt in membris
que compoſita vocantur ex ſimplicibus compoſitis
in qua fiunt morbi quatuor modis: aut ſecundū for
mam membrorum: aut ſecundum compoſitionē: aut
ſecundum magnitudinem: aut ſecundum numerum.
Secunduꝫ formam quinq; modis in figura: forami
ne: concauitate: lenitate ⁊ aſperitate. Secundū cōpo
ſitionē dicit cū a loco mutant: vel in loco malo ponū
tur. Secundū magnitudinē bifarie: vel vltra moduꝫ
vel infra. Secundū numerū ſimiliter: vel vltra modū
vel īfra. Ultra modū nāliter vel extra naturā. ¶ Ter
tia compoſitio eſt corporis totiꝰ ex compoſitione ſim
plicium ⁊ compoſitorū membrorū facta in qua mor
bus generat, qui ſeparatio iuncture vocat. Hec ſunt
genera morborum ⁊ ſpecies.

¶ Capitulū quartū de cauſis morborum.

CAuſa aūt morbi eſt generaliter ſicut genus
ſed ſpāliter eſt triplex. Cauſa ei morbi ſim
plicis aut calidū facit morbū ⁊ ē ſeptupla
i. nimius motus aīe vel corpis: paſſio: ca-
lor exterior: anguſtia: pororum putredo: rerū acuta
rū acceptio: cibi paruitas. Aut frigidū facit morbū
⁊ eſt octo modis: tactus rerū frigidarū: acceptio ea-
rum: multitudo cibi ⁊ paruitas: oppilatio pororuꝫ
⁊ largitas: nimius motus: ⁊ quies. Aut facit morbū
ſiccum ⁊ eſt quadruplex: ſicce rei percuſſio: cibi ſicci
cibi paruitas: nimius motus. Aut facit morbuꝫ hu
midum: ⁊ eſt contraria proxime dicte. Sed ſimplici-
bus morbis quos diximꝰ cū mā exiſtentibꝰ cōmiſcē
tur. Cāe intranee q̄ ſunt: virtꝰ mēbri ipellētis: debi-
litas recipientis: materie multitudo: pororum largi
tas: defecctio paſcitiue virtutis. Cauſa morbi com-
poſiti vel eſt ſm figurā vel formā vel ſm cōitatē vel
aſperitatē vel lenitatē. Scđm figurā aut ꝑ quātitatē
ſpermatis vel qualitatē vel ꝓpter aliqđ accidēs qđ
infans patit qn̄ naſcit: vel cum lac ſugit: vel ꝓpter
alia. Scđm foramen vel ꝓpter oppilationē vel pro-
pter cōiūctionē. Oppilatio fit a fortitudine retētiue
vel defectione expulſiue vel ꝓpter frigiditatē ⁊ ſicci-
tatē vel ligature ſtricturā. Cōiūctionē facit aliq̇d in
naſcēs vel in mēbro incidēs vt eſt chimus: lapis ver
ruce. Largitas foraminis coniūctionis cōtraria eſt.
Aſperitas de genere ſepationis ſeſt iūcture cū nō eſt
a caliditate qđ poſt planiꝰ dicemꝰ. Lenitas eſt aſpe
ritati cōtraria. Corruptio loci fit cū mēbra a natura
libus ſuis locis mutantur vel ſepatione vel mollitie
concatenationis mēbrorū. Magnitudinis cauſa eſt
multitudo materie vel fortitudo nature. Paruitas
mēbrorū cū cōtrario eſt: aut ꝓpter inciſionē. Magni
tudo in numero aut naturalis eſt ex ſpermatis a bū-
dātia: aut accidētalis vt lapis i veſica. Paucitas au
tem eſt econtrario ſeparationis iuncture triplex cau
ſa eſt inciſio exteriꝰ facta vt igne vel enſe: vel interiꝰ
vt ex acutis chimis aut de extēſione: vel exteriori vt
cū fune: vel interiori vt ex groſſa vētoſitate aut de fra
ctura: vel exteriori vt a lapide vel interiori vt ex groſ
ſis chimis.

¶ Capitulū quintum de accidētibus mēbrorum.

ACcidētia ſunt tria. ſ. nocumētū actiōis: di-
uerſitas egredientium a corpe: diuiuerſitas
qualitatū corpis ſenſibiliū: quorū duorum
cauſa eſt nocumētū actiōis. Actiones tres
ſunt: aīalis: nālis: vitalis. Nocumētū actiōis triplex
eſt. Nā oīs actio tria patit vel ex toto offert vel mi-
nuit vel mutat verbi grā. tactꝰ aut amputat ⁊ dr pe
lippos: aut minuit ⁊ titillatio vocat: aut a ſua natu
ra mutat: ⁊ tūc corrupta vocat. Cauſa horū duorū
eſt frigiditas tertij gradus ⁊ iuncture ſepatio. Palā
ergo eſt ꝙ cā nocumēti actiōis morbꝰ fit. Morbꝰ tm̄
nocet actioni ſine mediatore: iō nocumētū actiōis eſt
ſignificatio morbi: nec eſt drīa inter accidēs ⁊ ſignifi
cationē niſi in nr̄a intētiōe: qꝛ nr̄a intētio eſt in nocu
mento actiōis ⁊ id ad qđ ſequit nocumētū morbum
vocamꝰ: ⁊ illū in ſequētia accidētia dicimꝰ. Morbū
aūt dicimꝰ cām accidētiū: vn̄ morbo cognito cū acci
dētia ſcire volumꝰ dicimꝰ accidētia ſignificationes.

¶ Particula quarta de accidētibus: ⁊ morbis oculo
rum: ⁊ neruorum ſuorū: ⁊ muſculorum: ⁊ palpebra-
rum. Cuius ſunt quatuordecim capitula.

¶ Cap. primum. De accidentibus morborum ocu-
lorum in generali.

SEd quia intentio huius libri eſt pate-
facere ſignificationes morborum oculo
rum: prius oportet ſcire eorum acciden
tia: vt via qua ad morbi notitiaꝫ venia
mus: ſit nota. Accidentia ergo oculoruꝫ
ſunt tripliciter: nocumēta actionis: ⁊ q̄
ex illis ſequuntur: id eſt diuerſitas in oculis: ſcilicet
ſenſibilitatis qualitas: ⁊ diuerſitas ab eis exiſtentiū.
Nocumentum autem actionis oculorum eſt ſm quā
titatem actionis id eſt eorum que ſunt actionis: vel
animalis vel naturalis. Nocumentum naturalium
actionum eſt quod accidit quatuor virtutibus natu
ralibus: animali vero accidit quod ſenſui ⁊ volunta
rio motui accidit. Actiones animales tantum duas

spēs sensus habent. Nocumentum naturalis actionis in hoc loco non oportet notari: quoniam in hoc non differunt oculi a corpore toto: sequitur enim nocumenta tactus: vt sunt mollities: titillatio ⁊ dolor: ita oculis vt toti corpori accidit. Accidentia vero visus ⁊ volūtarij motus que oculi patiuntur hic oportet dici.

¶ Capitulū scōm. De diuisione accidentium oculi ⁊ de declaratione membrorū diuidentiū.

SCiendum itaq ꝙ accidentia que oculis cōtingunt: aut in eius instrūmento sunt: aut ī sua virtute: aut in ministris. Instrumentuꝫ visus est humor cristallinus qui patiẗ: vel vnum ex octo similibus morbis: vel ex compositis morbis cum a suo loco mouetur vel iuncture separationē. Si mutatur a loco sursum vel deorsum in vtroq oculo vident rem duplam: si mutatur dextrorsum vel sinistrorsum non apparet res dupla. Uirtus visus a cerebro per concauum neruum descendit: vnde eius passio vel de nerui vel de cerebri fit infirmitate. Quorum infirmitas triplex est: simplex que est vna de octo: vł officialis vt apostema ⁊ oppilatio aut iuncture separatio. Ministri visus sunt humores ⁊ panniculi ⁊ spiritus qui in oculis septem habentur quorum illi lesi qui sunt ante cristalluꝫ: sunt foramē vuee. i. pupilla albugo oui: spūs qui est in pupilla ⁊ quantitas pupille que corona dicitur.

¶ Capitulū tertiū. De accidentibus pupille.

HOras contingūt quatuor: largitas: angustia: mutatio de loco: ⁊ tortuositas. Largitas vel naturalis est vel accidentalis. Accidentalis est: vel de extensione panniculi quo tegitur: cui⁹ extensio de passione est vuee: vel de multitudie albuminis oui. Passio vuee aut simplex est vt siccitas: aut composita vt apostema. Angustia pupille: vel naturalis est vel accidentalis: de mollitie que mollities de nimia fit humiditate dominante et lubricū faciente: aut de albuginis paruitate. Largitas pupille siue naturalis siue accidentalis semꝑ est mala qꝛ spiritū spargit. Sed angustia si propter reꝫ de qua facta est stricta maxime nālis est bona quia spiritū coadunat: accidētalis tñ molesta est nō tamē ideo: qꝛ angustia: sed propter de qua facta est stricta maxime si fuerit propter albuginis paruitatē. Duplex enim malum est. Unum qꝛ cristallinus est discoopertus ad lumen. Aliud quia ex paruitate albuginis desiccatur mutatio pupille de loco: vel naturalis est vel accidentalis. Accidentalis consideretẗ. Panniculi qui sunt iuxta pupillā contumescunt ⁊ vulnerantur consolidātur. Hec tamē mutatio non multū est mala. Separatio iuncture si fit in vuea ⁊ non sit perforata non multum nocet visui: ꝙ si perforetur currit humor albugine⁹ ⁊ vueā tunicā coniūgit aranee. Unde quinq accidentia generat. Unū ꝙ vuea cristalline propinquaẗ: nec habet vnde cooperiatur atq spiritus visibilis de cerebro procedens non coadunatur in pupilla: sed egreditur ab ea ⁊ dispergitur.

¶ Cap. iiij. De accñtib⁹ albuginei humoris.

ALbus in quantitate ⁊ qualitate patiẗ: in quantitate si augmentatur: vnde visus obscureẗ vel minuaẗ: vnde nequit cristallinū cooperire in qualitate scilicet liquore ⁊ celi colore: liquore si parū grossus fuerit longinqua videre nō sinit: ⁊ propinq̄ bene discernit. Si sit grossissimus omnino visum occupat ⁊ amputat ⁊ cataracta dicitur que vel in parte vna vel in multis locis dispartita est in vuea vel ī pupille medio vel circa eam. Si sit in medio omnia perforata videntur infirmo. Partem enim quam videre nequit putat concauam esse. Si circa pupillam multa in vna hora vuea non permittit videre ꝓpter paruitatem pinee visus. Si grossitudo dispartita sit ⁊ particulariter sit diuisa que videt putat esse quasi stricta: vnde patiens cernit quasi muscas ⁊ similia quod pueri ⁊ febricitantes plurimum patiuntur. Color si mutetur omnia coloris istius esse putātur: vtpote si fuerit plumbe⁹ omnia fumosa apparebūt ⁊ tenebrosa: sic ⁊ si fuerit alterius coloris. Idem ipe color in visis omnibus apparebit. Eis tamen q̇ ad cataractam preparati sunt ⁊ de quorum stomacho fumus ad caput ascendit: ⁊ patientibus fluit de naribus reuma.

¶ Capitulum quintum. De accidentibus visibilis spiritus.

SPiritus visibilis in qualitate ⁊ quantitate patitur. In qualitate vtpote si fuerit subtilis vnde bene discernit: ac res optime comprehēdit: vel grossos vnde ad remota loca penetrat: ⁊ longinqua videt vel paucus paruus ad remota se elongare non valens sed soluꝫ propinqua cernens.

¶ Capitulū sextū. De accidentib⁹ cornee.

PAnnus vel panniculus cornee quo pupilla tegitur: si quomodo patiatur visui nocet: cuius nocumentum propter se vel propter aliud fit. Propter se tria morborū genera patitur: scilicet simplicem compositionem ⁊ separationem iuncture. Simplex vt humiditas: siccitas: humiditas visui nocet propter quantitatem vt si fuerit multa omnia sicut fumus ⁊ nebula apparebunt: vel propter qualitatem vtpote si rubea fuerit omnia videri: rubea facit veluti qui patiuntur se vel cōtingit. Si autem citrina fuerit: citrina apparebūt omnia sicut ictericis fit. Siccitas spasiuum generat vnde visui nocet si multa: multum visus ergo quandoq ex toto amputatur. Separatio iuncture si fuerit perforata cornea duob⁹ modis visui nocet. Uno modo propter putredinem in illo vulnere congregatam. Secūdo quia cristallinus secundo lumini fit vicinus. Passio cornee que propter aliud fit: vel ꝓpter coniunctiuaꝫ vel propter palpebram est. Propter cōiunctiuaꝫ: si vngula nascatur in ea vel fiat apostema corneam operiens: sed passio cornee ⁊ coniunctiue ⁊ aliarum partium oculorum non nocet visui nisi accidentaliter.

¶ Capitulum septimum. De accidentibus mot⁹ voluntarij oculorum.

PAssio ꝯo motus voluntarij oculorum est triplex. Uel enim amputatur ⁊ mollities vocatur: vel minuitur ⁊ tremor ⁊ titillatio diciẗ Aut propter lacertos cum vt oportet mouētur: ⁊ spasmus nuncupatur: quorum trium vnumquodq fit: aut propter cerebrum: aut propter neruos: aut propter lacertos: sed diuersitas mollitiei ac spasmi lacertorum oculos mouentium est secundum diuersitatem motionis eorum. Quod quō videat vel vnde procedat in fine sexti capituli plani⁹ dicitur.

¶ Capitulum octauum predundit morbos oculorum inapparentes, et occultos. Et primo sequitur de apparentibus.

Morbi oculorū vel sensui apparent et facillime cognoscuntur: vel latent et eorum notitia ē obscura: quorū significationes intellectuali inuestigatione comprehenduntur. Incipiendū igitur a morbis sensui apparentibus et ostendendū in quo loco oculorū appareant et nascantur. Morbi ergo qui sensui apparent vel sunt in coniunctiua vel palpebra vel in angulo oculorum: aut in cornea vel uuea: vel inter vueam et cristallinam. In coniunctiua septem sunt: scilicet petia: vngula: obthalmia: tumor: duritia et similia. Petia est sanguis fluens de aliqua arteria vel vena incisa quam patitur ex ictu. Ungula est superfluitas neruosa aut carnosa: extēdens se ab vngulo ad pupillā et prohibēs visum. Obthalmia triplex est que visum turbat. Cuius causa vel exterior est sicut fumus: sol: puluis: et similia: vel interior sicut humores ad coniunctiuam fluentes. Sed prima obthalmia mala est. Causa enim prime ablata morbus amputatur. Secūda vero postquam causa amputatur habet et signa que habēt cetera mēbra cū patiuntur apa que sunt tumor: inflāmatio: durities lacbryme: rubor: plenitudo venarū oculi. Tertia ceteris est fortior: quia et alias habet significatiōes. Acumē enim palpebre inuersatur extrinsecus: eiusque motio quāuis fit et albugineus ascendit super nigredinem. Tumor est quadruplex. Unus fit ex grossa ventositate. Secundus ex flegmatico humore non grosso. Tertius ex flegmate grosso. Quartus ex melancolia: quod dicitur sciros: qui oēs sic adinuicē discernuntur. Primus euenit subito sicut videmus seniores in estate pati propter muscarū morsus. Scōs et tertius paulatim fiunt sine magno dolore et mollitie minori in secundo quam in tertio: quorū color ē sicut color totius corporis. Quartus vt plurimū fit in angulis oculorū et aliquando dilatatur et ascendit ad supercilia: durus multum habēs dolorē. Eius dolor plūbeus est qui multotiens sequitur varias et diurnas obthalmias et maxime quod mulieribus contingūt. Duritia nascitur in oculo toto: nascitur et in palpebris quod motū graue facit cū dolore et rubore: nec patiens valet oculos aperire cū a somno surrexerit attamen sunt lacbryme salse et nitrose. Pudor et rubor in toto corpore palpebris fiunt ex humiditatibus salsis aut acutis si nulla est plena grossi sanguinis: que cū inflatur rubei fit coloris. Est et proflua que pudorem et timorem facit.

¶ Capitulum nonum De passionibus palpebrarū et angulorum suorum.

Passiones palpebre quedam sunt cōes morbis totius corporis sicut verruce: scrophule et similia. Nascuntur vel extrinsecus vel intrinsecus. Extrinsecus sicut est grossities que est quasi pinguedo viscosa relata neruis et panniculis. Nasciturque in palpebra superiori: intrinsecus scabies grando petrositas et viscositas. Scabies quatuor modis est: vna dicitur dextros: alia crastos: tertia stophis: quarta leu. Prima secunda leuior est que magis aspera dolorem et grauitatem facit. Utraque tamen in oculis humiditatem generat. Tertia dura est et asperior: quia palpebre īterioris quasi scissura est. Quarta ceteris deterior est et durior ad sanandum. Grando est tumor grossus in īterioribus coagulatus vt quasi grando videatur. Immuscatio est quedam viscositas palpebrarum cū pupilla iungens siue in eius albedine siue in eius nigredine: vel vtrasque palpebras simul iungens: qualis fit propter vulnera in oculis. Item nocumentum palpebre triplex est. Unum: erectio palpebre superioris: ne oculi albedo possit cooperiri: quod aut est naturaliter aut cum palpebre tortura mala fit. Aliud est palpebre breuitas. Tertium est palpebre inuersio ad partem inferiorē quādo nascitur: aut propter aliquod vulnus vel propter carnem superfluam in carnibus natam. Rasura et vulnus nascuntur in eis sicut et in corpore toto in extremitate pupille. Pili superflui ad interiora conuersi nocēt et pili aliquando a palpebris cadunt. Nascuntur ibi pediculi et ordeoli. Pili superflui in interioribus palpebre nascuntur qui pungunt et ad oculos humorem ad eos fluentem: aut propter allopiciem: et aliquando cum duritia grossitie palpebre et rubore. Ordeolus est apostema nascēs in extremitate palpebre quorsum grando lacbryme. Ursium est vulnus inter oculos et nares: quod si fuerit neglectum fiet ex eo fistula putrefaciens os: et quandoque putredo fluit per foramen ad nares: aliquando ad palpebrā eiusque cartbilaginem putrefacit: et si palpebra digito tacta fuerit: putredo ab ea affluit: grando et lacbryme nociue sunt oculis. Lacbryme causa eius existenti apostemate in foramine inter oculos et nares existente qui hoc habent semper lacbrymas patiuntur vel fiunt lacbryme ex conamine medicorum acutas medicinas in scabie ponentium.

¶ Capitulū decimū De passionibus cornee.

Passio in cornea nascens vel propter ocl'os vel propter totum corpus causatur: in qua tamen infirmus magnum dolorem sentit in neruo et patitur extensionem in panniculis oculorum qui panniculi ruborem et extensionem sentiunt ascendere: et maxime si ambulat aut mouetur capitis dolorem patitur: et ab oculis subtiles et acuti humores fluunt: neque potest acuta collyria: neque valent oculis imposita. Passio cornee propria est vulnus macula oscuritas sanies et talia multa septem nominibus dicta: quarum quatuor intrinsecus: tres vero sunt superficietenus. Intrinsecus hec sunt. Prima est vulnus cuius color est quasi fumus quandā partem nigredinis operiens. Scōa vulnus plus primo concauum: sed tamen albidius. Tertia vulnus partem albedinis et nigredinis operiens. Pars tamen qua tegitur albedo rubei coloris est: que vero super nigredinem stat alba est. Quarta est vulnus quoddam in modum facule putrefactum. Passiones vero exteriores hec sunt. Prima est quoddā vulnus concauum et angustum. Secunda est vulnus concauum sed largius. Tertia vulnus plus ceteris putrefactum: hoc obliuioni tradito oculorum panniculi putrefient: que omnis cornee passiones aliquando curabiles: aliquādo incurabiles sunt. Causa duplex est: aut propter diuersitatem vulnerum: aut propter diuersitatem materierum in vulnere existentium: et cornea de multis corticibus composita est: vno super alium locato. Aliquādo vulnus in primo aliquando in secundo: nonnunquam in tertio cortice nascitur propter materiā que in quātitate multa est aut pauca: aliquando alba: aliquādo nigra: modo subtilis

modo grossa:calida sola vel acuta vel nitrosa vel dul cis. Qđ post tertiū corticē molestius est ꝙ qđ post se cūdum:ꝛ post secūdum ꝙ post primū:salubrius qđ fit in supficie. Deterius qđ est post oēs cortices. Ma teria si fuerit multa calida patiēs magnum in oculo sentit dolorem:multitudo eni materiei facit extēsio- nem ꝛ calidū dolorē. Item salubrius est quod nō est in loco pupille:deterius qđ in loco pupille:qꝛ si scin datur vulnus nō sumus securi quin per vueā pupil la egrediatur:ꝛ fluat humiditas oculorum:ꝙ si vul- nus super pupillā fit vulnere sanato visus offendit.

¶ Capitulum vndecimum De egressione vuee ꝛ pas sionibus eius.

Egressio vuee quattuor modis fit. Aliquādo enim egredit parū:vt vidētes pustulas esse putent. Sed si discrete inspiciat vuea sani oculi ꝛ vuea infirmi oculi:ꝛ si earū colores sint dissimiles scias pupillam egredi. Si vo similes apostema ibi ortū esse aliquādo plus exit:ꝛ tunc sa- tis apparet eam esse egressam. Tertius modus est cū tantum egredit vt palpebre minus preualeāt ꝛ pili palpebrā pungētes iungēdo dolorem inferāt ꝛ hūc modum melon dicunt. Quartus modus pumos gre ce:latine dicitur clauus: quia egrediens pelliculas vuee superficietenus operit:vnde ei9 forma fit quasi clauus. Passiones vue sunt dilatatio aut cōstrictio. Dilatatio aūt fit duobus modis:aut ex nulla causa patenti:vel propter percussionem : vel propter apo- stema:vel propter aliam passionem.

¶ Capitulum duodecimum De cataracta.

Inter vueā ꝛ cristallinū humorē aqua na- scitur coagulata:phibēs spiritū visibilem a pupilla exire:que passio si est incipiēs ob scura est perfecta vero facillime cognoscit. Sed qui ad hāc venturi sunt passionē ante oculos ci- mices volāt:quibusdā aūt quasi flāme apparēt:inci dentibus autem visus amputat:ꝛ color pupille am putat:huius aque color est diuersus:quedā aūt aeri quedā vitro assimilat:alia est quasi albū habēs colo rem:alia quasi celi colorē: alia quasi viridē : alia q̄si venetū. Unde antiqui cataractas veneticos oculos appellauerūt:sed differētia qꝛ venetici oculi duobus modis fiūt:vel ꝓpter aquā si nimiū fuerit coagula- ta:vel ꝓpter siccitatē quā patit cristalloys. Species aque que aeri assimilat facile pōt curari : licet eius accidētia sint que supra diximus. Secūda vero spe cies quādoq̄ curabilis est:quādoq̄ nō:qđ sic digno scitur ꝙ si vno oculo clausa pupilla alterius dilatat possibile est sanari:sint aūt minime causa qꝛ neruus cōcauus quo visibilis spūs ad pupillā ducit:oppi- latus est. Hec cataracta ex passione stomachi ꝓcedit: vel cerebri:ꝫ sic discernit. Si apparitio in vno oculo fuerit:vel in vtroq̄ : sed diuerse cataracta ex cerebro esse intelligit:si in vtroq̄ equaliter stomachi esse co- gnoscit. Itē si mō plus modo min9 apparuerint:ita ꝙ stomacho min9 digerēte maior fit. Itē si passio de stomachi arsura vel ardore murmurauerit. Itē si ex pigra ista imaginatio decreuerit:cū eni nō fuerit hu ius cataracta pigra videt nihil esse proficua. Si fue rit propter cerebrum plurima ex frenetica nascitur passione:quia frenesis est apostema calidum nascēs in cerebri prora:fitq̄ quasi fuligo calore fm humo- rem de quo nascitur deficcante. Et per venas circa cerebrum ꝛ oculos ad oculorum substantiam pene- trāte:talia enim apparere facit. Sufficit de passioni- bus oculorum visui apparentibus. Oportet de his dicere que difficile intelliguntur quia intrinsecus nascuntur.

¶ Capitulum decimūtertium De passionibus oculi natis intus ꝛ occultis.

Passiones intrinsecus nascentes sunt molli ties que dicitur paralysis : ꝛ desiccatio que spasmus vocat. Paralysis autē triplex est: vel eni motū amputat vel visum:vel vtrūq̄. Sed visu amputato absq̄ causa manifesta vel etiam minorato notabiliter propter nerui cōcaui passionē vel propter visibilis spiritus paruitatē fit. Neruus patitur constrictionem vel iuncture separationem:ꝛ tunc necessario visus corrumpitur:nec enim manife statur nisi rationabili inuestigatione comprehenda- tur:verbi gratia:si visus absq̄ manifesta causa: vel minuitur vel offertur : interrogetur patiens an gra- uitatem sentiat in prora capitis aut erga frontem: quo id patiente scias humores humidissimos ad cō cauum neruum fluxisse eumq̄ oppilasse vel aposte- ma ibi generasse. Potest enim a libro inuestigari si vno oculo clauso pupilla alterius non dilatatur ner uum oppilatum esse non dubitatur seu manifestat. Item patiens interrogetur si in capite fuerit percus- sus:vel propter casum aliquem vulneratus ꝙ si fue rit nec pupilla exierit post nec magis subito virtus conuersa fuerit:scias neruum esse cōstrictum. Si au tem propinqua viderit ꝛ non longinqua ꝛ non par- ua:scias spiritum visibilem esse defectum. Qđ si lon- ginqua ꝛ minime propinqua viderit:ꝛ si meridie:ve spere vero non sicut accidit senibus:scias causas esse grossitiem spiritus vel suam commixtionem cum turbidis humoribus. Hec sunt accidentia in sub- stantia oculorum latentia. Sed passiones oculorum in mollibus locis nascentes:aut sunt propter cere- brum:aut propter neruos:aut propter lacertos. Si propter cerebrum necessario in vtroq̄ oculo corrum pitur motus:si propter neruum ista pars oculorum offenditur que ab illo neruo regitur. Qđ si neruus non in toto patitur sed in parte motus lacerti q̄ ner- uo illi pertinet corrumpitur:nōnunq̄ passio in ner- uo:sed in essentia lacerti nascitur.

¶ Capitulum decimūquartuꝫ De musculis qui mo uent oculos ꝛ palpebras:ꝛ de vijs per quas fluunt humores ad oculos.

Lacerti aūt oculorum sunt vt diximus duo- decim:quoꝝ quinq̄ oculi ipsi mouent:tri- bus vtriusq̄ nerui fundamentum corrobo ratur ꝛ per eos oculi seorsum mouent. Re- liqui quattuor palbebras mouēt. ¶ Passio vo lacer torū est duplex:mollities ꝛ spasm9. Qđ si lacerti mo tus oculoꝝ molles fiant : oculi sue grauitatis causa descendūt inferius:ꝛ cū palpebris se infigūt. Si au tem spasmauerint versos oculos torquent:ꝛ sic ner- uis spasmantibus in eadem parte qua ipsi patiunt oculi torquentur. Tres vo lacerti vtriusq̄ nerui fun damentū corroborātes oculos superius eleuatos:si spasmātur oculi nō patiunt:imo inde cōfortantur:si aūt mollificantur oculis nocet:qꝛ extra egrediūtur. Oculis ergo absq̄ vlla ꝑcussione existētibus visuq̄ ꝑmanente scias neruos esse mollificatos : ꝙ si fuerit ex ꝑcussione neruoꝝ fracturā esse cognoscas:si neru9 qui palpebras sursum mouet mollifiectur:palpebra

deorsum cadet: si spasmatur nō valet oculū claudere lacertis quib⁹ interi⁹ mouentur palpebre mollificatis oculi non claudunt si spasmant palpebre superius non eleuantur. Quod si lacerti in parte patiente non patiūtur: nec palpebre in loco ei⁹ attinēte patiuntur. Humores aūt ad ocl'os fluūt: vel ꝑ venas supra craneū exn̄tes: vel ꝑ eas sub craneo existētes. Si per venā supra craneū manauerint: frōtis ⁊ timporū vene grosse sunt ⁊ extense: vnde valet si incidantur vel desiccatiua emplastra vel cataplasmata apponantur. Si autē hec non apparuerint: scias humores per venas que sub craneo sunt manare.

¶ Particula quinta est de virtutib⁹ medicinarū sanantiū morbos oculorū. Cui⁹ sunt capitula sex.

¶ Capitulū primū. De distinctiōe medicinarū oculorum penes sapores.

Qui oculorū passionē volūt curare eorū medicinas ⁊ virtutes earū opꝫ cognoscere: q̄ maxime saporib⁹ ostēdunt. Sapor em̄ virtutes innuit. Unde sciendū ꝙ que ad linguā veniūt ⁊ nihil in eā faciūt: insipida vocantur. Insipida aūt vel sunt simplicia sicut aqua vel cōposita nulla tn̄ qualitate preualente. Quod si aliqua preualuerit: erit aliquantulū frigiditati attinēs vel attingens sicut medicina q̄ dicitur oppilatiua: que duob⁹ modis est: aut terrestris ⁊ sicca sicut ematbites ⁊ tutia ⁊ catbinia ⁊ his silr'ia: vl' viscosa vt oui albugo oleū omphacinū. Quib⁹ aer dominatur linguā pati faciūt vel cū delectatione vel cū nocumento. Que delectationē inferūt necessario patet ꝙ quibus ea faciūt eis similia sunt. Linguā ergo delectantia humane cōplexioni sunt similia. Humana aūt complexio tēperate calida est ⁊ humida: hinc ergo ⁊ oīa linguam delectātia ⁊ humana corpora aqua tepida delectantur. Delectationē ergo facientib⁹ si aqua dominetur dulcia sūt si aer vnctuosa erūt. Ideoqꝫ omne nutrimentum vel dulce vel vnctuosum vel cōpositū ex vtroqꝫ. Quibus v̄o preter istos sapor ali⁹ dominatur: non nutriūt: sed sunt propter medicinā. Que v̄o nocent faciūt ligue pūctionē: que pūctio spēs est separationis iūcture. Separatio em̄ iūcture aut nimia cōstrictione fit aut incisione. Que incisionē faciūt calida sunt: q̄ nimiā constrictionem frigida sunt. Item linguā separātia aut multū aut parū separant. Multum separantia grossa sunt terrestria ⁊ dura amara. Que nō multū separant salsa vocantur. Que v̄o subtilia ⁊ ignea dicūtur acuta. Que aūt constringūt vel sunt grossa terrestria vel subtiliatiua ⁊ aquosa terrestria ⁊ grossa multum constrictiua ⁊ pontica sunt. Que vero minus constrictiua sunt stiptica subtilia dicuntur acetosa.

¶ Capitulum secundum. De speciebus saporum et impressionibus quas in lingua faciunt.

Sapores autem sunt isti: dulcis: vnctuosus: amar⁹: salsus: acut⁹: pōtic⁹ stiptic⁹: acetosus. Ponticus coadunat ⁊ linguā premit non solum superficietenus: verumetiam intrinsecus: vnde oppilat et asperat: stipticus similiter: sed salsus lauat ⁊ mundificat. Amarus magis salso mundificat: exasperat et excoriat. Acutus vero mordet pungit ⁊ calefacit. Acetosus v̄o sine calefactione. Dulcis hūectat ⁊ lenit asperitatē lingue ⁊ delectationē tribuit. Unctuosus silr sed debilius. Sapidus de gn̄e dulcedinis aquositatē nō hꝫ sibi dn̄antem: etiā in sapido dulcedo tātilla sentitur: vn̄ fruct⁹ a terra sublimes sunt dulces ⁊ ꝓpinqui sapido: q2 humiditas eoꝝ vicina est humiditati sapidi. Pōtic⁹ ergo terrestris est frigidus: acetosus: aquosus: amar⁹: terrestris calidus: igneus: dulcis calidus ⁊ terrestis vnctuosus: aereus. Pōticū qꝫ poroꝝ scim⁹ coadunatiuū: cōstrictiuū: ingrossatiuū: refrigeratiuū ⁊ desiccatiuū. Acetosus incidit: subtiliat: aperit: mūdificat: attrahit: dissoluit: incidit. Amaras mūdificat lauat: attenuat ⁊ calefacit. Salsus coadunat: oppilat: desiccat: nō multū calefacit. Dulcis mollificat: maturat: ⁊ moderate calefacit. Unctuosus humectat ⁊ mollit sine humectatiōe. Et sciēdū ꝙ pōticus ⁊ acetosus sunt in ifrigidatiōe eq̄les: sꝫ pōtic⁹ terrestris acetosus aquosus est qđ ⁊ sensu pꝫ ⁊ intellectu. Uidem⁹ em̄ in initio fruct⁹ pōticos esse sue arbori silr'es: sicut oliuā: vuā: coctana: granata ⁊ silr'ia: quorū q̇dā q̄ꝓ sunt pluris tp̄is humefiūt: ⁊ cū sua hūiditate ⁊ pōticitate acetositatē recipiūt. Deide sapor paulatim mutatur quousqꝫ dulcis fiat: sed nōnulli ad dulcedinē veniūt nulla mediāte acetositate. Sꝫ maturatio fructuū fit calore q̄ duob⁹ est modis. Una nālr fit i fructuū essentia ex ꝓprio ipoꝝ calore. Alia ex calore solis. Itē sensui pꝫ ꝙ videm⁹ pōticū liguā ꝯstringere ⁊ desiccare qđ est eminentis frigiditatis actio. Palā igitur pōticū frigide cōplexionis esse. Itē acetosū subtile est etiā penetrabile: cui⁹ causa est calor in eo ebulliens. Un̄ pꝫ pōticū grossum esse ⁊ terrestre. Acetosum v̄o subtile ⁊ aquosum: qđ sic certificatur. Inuenim⁹ fruct⁹ in initio pōticos esse ⁊ frigidos quoꝝ pōticitatis minoratio: aut est ꝓpter solis calorem: aut ꝓpter humiditatē: aut ꝓpter vtrūqꝫ. Si ꝓpter solis calorē maturati ⁊ dulcorentur sicut castanee. Si aūt ꝓpter humiditatē grossam fiunt fruct⁹ pōtici. Si aūt ꝓpter humiditatē aquosam mutatur ⁊ quasi aereā fiūt acetosi. Si cā caloris ⁊ aquose humiditatis mutantur dulces fiūt. Si v̄o humiditas aerea fuerit fiūt vnctuosi. ¶ Itē dulcia ⁊ amara sunt calida: sꝫ dulcia sunt in caliditate ⁊ hūiditate tēperata: sic vnctuosa: vn̄ vtraqꝫ nāe humane cōueniūt q̄ in humiditate ⁊ calore tēperata sunt. Amara v̄o sunt calidiora dulcib⁹ ⁊ sicciora: qđ arbitratione ꝓbatur. Ois liquor si nāli vel extraneo calore coquatur imprimis dulcoratur: sed augmētato calore fit amari saporis: sicut mel cū inueteratur ⁊ etiā sup prunas excoquitur. Iccirco dulcia ⁊ amara mūdificāt ⁊ lauāt: sꝫ dulcia cū moderamine ⁊ delectatione. Amara v̄o nō moderate quia et iuncturam separāt. Acuta ⁊ salsa: calida ⁊ sicca sunt: acuta tamē calidiora ⁊ sicciora quasi ignea: vnde incendūt ⁊ elidūt. Ideoqꝫ exterius posita mūdificāt ⁊ supfluā carnē in vulnerib⁹ natā corrodūt. Salsa v̄o potui data grossos hūores de pectore ⁊ capite educūt: epilepsie repugnāt: neqꝫ em̄ velociter vt acuta penetrāt: neqꝫ i eis est tāta grossitudo vt diu morentur ingredi sicut pōtica. Salsa v̄o terrestria: ⁊ calida sunt sed min⁹ q̄ amara. Et hac rōne sapores inuestigātur.

¶ Capitulum tertium. De virtutibus medicinarū primis secūdis ⁊ tertijs ⁊ suis effectibus.

Virtus aūt medicine diuersa intelligitur. Est em̄ primitiua: secūdaria: tertiana. Primitiua quidē quadruplex est: calida: frigida: humida ⁊ sicca: quaꝝ vna queqꝫ quatuor gradus habet: ⁊ vnicuiqꝫ graduū est initiū mediū atqꝫ

finis. Que igit̄ primo gradu imutat a suo tēperamē-
to: sʒ hec mutatio sensui nō apparet. Que aūt in scdo
corp⁹ a tēperamēto mutat: sed nō multū apparet. In
tertio gradu ꝯsistēs manifeste mutat: sʒ nō corrūpit.
Que ỽo in quarto gradu est mutat ⁊ corrūpit: sʒ ca-
lida cū itētiōe destruit frigida cū dormitatiōe. Que
ỽo in quarto gradu sicca sunt necessario separāt iū-
cturas ⁊ primitiuā habēt virtutē. Secūdaria virtu-
tē habētia vocant̄ maturatiua: mollitiua: oppilatiua
aperitiua: mūdificatiua: īgrossatiua: incisiua: incēsi-
ua: putrefactiua: carnis depascitiua: carnis gn̄atiua:
solidatiua: doloris mitigatiua. Maturatiua ⁊ molli-
tiua calida sunt. Maturatiua etiam necesse est vt tm̄
habeāt calorē quātū mēbro curādo necessariū sit ne
minuāt vel augmētēt suā nālē humiditatē. Molliti-
ua calidiora ⁊ hūidiora eē opʒ: qꝛ mēbra mollitiuis
egētia duritiē hn̄t: cui⁹ cā est hūor grossus frigidus
⁊ viscosus: vn̄ calida necessaria sunt q̄ grossitiē ⁊ coa-
gulationē illi⁹ chimi dissoluāt. Opʒ ergo ne ille calor
sit nimi⁹ ne illi⁹ chimi subtilitate resoluta qd̄ grossuʒ
est indurescat atqȝ putrescat. Itē necesse ē vt calor ei⁹
sit in fine primi gradus: sicut bdelliū sigia galbanū
armoniacū: tū cū medulla vitulina: caprina: bouina
⁊ silr̄ia. Maturatiua: si sint calida ⁊ humida oppila-
tionem tn̄ quādā opʒ hr̄e ꝙ pori oppilent̄: qꝛ illis
oppilatis calor interi⁹ adunat̄ ⁊ corroborat̄: vnde ⁊
digestiua ⁊ cetere actiōes nāles vigēt sicut facit oleū
cū aqua calida: farina frumēti cū aqua: mica panis:
sepū porcinū: vl̄ camelinū: pix: resina: gūma cypressi:
cera cū oleo: thus ⁊ silr̄ia. Hec ergo oppilationem fa-
ciūt: sʒ nō tātā vt oppilatio dissolutiōi repugnet. Si
igit̄ mollitiua huius esse oportet induratiua necessa-
rio erūt frigida sicut portulaca: psiliū: lens: aqua stri-
gni ⁊ similia. Oppilatiua adeo poros oppilāt vt faci-
le apiri nō possint: vn̄ necesse est ea eē terrestria visco-
sa: nullā pūctionē facientia: q̄ si pūgūt mēbra ferre nō
pn̄t ⁊ attenuant poriqȝ aperiunt̄: ⁊ sic opʒ ea esse abs-
qȝ calore nimio ⁊ frigore. Aperitiua dicunt̄ esse cōtra-
ria vt grossaʒ materiā attenuāt: q̄ virtus in amaris ⁊
nitrosis inuenit̄ sicut sunt yreos: amigdala amara: ni-
trum: orobū: lupinus: diptamus. Sed aperitiua q̄ sti-
pticitatē ⁊ ponticitatē habēt extra posita nō aperiūt
sed potata viscerū aperiūt oppilationē. Mūdificati-
ua sunt necessario quasi apitiua tn̄ debiliora vt lauēt
⁊ mundificent: vt viole fabe dulces amigdale ⁊ silr̄ia.
Medicina corp⁹ mūdificās tēperate calefacit nec de-
siccat nec grossitiē habet sicut camomilla: malua sam-
buceleon: radix golene ⁊ silr̄ia. Ingrossatiua est quasi
oppilatiua cōstrictiua oris venaꝝ grossa est ⁊ frigi-
da, stiptica oi carēs resolutiōe. Incēsiua mltū calida
est sicut allium: cepa: fel tauri ⁊ similia. Putrefactiua
subtilissima est vastans primo superficiē. Carnis mi-
nuitiua est quasi putrefactiua debilior: tn̄ cicatrizati-
ua est sicca ⁊ stiptica: sʒ incisiua aliqn̄ carnē generat
si modice vulnerib⁹ apponit̄. Atractiua dicit̄ natu-
raliter ⁊ accidētaliter. Naturaliter cuius attractio ē
cū calore ⁊ subtilitate sicut sagapinū. Accidētalr̄ cui
ꝓpter putredinē virtus innascit̄ sicut fermento dolo-
ris mitigatiua ꝯuenit habere calorē silr̄em caloris cor-
poris hui⁹ scdam habēt virtutē tertiā hn̄t virtutē q̄
lapidē frāgūt: pectus ⁊ pulmonē ad screandū iuuāt:
lac ⁊ sperma generāt: vrinā ⁊ mēstrua ꝓuocāt: medi-
cina attenuās ⁊ icidēs nimietate caloris lapidē frāgit
vt radix capparis: radix calamēti: vterqȝ helleborus
acetū sqlliticū. Si em̄ multū hn̄t calorē lapidē frāge-
re vident̄. Si nimiū calorē nō habuerint ⁊ cū aliquo
hummido accipiunt̄ ad screandū vtiliora fiūt: sʒ si ali-
quātulū sint calidiora: ⁊ tn̄ in statu tēperamēti ꝑma-
neāt siccitatē q̄ nō habebāt lac ⁊ spma generāt: si aūt
multo plus calidiora fiant: sed nō sicciora in vltimita-
te mēstrua ꝓuocant vt acorus: petroselinū: siseleos:
⁊ similia que sunt calida nec nimis sicca.

¶ Capitulū quartū De diuisiōe medicinaꝝ sumpta-
rū a plātis ⁊ mineralibus ⁊ aīalibus ⁊ exēplis eaꝝ.

MEdicinā oculoꝝ scire volentē virtutes me-
dicinarū suaꝝ opʒ prius cognoscere. Sciē-
dū itaqȝ ꝙ oculoꝝ medicatiua q̄dā de na-
scentibus: terre quedā de metallis: quedā de
aīalibus sunt. De nascētib⁹ est vt gūmi assa serapi-
nū: ⁊ euforbiū: myrrha: opiū: dragagantū: galbanū:
sarcocolla: oculi licioꝝ: armoniacū: aut ypoq̄stidos:
acatia: maratrū: fenugrecū: rose: memithe: aloes: ami-
gdale vel sicut galla: aut flos rose ⁊ frōdes: aut foliū
aut lignū vt cassia ⁊ cinnamomū: vl̄ vt cortex thuris
vl̄ mādragore: vel spicanardi. De metallis sicut ema-
thites: sal armoniacū: eris erugo: arsenicū: cathimia:
nitrū: calcantū: plūbū: antimoniū: ferrū: ferrugo. De
aīalibus aliqn̄ sunt hūores sicut fel lac albugo oui ⁊
vrina: aliqn̄ mēbra eorū vt cornea castoreū: quarum
omniū virtutes singulariter ostendam.

¶ Cap. v. spālr̄ agit d̄ istis medicinis ⁊ eaꝝ affectib⁹.

ASsa ceteris gūmis calidior est: incēdit ⁊ dis-
soluit. Sagapinū calidū est ⁊ subtile mūdifi-
cat ⁊ attenuat maculas oculoꝝ: valet quoqȝ
cataracte ⁊ obscuriati q̄ fit ex turbitate. Eu-
forbiū subtile incensum est. Myrrha calida ⁊ sicca:
pustulas oculoꝝ absqȝ dolore mūdificat. Thus cali-
dū in scdo gradu: siccū in primo. Gūma arabica fri-
gida est ⁊ sicca oppilatiua est: dragagantū similiter.
Sarcocolla desiccat ⁊ cōsolidat sine nocumēto oculi.
Licium tēperatum est in calore vnde mūdificat ⁊ at-
tenuat grossitudinē super pupillā nascentem. Armo-
niacum apostema oculoꝝ mūdificat ⁊ dissoluit. Rosa
refrigerat. Memithe similiter. Succus ypoq̄stidos
ꝯfortat ⁊ refrigerat. Acacia simil̄r. Mādragora refri-
gerat dolorē placat qꝛ dormitonē ꝓuocat. Maratrū
valet cataracte: maculas mūdificat. Malū coctanuʒ
oppilat ⁊ refrigerat. Galla repugnat humoribus ad
oculos fluentib⁹ ⁊ mēbra cōfortat. Crocus maturat.
Balaustia refrigerat: repugnat: desiccat ⁊ confortat.
Spica dissoluit ⁊ attenuat. Cinamomū calefacit: ma-
turat atqȝ desiccat ⁊ cōfortat. Emathites desiccat et
valet aspitati palpebraꝝ: carnē supfluā manducat:
sal mūdificat ⁊ desiccat. Silr̄ sal armoniacū. Arseni-
cū rodit ⁊ incēdit: carnē dissoluit ⁊ minuit. Cathimia
desiccat atqȝ cōstringit ⁊ mūdificat q̄ incensa ⁊ lota su-
periora agit sine punctione: adiuuat etiā oculoꝝ vul-
nera: maxie si humida qꝛ desiccat ea. Plumbū desic-
cat. Antimoniū desiccat ⁊ cōstringit ⁊ calefacit. Es
vstū vulnera cōsolidat. Cerusa desiccat ⁊ infrigidat.
Calcantū desiccat cōstringit ⁊ calefacit. Tutia desic-
cat ⁊ infrigidat sine dolore: maxie si lota est: valet etiā
vulnerib⁹ pustulis ⁊ lachrymis oculoꝝ. Ferrugo de-
siccat ⁊ cūstringit: valet quoqȝ cōtra pustulas spino-
sas. Eris erugo carnē minuit ⁊ attenuat. Sciēdū est
ꝙ oēs felliculi sunt sicci ⁊ attenuatiui q̄ mixte oculi
medicinis visuʒ acuūt. Albugo oui ꝯfortat ⁊ oppilat.
Lac lauat mūdificat. Castoreū scindit atqȝ maturat.

¶ Capitulum sextum De nouē potentijs ꝑ medicina oculorum ꝛ suis effectibus.

HEc est diuersitas specierum medicine oculis ꝑtinentiū. Oppillatiua. Colatiua. Mūdificatiua. Aperitiua. Putrefactiua. Cōstrictiua. Cōtractiua. Maturatiua. Dormitiua. Oppilatiua duobus modis est: terrestris ꝛ sicca vel humida ꝛ viscosa. Terrestis desiccat humores calidos ꝛ subtiles ad oculos fluentes: maxime si ibi sint vulnera quibus oportet adhiberi mundato capite prout necesse est: ꝛ toto corpe fluxuqꝫ hūorū cessante. Hec em̄ medicina leuiter ꝛ subtiliter mediocriter desiccat hūores q̄ in oculorum venis latitant: ꝛ ad oculorum panniculos ꝓhibet penetrare: trāsactoqꝫ humorum cursu: causaqꝫ fluxionis eorum preterita: hec medicina nō amplius dꝫ dari: ne dolor oculorum augmentet: qꝛ pāniculi oculorum nimia hūorum multitudine extēdunt: vn̄ ꝛ qn̄qꝫ findunt. Huius tn̄ medicine posteritas nō in pauco declarat tpe: qm̄ aliqn̄ opat ꝛ si ratio non expostulat scilicet vulneribus in oculis apparentibus vel corrosione in cornea existente vel vuea egrediente acutis tamē humorib᷑ ad eos fluētibus: nō audemus desiccatiua ponere. Stipticis em̄ illic positis humores fluere prohibentur vnde dolor augmentatur: qꝛ si medicina apponatur materie ad oculos fluentis acumen augmētatur. Mollitiua ꝟo seu dissolutiua seu maturatiua: si dentur humores q̄dem maturantur: sed tamen in vulneribus caro non generatur neqꝫ vulnus sanatur. Acetosis frigidis applicatis: punctura ꝛ morsura ꝛ tumor in oculis generantur. Nulla igitur medicina conuenit huic passioni nisi que inter calidum ꝛ frigidum tēperata est: vel tēperamento vicina a quo exit tucia lota: cathimia vsta ꝛ lota similiter: cerusa lota. Alia autem medicina oppillatiua scilicet humida: viscosa: quam diximus: valet in hoc loco modis duobus. Uno qꝛ nō pungit sed dolorem mitigat. Alio quia ledit asperitatē ex humorum fluxu factam: vulnera enim lauat vnde dolor mitigatur: quia grossi humores acuti mundificant. Sed cum oculorum medicina sepissime metallina est: quia vero oculi sensum habent acutum cum metallina viscosa ꝛ humida misceantur: ne asperitatē faciat sicut albumē oui: fenugrecū: lac: gūmi: arabicū: dragagātū ꝛ similia. Medicina aperitiua dissolutiua necesse est: vt sic acuta: quam non expedit ponere in pustulis cornee: nisi res maturatiua: propter sui duritiem non valeat. Similiter cum apostema tunicarum panniculorum ꝛ pellicularum maturatiuis non curatur Acuta imponantur quibus: tamen maturatiua misceantur sicut assa: serapinum: euforbium: cinnamomum: amomuta: acorus: asarum: cassia folium spica. Mundificatiuarum ꝛ colatiuarum quedam mundificant ꝛ colant modicum: ꝛ valent contra paruas pustulas ꝛ vulnera: sicut cathimia: thus: cornu ceruinum ꝛ caprinum: ꝛ vt dicit Galius antimonium. Quedā vero nimium mundificant que dvalent a vngulas scabies palpebrarum prudores ꝛ grossas pustulas: vt eris erugo: dragagantum: sal armoniacum: que omnia pungunt. Sed cum lauantur eorum punctio minoratur. Putrefactiua valent vetuste scabiei ꝛ asperitati: vngulam vetustam purgant: ꝛ pruriginem si longi temporis est curant: vt arsenicum: calcantum ꝛ similia. Constrictiua medicina etiam temperate actionis est ꝛ optime prohibet humorem fluentem pustulas ꝛ vulnera: vt rosa: foliū: crocus: memithe: thus fortiter stringit ꝛ fluxum humorum amputat. Contractiua magnum generant dolorem: que etiam valet commixta cum medicina visum acuente: quia oculos coadunat. Et est optima contra asperitatem palpebrarum: sicut est balaustia: cortex thuris: ferrugo: calcantum: succus ypoquistidos: succus vue agrestis acatia: memithe. Hec enim lauant ꝛ liniunt asperitatem. Maturatiua conuenit apostematibus oculorū ꝛ doloribus propter humores clausos in interiorib᷑ cornee. Sicut myrrha: crocus: castoreum: fenugrecū: licium: sarcocolla: mellicratum ra ꝛ similia. Soporifere dolorem magnū patientibus valent: tunc scilicet cū doloris magnitudine perire videntur. Caute tamen adhibeantur quia visum defectant ꝛ nonnunqꝫ amputant. Idcirco non sepe apponantur vel appositis calefactiua misceātur. Talia sunt opium: mandragora: ꝛ similia.

¶ Particula sexta est de apostematibus ꝛ doloribus ꝛ ipsorum curis in generali: postea de ipsis vt insunt oculis petia: pruritu: carbone: ꝛ pilis: vulneribus: fissuris pustulis cornee: pāno: scabie: cataractis: oculorum exitu: ꝛ collyrijs multis cōtra morbos oculi. Cuius sunt capita duodecim.

¶ Capitulum primum De apostematibus ꝛ causis ipsorum in generali.

MAximo studio curatiōes passionū quas sexta particula scripsim᷑ necesse est ostēdere. Ac primo de obthalmia quoniam quod proposuimus tractabimus: sed qꝛ obthalmia de genere est apostematum magnorum que faciunt dolorem decet nos de apostematibus generaliter tractare deinde ad ea que in oculis fiunt peruenire. Diximus secundo qꝛ causa omnium apostematum sunt humores ad mēbra fluentes: cuius causa vel interior est vel exterior. Interior vt superabundantia materie. Exterior vt percussio. Casus fractura vulnus ꝛ similia. Preterea membri preparatio ad recipienda superflua quattuor modis est: aut propter membri defectionem: aut raritatem: vie qꝫ largitatem ad membra tendentem: aut propter sue virtutis attractionem: fortitudinem vel sui locationem naturalem. Defectio membri aut naturalis est aut accidentalis: nālis vt cutis quā cōstituit natura defectiua vt superflua ab interioribus ad exteriora: a nobilibus ad ignobilia expulsa facilius suscipere possit. Accidentalis vt ex infirmitate preterita. Raritas membri: vt teneritas maxillarum ꝛ inguinum. Attractiue membri fortitudo fit in membris fortibus propter nimium calorem qui calor aut naturalis est aut accidentalis. Propter situalē positionem sicut si inferius locatum fuerit humores em̄ ad corporis inferiora maxime descendunt: sed materia que defluit aut est humor: aut est ventositas. Si humor: aut sanguineus: aut aquosus: aut flegmaticus: aut melancolicus. Ventositas autem cum non sit subtilis non generat tumorem. Sanguis autem si temperati caloris est: flegmonem generat. Si calidior ꝛ subtilior erisipilam generat. Sed calidissimus sacrum ignem facit: ꝛ variolas. Aquosus tumor est qui hydropisis dicit᷑ flegmaticus: si fuerit subtilis tumorem: si grossus apostema generat q̄ interius est quasi

pingue seuum. Melancolicus autem cancrū generat vētositas autē si fuerit tumet. Hec est diuersitas apostematum que diuersa exigunt medicamina.

¶ Capitulum secundum De curis apostematum.

Apostemata ergo que fiunt ex sanguine calidissimo si eorū causa extrinseca fuerit nec corporis extiterit plenitudo medicamīe dissolutiuo ⁊ repercussiuo curet᷑: excapellatio quoqꝫ vel inciusio adhiebit᷑ opportune. Nō si causa sit intrinseca ab initio nō dentur mollitiua vel dissolutiua cuꝫ plusqꝫ necesse est dissolutiua a locis remotis ad apostema attrahant. Sed neqꝫ repugnātia audemus apponere ne materia ad mēbra principalia cōuertatur. In initio ergo curatiōis flobothomia corpus purgetur: deinde apponatur repugnatiua ⁊ desiccatiua temperiē facientia vt sua siccitate resistāt humoribus: ne ad tumoris perueniant locū ⁊ temperiē cōplexionis confortent locū vt superfluam materiaꝫ deuincant. Sciendū quoqꝫ omnia apostemata quattuor tēpora habere. Initiū: augmentū: statum: ⁊ declinationē. In initio ergo conuenit repugnatiua poni calori. Repugnatiua tenuiqꝫ materia dissoluta in parte ⁊ grossa remanēte mollitiua ⁊ dissolutiua ponuntur nōnunqꝫ in augmento magno dolore existēte stipticā medicinā ⁊ refrigeratiuā ponimus nimio dolore coacti soporiferā adhibemus. Medicina sanguinolenti apostematis idest herisipile que cū nimio est dolore ⁊ calore si causa eius fuerit extrinseca ab initio mollitiua ⁊ dissolutiua sit. Si autē intrinseca fuerit primo detur coleraꝫ rubeā pharmacū purgās: deinde si opportunū est: flobothomemus: postea medicina infrigidans ⁊ humectās apponatur. Calore transacto dissolutiua aptet᷑. Apostema cuius materia fuerit sanguis grossus si cū vulnere pūctione ⁊ putredine sit in initio flobothomia subuenias: deinde vulnera medicina corrosiua mundificatiua curātur: sed tamen consideraui apostematis magnitudinē ex calore quia si magnum fuerit repugnantia pones: si calidissimum fortem caue medicinam. Aquosum apostema vel solutione vel incisione curetur. Prima autem species flegmatis que est: vt mel curat᷑ constrictiuis vel cōfortatiuis ⁊ solidatiuis sicut est vinum mixtum cū litio ⁊ nitro: oportet autem a leuioribus incipi: et sic ad fortiora procedere. Quod si fuerit inueteratū apostema cum incisiua ⁊ dissolutiua ⁊ superius ligentur fortiter ⁊ inferius leuiter. Secundum genus flegmatis taliter curatur dissolutiuis: putrefactiuis ⁊ incisiuis. Tertium vero putrefacientibus ⁊ incidentibus: dissolutiua vero non valent. Quartum genus stilo insensiuo curatur. Melancolicum apostema idest cancer difficile curatur: non incidatur cuius incisio multis inconueniens est modis. Primo quia sincopin generat si locus multas venas habuerit. Secundo quia membra principalia non patiuntur membrum ligari neqꝫ sanguinem constringi nisi cum cauterio: et in loco aliquando nascitur in quo non audemus cauterum apponere: in huius igitur initio corpus ad temperamentum oportet reuocari ⁊ ad bonum cum flobothomia ⁊ pharmacia ⁊ dieta ⁊ similib⁹ immutari. Apostema de ventositate factuꝫ dissolutiuo curatur.

¶ Capitulum tertium De causis ⁊ cura doloris in generali.

Calor duobus est modis subita qualitatis imitatione ⁊ iuncture separatione. Mutatio vel est de frigore vel de calore: vnde causam eius nō oportet inuestigari. Separatio iuncture tribus modis fit: incisione fractura ⁊ crepatura. Incisio vel extrinseca est cum gladio: vel intrinseca vt cum acuta humorum qualitate. Fractura auteꝫ fit de exterioribus sicut solidis ⁊ grossis corporibus pōderantibus: aut de interioribus vt de apostematib⁹ de exterioribus si sit lapis locum in quo scindit conculcat propter vtrāqꝫ loci extremitateꝫ: qui depressus necessario extenditur. Iunctura que separatur de interioribus taliter fit augmentata materia concauitates replet: membrorum doloremqꝫ generat. Materia vero humorum est vel ventositas vel acuta qualitas. Ideoqꝫ sex sunt cause doloris: chimus nimius: ventositas nō habens exitum: magnū apostema vel durū humorum acuitas vel vulnerū siccitas vel caliditas vel frigiditas. Si dolor propter nimium chimum fuerit ipso purgato cessabit. Si propter grossam ventositatem cibo subtili ⁊ potu calidisqꝫ fomentis ⁊ cataplasmatibus curatur. Si ex apostematibus ipsorum curatio est dolorum amputatio. Si ab humorū qualitate processerit incensiua necesse est chimum purgari siue in bonum mutari cum medicina doloris mitigatiua ꝙ signum sufficiat soporifera imponamus vt dolor mitigetur. Quod si de frigidis grossis ⁊ viscosis humoribus processit soporiferā caueamus: quia non est tantus dolor qui de his nascitur. Si grossa ventositas exitum nō habens causa fuit doloris: res attenuatiua ⁊ dissolutiua adhibenda erit: vt ventositas dissoluatur ⁊ humores desiccentur. Sic etiam de ceteris contraria contrarijs oppone.

¶ Cap. iiij. De causis ⁊ cura dolorum oculorum.

Oculi vero patiuntur ex apostemate vel propter acutos humores ad ipos fluentes: vel propter pelliculariam suarum extensionem ab humorum plenitudine: aut inclusione grossorum humorum ⁊ viscosorum: vel grosse ventositatis in loco illo. Si sit propter acutos humores pharmacia detur: materia deorsum ducatur: ⁊ oculi cum albumine oui lauentur. Purgato corpore ⁊ apostemate maturari incipiente balneum diligenter aptetur. Quod si dolor fuerit propter humores interi⁹ clausos totum corpus maxime purgetur: deinde calefacientibus vtatur ⁊ oculi cum decoctione fenugreci lauentur ⁊ ante purgationem totius corporis dissolutiua ⁊ calefactiua caueantur quia ad apostema plus attrahunt ꝙ dissoluunt. Sciendum ꝙ humores ad oculos veniunt vel de omnibus partibus vel de solo capite: si de solo capite solum caput expedit purgari postea confortari ⁊ ad temperiem duci: ne vltra malos humores generet plurimumqꝫ digerit humores: decet etiam confortare cor ⁊ corroborare ⁊ temperari quando arterie in causa sunt quare humores ad ipsos defluunt que si supra craneum fuerint: desiccatiuum cataplasma et emplastrum apponatur: his nō proficientibus incidantur. Nonnunqꝫ dolor fit in oculis propter sanguinis coagulationem in venis oculorum clausi: vnde plene videntur et oculorum essentia sanguinolenta que passio curatur: vini potatione tamen balneo precedente.

¶ Capitulum quintum De obthalmia ⁊ eius cura.

Diximus ꝙ obthalmia est apostema calidū nascēs in cōiunctiua: ⁊ ostendimꝰ curā apostematū solis oculis pertinentiū. Vn̄ qꝛ oculi sensum habēt acutissimū ⁊ dolorē ferre nequeūt nō temere curentur forti medicamine: sed cū rebꝰ dolores mitigantibus tēperentur: ⁊ fiat qđ apponendū est humidū ⁊ viscosum in loco in quo cōgruit immisceatur vel palpebra suauiter eleuata medicina guttatim initiatur: ⁊ ab initio nō nimio existēte dolore medicina aliquid stipticitatis habēs sicut collyrium in quo est acatia pōatur: etiā dissolutiuū ⁊ maturatiuū medicamē sicut crocus ⁊ litium: similiter ⁊ stiptica vt myrrha ⁊ castoreū thus masculinuȝ. Collyriū quoqꝫ si multū stipticū fuerit humefiat cū albumine oui lacte ⁊ apozimate fenugreci. Hec si fecerimꝰ in vno die dolor remittetur ⁊ passio declinabit: qua declinante balneū succedat: deīde collyriū priore fortiꝰ imponatur sicut necbiū: vt cōstringat ⁊ cōfortet oculos: tamē parū acuti collyrij cū eo misceať ⁊ parū a medio ad multū ascēditur. Qđ si obthalmia cum nimio dolore fuerit ponať ab initio collyriū ꝙ dř diarodon asperon. Apostemate vero decrescēte diarodō erimoni imponatur ⁊ calefiat sepissime si nimio pungeť dolore: ⁊ si dolor nō sit multus sufficit semel aut bis: ⁊ hec calefactio fiat de melliloto fenugreco ⁊ similibꝰ. Cataplasmenť quoqꝫ croco melliloto coriādro oui vitello pane loto in vino. Sed si dolor nimiꝰ fuerit misceať illi cataplasmati apozima papaueris: vnguentū factū de croco memithe litio gūmi ⁊ aloe ponať supra frontē. Si calidi sunt hūores ramꝰ portulace citonij: vel rami vel succꝰ portulace fillij strigni ⁊ filia. Si calidus nō fuerit multū puluis molēdini myrrha thus albumē oui. Humoribꝰ vero frigidis existētibus: sulphur: pix liquida: colofonia ⁊ similia apponantur.

¶ Cap. vj. De curis petie tumoris pruritꝰ oculoruȝ.

AD peciē sanguinis colūbe pauonis et omnia talia prosunt si cū thure modico misceantur approximabūt ⁊ calefactio decoctiōis hordei ⁊ hysopi ꝓdest. Oculorū tumores habētibus fiat cataplasma ex vuis ꝓpassis et melliloto vel aceto. Si tn̄ apa nō dissoluať radix trita admisceatur tumore nōdū dissoluto: succus colūbe apponať: prudor sicut apostema curetur purgatiōe corporis: ⁊ dissolutione materie intus clause ⁊ collyrijs ⁊ cataplasmatibus ⁊ fomentatione aque calide in nocte oculis apponatur: que mixta cū oleo rosato aut in ouo anatis prudorē amputat: ⁊ oleū rosatū tēperate calīm sepe tn̄ oculis colericā īponimꝰ medicinā vt lachrymas in eis ꝓuocet quibꝰ lauentur ⁊ mollificenť. Prudor cū nimio fluxu humorū medicina Archistrati curať.

¶ Capitulum septimum De carne addita in oculis ⁊ cura eius ⁊ carbonis.

SI carnes addite ꝓpter vulnera fuerint nō curanť nisi chirurgia excrescētia superflue carnis: acuta medicina curetur sicut erugine eris: sulphure ⁊ filibus. Si aūt caro oculorū excreuerit superflua nō curabitur nisi chirurgia: ꝙ si locus ille tumidus fuerit valet aliū gūmi cū memithe ⁊ vino: nascitur etiā quedā in oculis qđ dicitur carbo: ⁊ sicut apostema curatur: cūqꝫ saniē habuerit sicut vulnus curatur saniē habens. Quidā medici ponunt in hac passione memithe dragagantū ruthbam succū mali granati lanam vstam vel myrrham ⁊ aloem. Huic passioni valent armoniacum cum aceto ⁊ aliquando admiscemus cum eis de hordeo ⁊ zedoario ⁊ capita muscarum ⁊ cera cataplasmata.

¶ Capitulum octauum De pilorum ablatione ⁊ remedio contra casum pilorum.

Pilis ablatis lauanť loca ipsorū aquis salsis ⁊ aluminosis: ⁊ vngatur loca pilorū palpebre cum albumine oui ⁊ alumie staphisagria ⁊ sartima idest stercore colūbino. ¶ Collyrium sabor valet ad pilos cadentes de palpebris. Recipe ossiuȝ dactilorū. ʒ. iiij. cathimie. ʒ. ij. ¶ Aliud sabor. Recipe antimonij calcā. i. dragagāti pondus equale: que omnia cū melle temperata terantur: deinde collyriū fiat. Si aūt pilis cadentibus palpebre appareāt grosse stercus muris cū melle temperatū valet. Superflui pili de palpebris sunt amputādi. Quidā dicunt pilos nō vltra nasci: si radicibus pilorū extractis sanguine testudinis vel dentibus caninis locꝰ vngatur.

¶ Cap. ix. De curis vulnerū ⁊ fissuraruȝ in generali.

OPortet ṗmo vniuersaliter dicere de vulneribus: postea vero de his que propria sint oculis. Omne vulnus vel cōcauum est tm̄ vel fixū. Si multū fuerit fixuȝ trina intētiōe curať. Jungamꝰ vtrāqꝫ partē ⁊ suamus studiose ⁊ curemus ne incidat puluis vel pilus. Qđ si magnū vulnꝰ fuerit nec pars parti possit cōiungi nec sanies ꝑmaneat in concauitate: necesse est vti desiccatiuo medicamine: vt finita sanie vulnus impleatur carne. Cuius cōpositio est cum causa vel morbo vel accidenti. Si cū causa sunt humores ad illud fluentes: corpus purgetur pharmacia ⁊ cum flobothomia: dieta quoqꝫ tēperetur: deīde desiccatiuis siccetur. Quod si fuerit cuȝ morbo vel est simplex vel cōpositus. Si morbus simplex est ad temperiē membrorū reducatur. Quod si cōpositus vel vt naturam suam membrū egrediatur vel vulnus multū cōcauū sit: duplex medicina necessaria est. Vna qua membrū ad temperamentū redeat. Altera qua cōcauitas carne repleatur. Impleatur ergo medicamine desiccatiuo mūdificatiuo qđ humores coadunatos destruat: vulnusqꝫ a putredine mūdificet. Sed vt per poros possint egredi superflua vinum subtile ⁊ cōtinuo qđ latet sensum. Aliud grossum qđ vt lutum in corpore coadunatur: ⁊ hic duo superflua plus in vulneribꝰ ꝙ̄ alicubi sunt ꝓpter loci defectionē atqꝫ dolorē necessaria est desiccatiua ⁊ mūdificatiua medicina: q̄ mundificetur ⁊ desicceť superfluitatis sordities. Omne ēt vel cōcauū est vel fissū. Et si fuerit cū accidēte sicut cū dolore mitigatiua cōueniūt: fissura si parua sit: nō est necessaria nisi cōiūctio partiū. Et parū medico eget nisi locus vulneris partem amiserit: que pars vel caro est vel cutis vel vtrūqꝫ si sit cutis apponātur stiptica vel desiccatiua vt locus induratus cuti assimileť. Nōnū ꝙ̄ acuta medicina facit hoc accidētaliter. Calida medicina paulatim apposita facit hoc accidentaliter: et locū sua siccitate indurat. Multa vero quantitas ex ea loco opposita resoluit causā ⁊ minuit fissurā. Qđ si caro a vulnere sit amota in initio carnis generatiua expediūt deinde ꝙ locus mūdetur ⁊ cuti assimileť: sȝ omnē medicinā que vulneribꝰ ꝑtinet necesse est siccā esse: que tn̄ propter causaȝ qnqꝫ cauenda est. Parum

sicca erit ne multū siccās carnē ꝓhibeat gn̄ari. Mundificatiuā quoqꝫ siccā esse oportet: vt putredinē mundet vulnera cōsolidās. Desiccatiua esse debet ea q̄ generat carnē: q̄ nec mordicatiua sit nec roditiua: sed stiptica vt caro induret cuticꝫ assimilet. Hec est disputatio vniuersalis vulnerum ⁊ medicina.

¶ Capitulū decimū. De vulneribus oculoꝝ: pustulis in cornea: pano: vngula ⁊ scabie.

Sed vulneribus oculoꝝ si sint simplicia inūdans ⁊ colans congruit medicina: q2 humores cito vndicꝫ fluunt ad oculos ꝓpter acumē sensus eoꝝ. Qd̄ si vulnus cū tumore sit vel nimio dolore apponunt collyria q̄ thus ⁊ metalla vsta intrāt ⁊ cataplasmata nec pungitiua cataplasmentur. Aliquādo tamē si putredo vulneri insit: collatiua tūc apponat. Sed intueri oportet an vulnus carnē rodit. Inuestigandū quoqꝫ vnde humores ad oculos fluxerint: quo ꝑfecto caput ⁊ corpus expedit purgari. Deinde apponere collyria desiccatiua: nullamcꝫ facientia punctionē sicut ea q̄ respiciunt casuz cū dant cū lacte vel cū apozimate fenugreci. Si dolor est nimius aliqn̄ soporifera medicamina apponunt fluxu ꝰo humoꝝ cessante eis stiptica apponant. Preuidendum tamē ne vnda egrediat: cui egredienti stipticum cōuenit adiutoriū. Collectio ⁊ pustulle in cornea nascentes curant cū causa maturatiua mediocriter collatiua: sicut collyrio recipiente crocū thus myrrham castoreū apozima fenugreci. Qd̄ si nō inuenerint ⁊ tumor nō dissoluatur calidum ⁊ aperitiuū appone sicut serapinum ⁊ euforbiū ⁊ similia. Pannꝰ in oculorum albedine natus colatiuo ⁊ mundificatiuo curetur. Qd̄ si fuerit subtilis sufficit succus rubei papaueris vel apozima minoris centauree cū melle. Si grossus fortiora dari necesse est: sicut picem liquidaz es vstū nitrum stercus muris myrrham sal armoniacum ⁊ similia. Si aliquid ex eo remāserit: gallā acatiam ⁊ calcantū appone vngula ⁊ scabies. Si dure sint etiā ⁊ veteres incidere eas vel excoriare optimuz est. Si autē subtiles appone es vstum calcantum fel porcinum: sal armoniacum. His nondum proficientibus appone medicinam putrefacientez atcꝫ rodentem. Scabies non stipticis est curanda que si sit cum vulnere magnocꝫ prudore cōuertatur palpebra ⁊ cū hoc excorietur. Est quedam passio oculorum quā qui habuerint vespere non vident quos flobothomari conuenit de cephalica brachij ⁊ vtantur pharmacia ⁊ clysteribus ⁊ caput purgantibus ⁊ gargarismate ⁊ sternutatione mundificetur vena auris incidat. Oculis mel cum allumine ⁊ sale armoniaco apponatur: ⁊ cum epate caprino fumigetur: hec omnia prosunt.

¶ Capitulum vndecimum. De cataracta: egressu oculorum ⁊ petia.

Cataracta idest visus defectio sic curat. Caput ⁊ totum purgetur vt diximus dieta sit tenuis: deinde vtatur collyrijs fenugrecum mel serapinum asarum thus recipientibus ⁊ oppobalsamum ⁊ armoniacum. Ualet quocꝫ si vena epatica incidatur ⁊ sanguisuge timporibus apponantur. Oculis extra ventosa in collo apponatur. Oculi ligentur ⁊ aqua salsa suffumigentur. Petia curatur cum sanguine oculis instillato: deinde cum albumine oui oleocꝫ rosarum ligentur.

¶ Capitulum duodecimum. De collyrijs multis ad oculorum egritudines.

Collyriū qd̄ dicitur diarodon in modū piperis valens in augmēto doloris obthalmie. ℞. cathinie ceruse. an̄. ʒ. xliij. rosaꝝ. ʒ. xij. gūmi amidi an̄. ʒ. j. drag. ʒ. iiij. ⁊. ß. aloes. ʒ. vj. tēpera cū aqua pluuiali ⁊ informa. Aliud in initio obthalmie qd̄ etiā vetuste valet. ℞. acacie. ʒ. liiij. gūmi. ʒ. xliiij. cathinie. ʒ. xxxvj. tēpera cū vino pontico ⁊ croco an̄. ʒ. xij. tempera cū aqua pluuiali: hec oīa a Paulo sunt ordinata. Ista ꝰo Galenus dicit. ¶ Collyrium valēs ad dissoluendū apostema die vno ⁊ ad obthalmiam. ℞. antimonij acatie an̄. ʒ. lxx. cathine. ʒ. ix. eris vsti loti. ʒ. xxj. ceruse. ʒ. xij. myrrhe. ʒ. vj. sulphuris. ʒ. vj. castorei opij calcanti vsti an̄. ʒ. vj. gummi. ʒ. ix. tempera cū albumine oui ī vno die ē validissimū. ¶ Aliđ Pauli. ℞. endimie croci gummi an̄. ʒ. iiij. eris vsti. ʒ. xxiij. ceruse rosaꝝ an̄. ʒ. xxij. polij croci calcanti opij an̄. ʒ. vj. aloes spice castorei an̄. ʒ. j. ⁊. ß. tēpera cū aqua curat ꝰo obthalmiā ⁊ hūores vel ꝓpter dolorē vl' vetus vulnꝰ fluētes. ¶ Aliud. ℞. endimie acatie gūmi an̄. ʒ. ix. antimonij triti. ʒ. xx. castorei opij: an̄. ʒ. vj. licij. ʒ. iiij. ⁊. ß. myrrhe. ʒ. xij. spice aloes an̄. ʒ. iiij. gūmi dragaganti calcāti. an̄. ʒ. j. ⁊. ß. tēpera cū vino ⁊ aqua mirtina. ¶ Aliud ad supiora. ℞. acatie gūmi an̄. ʒ. lx. plūbi loti. ʒ. xxx. spice cassie an̄. ʒ. vij. rosarū cathinie an̄. ʒ. xxx. ceruse aloes opij croci an̄. ʒ. ix. castorei licij an̄. ʒ. iiij. ⁊. ß. tempera cum albumine oui valet vulneribus ⁊ omnibus passionibus oculorum vetustis ⁊ putrefactis. ¶ Aliud in statu conueniens cum albumine oui in declinatione cum aqua. Recipe cathinie vetuste ⁊ lote ceruse an̄. ʒ. vj. amidi dragaganti. an̄. ʒ. iij. iusquiami. ʒ. j. ⁊. ß. croci. ʒ. vj. memithe: sarcocolle an̄. ʒ. vj. opij. ʒ. iiij. dragagāti. ʒ. vj. croci. ʒ. iij. gūmi apij. ʒ. j. ⁊. ß. tēpera cū aqua. ¶ Aliđ valēs in augmēto obthalmie Recipe cathinie ceruse an̄. ℥. xxiiij. rosarū. xij. gūmi amidi an̄. ℥. iiij. dragaganti. ℥. iiij. ⁊. ß. aloes. ℥. iiij. tēpera cū aqua: valet in vulneribus ⁊ hūoribus vulnerosis ⁊ lachrymis ex oculis fluētibus. ¶ Aliud valens ad vtilitatē obthalmie ⁊ vulnera ⁊ adustiones ⁊ ad mūdificandū vulneris putredinē. Recipe antimonij vsti cathinie rosarum an̄. ℥. xxiiij. ceruse trite. xxij. opij. ʒ. vj. tēpera cū aqua. ¶ Aliđ nimio dolori cōueniens ⁊ liq̄dissimos hūores ad oculos fluentes reprimens. Recipe rosarū. ℥. vj. ⁊. ß. opij spice an̄. ʒ. j. ¶ Aliud rosarū. ℥. xxij. croci. vj. eris vsti ⁊ loti. ℥. j. ß. tēpera cū aqua pluuiali. Recipe rosaꝝ. ℥. xviij. cineris locoꝝ vbi es fundit. ℥. vj. croci: opij: gūmi. an̄. ℥. vij. tēpera cū aqua pluuiali. ¶ Aliud. Recipe gūmi. ℥. iij. dragaganti. ℥. j. ⁊. ß. tēpera cū aqua pluuiali. Aliud. Recipe myrrhe. ʒ. lxxv. rosarū. xl. croci. vj. ⁊. ß. tēpera cū vino.

¶ Aliud valet nimio dolori pustulis cōcauis putridis vulneribus cornee: oculoscꝫ exeūtes comprimit omnēcꝫ oculorū passionē ad sanādū difficillimā curant. Recipe rosarū. ℥. centū. viij. gummi. xxxvj. cathini vste ⁊ lote. ℥. xxj. croci. xj. opij: antimonij. ʒ. iij. ⁊. ß. iarri spice. ℥. iij. myrrhe. iij. tēpera cū aqua pluuiali.

¶ Collyriū pauli. Recipe eris vsti dragagāti vsti an̄. ʒ. viij. croci. ij. nitri. ʒ. j. coquant ad mellis spissitudinem. Aliud eiusdē valet scabiei palpebrarū vetericꝫ obthalmie: saniem ⁊ vulnera auriū ⁊ os rodentia sanat. Recipe eris vsti. ʒ. iiij. myrrhe. ʒ. j. ⁊. ß. piperꝫ croci vini an̄. ʒ. ix. Collyriū Pauli. ℞. cathinie auri ⁊ argenti. ℥. iij. tēpera cū aqua pluuiali. ¶ Collyriū Oribasij valens in initio obthalmie ⁊ vulneribus. ℞. cathinie ceruse dragagāti. ana. ʒ. xxiiij. antimonij gūmi

vsti.añ.ʒ.xxj.plumbi incensi tutie.ana.ʒ.xiiij.amidi. xvj.gummi.ix.eris vsti:dragaganti.añ.ʒ.vj.myrrhe opij:añ.ʒ.ß.¶ Aliud valēs vstioni vueā/egredi ꝓhibens subueniēs vulnerib⁹. Recipe antimonij vsti ceruse.ana.ʒ.xxiiij.myrrhe.ʒ.iij.amidi.xix.dragagāti. xij.gūmi.vj.tēpera cū aqua pluuiali. ¶ Aliud valēs pustulis vulnerib⁹saniosis ⁊ nimio dolori durecꝫ ob thalmie.℞.cathinie vste ⁊ lote.ʒ.xxiiij.antimonij loti ⁊ vsti.xviij.amidi.iij.plūbi incensi ⁊ loti.xij.tutie myrrhe.añ.xij.tēpera cū aq̄.¶ Aliud.℞.tutie.ʒ.xij.cathinie lote ceruse.añ.ʒ.cxxiiij.antimonij incensi ⁊ loti. xviij.myrrhe opij.añ.ʒ.I.⁊.ß.dragāti.℥.xij.tēpera cū aqua.¶ Aliđ vtilissimū asperitati palpebraꝝ ⁊ scabiei. Recipe calcāti.℥.ij.cathinie.ʒ.j.ad solē cū vino sufficienter agita.¶ Aliud. Recipe.gra.cathinie.℥.vj.calcanti gra.xxx.pip.gra.xxxviij.specie.ʒ.ʃ.⁊.ß.al'.ʒ.iij.⁊ ß.cathiniā ⁊ calcantū triturant sufficienter ⁊ agita: deinde cū pipere spicā cōmisce ⁊ tēpera.¶ Aliđ valēs scabiei ⁊ hūoribus ad oculos fluetib⁹ veterícꝫ passioni ⁊ pustulis. Recipe.cathinie galle rosaruȝ gūmi croci.añ.ʒ.iij.opij.ʒ.j.oīa puluerizata cū vino ad solem sufficiēter agita.¶ Ad oculos caliginosos ⁊ sanguinolentos:aloes tritū cū albumine oui mirifice ꝓdest:si aloē nō habuerī:canabis trita idē facit.¶ Ad oculos dolētes ⁊ lachrymas stringēdas ⁊ pruritum tollendū collige mel dispumatū ⁊ ex eo vnge folia bedere ⁊ superasperge puluerē tartari ⁊ oculis suppone per noctē:expertū est. Itē celidonia cocta in aqua si ex ea oculi fomentent̄ dolentibus ꝓdest. Itē coriādrū viride,tritū admixto lacte mulierī oculis suppone dolorē ⁊ tumorē tollit. Idē facit radix cucurbite agrestis trita ⁊ imposita: Fel caprimum cū melle antiquo mixtū ⁊ inunctum oculorum caliginē destruit. ¶ Ad pannū de oculis māducandū tartarū albi oui rasurā ossis sipie facto puluere mitte donec corrodat̄ vitellum oui tritū succocꝫ apij mixtū ⁊ inunctū sanguinem spargit. Ablynthiū viride cū albumine oui tritum ⁊ nocte suppositum sanat.¶ Ad tumorē calidum ⁊ sanguinem oculorū:morgelina domestica cū albumine oui trita ⁊ etiā imposita prodest.¶ Ad tumoris dolorē calidū herbā,violariam cū oleo roſ.tere ⁊ superpone mire iuuat. Valet etiam maligranati succus in vase eneo vel stāneo coque ⁊ cola ⁊ cū opus fuerit vtere. Item. Recipe plantaginis centauree vngule caballine pullegij betonice camedreos apij feniculi radicū:partes equales pone in olla noua ⁊ intra sparge fenugrecum. Item licium in rodoscomata guttatim impositum valet. Item auripigmentuȝ pannū lineum vel laneum ⁊ fimum hominis combure in olla bene argillata.

¶ Explicit liber Galeni de oculis.

¶ Joānes Petrus Valla Placentinus suo magistro Lodouico Bonaciolo: Artium ⁊ Medicine doctori eximio: Salutem dicit eternam.

Curam in atroci mea egritudine patris tui Nicolai medici doctissimi:nec non tua iugeȝ:ac diligentissimam mecium sepe versans animo:cupiebam erga te ingratus non videri. Ambigēs igit̄,q̄d facerē qđ meū erga te animū aperiret:quodcꝫ tibi placiturum foret patrem meū consului:a quo commonitus tue professionis Galeni opusculum succidaneorum medicaminum latinum faciendum esse existimaui:quo tuis erga me curis laboribuscꝫ succedat:ac pro me tibi gratiam referat patricꝫ tuo. Alia pro te tuocꝫ patre vbi locus fuerit libētissime repensuro. Nec nos latet ꝙ gratus hic Galeni liber tibi futurus sit. Cum ob rei materiam electissimam: Tum ob Galeni mirificam arte medicine,doctrinam. Proinde iam ipsum Galenum audi ⁊ me mutuo amore,prosequere:quod certe facis:scio. Vale.

¶ Galeni Succidanea Joanne petro Valla Placentino interprete.

Cum reciprocorum medicaminum notum sit libruȝ scripsisse Dioscoridē necnō Philistionē ⁊ Heriphontē. Nos quocꝫ paucula de ijs scribere nō detractabimus:q̄n quidē vtilissima in medicina cognoscēda huius res traditio est: siquidē expedit medico in morboꝝ curis esse circūspecto. Frequēter multis euenit medicis vt q̄ ad curā viderent̄ vtilia desyderarent̄:ꝓterirētcꝫ q̄ illoꝝ loco fuerāt admittēda. Proinde latere neuticꝙ opȝ medicamenta:planecꝫ agnosci debēt simpliciū medicaminū vires:quo ī omnē curā sit expeditior diligētia. Cū igit̄ mecū ipe scribere statuerim de hac re vera tibi ediscere cupienti q̇d sentiā paucis explicabo. Referācꝫ q̇d mihi cōtigerit Alexādrie. Cū ibi mulier morbo atroci moritura oblāguesceret:cui⁹ cām nūc memorare necesse nō est:vt morbo occurrerē lychnida mihi expostulaui:qua nō iuēta cōfestim iussi semen acanthij afferri:quo propere perturbato vētre de narib⁹ ꝓfluere cessauit sanguis sanitaticꝫ restituta est:quā a tā graui morbo liberatā pleri cꝫ spectātes: rogarūt me vt aperirē q̇d lychnidis quā exq̇sierā loco dederim. Cūcꝫ acanthij semen exhibuisse me respōdissem precib⁹ cōtēderūt vt succidaneoꝝ medicaminū librū construerē:quibus obtēperare constituens:hec ita prescripsi.

¶ Galeni Quesita in Hippocratem.

Quid significat tenuis ⁊ pallida vrina? nēpe incoctā substantiam:colore concoctam: imbecillitatemcꝫ nature. Colore nācꝫ quod facilē cōcoctu cōcoxit:nō vticꝫ substātia ꝙ sit collatu difficilis. Nō si ita diu feretur a periculo immunis perdurare homo non potuerit:quoad morbus concoquatur. Admodum namcꝫ tenuis vrina, perniciosam significat cruditatem quatenus calor:quod tenuium partium est depascitur.

¶ Quid significat tenue ⁊ fuluum? nempe tenue substantia:⁊ fuluum colore:melius est pallido:sed tamē substantia inconcocta.

¶ Quid significat rufa vrina? nēpe inconcoctionem: nō interitum: sed nō tam cito concoquitur. Est nāq͂ ex sanguine putrido: qui necdum perfectam accepit concoctionem: nec etiā suum colorē: ob hoc morbum significat diuturniorem. In cōtinuis autē febribus vi multa sanguinis excitatis excernitur vrina rufa ⁊ crassa cum hypostasi rufa: manifestumq͂ ex colore: et profusionis substantia quod assistit incoctum esse: egritudinis certe incocte vrina flaua quidem colore: substantia vero tenuis.

¶ Quid significat tenue mictum: ⁊ foris turbulentū? vtiq͂ inconcoctum ex circūfluentia crassi flatus: significat vero naturam incepisse concoquere.

¶ Quid significat crassa mictura ⁊ pmanens crassa? talis mictura ita permanens est vt iumentorum: pubescere ac vigere significat crassos humores ⁊ spiritus vt feruorem. In his capitis dolor: aut iam presto est: aut mox affuturus propter perturbationē: ac fumidas exhalationes: que sunt in humoribus.

¶ Quid significat crassum emictū: ⁊ deinde pdurās? quiescere qdē in hūorib⁹ ebullitionē: ⁊ attenuari: moderatā significat quātitatē hic discernēdi eē pncipiū

¶ Quid significat mictū tenue: ⁊ idē perdurās? extremā inconcoctionē id significat: nā si natura ad concoctionē inclinare temptasset neutiquā tale excreuisset. Hoc aūt fit aut viriū imbecillitate: aut obstructione: oppilationeq͂: aut ob egritudinis longitudinē. Naꝫ qm̄ longa quartana est in principio ob multitudinē ⁊ materie difficultatē vrina directu difficilis tenuis mingit̄. Uerū tenuis minuit̄ ob oppillationē iecoris aut renū. Ceterū ex loci dolore dinoscit̄. Mingit̄ sane tenuis ⁊ alba etiā in estuosis febrib⁹: que causi nominant̄: significatq͂ amentiā imminere. Causus nāq͂ febris copiā significat bilis: at diuturna vrina nō est: manifestumq͂ facit in vasis bilē nō manere: sꝫ sua ad cerebrū euolui ac volitare leuitate: ac si amens nō fit. Hinc noris fore: qḋ si iā est: mingitq͂ tenuē ⁊ albā cū interclusa febri mortē pximā fore pdicito: neq͂ em̄ cerebri vires sustinebunt p febrim estuosam immisse bilis acorem ⁊ discerptionem iam putrescentis.

¶ Unde nā oleose gignunt̄ vrine? Consueuit febris primo quidē pingue liquefacere deinde carnē: postremo solida exurit corpa: pingui ergo exusto oleose excernunt̄ vrine: sensim aūt eliquescit pinguedo: inde principiū hꝫ ⁊ ascēsū ⁊ vigorē. In pncipio itaq͂ colliquefactiōis oleosi coloris vrinas facit: vt ambiguū sit aquose ne sint an oleose. At i ascēsu oleū esse appet vt olei mixtionē iā habere videātur. Uerū in vigore iā tā colore q͂ substātia oleū esse dixeris: idq͂ renū est dūtaxat: aut toti⁹ corpis: ac si renū sit dūtaxat acerua tim hm̄oi excernit̄ multitudo cū multo caloris sensu circa renes: sin toti⁹ corpis pedetēti sumit icremētū.

¶ Quid significāt eruose hypostases? cū iā depasta pinguitudo est: ⁊ reliq̄ eliquescit caro ēt eruosas i vrinis excernit hypostases. Ceterū aut renū est: aut toti⁹ corporis: ac si ex renib⁹ fuerit vrina ēt pcocta est: ⁊ eruosas excernit hypostases: si cruda toti⁹ corpis ē malū.

¶ Quid significāt furfuracee hypostases? cum febris depasta fuerit pinguedinē ad vasorū pfundū in putrefactione tū tales euadūt angustiores foliosis: eis tū crassiores excernunt̄ q͂nq͂ ex vesica: at si febris affuerit toti⁹ corpis eē maluꝫ si min⁹ vesice soli⁹: ac si vrina fuerit inconcocta morbus totius est corporis: sin cōcocta soli⁹ vesice: verū locū suum obtinet dolor.

¶ Quid pnunciāt foliose? cū solida oblanguescunt: primo nāq͂ multū abradunt̄ ac si cū febri vniuersuꝫ affligitur corpus: si secus sola vesica. Ex vesica quidē sunt cōcocte: ex toto autem corpore crude.

¶ Quid pretēdūt in vrinis hypostases precipites ac suspense? cū febris pfundū vasorū cōprehenderit: ⁊ maiorē latitudinē assumpserit: ⁊ lōgitudinē amplio rem fiunt furfurū hypostases: vocant̄q͂ preruptiões Ceterū prerupta duo significāt: aut enim sanguinis torridā vim pnunciāt: aut solidorū corporū validaꝫ colliquefactionē ac si alba sit hypostasis solidorū est corporum langor: sin rufa id a sanguine.

¶ Quid significat grauiter olens? tabem: ⁊ nature futuram extinctionem.

¶ Quid atre significāt vrine? Cūcte pfecto he ⁊ crasse oīno sūt ⁊ pniciose. Rarissime aut pfsus nūq͂ atra inuenit̄ tenuis vrina. Nigrū certe corp⁹ aut propter tostū efficit̄ sanguinē: aut ob toti⁹ corpis refrigerationē: aut melācholico hūore purgato. Urine itaq͂ he sunt differētie: q̄ crassissimas obtinent substātias: ac crasse inueniātur atre vrine necesse est. In acutis pfecto egritudinib⁹ pniciosa vtplurimū atra vrina est. Cū male olēs: ⁊ hypostasis atra fuerit in egritudinē acutā lapsuꝫ: talē vrinā emingētē nō mori ipossibile est. Si sublatio sit atra minus malū: sil̄r si nebulā vel subnebulā habeat sil̄r: miti⁹ est malū. Siqdē atruꝫ q͂nq͂ frigiditatē oñdit: q͂nq͂ calitatē: seu quoquo mō vim torridā. Si igit̄ liuidū pri⁹ migat: deide ita fiat atrū fritatē obtinet. Si fuluū anceesserit: inde in atrū cōuertat̄ tostū ex nimio calore ostēdit sanguinē atrū euasisse. Nos vtiq͂ ne pterēat q̄rtana ⁊ melancholica dissoluta amētia atras excerni vrinas: ⁊ crassas. Lienosi nāq͂ tales frequēter emigūt cū lāgues ita liē apparet. Nullā nāq͂ digōnē: ⁊ apparitionē intēdūt in redūdātiā melācholicā. At nos ista pniciosa esse pnunciamus in acutis egritudinib⁹: cū tam viris q͂ feminis atre vrine existunt esse pessimas: at infantibus si aquosas. Minus vero erūt pniciose atre vrine lienē habētiū inualidū: ac nō exestuatiōe: at ex frigiditate atratus liuescit quodammodo sanguis: sicut aliorūꝫ quorundam: at id ex humoris melācholici refusione.

¶ Finis Quesitorum Gale. in Hippocratem.

¶ Galeni ars medicinalis interprete Nicolao Leoniceno.

Tres sunt oēs doctrine que ordini inherēt. Prima quidem ex notione finis: que per resolutionē fit. Secunda ex compositione constat eorum que ex resolutione fuerint inuenta. Tertia ex diffinitionis dissolutione: cui nunc incumbimus. Licet autem huiuscemodi doctrinam appellare nō tantum diffinitionis dissolutionē: sed ⁊ explicationē vt nō nulli vocarunt: vel resolutionem vel diuisionem: vel (vt nōnulli alij) explanationem: vel expositionem vt alij. Conati sunt ⁊ Herophiliorum quidam talem facere doctrinam quemadmodum Heraclides Erythreus. Conati sunt ⁊ eam que per compositionem ⁊ ipsi Herophilij: et quidam Erasistrati sectatores et Atheneus Ataleus. Neminem tamen ante nos eam que oritur a notione finis: scripsisse compertimus: ex

qua omnes artes via quadam atqꝫ ordine constituū/
tur:sed illam quidem alio pertractauimus loco. Hic
vero diffinitiuam faciemus doctrinam que quantuꝫ
ab ea que ex resolutione cōsistit ⁊ dignitate:⁊ ipso do
cendi ordine linquitur tantum ⁊ ad totius compen/
dium:⁊ ad singulorum memoriam prestare inuenie/
tur:sufficienter enim facillime memorie commendan
tur ex diffinitionis dissolutione vniuersa. Quoniam
totius artis capita in se optima diffinitio complecti/
tur quam quidam substantialem vocant:ex aduerso
distinguentes alijs que notionales appellantur:ille
siquidem ab his que accidunt rebus diffinitis:he ve
ro ab ipsa essentia constituuntur. Elaborata autem
est a nobis particulatim ⁊ in pluribus cōscripta tra/
ctatibus totius medicine contemplatio quibus vti
quis possit ad triplicem doctrinam. Nunc vero diffi/
nitiuam aggrediemur:hoc vnum apponentes ꝙ so/
lum capita:⁊ quedam veluti conclusiones eorū que
alibi latius sunt demonstrata nunc a nobis dicētur.

¶ Quid est medicina. Cap.ij.

Medicina est scientia salubrium ⁊ insalu
brium:⁊ neutrorum. Nihil vero differt
⁊ si quis loco insalubrium egrorum di/
xerit. Nomen vero scientie communius
nō autem proprie accipere oportet. Sa
lubre autem:⁊ insalubre:⁊ neutruꝫ vnū
quodqꝫ tripliciter dicitur:hoc quidem vt corpus:hoc
autem vt causa:hoc vero vt signum. Etenim corpus
quod sanitatem natura suscipere aptum est ⁊ causaꝫ
que eandem efficere:vel cō seruare:⁊ signum quod po
test indicare. Hec omnia salubria greci appellare cō/
sueuerunt:eadem ratione ⁊ susceptiua morborū cor
pora:⁊ eosdem efficientes:conseruantesqꝫ causas : et
signa indicantia insalubria vocant:nec aliter corpo/
ra neutra causas signave dixerunt:⁊ ſm quideꝫ pri
mam rationem atqꝫ precipuam causarum salubriuꝫ
est medicina scientia propter eas autem : ⁊ aliarum
secundo quidem loco insalubrium:⁊ tertio neutrarū:
Et post has eodem modo corporum primo quidem
⁊ hic salubrium : Secundo loco insalubrium: tertio
neutrorum. Itidem de signis dicendum. In actioni/
bus autem prima quidem est corporuꝫ cognitio que
habetur ex signis:post hec earum que in ipsis inuen
tio causarum.

¶ Quot modis dicitur effectiuum:indicatiuum:⁊ su/
sceptiuum. Cap.iij.

Sed quoniam ⁊ effectiuum: ⁊ indicatiuum:
⁊ susceptiuum dupliciter vnūquodqꝫ dici/
tur:hoc quidem simpliciter:hoc vero vt nūc
nosse oportet amborum esse medicine scien/
tiam. Ipsum vero simpliciter duobus dicitur modis
⁊ quod semper:⁊ quod vt plurimum de quorū vtro
qꝫ medicina pertractat. Neutra vero ⁊ causa ⁊ corpꝰ
⁊ signum:⁊ quod simpliciter dicitur:⁊ quod vt nunc
tripliciter vnūquodqꝫ appellatur:hoc quidem quia
neutrius contrariorum est particeps:hoc vero quia
vtriusqꝫ:hoc vero quia aliquando huius:aliquando
illius:horum autem ipsorum secundum rursus duo
bus dicitur modis:aut quia vtrūqꝫ contrarioruꝫ ex
equo participat:aut quia aliquādo plus alterū. Est
vero ⁊ in tota diffinitione si verba animaduertimus
ambiguitas quedam quam ⁊ ipsam dissoluere opor/
tet. Cum enim dicitur medicinam esse scientiam ⁊ sa/
lubrium ⁊ insalubrium ⁊ neutrorum significatur ⁊ ꝙ
omnium particularium:⁊ ꝙ quorundā ⁊ ꝙ qualiuꝫ.
Sed omnium quidem indefinitum quoddam est:at/
ꝙ impossibile quorundam diminutum:atqꝫ artificio
carens qualium vero artificiosum pariter atqꝫ suffi/
ciens ad omnia artis particularia:quod etiam dici/
mus in medicine diffinitione comprehendi. Primuꝫ
igitur de corporibus dicere aggrediemur qualianaꝫ
sint:⁊ salubria:et insalubria et neutra:post hec de si/
gnis:⁊ causis differemus.

¶ De corpore salubri. Cap.iiij.

Salubre simpliciter corpus est quod ab
ipso nature ortu bonam habet tempe/
raturam in simplicibus ⁊ primis par/
ticulis:atqꝫ in his que ex illis compo/
nuntur instrumentis est commensura/
tum. Salubre vero nunc est corpus qđ
in presenti est sanum:est vero et hoc eo tempore quo
sanum existit bonam habens temperaturam:⁊ com/
mensurationem non tamen optimaꝫ at sibi propriā:
ipsius vero salubris simpliciter corporis tale quideꝫ
est semper id quod est optima temperantia preditū
ac maxime est commensuratum:vt multum auteꝫ qđ
est a cōstitutione optima non valde admodū deficit.

¶ De corpore insalubri. Cap.v.

Insalubre vero simpliciter est corpus
quod ab ipso ortu nature:vel inconsi/
milibus partibus malam habet tem/
peraturam:vel in instrumentarijs in/
commensurationem:vel vtrūqꝫ vitiuꝫ.
Insalubre vero nunc est corpus quod
eo tempore quo tale dicitur egrotat : neqꝫ obscurum
est ꝙ ⁊ hoc ipsum eo quo dicitur tempore egrotans
vel inconsimilibus malam habet temperaturam: vel
in instrumentarijs incommensurationem:vel vtrun
qꝫ. Est vero ⁊ semper insalubre quod ex ipso nature
ortu vel pessimam habet temperaturam in simplici/
bus:⁊ primis particulis omnibus vel aliquibus:vel
his que obtinēt principatum vel in instrumentarijs
incōmensuratum existit. Similiter autem in his : vel
omnibus vel aliquibus:vel illis que obtinent princi
patum. Ut multum vero insalubre est corpus qđ ab
huius quidem vitio recedit nondum ĩ mediocritatem
attingit.

¶ De corpore neutro. Cap.vj.

Quoniam vero ⁊ neutrum corpus tripli
citer dicebatur:vnum quideꝫ quod neu
trius erat extreme dispositionis parti/
ceps : aliud autem quoniam vtriusqꝫ:
aliud quoniam aliquando huius:aliqñ
vero illius. Iuxta primum significatum. Neutrū erit
corpus quod exquisite medium est:⁊ saluberrimi : et
insaluberrimi corporis:⁊ huius hoc quidem simpli/
citer tale:quod ab ipso ortu nature ita est constitutuꝫ
hoc vero vt nunc quod in presenti tempore medium
exquisite existit saluberrimi atqꝫ insaluberrimi corpo
ris. Ipsius autem simpliciter semper quidem tale est
id quod in omnibus etatibus tale perdurat:vt mul/
tum auteꝫ quod nonnullas recipit mutationes. Iux/
ta vero ſm significatum neutrum erit corpus quod
ab ipso ortu nature cōtrariarum simul est particeps
dispositionum:aut scilicet in vna parte:aut in dua/
bus differentibus:in vna quidem si ſm alteram op/
positionem effectiuarum qualitatum bonam habue/
rit temperaturam:vel etiam secundum vtranqꝫ sed in

formatione vel magnitudine: vel numero partium: vel situ delinquat: aut contra in his quidem recte se habeat vel omnib⁹: vel quibusdam peccet aūt in tēperatura. In differentib⁹ vero partib⁹ ⁊ iuxta oēs oppositiones potest quidq̄ simul particeps esse contrariorū. Et semper quidē tale quod per oēs etates in eodē perseuerat: vt multū vero qꝺ aliqua ex parte euariat ita vero ⁊ nūc neutrū erit corp⁹ iuxta s̄m significatū: qꝛ vel parte in vna hec q̇dem sibi salubria existūt: illa vero insalubria vel in differentib⁹ ita afficitur partib⁹: iuxta vero tertiū significatū neutrum erit. Corp⁹ qꝺ aliqn̄ q̇dem salubre aliqn̄ vero insalubre existit: vt nonnullis accidit q̇ in pueritia salubritate corporis vigent: cū vero ad iuuentutem peruenerint insalubres euadūt: aut contra. In vno aūt tempore qꝺ ita est neutrū consistere neq̇t lati⁹ ꝟo si accipiat̄ contingit. Nouim⁹ aūt qꝺ nunc dupliciter dicit̄. Salubre igit̄ ⁊ neutrū corp⁹ ꝙ modis dicat̄ ⁊ quale vnūqꝺqꝫ sit sufficienter explicauimus. De signis vero deinceps dicendum.

¶ De signis salubribus. Caplm̄. vij.

Sunt aūt ⁊ ex his salubria quideꝫ quecūqꝫ presentē indicant sanitatē: ⁊ futurā prenūtiant: ⁊ preteritā memorie subijciūt. Insalubria vero que ⁊ presentem indicant egritudinem ⁊ futurā prenuntiant atqꝫ preteritā memorie subijciunt. Eadē ratione neutra dicuntur q̄ neutrā dispositionē ostendunt: prenuntiant ⁊ memorie subijciūt: ⁊ que nihil omnino de dispositionibus indicāt vel nihilo magis salubrem q̄ insalubrē dispositionem ostendunt ⁊ partim quidem salubreꝫ: partim vero insalubrem indicant dispositionem ⁊ q̇ aliquando quidē salubrem aliquando vero insalubrē ⁊ hec quoqꝫ s̄m tria tempora veluti salubria ⁊ insalubria appellantur. Vocantur autem nonnunq̄ a vetustioribus medicis hec omnia signa prenūtiatiua q̄uis presentiū ac preteritorū īdicatiua: vsus vero non paru⁹ ex prenūciatiuis: atqꝫ indicatiuis minor autē ex his que memorie subijciunt. Cū ꝟo sint salubria corpora hec q̇dē simpliciter hec vero vt nūc que ⁊ bene valentia dicunt̄. Salubrium simpliciter corporū duplicem diximus esse differentiā quoniaꝫ nonnulla quidē semper: nonnulla vero vt multū essent talia ⁊ semper quidem que optimā constitutionem sortita sunt: vt multū vero que non magnopere ab illa recedunt.

¶ De signis optime constitutionis. Capitulū. viij.

Horum autem dignotiones sumēde sunt ab his que secundū essentie rationem ipsis insunt ⁊ ab his que ex necessitate consequuntur operationibus casibusqꝫ qui proprie accidentia vocantur. Ab essentia quidem ipsa eorꝫ que optimam habent constitutionem commensuratione consimilium quidem in caliditate frigiditate humiditate ⁊ siccitate. Instrumentorum vero in quantitate ac numero eorum ex quibus componūtur ac preterea formatione situ partium singularum ac totius instrumenti. Ex his vero que ex necessitate consequūtur consimilia quantum quidem attinet ad tactū a mediocritate que in mollitie ac duritie cōsistit. Quātum vero ad aspectum a colore optimo ⁊ leuitatis: atqꝫ hispiditatis mediocritate. In operationib⁹ ac perfectione: quam ⁊ ipsarum virtutē appellam⁹. Ab his vero que instrumentarias partes consequuntur a commensuratione ⁊ pulchritudine omnium toti⁹ corporis instrumentorum ac preterea earum q̄ ipsis insunt virtute operationum. Optime igitur constitutionis corporum signa indicatiua sunt hec. Eorꝫ autem que ab ipsa deficiunt: ⁊ adhuc tamē salubria existunt nonnulla quidem inconsimilium temperatura vitium aliquod paruum habent: nonnulla vero in instrumentariorum cōmensuratione: ⁊ hoc quoqꝫ per exiguum: accidit autem hoc vel in omnib⁹ vel in aliquibus aut in vtrisqꝫ vitiorum vero genera eadem sunt his que virtutem perficiunt: temperatura quidem in cōsimilibus. Numerus autem ⁊ formatio ⁊ magnitudo ⁊ situs in instrumentarijs: vtrisqꝫ vero communis vnitas quam ⁊ ipsorum continuitatem appellamus: in his autem ipsis generibus sunt corporum insalubriū vitia s̄m vtrūqꝫ insalubritatꝭ modū. Terminus aūt qui vtrūqꝫ distinguit est operationum lesio sensibilis. Que vero ab optima corporum constitutione breue aliquid deficiūt reuera quidem ⁊ ipsa in aliquo sunt offensa: non tamen id sensu comprehenditur. Distinguuntur vero ex eo: ꝙ magis minus ve in operationibus existit: ac quia causis que egritudinem pariunt non eque resistunt: que autez simpliciter insalubria sunt corpora distinguūtur: ob id ꝙ facile a causis que morbos committendi vim habent superantur. Et quoniā in vigore operationum plurimū deficiunt. In medio autem amborum collocantur ea que neutra exquisite appellātur ⁊ cum latitudine quadam. Quo fit vt tota sanitatis latitudo in tres partes quarum singule latitudinem habent non paruam diuidatur. Erit autem prima quidem salubriuꝫ corporum secunda neutrorum tertia insalubriū. Post que deinceps sequūtur que iaꝫ egrotant corpora que sensibilibus operationum lesionibus distinguūtur. Que igitur dolore infestantur: ⁊ quorum motus sunt vitiosi: aut omnino interierūt manifestam habent determinationē. Que vero imbecilles edunt operationes in magnis q̇deꝫ distantijs facile discernuntur. In paruis vero ambigua sunt: atqꝫ idcirco in eo genere noxe collocantur que neutrius contrariorū participat dispositio quā ⁊ ipsam neutram dicim⁹ appellari. Ita tamen vt horum omnium sensus sit iudex: non ipsa natura rerū inspiciatur ne periculum sit in dogma perpetue passibilitatis incidere: ⁊ quidem signa sanorum corporum: sed que insalubria: salubriaqꝫ: ⁊ neutra existūt quantitate distantia differunt duobus inuicem contrarijs terminis a nobis statutis optima videlicet constitutione corporis: ⁊ nuper facta egritudine: ac deinceps considerantibus vtri eoruꝫ viciniora sunt ea que ad examen corpora veniunt. Que enim proximiora sunt optime constitutioni salubria. Que vero ab hac longius distant atqꝫ ad ea que iam egrotant magis accedūt insalubria. Que autem intermedia atqꝫ equaliter ab vtrisqꝫ distare vidētur neutra. Optime igit̄ constitutionis corporis indicia explicauimus. Eorum vero que ab ipsa deficiunt totideꝫ sunt numero genera que in magis ⁊ min⁹ secari possunt. Cum autem in tres latitudines diuisa sint corporis insalubris simpliciter indicia trademus. Ex his enim ⁊ relique due latitudines innotescent. Generaliter igit̄ prius a nobis in eo quem de optima constitutione sermonem habuimus specialiter autē nunc dicetur: si prius partes diuiserimus.

¶ Quot sunt differentie partium. Caplm.ix.

Sunt vero earum quatuor vniuerse differē
tie: quoniam nonnulle earum principia q̄
dam existunt. Alique vero ab ipsis origi/
nem habent: alique nec aliarum guberna/
tioni parent: neqꝫ aliunde gubernantur: quum in/
stans habeant a natura potentias a quibus regun
tur. Quedam vero sunt que insitas simul ⁊ aliunde
emanantes habent. Principia igitur sunt Cerebrū
Cor: Hepar: Testiculi. Ab his vero ortum habēt at
qꝫ eisdem subministrant. Nerui quidem ⁊ spinalis
medulla cerebro: Cordi vero arterie: Hepati ve/
ne. Ipsa vero seminaria vasa Testiculis. Que autē
a seipsis gubernantur sunt Cartilago: Os: Copu/
la: seu ligamētum: Membrana: Adenes: Adeps: Ca
ro simplex. Relique vero partes cum vna cum istis
habeant ex seipsis regimen arterijs: neruis: ⁊ venis
insuper eguerunt. Capillorum autem atqꝫ vnguium
neqꝫ regimen vllum est sed generatio tantummodo.
He igitur sunt partium differentie.

¶ De signis cerebri. Caplm.x.

Inditia autem singularum temperatu/
re sumpto a cerebro initio deinceps di/
cemus. Sunt vero quinqꝫ vniuersa ge/
nera que ipsius naturam ostendūt. Pri
mum quidem totius capitis dispositio.
Secundum vero sensibilium operationum virtus ⁊
vitium. Et tertium actiuarum. Quartuꝫ earum que
tenent principatum. Et quintum naturaliū. Aliud
vero genus preter hec omnia ea que extrinsecus ad
uenit alteratio. Et quidem totius capitis disposi/
tio ex magnitudine ⁊ figura sumit̄ atqꝫ capillis.

¶ De paruitate: ⁊ magnitudine capitis. Cap.xj.

Paruum igitur caput vitiose constitu/
tionis cerebri proprium est indicium
magnum vero non necessario indicat
bonam cerebri composituram: sed si q̄
dem ob insite virtutis robur: que mul
tam atqꝫ optimam materiam afforma
uerit euenit optimum est signum: at si ob materie
tantum multitudinem haudquaq̄ bonum. Distin/
guēda vero sunt hec ⁊ ex figura ipsa: ⁊ ex his que ab
eo habent ortum: a figura quidem ipsa si concinna.
Semper enim hoc bonum est signum: ex his autem
que ab eo ortuꝫ habent: si valida est ceruix: ⁊ si alijs
ossibus optime constet: atqꝫ omnis preterea neruo/
sa substantia boni sit habitus ac robur habeat intē
tum. Propria autem capitis figura est veluti si exco
gitares spheram exquisite rotundam ex cera constru
ctam paulatim vtrinqꝫ depressam. In hac enim ne/
cesse est vt posteriores prioresue partes plus gibbe
fiant q̄ sphere conueniat. Que vero vtrinqꝫ consistūt
magis recte: quod si ea que secundum occiput emi/
nentia aliquatenus minuatur simul intueri oportet
neruos: atqꝫ ceruicem vna cum ossibus alijs. Nam
si secundum naturā constiterint materie defectu nō
virtutis imbecillitate contingit. Illis vero non recte
se habentibus principium est debile sed magna ex
parte defectus qui occipiti eueniunt consequitur eo
rum que ante diximus imbecillitas: rarissimeqꝫ ali/
ter euenire consueuit. Caput autem quod secunduꝫ
occiput in acutieꝫ tendit animaduertere oportet his
dem adhibitis distinguendi rationibus quibus an
tea in capite grandiori facto vtebamur. Vt plurimū
vero ⁊ hic optimum est signum figura concinna eius
partis que cerebro adheret quam nonnulli medici
posterius cerebrum appellare consueuerunt quēad/
modum ⁊ posterius existit ea figura que grece litere
λ. formam habet prefinitam. Est vero huiuscemodi
pars spinalis medule principiuꝫ ⁊ eius ratione ner
uorum omnium in toto animali qui actionibus ob
seruiūt. Ipsa autem pars posterior per seipsaꝫ pau
cos admodum sensitiuos obtinet neruos: plurimos
vero actiuos sicuti ⁊ anterior sensitiuos quidem plu
rimos paucos admodum actiuos: quare vbi bene
fuerit affecta vtraqꝫ pars robustas habebunt eas q̄
ab ipsis deriuationes. Eedem quoqꝫ distinctiones
adhibende sunt ad partes capitis anteriores ad frō
tem attinentes: que etiam ad posteriores earundem
qꝫ ⁊ paruitatem ⁊ magnitudinem inspicicere opor/
tet atqꝫ itidem figuram ⁊ sensus ibi collocatos visuꝫ
gustum: atqꝫ odoratum. Hec enim si inuicem indi/
cant atqꝫ attestantur: et que a principijs oriuntur
principij virtutem et vitium: et principium ea que
ab ipso nascuntur.

¶ De operationib⁹ obtinentibus principatū. Ca.xij.

Earum autem operationū que obtinent pri
cipatum. Virtus ac vitium sunt ipsi⁹ prin
cipij seorsum tantummodo indicia. Voco
autem operationis principatum obtinen/
tes que a solo principio proueniunt. Ingenium qui
dem igitur subtilem cerebri substantiam indicat: tar
ditas vero intellectus crassam: discendi vero facili/
tas formarum facile susceptiuam. Memoria autem
stabilem ac firmaꝫ. Sicuti ⁊ discendi difficultas for
marum non facile susceptiuam: ⁊ obliuio fluidam.
Mobilitas quoqꝫ in operationibus calidam. Sta/
bilitas autem frigidam. Adhuc autem duo iudicio
rum genera mihi videor pretermisisse. De quibus
sum ab initio me dicturum pollicitus quorum alte
rum ad operationes attinet naturales. Alterum ve/
ro ad ea que extrinsecus occursant. Erit autem in
vtrisqꝫ sermo communis.

¶ Signa bone temperature cerebri. Cap.xiij.

Siquidem cerebrum sorciatur bonam
quatuor primarum qualitatum tem/
peraturam omnia que diximus habe
bit moderata. Et excrementa que vel
per palatum: vel aures: vel nares: vel
oculos expurgantur: hec quoqꝫ modi/
ce se habebūt atqꝫ ab his que extrinsecus occursant
minime ledetur: que scilicet vel calefaciunt: vel frige/
faciunt: vel humectant: vel exiccant. Talibus igitur
capilli capitis cum adhuc sunt infantes subrufi: cū
vero pueri subflaui: cum iam adoleuerint flaui fiāt
medijqꝫ sunt inter eos qui omnino sunt crispi ⁊ sim/
plices: non tamen facile caluitium patiuntur Que
vero dicuntur ac posterius dicenda inditia sunt ac/
cipere opꝫ vt in bonā habentib⁹ tēperiē habitatio/
nibus. Que aūt ad capillos attinēt nō ad locorū im

sed ad humorum quoq; temperaturam qui cerebri temperature proportione respondent sunt referenda. Si vero calidius sit ꝙ oporteat. In altera vero oppositione bonam habeat temperaturam: si quidē in caliditate excesserit omnia que dicentur validiora erunt indicia: sed si paruus fuerit excessus imbecillia. Communis autem hec ratio statuatur in omnibus partibus quarum in temperaturis vniuersis indicia sumus tradituri.

¶ Signa calidi cerebri. Capi.xiiij.

Deinceps igitur signa caliditatis cerebri preter ea que nuper diximus sunt ꝙ ea q̄ circa caput oīa rubicunda ⁊ calida magis: ⁊ que ī oculis vene magis sensui patent. Capilli quoq; in his statim in lucem editis habēt in capite ortum ⁊ cum plurimū in caliditate a mediocri temperatura recesserint nigri: ⁊ robusti: ⁊ crispi fiunt. Cuz vero non multū subflaui quidem ab initio fiunt deī de nigricant ac progredientibus etatibus caluitiuz patiuntur: atq; eo magis qui plus modico sunt calidiores. Excrementa ṽo que per palatum: ⁊ nares: ⁊ oculos: ⁊ aures pauca: ⁊ concocta ipsis existunt cum integram habuerint sanitatem. Cum vero eis caput repletur continuo enim ac tum presertim cum nullā vict⁹ seruauerint rationem tale quid eis accidit plura quidem in ipsis excrementa: sed non inconcocta generantur implenturq; atq; aggrauantur corū capita a calidis cibis ⁊ potibus: odoribus: atq; hisce omnibus que extrinsecus occursant: in quorum numero est ⁊ qui nobis circūfunditur aer. Sed preterea magis si non solum natura calida: sed etiam humida talia corpora extiterint. Breuibus autem somnis huiusmodi temperature contente sunt neq; admodum profundis.

¶ Signa frigidi cerebri. Capi.xv.

Frigidioris vero ꝙ oporteat cerebri indicia sunt plura in proprijs meatibus excrementa ⁊ capilli recti ⁊ ruffi: ⁊ stabiles ⁊ qui longo post natiuitatē tempore nascuntur tenues: atq; ab initio male nutriti ⁊ facile a causis frigidis offenduntur: atq; hoc ipso offensionis tempore destillationibus: ⁊ grauedinibus capiuntur neq; si tetigeris partes ad caput attinentes admodum calide sentiūtur. Neq; si inspexerit rubicūde apparent: ⁊ oculorum vene omnino visum effugiunt: ⁊ somno lenti quodāmodo sunt.

¶ Signa sicci cerebri. Capi.xvj.

Siccioris autē cerebri indicia sunt pauce superfluitates effluentes ⁊ sensuum perspicacitas. Sunt autem ad vigilias prompti ⁊ capillos habent robustos ⁊ qui celerrime eis genitis innascuntur: crispi autem potius sunt ꝙ recti. Cito autem calui fiunt.

¶ Humidi cerebri indicia. Capi.xvij.

Humidioris vero cerebri indicia capilli plani: ⁊ nequaꝙ calui fiunt. Sensus autem turbulenti: et excrementorum multitudo somni multi atq; profundi ⁊ hec quidem simplices sunt intemperature.

¶ Signa calidi ⁊ sicci cerebri. Cap.xviij.

Composite autem primum calida ⁊ sicca secūdum quam ⁊ superfluitatibus carent ⁊ sensibus vigent: ⁊ plurimum vigilant ⁊ cito calui fiunt. Et prima quidem capillorum generatio celerrima est ac plurimo abundans alimento. Capillos vero habent nigros: ⁊ crispos ⁊ tangētibus caput calidi sentiunt: ⁊ sunt rubicundi: vsq; ad etatem consistentie.

¶ Signa calidi: ⁊ humidi cerebri. Cap.xix.

Si vero humiditas adiungatur caliditati paruum vtriusq; qualitatibus superantibus mediocritatem color bonus: ⁊ que circa oculos calidiora: vene magne ⁊ plura excrementa: ⁊ mediocriter cocta ⁊ capilli recti subflaui ⁊ non facile calui fiunt. Implentur vero atq; aggrauantē eorum capita a calidis. At si humectentur tunc multo magis excrementorum habent multitudinem. Et si plurimuz caliditas atq; humiditas creuerit his caput egritudinibus est obnoxium: atq; excrementis abūdans: ⁊ quod facile a calefacientibus atq; humectantibus offendatur. Auster vero semper eis aduersatur atq; optime in aquilone se habent: non tamen diu vigilare possunt: ⁊ cum se ad somnum cōuerterint: simul graui somno tentantur: ⁊ vigilant et somnia habēt imaginationibus plena visus eis turbulenti neq; satis sensibus vigent: quod si plurimū in caliditate cerebrum a mediocritate recesserit paululum autem humidius extiterit calide temperature indicia quidem superabunt cū quibus leuia quedam humiditatis signa coniungentur veluti si longe quidem humidius paululum vero calidius vehementia quidem erunt ac manifesta humiditatis indicia debilia autez caliditatis. Communis vero hec ratio in omnibus compositis intēperaturis existit.

¶ Signa frigidi ⁊ sicci cerebri. Cap.xx.

Frigide vero ⁊ sicce cerebri intemperature frigidum: ⁊ minime coloratum sui rationē caput reddunt: semper enim memoria repetenda que a nobis ab initio est distinctio posita: vt preterea aduertamus quātum ex humorum temperatura alterentur que circa ipsum consistunt. Protinus autem huiuscemodi tēperature venis carentes habēt oculos ⁊ a causis frigidis facile ledūtur. Quare ⁊ inequali sanitate fruūtur quoniā nonnūꝗ leuissima habent capita: ⁊ excrementorum moderatos effluxus. Nōnūꝗ vero ⁊ grauedinibus ⁊ distillationibus minima ex causa capiuntur.

¶ De sensibus. Cap.xxj.

Sensus autem eorum in iuuētute quidem omnes vigent: atq; omni vitio carent sed progrediēte etate cito marcescūt. Et vt summatim dicaē oēs celerrimā circa caput senectutē ostēdūt Quare ⁊ cito cani fiunt. Capilli vero ipsis quidem genitis vix exeunt: ⁊ male nutriuntur: ⁊ ruffi sunt. In progressu autem etatis superante magis frigiditate caliditatem ꝙ siccitate humiditatē multū nō caluescunt. Contra vero si cōtigerit siccitatem quidem plurimum dominari humiditati frigiditatem vero caliditati parum calui fiunt hi.

¶ Signa cerebri frigidi ⁊ humidi. Cap. xxij.

Humide vero ⁊ frigide cerebri temperature faciunt homines graui somno tentari: ⁊ ad somnum facile conuerti sensibus quoq; minime vigentes atq; excrementis redundantes: ⁊ qui caput frigiditati ac repletioni habent obnixium ac destillationibus ⁊ grauedinibus facile tentantur: neq; tamen hi calui fiunt. Hec igitur indicia sunt cerebri temperature a quibus si progrediaris ad vnūquodq; sensorium dignotiones transferre licebit.

¶ De oculis. Capl'm. xxiij.

Sed sufficiet de oculis facere mentionem. Quicunq; tangentibus quidē manifeste calidi existunt: ⁊ facili ac crebro motu scientur ⁊ venas latas habent: hi calidi omnes sunt: frigidi vero his contrarij: ⁊ humidi quidez molles simul ⁊ multa humiditate pleni: sicci vero duri simul ⁊ aridi. A similibus autem sue temperature causis facile offendūtur iuuantur autem a modico contrariorum vsu: sed hoc quidem commune in omni cuiuscū q; partis temperature dignotione oportet meminisse.

¶ De magnitudine oculorū. Capl'm. xxiiij.

Magnitudo oculorum quidem vbi concinnitas adsit ⁊ operationum virtus multitudinem bene tēperate substantie ostendit ex qua sunt conformati que si desint multam quidem substantiam non tamen bene temperatam ostendunt.

¶ Da paruitate oculorū. Capl'm. xxv.

Paruitas vero oculorum adiuncta quidem concinnitate ac virtutū operatione paucā quidem sed bene temperatam substantiam ostendit ex qua sunt conformati. Si vero sociam habuerint inconcinnitatem quandā atq; operationum vitiū tunc paucam simul ac vitiosam materiam ostendunt.

¶ De colore oculorū Capl'm. xxvj.

Que vero ad colores attinent ita distinguere oportet. Glauci quidem oculi qui pura humiditate: ac non multa prefulgent tales fiunt ob splendidi luminis abundātiā. Contra vero nigri ⁊ qui intermediam naturam seruant causas quoq; intermedias habent.

¶ De glaucedine ⁊ nigredine oculorum. Cap. xxvij.

Glaucus igitur oculus fit vel propter magnitudinem vel propter splendorem humoris qui a grecis cristaloides nominat vel propter situm prominentem: aut propter tenuis: ⁊ aquei humoris qui in pupilla existit paucitatem ⁊ puritatem: atq; omnibus quidem in vnum conuenientibus fit glaucissimus oculus. Quō si aliqua adsint: aliqua vero non tunc maior minor ve glaucedo contrahitur. Niger vero oculus fit aut ob paruitatem cristaloidis aut propter profundum situm vel quoniam splendidus ac fulgidus exquisite non est: vel quoniā tenuis hūor vel supabūdat: vel purus non existit: vel propter vnam aliquam ex his quas antediximus causas aut propter oēs fieri consueuit. In ipsis autem magis ⁊ minus (vt ante diximus) reperitur. Tenuis igitur humor quo magis ad aque naturam accedit: ⁊ superabūdat humidiorem oculum ostendit: quemadmodum si crassior ac minor fiat sicciorem. Cristalloides autem si quidem durior existat sicciorem efficit oculum. Si vero mollior humidiorem sic ⁊ si plus modico tenuem humorem excesserit sicciorem. Si autem defecerit contrarium.

¶ De Cordis tēperaturis. Cap. xxviij.

De cordis autem temperaturis deinceps dicendū est. Si prius hec in memoriā reuocauerimus ꝙ vnāquamq; partem seipsa vel calidiorē: vel frigidiorem: vel sicciorem: vel humidorem dicimus factam non alicui rei alteri cōparentes sed ad seipsum]: sic enim vtcunq; extiterit: cor natura frigidissimum multo sane caliorem temperaturam possidebit calidissimo cerebro.

¶ Signa Cordis calidi. Cap. xxix.

Calidioris igitur cordis vt admoduz qui ei proprius est: atq; conueniēs indicia quedā sunt inseparabilia: ⁊ propria magnitudo respirationis: ⁊ pulsus velocitas: ⁊ frequētia: ⁊ audacia: ⁊ ad actiones natura prompta: ꝙ si multum in caliditate excesserit: tunc furibunda quedam iracundia: ⁊ temeritas adsunt. Est autez his thorax hispidus: ⁊ presertim pectus: ⁊ quecumq; hypochōdrijs partes proximiores. Magna vero ex parte calidi cordis temperatura vniuersum corpus calidum reddit nisi hepar vehementius obstiterit. Dicemus autem paulo inferius totius corporis indicia. Est quidē ⁊ latitudo thoracis caliditatis indiciū nisi ⁊ hic quoq; cerebrum plurimum obstiterit: quoniam ei magna spinalis medulla respondet: tante vero erunt magnitudine vertebre: quanta ⁊ spinalis medulla: quare ⁊ spina vniuersa. Configitur vero thorax ad eam spine partem que Methaphrenum id est dorsum dicitur: tanꝙ ad carinam nauis. Quare necessario eius longitudo equabitur dorso. Latitudo vero erit pro vertebrarum ratione: quando ad proportionem earum crassitudinis fuerit confixus. Cum vero cordis caliditas superans perflauerit ac dilatauerit in primo sui ortu thoracem erit eiusdem caliditati proportione respondens. Quare cum caput paruum: torax autem latus extiterit maximum hoc tibi fuerit cordis caliditatis indicium. Cum vero magno existente capite paruus fuerit proprijssimum hoc erit cordis frigidioris signum. Si vero capiti fuerit proportione respondēs tunc alijs signis de corde distinguens: ex ipsius thoracis amplitudine nihil assumens.

Hic locus ī oībus fere exemplarib' grecis deprauat' est. Ita eñ grece scribendū fuit. εἰ δὲ μὲ ἴσον ἢ κατὰ τοσόσον τῆς ψύξεως ὂν μικρότερα μόνον ἀλλὰ καὶ βραδύτερα καὶ ἀραιότερα δεῖ νοῖ το

¶ Signa cordis frigidi. Cap. xxx.

In frigidiore vero corde pulsus minores existunt ꝙ modo nature conueniat. Non tamen necessario tardiores vel rariores. Respiratio autem siquidem tanto thorax minor extiterit: quā to cor frigidius pulsibus erit propor

lobтoi τῆν φύσιν και ατολμοι και αμελῆ ται. i. si aūt maior ꝙ fridi tatis ꝙ titas nō solū mi nor sz et tardior suple tu eris re spiratio timidi natales sūt ⁊ si ne auda cia: ⁊ tar ditas huic tradu ctioni adstipu lat: tra ductio arabica quā ex ponit Galy.

tionalis. Si vero maior fuerit: ꝙ pro frigiditatis vehementia non minorem tantum: sed etiam tardior: ⁊ rarior. Tales autem timidi natura sunt ⁊ sine audacia: ⁊ segnes ⁊ nudum pilis habent pectus. De eius vero paruitate distinguendum vt diximꝰ priꝰ. Eodem modo ⁊ de totius corporis caliditate.

¶ Signa cordis sicci Capitu. xxxi.

Cor aut siccius pulsus efficit duriores et iram non promptam quidem sed feram: et que non facile sedari queat magnaqꝫ ex parte vniuersum corpus siccius existit nisi hepar obstiterit.

¶ Signa cordis humidi. Ca. xxxij.

Cordis vero humidioris signa pulsus molles: ⁊ mores ad iram quidē procliues sed tales que facile sedari possit: ⁊ vniuersum corpus humidiꝰ existit: nisi hepar obstiterit. Secūdū vero coniugationem qualitatū primarum vitiose cordis temperature ita se habent.

¶ Signa cordis calidi ⁊ sicci Caplm. xxxiij.

Calidi ⁊ sicci cordis: pulsus duri sunt ⁊ magni: ⁊ veloces: ⁊ frequentes: et respirationes magne: ⁊ veloces ⁊ frequentes: ⁊ multo magis ad velocitatem ac frequentiam vergunt thoracee cordi non aucto proportionaliter. Hi vero pre cunctis pectus habent maxime hirsutū: ⁊ hypochondria. Ad actiones aūt prompti sunt: ⁊ iracundi ⁊ impudentes: ⁊ mores tyrannicos habent etenim ad furorem faciles: non facile vero placabiles: de totius autem corporis temperatura: ⁊ thoracis amplitudine his que ante diximꝰ proportionaliter est distinguendum.

¶ Signa cordis calidi ⁊ humidi. Cap. xxxiiij.

Si vero caliditas vna cum humiditate dominabitur: minus quidem his quos antea diximus hi sunt hirsuti: ad actiones vero nihilominus prompti non tamen ferior est animus: sed ad iram proclivis tantummodo. Pulsus vero magni: ac molles: ⁊ veloces: ⁊ frequentes existunt: ⁊ respiratio: cum thorax cordi fuerit proportionalis eandem pulsibꝰ formam seruabit. Si vero minor extiterit tanto illis velocior erit: ⁊ frequentior quanto ⁊ thorax minor extiterit. Si aūt multa facta fuerit euersio in temperatura: ac si hoc presertim in humiditate contigerit preter ea que diximus contingent etiā ex putredine morbi his qui in ipsis fuerint humoribꝰ corruptis ac putrefactis. Expirationes aūt maiores sunt ac velociores inspirationibus: ⁊ submissio arterie in pulsibus velox.

¶ Signa cordis hūidi ⁊ fridi. Cap. xxxv.

Humidioris vero: ⁊ frigidioris cordis pulsus quidem molles. Moribus autem nequaquam audaces: sed timidi ⁊ segnes existunt. Tales etiam glabrum pectus habent minimeqꝫ iram retinent: sicuti ⁊ ad iram non admodū sunt prompti. Que vero ad thoracem: ⁊ vniuersum attinent corpus distinguere oportet sicuti ea que ante diximus.

¶ Signa cordis frigidi ⁊ sicci. Caplz. xxxvj.

Frigidius vero cor ⁊ siccius: pulsus quidem duriores reddit: ⁊ paruos respirationem autem si quidem thorax paruitatē cordis frigiditati ꝓportionalem habuerit moderatam. Si vero maior extiterit raram ac tardam. Hi vero pre omnibus: minime ad irascendum prompti: cum autem coacti fuerint irasci quibusdam retinent iram. Habent autem maxime omnium nuduz pilis pectus. De paruitate autem thoracis: ac preterea totius corporis frigiditate similiter distinguendum. Unum illud commune in hisce omnibus memoria repetentibus: qꝫ quecūqꝫ de moribus siue nunc: siue quouis alio sermone explicata sunt ad temperature cognitionē: non de optimis moribus aut vitiosis qui ex philosophia hominibus adueniunt sed de insitis vnicuiqꝫ ac naturalibus nos exposuisse.

¶ Signa calidi hepatis. Capitulū. xxxvij.

Hepatis calidioris indicia venarum latitudo flaua bilis abundantior. In cōsistentivero etate etiā atra calidior ipsis sanguis: atqꝫ eadem ratione corpꝰ vniuersum nisi obstiterit cor. His venter ⁊ hypochondria hirsuta.

¶ Signa hepatis frigidi. Capi. xxxviij.

Frigidioris vero angustia venarum pituita abundantior: sanguis frigidior: ⁊ totiꝰ corporis habitus nisi a corde calefiat. Ceter illis glaber est: atqꝫ hypochondria.

¶ Signa hepatis sicci. Capitulū. xxxix.

Sicciores autem sanguis quidem crassior ⁊ minime abundans: vene duriores ⁊ totius corporis habitus siccior.

¶ Signa humidi hepatis. Cap. xl.

Humidioris autem sanguis quidē abūdantior: atqꝫ humidior vene autem molliores. Ita vero ⁊ vniuersum corpus nisi partes ad cor attinentes obstiterint.

¶ Signa calī ⁊ sicci hepatis. Cap. xlj.

Calidioris vero simul ac siccioris hepatis indicia hypochondria plurimum hispida sanguis crassior simul ac siccior: flaua bilis plurima est consistente autem etate ⁊ atra venarum autem latitudo: ⁊ durities. Sic vero ⁊ vniuersum corpus se habet: nam que ex corde caliditas originem habet potest obtundere eam que ab hepate nascitur frigiditatem. Sicuti ⁊ frigiditas caliditatem: siccitatem vero non potest humidius cor ad contrarium habitum transferre. Media vero inter has que dicte sunt ea que ab epate hūiditas oritur. Magis enim a cordis siccitate superatur ꝙ siccitas ab humiditate minꝰ autem caliditate: adhuc vero multo minus frigiditate. Hec enim inter omnes qualita

tes que ab hepate eueniunt facillime vincitur. Liq̄t autem q̄ cum in vnum conuenerint vtriusq; princi pij temperature totum exquisite secundum illas affi citur corpus: paulo vero inferius ipsius dicentur inditia.

¶Signa hepatis calidi ⁊ humidi. Capi.xlij.

HUmidius autem: ac simul calidius hepar minus quidem q̄ calidius: ⁊ siccius hypo chondria reddit hispida. Plurimum vero sanguinis: ⁊ venas amplas: habitū q; cali diorem atq; humidiorem facit: nisi obstiterit cor. Si vero amplius in ambabus qualitatibus a nature modo recedat a morbis qui ex putredine: ac vitiosis humoribus fiunt facillime capitur. Adhuc autē ma gis si plurimum augeatur humiditas: caliditas ve ro non ita. Si autem contra parum quidem humidi tas crescat. Plurimum vero caliditas minime vitio sis humoribus laborant.

¶Signa hepatis humidi ⁊ frigidi Cap.xliij

HUmidius autem ⁊ frigidius hepar hypo chondria glabra sanguinem vero ad pi tuite naturam accedentem generat: cū ve narum angustia: sic ⁊ reliquum afficit cor pus: nisi a corde ad contrariam naturam transferatur.

¶Signa hepatis frigidi ⁊ sicci. Cap.xliiij.

FRigidius autem ⁊ siccius hepar cum pau co sanguine ⁊ venaruȝ angustia efficit cor pus: atq; frigidius: ⁊ hypochondria gla bra: nisi ⁊ hic cor dominetur.

¶Signa calide frigide humide ⁊ sicce tē perature testiculorum. Capitulū.xlv.

TEmperatura vero testiculorum calida qui dem ad venerem procliuis: ⁊ masculorū ge neratrix ⁊ fecunda celerrimeq; genitales partes obsepit pilis: simul autem ⁊ circum iacentes attingit partes: frigidior vero contraria ef ficit: ⁊ humida quidem multo ⁊ humido semine abū dat. Sicca paucū ⁊ modice crassum gñat semen.

¶Signa cal̄e: ⁊ sicce tēperature testiculorū. Ca.xlvj.

CAlidior vero ac siccior ⁊ crassissimum se men habet: ⁊ fecūdissima est ac celeriter ab initio protinus ad coitum excitat animal. Sed ⁊ his genitales partes citissime hispi de fiunt: atq; omnes que circunstant supra quidem vsq; ad vmbilicum infra vero vsq; ad media femo ra petulca igitur est: ⁊ ad libidinem prona huiusce modi temperatura statim vero satiatur: ⁊ si cogatur offenditur.

¶Signa cal̄e ⁊ hūide tēpature testiculorū. Ca.xlvij.

SI autem caliditas humiditati coniunga tur hirsuti quidem tales minus: plus ve ro semine abundant non tamen plus cete ris appetunt: sed minori detrimento pre ter modum venereis indulgent: quod si satis excre uerint: ⁊ caliditas ⁊ humiditas non sine detrimen to a venereis abstinent.

¶Signa frigide et humide temperature testiculo rum. Capl̄m.xlviij.

SI vero frigidiorem ⁊ humidiorem tē peraturam testiculi habuerint partes circumposite glabre sunt: ⁊ tarde rem veneream exercere incipiunt: neq; pro ni ad actuȝ huiusmodi sunt. Aquosuȝ vero ⁊ tenue ipsis est semen: ⁊ infecun dum ⁊ feminarum generatiuum: vel omnino non ge nerans.

¶Signa fride ⁊ sicce tēpature testiculorū. Ca.xlix.

FRigidior vero ⁊ siccior temperatura simi lis quidem in reliquis est antedicte: cras sius vero in ipsa semen existit: atq; omnino paucum.

¶De habitu totius corporis Capitulū.l

TOtius autem corporis habitus diximus: ⁊ superius quomodo ⁊ hepatis: ⁊ cordis naturam sequantur: ei autem magis assi milatur quod vnam aliquam ex primis q̄ litatibus potentiorem habuit: quas ⁊ effectiuas ap pellant. Totius vero corporis habitus in illis ma xime dicitur partibus que prime oculis subijciun tur. Sunt vero he: musculi qui omnia ambiunt ossa: carnes quedam composite ex prima ⁊ simplici carne ⁊ preterea fibris quibus innascuntur: propria eniȝ musculorum substantia his duobus constat: que ve ro ad ipsos vasa pertingunt: veluti riui quidā sunt qui non substantiam complent: sed eis subministrāt vt in vita permaneant. Dicentur igitur ⁊ horum tē perature inditia in bene temperata habitatione: nā que male temperate sunt cuteȝ permutant ex seipis formantes ⁊ quedam ex inditijs corrūpunt. Ita ⁊ in bene temperata regione: si quis se tēpore estatis nu dum soli exposuerit permutabit inditia que ex colo re: ⁊ duritie: ⁊ mollitie sumuntur. Si vero quēadmo dum bonam temperiem obtinet locus ita ⁊ ipse be ne temperato victu vsus fuerit vt qui neq; se nudum singulis diebus in sole plurimum torrefaciat: neq; si cuti pleriq; more puellarum continue in vmbra de gat: hic certa atq; exquisita temperature inditia pre se feret: tanquā igitur de hoc futuro sermone nūc ad ipsum accedemus.

¶Signa moderate tēperature Capitu.lj.

MOderate tēperature inditia s̄m totum aīa lis habitū. Color quidē ex rubro ⁊ albo cō mixtus: capilli vero flaui: ⁊ vtplurimū me diocriter crispi. Carnositatis aūt mediocri tas in qualitate ⁊ quātitate. Mediū est est enī exq̄si te huiuscemodi corp⁹ inter oēs excessus: vt q̄ ad ipȝ dicant̄: ⁊ cognoscant̄: nā ⁊ crassum corp⁹ ad hoc cō paratū dicit̄ crassum: ⁊ tenue ad hoc codē mō: ⁊ car nosum ⁊ macilentū: ⁊ pingue: ⁊ durū: ⁊ molle: ⁊ his pidū ⁊ glabiū: nullū igitur horū corpus: est medio critatē habens. Sed qualis polycleti regula ad sum mū toti⁹ peruenit mediocritatis: adeo vt neq; tangē tibus molle videat̄: neq; durū: neq; frigidū: inspiciē tibus vero neq; hirsutū: neq; glabiū: neq; crassum: neq; tenue: aut aliquē aliū hn̄s excessum vel defectū.

¶De corpore calidiore. Capitulū.lij.

QUecūq; aūt i caliditate a medio recedunt: nō tn̄ in humiditate ⁊ siccitate: hec q̄tū ad carnosuȝ gen⁹ attinēt (de hoc ei p̄ns est ser mo) vident̄ q̄dē tangētib⁹ calidiora tantū quantum ⁊ eorum temperatura calidior tanto ve ro magis hirsuta sunt q̄to ⁊ calidiora: ⁊ min⁹ pin

guedinis habent: colorem autem rubrum: ⁊ capillos nigros habent.

¶ Signa frigide temperature. Cap. liij.

Frigidioris autem temperature indicia sunt pilorum carentia: pinguedo: ⁊ frigiditas que tangentibus obuiat. Color autem vna cum capillis ruffus: ⁊ vbi frigiditas excesserit liuidus quodammodo existit: quem nonnulli medici colorem plumbeum appellant.

¶ Signa sicce temperature. Cap. liiij.

Siccior autem temperatura tanto gracilior est: ⁊ durior bona temperatura quanto maior est siccitas. In reliquis autem eodem modo se habet.

¶ Signa humide temperature. Cap. lv.

Et humidior etiam in reliquis quidem eodem modo se habet. Melius autem carnosa ⁊ mollior ⁊ quidem secundum coniugationem qualitatum primarum facte intemperature compositam habet indiciorum formam.

¶ Signa calide: ⁊ sicce temperature. Cap. lvj.

Calidior simul: ac siccior est hirsuta magis: ac calida ⁊ dura existit: ⁊ pinguedine caret tenuisque est: ⁊ capillos nigros habet. Siue ro multum in caliditate excedat: color quoque niger illi adest.

¶ Signa calide ⁊ humide temperature. Cap. lvij.

Calidior autem: ⁊ humidior temperatura mollior: ⁊ calidior ⁊ carnosior tanto est bona temperatura quantum ⁊ vtrisque qualitatibus aucta fuerit. Quod si plurimum augeatur cito similiter a putredinis corripitur morbis quoniam ⁊ humorum vitio prompte laborat. Si vero parum quidem humidior sit multo vero calidior: molliores quidem parum huiuscemodi sunt his qui bonam habent temperaturam ⁊ magis carnosi: non parum vero hirsutiores: ⁊ tangentibus non parum calidiores. Nigri vero eis capilli: ⁊ caro pinguedine caret. si vero paulo quidem calidior multo vero humidior mollis his caro est: ⁊ multa: ⁊ color commixtus est ex albo ⁊ rubro ⁊ tangentibus paulo calidiores. Et vt summatim dicatur omnibus temperature coniugationibus semper superexcedentis qualitatis indicia eminebunt.

¶ Signa frigide ⁊ humide temperature. Cap. lviij.

Frigidior autem atque humidior temperatura: si parum quidem vtraque augeatur capillis nuda est: ⁊ alba: ⁊ mollis: ⁊ crassa: ⁊ pinguis. Si vero magis excesserit reliqua quidem sunt secundum proportionem augumenti qualitatum: color autem vna cum capillis ruffus quemadmodum si plurimum vtraque augeatur liuidus. Si vero qualitatum augumentum fuerit inequale eiusque superexcesserit indicia eminebunt.

¶ Signa frigide ⁊ sicce temperature. Cap. lix.

Si autem frigiditas vna cum siccitate equaliter augeatur: natura durum: ac tenue: ⁊ glabrum corpus habent: ⁊ tangentibus frigidum: pinguedo tamen ipsis ⁊ si graciles sint per carnes dispersa. Capilli autem ⁊ color frigiditatis modum: ac proportionem sequuntur. vbi vero calida: ⁊ sicca temperatura in tempore decrementi: in frigidum ⁊ siccum labitur habitum: tunc hi graciles fiunt ⁊ duri atque atra bilis in eis dominatur: ⁊ ob id nigri simul: ⁊ hirsuti euadunt. vbi igitur altera qualitas plurimum dominatur: altera vero parum a mediocritate recedit superabunt eius que dominatur: exilia autem erunt alterius qualitatis indicia. In omnibus vero de quibus supra diximus ⁊ postea dicemus: commune est temperature indicium si membrum facile frigescit: vel frigiditatis: vel raritatis. Si vero non facile: vel caliditatis: vel densitatis. Si vero a desiccantibus offendatur: ⁊ aridum ⁊ siccum: ⁊ non facile mobile fiat siccitatis quemadmodum ⁊ si ab humectantibus grauiter se habeat humiditatis. Inspicere autem oportet si eandem omnes musculi seruant temperaturam: vel minime eandem: atque in omnibus animaduertere subiectorum ossium quantitatem. Nonnunquam enim gracile videtur membrum cum tamen non sit gracile quo ad musculos attinet. Sed propter ossium tenuitatem tale videtur sic ⁊ crassius quibusdam plerunque apparet non ob ossium amplitudinem sed ob multitudinem carnis que vel aucta vel comminuta: vel durior aut mollior effecta siccius aut humidius membrum ostendit. Pauca igitur: ac dura siccius multa autem ⁊ mollis humidius. Sic ⁊ intermedia spacia similarium corporum vt plus: vel minus humide substantie in seipsis continent: vel crassius: vel tenuius: vel humidius: vel siccius membrum ostendunt. Humidius quidem vbi subtilior: ⁊ plurima est humiditas: siccius vero vbi crassior simul ⁊ minor. Ipse enim solide corporis partes que vere solide sunt: ac prime nullo modo possunt effici humidiores. At satis est siquis eas celerius exiccari prohibeat. Inter septa autem in ipsis spacia hac vel illa humiditate complere possibile. Hec vero est proprium partium similarium alimentum quod ex appositione fit ⁊ non per vasa attrahitur: communis autem hec ratio ⁊ omnium partium existit: ⁊ iterum insalubrium atque insalubrium causarum doctrina repetetur: nunc autem ea que ordine sequuntur attingamus.

¶ Signa sicci ventriculi. Cap. lx.

Ventriculi indicia eius quidem qui natura siccior existit si celeriter sitibundi fiant ⁊ paucus eis sufficiat potus a plurimo autem aggrauentur: fluctuationibus infestentur aut superfluitet id quod abundet ⁊ cibis delectantur siccioribus

¶ Signa humidi ventriculi. Cap. lxj.

Humidioris autem si neque sitibundi fiant et superabundans humidum facile tolerent ⁊ cibis gaudeant humidioribus.

¶ Signa calidi ventriculi. Cap. lxij.

Calidior vero natura ventriculus melius quidem concoquit quam appetat: ⁊ multo magis quecunque dura sunt ⁊ non facile alterationem suscipiunt. Nam que facile alterantur in ipso corrumpuntur gaudetque calidis potibus: ac cibis: neque a frigidis vllam percipit noxam si modice ipsis vtatur.

¶ Signa frigidi ventriculi. Capitulum.lxiij.

Frigidus vero natura ventriculus ad appetendum quidem plurimum viget ad concoquendum autem minime tales precertim cibos qui frigidi sunt ⁊ non facile alterationem suscipiunt. Cito itaqꝫ in ipso acescūt atqꝫ ideo acidis eructuationibus talis ventriculus plurimuꝫ abundat: ⁊ gaudet quidem frigidis sed ab eorū vsu in modico offenditur. Ita ⁊ ea que extrinsecus frigida occursant nequit longiori tempore tolerare quēadmodum neqꝫ calidus calida. Male vero temperature que morbi ratione ventriculum occupant hoc differunt ab his que naturales existunt quoniā contraria non autem similia appetunt quemadmodum naturales.

¶ De malis temperaturis in ventriculo coniugatis. Capitulū.lxiiij.

Male autem temperature in ventriculo coniugate ex compositione simplicium cognoscuntur. Oportet autem eas que iam sunt dicte diligenter aduertere easdem ab his q̄ dicentur distinguentes: non solum enim ventriculus sitibundos ⁊ minime sitientes facit: ⁊ frigidi calidive pot⁹ appetentes. Sed ea quoqꝫ viscera que in thorace sunt vt cor: ⁊ pulmo. Sed qui ob horum sitiunt caliditatem plus inspirant ⁊ longius expirant: atqꝫ estum in thorace sentiunt non sicuti qui ventriculi ratione in hypochondrijs caliditatem patiuntur: ⁊ cū potauerint non statim sedatur sitis ⁊ magis cuꝫ frigidum hauserint ꝙ cum calidum nimis. Refrigerat autem eosdē ⁊ frigidi aeris inspiratio: que nihil eos iuuat qui ventriculi ratione sunt sitibundi. Ita ⁊ hi qui cōtrario modo se habent a frigida inspiratione sensibilem sentiunt effectum.

¶ Signa pulmonis frigidi. Capitulū.lxv.

Et hoc maximum sit frigidi pulmonis indicium. Uti vero frigidum inspirantes manifeste dolorem sentiunt: ⁊ frigiditatem ita ⁊ caliditas est ipsis amica: sed ⁊ pituite excrementa cum screatu et tussi expuunt.

¶ Signa pulmonis sicci. Capitulū.lxvj.

Pulmonis autem siccitates excrementis vacant: ⁊ pituita: ⁊ vocem claram efficiūt: quēadmodum humiditates obscuram reddūt ac raucam: ⁊ cum vehementius: aut acuti⁹ loqui studuerint tunc intercidunt excrementa.

¶ De voce. Capitulū.lxvij.

Non tamen ipsa vocis magnitudo a caliditate: sicuti neqꝫ paruitas a frigiditate fit: sed altera quidem aspere arterie latitudinem sequitur ⁊ vehementiorem efflatum. Paruitas vero a contrarijs aduenit causis. Quare neqꝫ semper: neqꝫ primum: sed ex accidenti: ⁊ solas naturales temperaturas: non autem aduenticias vocis magnitudo: aut paruitas sequitur. Quoniam etenim talia instrumenta temperature natione sunt facta: ad hec autem consequitur huiusmodi vox. Idcirco contingit ex voce de naturali temperatura ratiocinari.

¶ De leni ⁊ aspera voce. Cap.lxviij.

Nam ⁊ lenis vox arterie lenitatem consequitur: sicuti ⁊ aspera asperitatem. Lenitas igitur arterie moderatam sequit̄ temperaturam: asperitas vero siccitatē. Asperitas etenim fit ab inequalitate duri corporis. Arteriam vero duram similarium partium ex quibus constat siccitas: inequalem vero dispersa in eisdem humiditatis defectus.

¶ De Uoce acuta. Cap.lxix.

Eodem modo neqꝫ acuta natura vox sine angustia faucium neqꝫ grauis sine latitudine fieri potest. Angustia igitur ab insita: atqꝫ innata nascitur frigiditate. Latitudo auteꝫ a caliditate differentijs igitur naturaliuꝫ vocum he que ex affectu aliquo fiunt sunt proportionales: que ⁊ ipse indicia sunt causarum a quibus oriuntur de quibus in libris de voce sufficiēter distinxi. Relique vero partes animalis interiores exilia habent temperature indicia tentandum tamen ea ex iuuantib⁹ atqꝫ nocentibus agnoscere: ac preterea naturaliū potentiarum operationes. Dictum vero est in tertio de causis accidentium: ꝙ cuiusqꝫ potentie virtus: ⁊ vitium temperatura principalis existat temperaturarū itaqꝫ indicia iam explanauimus.

¶ Signa nature instrumentarie. Cap.lxx.

Circa magnitudinem vero ⁊ formationem: vel numerum: vel situm quecumqꝫ quidem sensibus subijciūtur errata cognitu facillima sunt: que autem sensu percipi nequeunt quedam cognitioneꝫ habent difficilem: quedā vero facilicet Capitis igitur magnitudo: ac figura: ⁊ cerebri simul in propatulo sunt. Et de his antea diximus: sic ⁊ q̄ thoracis sunt: ⁊ quecūqꝫ ad scapulas: ⁊ humeros: vel brachia vel cubitos: vel extremas manus: vel coxendices: vel femora: vel tibas: vel pedes attinent non est difficile agnoscere: siue secundum formationem: siue secundum magnitudinem ex his aliquid non recte se habeat: siue secundum numerum vel partium ex q̇bus constant composituram singularum etiam operationis detrimenta facile patent. Que autem intra corpus sunt non omnia possunt agnosci.

¶ De ventriculo. Cap.lxxi.

Cuiusdam enim ventriculum adeo paruum: ac rotūdum: ac pronum secūdum hypocundria situꝫ habentem inspexi vt manifeste ex circumscriptione propria: ⁊ videntibus: ⁊ tangentibus appareret.

¶ De Uesica. Cap.lxxij.

Sic ⁊ cuiusdam vesicam contigit intueri ita expositam: ac paruam: vt si quando vrinam tardius excerneret tumor quidam circunscriptus manifeste cerneret̄ non tamē aliud ex interioribus quicꝙ̄ mihi vnꝙ̄ manifestū prebuit indiciū. Tentare auteꝫ oportet ꝙ̄ maxime fieri potest virtutem ipsorum: ac vitium: ⁊ si non certissima scientia: artificiosa saltem coniectura comprehendere veluti exempli gratia in hepate.

¶ De hepate. Cap.lxxiij.

Vidi enim aliquos ꝛ quidem ꝙplures quibus vene erant angustie: ꝛ totum corpus colore priuatum ꝙ si plusculum cibi assumpsissent qui presertim flatibus excitandis aptus esset: ꝛ crassus: ac tenax: nonnulli quidē veluti pōdus quoddam insidens: atqꝫ suspensum in ꝓfundo dextre hypocūdriorum partis sentiebant. Nōnulli vero cum quadam natione dolorem sentientes. In his quidem verisimile est hepar esse paruū: atqꝫ angustos meatus habere.

¶ De homine pituitoso vomente bilem. Cap. lxxiiij.

Alterum vidi cuius totus habitus pituitam pre se ferebat: quotidie tamē bilem pallidam euomebat. Censui igitur inspicienda alui excremēta: in quibus minimum bilis apparebat. Quare coniectura quadam comprehendi eū meatum qui biliosum egurgitat humorem non minimā eiusdem partem ad imum vētriculi locum quā greci pyloron: id est hostiariū vocant effundere: vt in quibusdam apparet animalibus ex quibus id cōstat ꝙ plurimum ad eorum que latent sensum confert cognitionem ea que ex sectionis inspectione habet̄ peritia ꝛ operationum: atqꝫ vtilitatum inuētio. Quicūqꝫ igitur facultatem dignoscendi huiuscemodi corpora que ita lapsa sunt consequi cupit oportet ipsum in sectionibus: ac in operationum: atqꝫ vtilitatum inuentionibus exercitari. Scripsimus vero de omnibus seorsum in tractatibus alijs de quibus in fine libri omnino proposuimus facere mentionem: vt discendi cupidi intelligant quecūqꝫ discere optauerint ex quonam possint haurire tractatu. Sed tamē de hisce satis.

¶ Quomō cognoscātur corpa egrotātia. Cap. lxxv.

Quecūqꝫ vero vt nunc insalubria sunt: hoc est que iam egritudinem patiuntur dignoscere ꝛ hec ipsa oportet. Que quidem sub hijciunt̄ sensui: ex eoꝝ que ipsis insunt ꝑm naturā ꝑmutatione in magnitudine colore: figura: ꝛ numero: ꝛ situ ꝛ ea que est ꝑm duritiē ꝛ mollitiem: ꝛ frigiditatem: ꝛ caliditatem differentia. Que autem visum effugiunt vt summatim dicam ex operationum lesionibus aut his que excernuntur aut doloribus: aut tumoribus preter naturam: aut horum quibusdam: vel omnibus.

¶ Signa cerebri patientis. Cap. lxxvj.

Articulatim autem que quidem sunt in cerebro egre dispositiones: aut dementie specie bus: aut sensibilium imaginationum lesionibus aut actuum qui ꝑm electionem fiunt aut ex his que excernuntur per palatum: vel nares: vel aures: aut horum qui ei dolores eueniunt differentijs.

¶ Signa cordis patientis. Cap. lxxvij.

Que vero in corde fiunt ex difficilis anhelitus speciebus: ꝛ tremulis motib' qui ipsi cōtingunt: ex pulsibus quoqꝫ eius atqꝫ arteriarum ꝛ ab excandescentis ire celeritate aut tarditate a febribus: ꝛ refrigerationibus: ꝛ in colore differentijs: ac eis q̄ ipsi aduenīunt doloribus.

¶ Signa hepatis patientis. Cap. lxxviij.

Que autem in hepate ex defectu humorum atqꝫ abūdantia: ꝛ ad id quod preter naturaꝫ euersione ꝛ colore malo ac preterea ex ꝑmutatione nature in his que ad alimenti diductionem: aut superfluitatum attinent excrationem: sed ꝛ ex grauitatibus ꝛ tumoribus: ꝛ doloribus non modo his qui in eo ortum habent verum: ꝛ in illis qui cōpatiēdi ratione proueniunt: queadmodum in aliqua: vel spiritus grauis vel tussis specie.

¶ Signa ventriculi patientis. Cap. lxxix.

Sic ꝛ ventriculi affectus agnoscitur vbi in cōcoctione ꝛ appetitu humidi: vel sicci alimenti: vel superfluitatum excrectione delinquitur. Ita etiam ex singultibus eructuationibus nauseis: vomitibus ꝛ ipsis eorum que euomuntur speciebus.

¶ Signa thoracis patientis. Cap. lxxx.

At ea ꝛ thoracis agnoscuntur affectus exspirandi difficultatibus tussibus ꝛ doloribus qui in ipso fiunt: ꝛ ex eoꝝ que cum tussi expuuntur differentia. Sic ꝛ aspere arterie egritudines difficiles anhelitus: ꝛ tusses ꝛ dolor in loco: ꝛ que expuuntur ꝛ vocis offensiones ostendunt. Secūdum vero eandem proportionē: ꝛ in alijs omnibus accidit partibus. Nā ex tumore: dolore: ꝛ operationum lesione ꝛ excrementorum differentia sumētur indicia. Excrescentie autem non naturales in inflāmationibus durisqꝫ ac laxis tumoribus: ꝛ erisipelatis sunt explorande. Dolor autem quecūqꝫ obsederit locum: aut continuitatis solutionem: aut subitam alterationem ostendit. Soluitur autem continuitas incisione exesione: fractione ꝛ tentione: alteratur vero substantia a caliditate: frigiditate: humiditate: siccitate: leditur autem operatio tripliciter aut quia debilitat: aut quia vitiose: aut quia nullo modo fit.

¶ De differentia eorum que excernūtur. Cap. lxxxi.

Quecūqꝫ autem excernuntur: nonnulla quidem sunt veluti partes patientium locorum: nōnulla vero tanꝙ excrementa. Que vero in ipsis naturaliter continentur singula propriam facient i udicationem. Dictum est autem de hisce omnibus plenius in tractatu de membris passis quem nullus ante nos aut in artem redegit: aut ad absolutam perfectionem deduxit quemadmodum ꝛ in omnibus alijs euenit quibus initium quidem aliquod ab antiquis est datum non tamen absolutū est opus egrotantium itaqꝫ corporum ex tractatu illo indicia sunt sumenda. Eorum autem qui in egritudinē lapsuri sunt: ꝛ qui sanitati restituendi presens doctrina complectitur.

¶ Signa future egritudinis. Cap. lxxxij.

Horum igitur indicia quibus egritudinis periculum imminet mediam formā habent inter ea que sanis: ꝛ que egorantibus eueniunt: siquidem sanis omnia ꝑm naturam insunt preter naturam ꝟo egrotantibus: quatenus egrotant in cōfinio autem horum ea que sunt corporum neutrorū indicia quorum nonnulla quidem sunt ex eorum ge-

nere que secũdum naturam sed vel qualitatibus: vel quantitatibus: vel temporibus permutata: quedam autem ex his que preter naturam et minora his que egritudinibus adsunt: atque idcirco he quidem corporum dispositiones que in egritudinẽ casura mon strauit: sunt ex neutrorum genere atque vna ea que ipsa indicant signa. Primo enim hec sanitatem ostendũt secundo autem egritudinem: et fiunt eadem signa secundum ad aliquid habitudinem: neutra et insalubria: que quidem presentem dispositionem ostendũt: neutra que vero futuram premonstrant insalubria. Eadem vero ratione et quecunque egrotantibus signa salutaria apparent dicentur quidem salubria: qua futuram sanitatem ostendunt: dicentur etiam egra quatenus presentem ostendunt egritudinem. Neque in ambiguo est quod que sunt vtrorumque indicatiua neutra dicentur: secũdum vnum quoddam neu tri vocabuli significatum: neque vero mirari oportet eadem signa tres in diuersis habitudinibus seruare rationes que et salubria: et egra et neutra dicantur: secũdum vero alterum significatum quecũque his qui a morbo referuntur insunt signa neutra appellantur neque in alio significato accipiunt ea que senibus insunt. Hec quidem omnia in pluribus et conceptibus et rationibus subijciuntur: quecũque vero in his qui integra sanitate fruuntur inter salubria tantũmodo computatur. Et quecũque egritudinibus insunt neque futuram prenunciant sanitatem soli: et hec egrorum conceptui subijciuntur. Sed de his quidem postea dicetur: nunc que futuram premonstrant egritudinẽ prius exequamur. Cum vero sit eorum differentia duplex prius ea pertractemus que quantitatibus vel qualitatibus vel temporibus: non autẽ proprijs speciebus ab eo quod secundum naturam euariant: veluti ciborum appetentia intenta: vel dissoluta aut que non seruant tempus consuetum: aut que ad edulia non vsitata feratur: aut excretiones cibi superfluitatum que aut pauciores aut plures: aut humidiores: aut duriores existant. Sic humidorum excremẽtorum: vel defectus vel superabundantia preter consuetudinem naturalem aut in colore: aut in consistentia varietas aliqua. Aut in tempore excretionis: et vigilie plures: ac somnus aut non consueto tempore. Eodem modo potus pluris: aut paucioris calidi: aut frigidi insolens appetitus sicuti et circa rerum venerearum vsum immodica aut intempestiua concupiscentia: et plures aut pauciores sudores his qui fint oportuni: et ad motus torpor: aut si moueri tentauerint grauitas: aut vehemens exsolutio mẽstruorum occultatio: vel immodica: aut diminuta euacuatio. Sic et que per ora venarum (greci hemorroidas appellant) fit sanguinis effusio. Sed nõ eadem que prius in cibo potuque voluptas sunt future indicia egritudinis hebetudoque animi non naturalis: aut obliuio quedam inconsueta: aut somni qui pluribus imaginationibus abundant quam prius auditus: et odoratus visusve hebetiores: aut turbulentiores: et vt simpliciter dicam quecunque secundum naturam inerant: hec quidem augumenta: hec vero comminuta: hec vero temporibus quibusdam aut qualitatibus immutata. Siquidem et ipsius corporis moles aut maior: aut minor: aut magis alba: aut magis rubra quemadmodum liuidior: aut nigrior: ructusque ac sternutamenta: et flatus plures aut pauciores his qui secundum naturam sic et quecunque per nares: vel palatum: vel aures per quos meatus cerebrum expurgatur vel temporibus: vel quantitations: vel qualitatibus immutata: hec igitur omnia ex genere eorum sunt que secundum naturam. Morsus autem ventris: vel in ore ventriculi: vel in aliquo intestinorum: aut cum aluus subducitur: aut cum vomitus excitatur aut cum mingitur: siue aliquis altus dolor mediocris ex genere quidẽ existit eorum que preter naturam: non tamen qui ita se habent egrota re dicuntur: sicuti neque qui capite grauantur: aut dolent: aut vigilant: cum nondum inconsuetis impediuntur operationibus. Hic enim in huiuscemodi dispositionibus terminus est. Atque idcirco in eo quod ad aliquid eandem dispositionem egram atque neutram appellabimus. Nam pro vigore potentie que vel facile substinet: vel vincit vnaqueque ex his quas antea diximus: vel morbus est: vel neutra dispositio: sic et quecunque in sensibus: non in eo quod magis: aut minus inuicem differunt: sed toto genere sunt preter naturam. Et hec sunt signa morborum donec modica fuerint et nondum hominem a cõsuetis operibus sufficiunt ammouere. Talia vero sunt in gustu quidem cum vel salse vel amare: vel alicuius alterius qualitatis sapor nobis indicatur siue in omnibus que bibuntur: aut manducantur aut preter quod aliquid assumatur saliua ipsa talis sentiatur. In odoratu autem quando alicuius vnius qualitatis sensum habemus nullo odore presente: aut cum plura differentia naribus admouemus omnia velut similia sentimus. Sepius vero nihil sentimus: aut aliquid fetens etiam si nihil adsit quod feteat. Quantum vero ad auditum soni: et strepitus ad id quod preter naturam pertinẽt. Quemadmodum in visu quecunque ante oculos apparere creduntur nigra: et atra: et cerulea: et ruffa: et flaua: et nonnulla rotũda: nonnulla autem oblonga: quedam gracilia quedam crassa oculis pretendi videntur. In sensu autẽ tactus cum inequalitas aliqua: vel spissitudo: vel grauitas: vel tentio: vel torpida: vel vlcerosa dispositio in toto corporis habitu sentitur: sic et in singulis partibus vel tentio: vel compressio: vel morsus: vel grauitas: quando modice fuerint: ac minime firme neutram quidem dispositionem adesse demonstrant: futuram vero egritudinem prenunciant.

¶ Signa corporum egrotantium. Cap. lxxxiij.

At que iam in egrotantibus signa videntur ex quibus nonnulla salutem nonnulla mortem portendunt. Prima quidem salubria: altera vero genere quidem egra: secundum speciẽ autem perniciosa dicuntur. Sumuntur autem vt vniuersaliter dicamus ex operationum virtute ac vitijs. Secundum partẽ vero ex particularium operationibus: quarum genera antea diximus. Primum quidem eorum que principia existunt. Secundum vero illorum que a principijs ortum habent. Et tertium eorum que ex seipsis gubernantur: a principijs autem quasdam deriuationes habent. Quartum si quidem genus eorum que tunc diximus: ex se quidem ad aliquid prenoscendum inutile est. Secundum, accidẽs

autem ⁊ ex his aliquādo precognitiones erunt quē admodum ⁊ ex excrementis ex his quidem compatiendi ratione: ex excrementis autem semper quoniā coctionis: ⁊ incoctionis signa continent. Quare fieri non potest quin omnino significent: aut naturaꝫ materiei: aut materiam nature: aut neutrum neutro dominari. Salubria quidem signa dicentur natura superante: insalubria vero superata. Neutra autem que pugnas habent equales. Sed que quidem manifestam indicant coctionem ex salubribus sunt. Sicuti que cruditatem egra: que vero neqꝫ coctionem: neqꝫ cruditatem ostendunt: ex neutrorum sunt natura. Sunt vero ⁊ neutra quecūqꝫ nunc quidem hoc: nunc vero contrarium significant veluti digiti deni grati. Talia sunt etiam critica idest decretoria accidentia de quibus omnibus in libris de crisi dictum est. Sicuti etiam de his que ad vnamquāqꝫ attinēt operationem in his libris in quibus de causis accidentium agitur. Quare omnium horum singuloruꝫ materiam ex eisdem libris colligere oportet. Ego vero prolixitati parcens hic sermoni designis fineꝫ faciam: transgrediar autem ad illum qui de causis.

¶ De causis salubribus insalubribus ac neutris. Cap. lxxxiiij.

Quoniam vero ⁊ harum he quidem salubres: he autem insalubres: he vero neutre. Primum de causis salubribus erit sermo: quia vero ⁊ harum nonnulle quidem conseruatrices: nonnulle vero effectrices. Sunt autē: ⁊ tempore: ⁊ dignitate priores conseruatrices. Incipiendum est a conseruatricibuꝫ. Quum igitur non vnum tantum sit sanum corpus: sed plura vt supra diffiniuimus in eorum singulis propria erit causa conseruatrix. Siquidem omnis causa in eo quod ad aliquid existit. Hic igit̄ denuo sumendum initium ab optima corporis constitutione: ac que ei salubria sint considerandum. Eorum autem inuentionem ipsius rei natura insinuat. Si enim impatibile atqꝫ inalterabile esset corpus. Semper optima constitutio perduraret: neqꝫ artis presidio indigeret. Quoniam vero alteratur: corrumpitur: ⁊ vertitur: neqꝫ eundem seruat prioris status tenorem: ea ratione auxilium desiderat.

¶ Quot modis nostrū corpus alteretur. Ca. lxxxv.

Secundum quot igitur alteratur modos tot auxiliorum hoc est causarum conseruatricum genera habebit: quas ex his que dicta sunt liquet esse ex correctiuarum genere. Sed quia paulatim correctiones faciūt anteqꝫ omnis ingruat noxa non preseruantes a futuro malo: sed presentis status conseruatrices medici appellant. Alteratur igitur corpus a nonnullis quidem necessario a quibusdam vero non necessario. Dico auteꝫ necessario que nulla est euitandi ratio: non necessario autem reliqua. Nam aerem quidem nos ambiētem semper attingere: comedereqꝫ ac bibere: ⁊ vigilare ⁊ dormire est necessarium: ensibus autem ⁊ exitialibus feris obuiare non necessarium. Quare circa primum causarum genus versatur ars corporis conseruatrix: circa secundum autem minime. Quot igitur numero sint ea qua ex necessitate corpus alterat distinguentes proprium in singulis eorum causarum salubrium genus inueniemus. Inest igitur vnum quidem ex ambientis aeris adhesu alterum vero ex motu: ⁊ quiete ⁊ totius corporis ⁊ partium singularum tertium ex somno ⁊ vigilia: quartum ex his que assumuntur. Quintum ex his que excernuntur ⁊ retinentur. Sextū ex anime affectibus. Ex his necesse est aliquo modo affici corpus. Ab aere quidē ambiente: quia aut calefit aut frigefit: aut exiccatur: aut humectatur vel secundum horum patitur coniugationem aut in toto alteratur substantia ex motu vero ⁊ quiete: cum vtraqꝫ modum excesserint: aut calefactum: aut refrigeratum: aut humectatū: aut exiccatum: vel aliquid secundum horum patiens coniugationem. Sic ⁊ ex somno ⁊ vigilia ipsuꝫ pati est necessarium secundum eandem rationeꝫ. Et ex anime affectibus: ⁊ ex his que assumuntur: aut excernūtur aut retinentur: hec siquidem omnia partim quidem euidenter: partim vero per alias causas medias alterant corpus: ⁊ sanitatem corrumpunt: ⁊ de horuꝫ singulis seorsum scripsimus in tractatu qui de salubribus inscribitur. Omnia igitur nunc dicta genera materie quedam sunt salubrium causaruꝫ: at vsu oportuno adhibito cause fiunt conseruatrices: atqꝫ salubres. Sed vbi a modo deliquerint insalubres redduntur vnde etiam liquet ex his nullam harum rerum exteriorum: aut salubrem: aut insalubrem: a nobis existimari oportere at easdem potius quādoqꝫ quideꝫ salubres: quandoqꝫ vero insalubres in eo quod ad aliquid esse. Nam vbi motum corpus desiderat exercitatio quidem salubris ocium autem insalubre: cum vero eget quiete ocium quidem salubre exercitatio autem insalubris eodē modo de cibis: ⁊ potibus: ⁊ de alijs omnibus statuendum. Horum enim singula quando vt necessitas corporis exigit cum mensura: ac qualitate opportuna adhibentur salubria fiunt. At cum citra omnem necessitatem: ac preter modum afferuntur insalubria. Atqꝫ hec due sunt circa salubre: ⁊ insalubre intentiones rei scilicet que adhibetur qualitas: ac quantitas. Neqꝫ enī est rationi consentaneum etiam temporis occasionem: que in his que dicta sunt continetur veluti tertium aliquod ab eisdem diuersum introducere. Si enim tali: ⁊ tanta re allata egeat corpus nemini dubium: quin etiam in tempore opportuno afferatur occasio. Siquidem temporis inde ortum habet quoniam fluxibi'e: ac facile mutabile est mortale corpus ac pro transmutationis modo alijs alio tempore eget auxilijs. Quare non est tertium aliquod preter ea que dicta sunt tempus. Sepius autem eo tanquam tertio quodam ob eam quam diximus causaꝫ ad docendum vti consueuimus. Quoniā vero in his ipsis intentionibus: ⁊ alie cause salubres: ⁊ id quod propositum est genus continetur rursus easdem repetamus. Optime igitur corporis constitutioni cū circunfusus aer fuerit intemperie positus earum rerum de quibus nuper diximus quietis scilicet ac motus: Somni: Vigilie ⁊ eorum que assumuntur: atqꝫ excernuntur quantitas moderata conueniet. Cum vero aer a temperie recesserit tantum a mediocritate euariare oportet quantus fuerit ab optima temperatura recessus. Hi vero sunt mediocritatis termini in aere quidem ambiente: vt neqꝫ horreat propter frig⁹: neqꝫ sudet propter estū. In exerci

tijs autem cum primum lassari ceperit. Corpus cō festim quiescere: In cibis autem coctionis perfectio ⁊ excrementorum modus in quali quantoq; conueniens equalis vero in his quodammodo est coctioni appetitus. Quare neq; preside egent qui singulorum que assumuntur quantitatem metiatur. Optima siquidem natura quantum appetit: tantum etiā concoquit. Sic ⁊ somno modum ipsa natura prefinit: his qui optimam corporis constitutionem sunt sortiti. Et tunc a somno excitantur cum corpus ampliori quiete non eget. Cumq; talem victus rationē adhibuerint nullum est in eorum excrementis delictum: que vel per ventrem: vel per vrine meatus: vel per totum corpus egeruntur. Nam priora quidem ex modo eorum que assumuntur temperantur. Totum vero corpus salubriter perflari facit exercitij vsus moderatus. Liquet autē ab ipsis caueri oportere omnes animi immodicos affect⁹: videlicet Ire: Tristitie: Furoris: Timoris: Inuidie. Hec enim alterant atq; a naturali statu corpus auertunt.

¶ De venereis. Cap. lxxxvj.

Venereorum vero iuxta Epicuri sententiam nullus est vsus salubris. Re vera autem confert. Si tantum interualli in eorum vsu adhibeatur. Ut neq; resolutio aliqua sentiatur: ⁊ ipse se ipso homo quodāmodo leuior factus ac melius spirare videatur. Tempus vero ad vtendum opportunum. Cum omnium in rerum circunstantium exquisita mediocritate corpus fuerit constitutum. Cum scilicet neq; supra modum plenum: neq; vacuum extiterit. Aut in calore: aut frigore: aut siccitate: aut humiditate excesserit corpus. Quod si aberrare contigerit paruus sit error. Melius autē illi calefacto magis q̄ infrigidato: ⁊ pleno q̄ vacuo ⁊ humecto potius corpore q̄ exiccato vti venereis. Horum autem singulorum que dicta sunt: qualitas in ipsa corporis constitutione est eligenda. Exercitij quidem in quo totius corporis partes equa proportione mouentur. Ita vt non alie quidem vltra modum fatigentur. Alie vero citra. Cibi autem: et potus optimam habeant temperiem. Sunt eni͡z nature conuenientiores que optima fuerint predita tēperatura. Eadem in reliquis etiam est ratio adhibēda. At si quod ab optima constitutione defecerit corpus: non autem vehementer: ⁊ he que ipsius sanitatem cause conseruant ad proportionem mutabuntur. Sed cum multa sint huiuscemodi corpora per singula genera seorsum dicendum. Quod igitur in temperatura euariat instrumentariarum autē partium seruat commensurationem duplicem habet salubrium causarum formam. Alteram quidem earu͡z que ipsius conseruant temperaturam. Alteram vero eam que ad optimā transferunt. Que ita ipsius temperaturam conseruant tantum a causis optime temperate nature distabunt quātum ⁊ totius corporis temperatura ab illa euariabit. Calidiora siquidem corpora calidioris victus rationem exposcunt. Frigidiora autem frigidioris: ⁊ sicciora siccioris: ⁊ humidiora humidioris ac secundum coniugationem calidiora: ac sicciora calidioris ac siccioris: eade͡z in reliquis etiam coniugationibus proportione seruata. Recte siquidem causarum vtetur materia: qui naturales earum potentias agnouerit. Ueluti q̄ motus: defectus alimenti vigilie excretio: ⁊ omnes animi affectus corpus exiccant. At que his cōtraria existunt humectant. Ita vero ⁊ calefacientia: ⁊ refrigerantia vite instituta ⁊ ciborum: ac potuum: atq; vt simpliciter dicam: omnium que corpori afferuntur materias quis noscens: atq; potentias salubribus vtetur causis similia similibus afferendo. Siquide͡z eius propositum fuerit eande͡z in qua acceperit corporis seruare temperaturā. Quod si permutare atq; ad melius traducere statuerit alterum est hic salubrium causarum genus: his quidem quas nuper diximus contrarium: equaliter vero declinans ad alteram partem a bene temperatis: et medijs que optimis conuenire naturis dicebamus. Calidior si quidem ac sicctor temperatura a calidioris ac siccioris victus ratione ad exactissimum bene temperature habitum minime transfertur. At talium erit vsus necessarius que tantum eis que bene temperata existunt frigidiora sint: atq; humidiora quantum ⁊ natura naturam in caliditate ⁊ siccitate superabat. Nā tale causarum genus naturales corrigit intemperātias. Alterum vero de quo supra diximus temperaturam conseruat. Est autem vtriusq; vicissim apud medicos vsus necessarius. Nam cu͡z plurimum suppetit ocij: corrigere oportet: ac semsim ad meliora transferre. Neq; enim natura patitur eas que subito fiunt alterationes hominem autē necessarijs occupationibus districtum ir eodem prestat habitu conseruare. Quo pacto igitur: ⁊ hoc ipsum primum causarum genus conseruatiuum appellamus: Na͡z forte magis alteratiuum ⁊ curatiuum: ⁊ naturaliu͡z defectiuum correctiuum vocare conueniat. Quoniam ad vniuersum sanitatis genus referentes: non ad eas que secundum speciem differentias quecūq; sanos conseruant conseruatiua omnia vocamus: siue preter id q̄ sanitatem conseruant ad melius totam traducant temperaturam: siue pristinum tātummodo habitum tueantur: at que deteriorem statum efficiunt insalubria. Quecūq; igitur similem habent in omnibus corporis partibus intemperiem: eadem egent procuratione: que vero dissimilem: dissimili. Nam fieri potest vt ventriculus frigidior sit q̄ oporteat. Caput vero calidius: atq; vtrumq; proprijs egeat auxilijs: ac ratione eadem singule alie partes cum fuerint aut preter modum humidiores: ac sicciores: aut calidiores: aut frigidiores sue intemperiei victum exigunt accōmodatum. Neq; igitur modo eodem omnes tales corporis partes exercerbimus: neq; equaliter humectabim⁹ aut exiccabimus aut tale aliud quippiam agemus. Plenius vero de his dixim⁹ volumine illo qđ de salubrib⁹ inscribit᷑.

¶ De causis salubribus partium instrumentariarum. Cap. lxxxvij.

Instrumentariarum autem partiū cause salubres quēadmodū ⁊ hic ab optima cōstitutione delinquit᷑: ita ⁊ inuicē distabūt. Alie.n. sunt salubres erroribus q̇ in formatiōe cōsistūt: alie his q̇ in magnitudine vel numero: vel positu. In formatione igit᷑ plures cōtingūt errores. Nā ⁊ figura partis ⁊ si qua in ea cauitas est secundū naturā: vel meatus: vel orificiū: vel asperitas: vel leuitas qñ a naturali mediocritate recesserit. Siquidē parum hoc patiantur: salubrium corporum retinent appellationē.

Si vero amplius insalubriuz. Quod si tantus fuerit
recessus: vt operationi afferat detrimentum: iã egro/
tare dicentur. Secundum quantitatem autem exces/
sus: atqꝫ defectus ad easdem ducit differentias. In
numero ꝟo siue vna siue plures q̃cũqꝫ ex similarib⁹
partibus fuerint aut deficiãt aut superabũdent. Ex
hoc genere etiam sunt quecunqꝫ in nobis substantie
preter naturam consistunt. Reliquum est aliud gen⁹:
quod ad situm cuiuslibet simplicis attinet partis:
in quo ⁊ ipso quattuor sunt omnes differẽtie: prima
quidem que optima existit: secunda vero que parum
euariat: atqꝫ ideo salubre adhuc efficit corp⁹. Et ter/
tia q̃ insalubre quãdo amplius a modo recesserit. Et
quarta que iam egrum recessu plurimo reddit. Que/
cumqꝫ igitur partes in figura delinquunt: veluti que
blese varre ⁊ oblique appellantur: he quum nuper
natus adhuc tenellus est formatione: atqꝫ alligatio/
ne: ad naturalem traducuntur habitum. Quod si iaz
aucto infante ad duriciem peruenerint emendari
non possunt. Sic errores quidem qui ad cauitatem
attinent: cum adhuc augeri perseuerant correctio/
nem admittunt. Cum autem iam ad vltimum per/
uenerint nullus est remedio locus. Cauitates igitur
quiete atqꝫ alligatione parue redduntur. Magne ve
ro partium operatione: et spiritus retentione: sic et
quecumqꝫ foramina oraqꝫ. Et quidem que natura/
lem magnitudinem partes exuperant quiete: ac com
moda alligatione minores redduntur augentur au/
tem ⁊ naturali motu: ⁊ frictione moderata: ⁊ quibus/
cunqꝫ alijs plus sanguinis attrahere natura aptis.
Deficientes vero partes quecunqꝫ ex sanguine ortuz
habuerunt corrigi quidem non est impossibile: que
autem ex semine prope modum impossibile existit li/
cet tamen aliquãdo loco eorum alia facere que vsum
haud dissimilem prestent. Earum vero omnium na/
tura opifex est: medicus autem minister. Que vero
numero excedunt his ablatio causa salubris existit.
Inspicere vero oportet in quibus id fieri possit. Naz
si impossibile appareat transponere tentandum est.
Eadem est ⁊ earum que in situ vitia sunt emendatio.
Neqꝫ in obscuro est ꝙ duo sepius: aut tria vitia can=
dem partem possunt occupare sicuti in eo qui ventri
culum paruum simul atqꝫ rotundum: atqꝫ aduersus
septum habuit incunbentem. In ipso etenim magni
tudo formatio: ac situs erant deprauati: temperatu
ra quoqꝫ frigidior existebat: hic nullo artificio ad na
turalem habitum transferri poterat. At ne adeo in
festaretur erat remedio locus. Nam quoniam reple/
to ventriculo difficultate spirandi premebatur: mi/
nus cibi at magis alimento opportuni ⁊ qui nõ diffi
culter subduceretur ter die assumebat. Alteri ꝟo cui
obstructio in hepate ob vasorum angustiam sepius
contingebat: extenuans victus pro remedio inuen/
tus est.

¶ De Solutione continuitatis. Cap. lxxxviij.

Reliquum igitur id morbi genus est qð
⁊ similarib⁹ ⁊ istrumẽtarijs partib⁹ cõe
existit solutio scꝫ ꝯtinuitatis quã quis/
piã forte his vnqꝫ adesse negaret q̃ inte/
gra sanitate fruuntur quoniam semper
sit passio. Quem sane latet eandem in omnibus gene
ribus fore dubitationem. Nisi enim operationis le/
sio sensibilis: sanitatem ab egritudine separet: sꝫ qua
litatem tãtummodo dispositionis introspiciamus
perpetue passibilitatis dogma necessario recipiem⁹
cum nullus sit qui omnes operationes optimas ha
beat. Sed de hoc quidem: vt quod ad logicam poti/
us pertineat contemplationem seorsum considere.
Salubres vero causas vt his quos nemo dubitat
egrotare: deinceps percurramus a mala temperatu/
ra exordium facientes. Hic vero prius distingua/
mus que omnes fere medici pretermittunt alias qui
dem esse salubres causas eius temperature que iam
facta est. Alias autez illius que ⁊ adhuc fit: sicuti etiã
alias eius que futura est. Huius itaqꝫ postreme he
quidem in preseruatiua artis parue continentur: he
vero in salubri. Prime autem inter omnes in cura/
tiua tantummodo: sed eius quam mediam inter
vtranqꝫ locauimus in preseruatiua ⁊ curatiua. Jam
enim factam: atqꝫ existentem egritudinem curare
oportet sed que non dum quidem adest: at futura est
prohibendum est ne fiat: ab ea que est in corpore di=
spositione. Eius autem que adhuc fit quod quidẽ fa
ctum est curare opus est. Quod autem futurum ꝓhi
bere ne fiat. Prohibebit aũt sublata ea dispositione
quam sequi natura apta est. Talis vero dispositio
causa antecedens appellatur. Facta autem egritudo
curabitur soluta ea dispositione a qua primum ea q̃
secundum naturam leditur operatio: quam quidem
⁊ ipsam morbi essentiam dicimus esse.

¶ De communissima intentione cu/
ratiua. Cap. lxxxix.

Curatio vero vnam precipuam ac com/
munissimam habet intentionem ad id
quod est dispositioni auferende contra/
rium. Ex hoc siquidem genere sunt cau
se ille omnes que sanitatez efficiunt. Se
cundum partem vero ex vnicuiqꝫ dispo
sitioni contrarijs. Calido igitur affectui causa frigi/
da contraria existit: frigido autez calida eademqꝫ in
ceteris proportione. Etenim si omne immoderatum
est preter naturam: moderatum vero secundum natu
ram: necesse est omnino vt immoderatum ab immo/
derato contrario ad mediocritatem redigatur. At ma
nifestum est ꝙ secundum potentiam non autem ima
ginationem: ⁊ calefaciens: ⁊ refrigerans ⁊ quecumqꝫ
alia huiuscemodi oportet assumere. Uoco autem se/
cundum potentiam quod re ipsa vere tale existit qua
le esse dicitur: ꝺm imaginationem autem qð ex prom
pto quidem sensu tale esse imaginamur cum tamen
vere tale non sit. Sed qua sint hec ratione distinguẽ
da diximus in his libris in quibus de simplicium
medicaminum potestatibus agitur. Ad inuentionẽ
autem salubrium causarum quecũqꝫ quidem vt ad
eam que iam facta est egritudinem cause salubres
existunt via illa doctrine vtendum qua id quod ima
ginamur ab eo quod talem habet potestatem separa
tur. Quecũqꝫ vero vt ad eam que adhuc fit: ⁊ hac ea
dem via: atqꝫ illa preterea ex qua egritudinum cause
inueniuntur. Esto enim si ita contigerit in humori/
bus putrescentibus accẽdi febrem. Indicatio in hu
iusmodi est euacuatio atqꝫ alteratio: hec quidez que
putredinem finiat manente adhuc substantia eua/
cuatio vero que totam ex corpore substantiam edu/
cat. Sed dicta quidem alterationis species conco/
ctio existit. Quam vbi inuenerimus a quibus nam
causis fieri contingat tunc vtiqꝫ eorum que hoc pa/
cto salubria sunt scientiam tenebimus. Euacuatio/

nes autem fiunt: ⁊ per sanguinis emissionem: ⁊ Cly-
steris usum ⁊ per urine vias atq; eam que per cutē
fit transpirationem: ac preterea per eam que fit ad
partes oppositas attractonem: atq; ad alias propin
quas deriuationē. Nā ⁊ ad hoc idē genus ptinet ci-
tare mēstrua atq; ora venarū: q̄ greci hemorrhoidas
appellāt apire: ac p palatū naresq; expurgare. Cū
igit ⁊ hic materias inuenerim⁹ quib⁹ in qualitate: ⁊
quātitate: ⁊ mō usus adhibitis euacuatio fit: in ipsa
artis pte salubria inueuient: atq; eorū oīm inuētio
traditur in eo volumine quod de arte curatiua inscri
bitur. Eadem ratione in alijs tribus intemperatu-
ris si vnum commune preceptum obseruabimus: vt
vnamquāq; prius que efficit causam rescindamus.
Deinde ita ad illā que ab eadē causa facta est egritu
dinē accedam⁹: causarū salubriū inuētionē faciem⁹.
Scdm̄ hoc cōpositas intēperaturas ex simplicibus cō
positio cōmūstrabit salubria pcepta. Cū hic quoq;
studuerim⁹ p magnitudine intēpature eidē ɔueniēs
inuenire remedium veluti si contigerit ꝙ in decē qui
dem numeris ad caliditatem maiorem ea que natu-
re conueniat decidat corpus. Septem vero ad siccita
tem maiorem: tunc salubrem causam in huiuscemo-
di affectibus esse oportebit decem quidem numeris
frigidiorem: septem vero humidiorem. Si igitur ipsi
particule patienti admoueatur tale remediū: tanto
erit frigidius: atq; humidius quātum exigit partis
effecte indicatio. Quod si particula affecta in penitio
ribus locis sita sit machinari oportet insuper tale in
uenire salubre remedium cuius vis nequaq; in itine
re antea soluatur. Si itaq; calidius esse oportuerit
eo quod est moderatum non solum tantā habeat ca
liditatem quantam exigit morbus: sed vltra eandem
mensuram tantum adijciatur quantum ex situ vt per
tingere possit ad locum patientem sit necessariū. Si
vero frigidius: non simpliciter tantum frigiditatem
oportet augere: sed ⁊ materia quoq; pri⁹ est animad
uertenda. Si eñ crassa sit non admodū poterit ad
profunda penetrare: at potius contrarium prestabit
effectum spissando superficiem: atq; densando: at si
tenuioribus partibus constet: poterit sane plurimū
subire profundum. Idē in humectantibus: atq; exic
cantibus accidit: in quibus crassitudo: atq; subtili-
tas partium substantie est inspicienda. A situ quidē
loci vt nuper diximus inuenit indicatio salubre re-
medium. A formatione autem: ⁊ situ simul quando
effluxus sensibiles: atq; ad alium locum foraminib⁹
patentes habuerint: aut his omnino caruerint. Qd
enim effluxus ad principales deferri partes cogno-
uerimus auertemus atq; ad illas impellemus que
nullum habent principatum. Illud vero manifestū
ꝙ earum que intēperaturam efficiunt causarum cu-
ratio fit per euacuationem. Nam ipse intemperatu-
re sola alteratione sanantur.

Curatio Solutionis continuitatis in parte car-
nosa. Cap. xc.

Continuitatis autem solutionis curatio
intentionem quidem habet vnionem: q̄
in partibus quidē instrumentarijs im
possibilis est. In similaribus vero non
semper possibilis. At quandoq; sicuti in
carnosis sanitas conglutinatione perfi-
citur: nihil vero differt necq; si coalitum appellaueris
Ipsam vero antecedit quando vulnus maius extite
rit partium applicatio distantium que ex formatio-
nis genere existit: vt autem hec ipsa firma: ac stabi-
lis fiat: ⁊ alligatio cogēs in vnum que distant ⁊ fibu
le: ⁊ suture vtiles sunt. Coalescere autem facit ea q̄
inuicem distant: ac pristinam restituit vnitatem ipsa
natura. Nostrum vero opus est vt diximus applica-
re extrema distantium partium atq; vt in vnum co-
acta sunt conseruare ⁊ tertio loco cauere ne quid la-
bra vlceris intercidat. Et quarto ipsam partis sub-
stantiam conseruare salubrem. Sed quo pacto: ⁊ pri
mum ⁊ secundum impleamus officium dictum est:
Tertium vero in cogendo in vnum partes distantes
exequemur si nihil extrinsecus incidere permittam⁹
quoniam sepius vsu euenit vt pilus aut oleum: aut
aliqua alia humiditas interueniens earum que co-
pulande sunt partiū vnitatem impediat. In eo autē
quod sequitur tempore per suffluxiones tertia inten
tio retinetur. Ipsam vero suffluxionem ex eiusdem ⁊
contrarij loci diuisione ⁊ figura oportuna compa-
randum. Partis autē substātiā salubrē cū mediocri
ter exiccātib⁹ cōseruabim⁹. Hec quidē est solute cōti
nuitatis curatio cū ipsa sola seorsū in carnosa par
te cōstiterit. Qd si alicui alteri morbo cōiungat plu-
res sunt indicationū intētiōes quas in cōpositorū: vel
cōplicatorū siue vt cuiq; appellare libuerit doctrina
tradem⁹. In psenti aūt tradem⁹ ad reliquas vnitatis
solutiones accecendum.

De solutione cōtinuitatis in osse. Cap. xci.

Fractio igitur est continuitatis in osse solu
tio que quantum ad intentionem primam
insanabilis existit. Quo vero ad secundam
quodammodo sanabilis fit. Prima igitur
intentio est coalitus partium qui ob ossis duritiem
fieri non potest. Secūda alligatio que fit callo super
nato partes fractas circū alligāte. Calli autem ge-
neratio qua quidem ex materia ⁊ a natura fit: est et
ad alia communis. Qua vero formam ossi vicinam
habet: ex eiusdē fit alimento. Molle vero ⁊ puerile
os coalescere potest: sed perraro fit talis affectus
quin cum altero societur. Magna enim ex parte mu
sculi adiacentes vna corporibus alijs fractis ossib⁹
patiuntur. Quare ⁊ curationis intentio oritur du-
plex quarum altera quidem circa ossa: altera vero cir
ca corpora adiacentia versatur. Sed hec quidem in
carnosarum partium complicatis dicētur affectib⁹
Nunc vero de fractionibus dicendum. Quoniā eñ
harum sanitas callositate procuratur: vt autem cal-
lus generetur proprij ossis alimenti superfluitatem
nature suggerere oportet. Hac vero superfluitatem
in qualitate ⁊ quātitate seruare modum est necessa-
rium. Unde ⁊ ratio victus est adhibenda que tantū
ac talem influere ossibus sanguinem preparet qua-
lis: ⁊ quātus generando callo fit oportunus. Quo-
niam vero per fracti ossis cauernas idem effunditur
sanguis eiusdem qualitatem: ⁊ multitudinem ani-
maduertere oportet: atq; ita vel sicciorem: vel humi
diorem victum instituere: sed hec omnia in libris in
quib⁹ de curādi rōne tractatur pleni⁹ sunt explicata.

De punctura nerui ⁊ chorde. Cap. xcii.

Nerui vero ⁊ tondonis punctura ppter
sensus vehementiam: ⁊ quoniam hec
pars principio continuatur: prompta
est ad neruorum conuulsionem excitan
dam: ac tum presertim cum nihil extro

sum expirat obcecato cutis vulnere. Aperiendū est igitur: atq; exiccādum substantia tenui que vsq; ad ima neruī offensi possit penetrare. De his vero exacte diximus in libris de arte medendi conscriptis. In simplicibus quidem huius generis affectibus salubrium causarū forma talis existit. In compositis vero complicatur vlceribus. Prima quidem cauitas quam non alterum affectum: sed vlceris differentiam esse arbitrantur. Est autem non differentia huiuscemodi res. Sed alterū aliquod totius egritudinis genus in quo ipsius substantie iactura facta est. Et quidē curatio in duplici morbo duplicē exigit intentionē. Nā cōtinuitatis solutio vnitate substantie autē iactura generatione indiget. Paulo vero supra gñationis intentiōes exposite sunt. Quod autem primū quidē hunc affectū oporteat sanare: demum vnitatē restituere tentare. Ipsa rerum natura commonstrat. Cum itaq; repletum quidē fuerit cauum: vulcus vero ad equalitatem perductum: alteram intētionē aboleri contingit. Nam media existente inter labia vulceris ea carne que nuper est genita partes quidem distantes vniri est impossibile. Unde fit vt alia sit intentio perquirēda. Intentionē autem consequemur ex eo quod est secundum naturam ipsi parti comparando: erat autem eidem cute obduci naturale. Quare hoc ipsum a nobis procurandum: aut si hec intentio effectum sortiri non potest simile aliquid cuti carnem .s. que cutis nature vicina sit instaurandum. Est autem huiuscemodi que ⁊ sicca ⁊ calli similitudinem pre se fert. Ad cicatricē igitur obducendam necessarie erunt exiccantia: ac sine mordacitate adstringentia medicamina. Ita et si sordities aliqua fuerit adnata intentio quidē erit abstengendi. Et erit medicamen salubre abstersiuū eorundem vero materiam in libris in quibus de medicaminibus agitur scripsim⁹. Et quidem si aliqua inflammatio vel attritio aut tumor predurus: vel mollis: ⁊ laxus cum vlcere fuerint: prius eorum curationi intendere oportet eas sequendo vias: ac rationes quas prius exposuimus. Sic ⁊ si aliquid vlceri illabitur: ad illabentium curationem intendendum. Eodem pariter modo si aliqua intēperies vlceratum locum obsederit ad eiusdem intemperiei remedia antea veniendum. Sed de his quidem satis.

¶ De speciebus morborum secundum formationem. Cap. xciij.

Nunc vero transeundum est ad formationis genus quod in plures secatur differentias. At ab eo quod euidentissimum existit exordium est sermonis faciendum: quod ex figure permutatione contingit. In his igitur qui adhuc crescunt: possibile est plurium partium figurā emendare. In his autem qui iam aucti sunt minime. Intentio tamen quoad fieri potest curationem adhibere ad contrarium euersionis adducendo. Si vero fractione aliqua non recte conformata alicuius membri figura fuerit vitiata: cui substantia callosa innasci preuenerit. Si quidem hec adhuc recēs extiterit perfrigere oportet: ac rursus recte afformare. Deinde callum superinducere.

¶ De obstructione. Cap. xciiij.

Est vero ⁊ obstructio ex eodem genere egritudinum que quidem ex lentis: et crassis humoribus fit: vnā ⁊ ipsa habens intentionem morbo contrariā. Dico autem operationem. Cause vero salubres sunt abstergentia atq; incidentia medicamina. Que vero fit a stercore duro: quod intersepit intestinum: primum quidem habebit duritiei remedium ex humidis pinguibusq; clysteribus: demum ex acribus euacuationem exposcet. Que autem a lapide fit in vesica in presenti quidem transpositionem requirit: integre vero sanitatis causa incisionem: ⁊ extractionem. Humiditas autē que preter naturā continetur sanatio in omnimoda euacuatione consistit quemadmodum etiam in suppuratis. Immodica autem repletio immodica euacuatione curatur: vt cum sanguis intra venas redūdat. Sic ⁊ quibuscunq;: vel in ventriculo vel in intestinis: vel arteria aspera: vel pulmōe pus aut sanguis continetur integra euacuatio est necessaria. Superflui autem cibi: aut potus adhuc recētis assumptio ab euacuatione corrigitur. Quecūq; igitur in pulmone: vel pectore continentur cum tussi educuntur: aut a medicaminibus extenuantibus. Quecunq; vero in hepate vel venis: vel arterijs: vel renibus aut per vrinam: aut per ventriculum. Sed per vrinam quidem ab his que vehementer extenuant. Per ventrē vero ab his que attrahendi aut aperiendi ora vim habent. Quecunq; vero in superiori ventre comprehenduntur per vomitū: que autem in inferiori per subductionem. Sed quecunq; sub cute per sectionē: vel ignem aut per medicamina adurentia. Sic vero aliquando quecunq; in aliqua naturali cauitate: vt in thorace. Et vt summatim dicam quicquid preter naturā in aliquibus partibus continetur: sanationis intentio est ablatio que si fieri non possit transpositio. Que vero nō sunt ex genere preter naturā: at quantitate damnantur. In his intentio est abuacuatio. At inuentio eorum que ad ipsorum sanationem perducunt partim quidem ex affectu. Plurimū vero ex ipsis affectis particulis sumuntur.

¶ De asperitate: ⁊ leuitate. Cap. xcv.

Quecunq; partes vero ob id q̄ exasperate naturalem amiserint habitum: his leuitas naturalis est restituenda: ossa quidem leuigando: arteriam autē vel linguam leniendo humidis que nihil mordeant: ⁊ lentorem habeant. Sed quibuscunq; leuitas inest non naturalis asperitas est reuocanda medicaminibus que sufficienter abstergant: ⁊ parū adstringant. Quecunq; vero vel obstructiones: vel angustie meatuum alias sequantur egritudines ab illarum curatione prius est incipiendum. Ostensū siquidem est in libro de differentijs morborum q̄ ⁊ inflammationibus ⁊ duris laxisq; tumoribus ⁊ siccitatibus aliquādo immodicis ac preterea vitiosis partium continentiū figuris: ea que nuper dixim⁹: sepius aduenīunt: sicuti ⁊ quibusdam tumoribus eorum que sunt in ambitu corporum. Quod si nonnulla ex proxime dictis inuicē complicentur varias habebūt indicationes. Sufficiet autem in vno exemplo habuisse sermonem quoniam de omnibus in libris de arte curādi plenius sumus exequti. Supponatur cuipiā particule multitudinē sanguinis influxu

Hic locus vario mō scribit' i exēplarib⁹ grecis pri mus modus est. ὅσο ᾶ νᾳ μδ ξονων. quanto p maiora: sed h

scriptu/ra tarat a Leoniceno: lza mōacbo cā sequē te approbet: alia scriptu/ra vř meliori: si diceretur. ὀργῶσθα μηδό- νων. nullibi in exēplaribus grecis repire tertia scriptu/ra q oi/b' alijs milior iudicat et in qbus/dā exemplarib' grecis inuenitur: est hec. ὀργασθα μαξό- νων. .i. quecūqꝫ p maiora: sensus aūt est: ꝙ re/solo debet seq repulsione: ⁊ tūc adhibe/ri [qn p/ueniēdū ē ad maiora au/xilia sicuti in presenti loco facit Gal. q i sequentibus ponitur medicamia resolutiua inter maiora auxilia ita scri/bens.

adeo vt intendantur in ea vene: nō maiores tantum sed etiam parue: que prius sensuz effugiebant. Nūc vero iam plene visu comprehenduntur sicuti plerū ꝙ in oculis ob tunice albedinē manifestissime patet Par siquidem est ꝙ ⁊ alia vasa que latent sensum iam plena distendantur: nondum ⁊ ipsa ob paruitatem visui manifesta ⁊ iam periculum imminet: ne qd ex vasis exudat ad spacia vacua que in medio sunt effundatur aut ne iam parū aliquod sit effusum huius quidem affectus sanatio intentionem habebit euacuationez: aut vt manifestiori vocabulo vtamur abuacuationem. Si quidem morbus erat immoderata partis repletio. Necessarium igitur est: vt aut superfluitas retrocedens euacuetur: aut per ipsam patientem particulam. Retrocedet autez: vel impulsa: vel attracta: vel trāsmissa: vel horum vno aliquo modorum: vel omnibus. Per locum vero patientem euacuabitur: partim quidem manifeste: ⁊ sensibiliter: partim vero in vapores resoluta. Si igitur vniuersum corpus plus equo plenum fuerit: per patiētem locum minime euacuandum. Nam si scarificationibus aut sectionibus sensibiliter euacuabimus plus ratione excitati doloris attrahemus. Si vero calefacientibus dispergere tentabimus plus erit id quod vi caloris ad partem attrahetur ꝙ dispersuz. Quod si in eo elaborabimus: vt quod influxit retrocedat corpus plenum non admittet. Ad hec igitur ambo totum corpus euacuare oportet aut omnino ad contraria loca retrahere: quod patienti particule influit. Quo perfecto opere prius a parte repellendum mox dispergendum. Quanto enim aliter per maiora per minora fit tanto expeditior est euacuatio. A patiente vero loco adstringendo ac refrigerando repellemus sed ⁊ exinanita loca attrahunt ad se ipsa quecunqꝫ repercutiuntur. Hoc si quidem ostensum est in eo volumine in quo de potentijs naturalibus agitur. Et vasa preterea vigore ex medicaminibus adstringentibus addito a se ad alia remittēt. Si igitur hac via superfluum omne retrocesserit bene se res habet. At si aliquid fuerit in parte retentuz coniecturandum erit id lentum ac crassum existere. At ea que ratione iam coactum atqꝫ adstrictum [vt cum difficultate solui possit. Fieri autem potest etiā si non eius nature sit: vt ad spacia que in medio sit effusum in quo casu tunc ad id veniendum esse tempus suadet: vt hoc ipsum quod reliquum est per [patientem locum euacuemus: imponendo supra iacentibus partibus ea que influentem humorem repellendi vim habēt. Maxime vero euacuabis si in spatijs intermedijs aliquid contineri coniectura assequeris: ⁊ scarificationum auxilio [⁊ medicaminum que vim habeant dispergendi. Sed quoniā hec omnia vires calidas habent eiusdem vero temperature opus est mordere quando modum excesserit cauēda ex eis sunt vehementissime calida [actum presertim cuz patiens locus inter summa fuerit. Neqꝫ em̄ paruus excitabitur dolor: si preter proprium affectuz insuper mordeatur omnisqꝫ preterea dolor [fluctiones commouet. Quod igitur mediocrem caliditatē obtinet in his sensuz doloris non inuehit: atqꝫ eo amplius omni dolore vacat si humiduz extiterit. Et quidez quicquid per summa heret potens est id medicamē dispergere quod etiaz validas nō habuerit ad dispergendum vires. Quod si summe quidez partes omni noxa caruerint. Id vero quod euacuari oporteat in penitioribus partibus fuerit intendendus: atqꝫ augendus dispergentis medicaminis calor cum dubitandum sit ne prius ꝙ profundas attigerit partes interim vires amittat. Neqꝫ tamen ex eo superiores partes aliquem dolorem sentient: cum omni vacent affectu. Quare numero hec duo simul inuitant ad calidorum [pariter atqꝫ acrium medicaminum vsum ⁊ summe partes que tolerant: ⁊ profunde que egent. Hec igitur ex patiente particula indicatio assumebatur. Deinceps vero si quid ad sanitatem deficiat consideremus. Neqꝫ enim paruum aliquid deesse videtur. Affecte partes in quib' fluctionis superfluitas retinetur. Nonnulle quidez igitur rare ⁊ laxe: ⁊ molles natura existunt. Nonnulle autem dense: ⁊ presse: ac dure. Priores igitur facile euacuantur: relique autem acrioribus euacuantibus: ac preterea tenuiores partes habentibus egēt: atqꝫ eo etiam magis quanto profundiorem sitū habuerint. Hec igitur tibi rursus sit indicatio altera a particule patientis substantia. Alia vero a formatione simul ac situ. Supponatur enim si [ita contigerit in hepate esse proxime dictum affectum in angustis vasorum finibus impactis humoribus. Qui vel lenti ac tenaces: vel crassi [existant: vel superabundent. Nonne in promptu est primum quidem crassiciem vna cum lentore: ⁊ tenacitate: cibis: ac potibus extenuantibus ad subtiliorum partium substantiā trāsferri oportere. Secundo autem loco non per angustos atqꝫ inuisibiles: sed latiores meatus quicquid infestum existit esse euacuandum? Sunt enim in hepate vene non minus amplitudine ꝙ numero excedentes terminatur autem he quidem in gibbis ad venam cauā: he vero in cauis ad portaz vnde haud difficile tibi futurum vbicūqꝫ pressi: ac stipati hūores fuerint eosdem expedite euacuare trahēdo quidem ad venitem cum his que attrahendi vim habent medicaminibus quicunqꝫ ex ipsis in venis ad caua hepatis pertinentibus aceruati. Ad vrine vero meatus promouendo per cauam venam quicunqꝫ in venis ad eam pertinentibus sunt. Sed preter supradictas alia est indicatio ab hepate ipso: veluti a venarum principio. Nam cum nō tantum seipsum regere natura aptū sit: vt plereqꝫ animalis partes sed venis preterea virtutem largiatur periculuz imminet: ne si eius vigor madefacientibus: ac relaxantibus cataplasmatibus fuerit resolutus: ⁊ ipsuz primum: ad sui opus atqꝫ omnes subinde vene ei' ratione imbecilles efficiantur. Quare in eius curationibus aliqua ex adstringētibus miscere oportet Sed quoniam in profundo ad modum loco situm est: dubitanduz erit ne adstringentis medicaminis vis debilitetur nisi ab aliqua altera subtilium partium substantia: qualis aromatum est traducatur. Melius vero fuerit: si ⁊ ipsum adstringens medicamē vnum protinus ex aromatum genere fuerit: naz si duas habuerit natura insitas qualitates: ac potestates valentius operabitur. Et quidem euacuetur quod preter naturam in membrum confluxit. Seruet autem humorum modum nature conuenientez. Quare ⁊ illa animaduersio a nobis est in hoc adhibenda ne quid ab humoris confluentis qualitate eiusdem membri temperies sit alterata si pituite naturam tenuerit ad frigiditatem. Si vero bilis ad ca

liditatem

Maxie vero euabis si in spatijs intermedijs aliquid contine/ri conie/ctura assequeris ⁊ scarificationū ⁊ auxilio ⁊ medi/caminū habeāt dispgendi.

liditatē vt hanc ipsam curātes intemperiē sanari restituamus. Curabimus autē cōtrariam ex aduerso afferentes qualitatem quēadmodū in intēperaturarū curationibus diximus: quantum vnūquodq; calidius aut frigidius factū est tantū refrigerātes: aut calefaciētes. Quare vt hic rursus agnoscenda est ipsius secundū naturā temperies. Nā quo pacto sciemus quantū in frigiditate: ac caliditate a nature modo recesserit: aut q̄n a frigefaciēdo supersedebimus si nos latuerit ea que est secundum naturam caliditas. Ita v̄o ⁊ si frigidius effectū calefaciemus ignorātes frigiditatis n̄alis modū: neq; oportune calefacere: neq; in tp̄e a calefaciendo desistere poterimus.

¶ De morbo secundū numerū. Cap. xcvj.

Sed quoniam de his satis diximus. Transire iam tempus ad ea in quibus numerus non est secundum naturam. Cum vero duplex sit eorum differentia quibus quidem aliqua particula deficit his: intētio est alteram efficere subministrando nature eo quo diximus paulo ante modo. At quibus superabundant hanc resecare oportet: aut scalpello aut igne: aut medicamine quod vrēdi vim habet. Hec igitur omnia sanare possibile est: at nō eque omnia generari possunt: vt in libro de semine diximus. Quedā v̄o sunt que: ⁊ si generari possunt licet tamen pro ipsis alterum efficere quēadmodū in osse ex toto sublato alteram substantiā in eius sede reponere a carne atq; osse differentē. Est eñ que in eius gignitur loco quedā veluti caro callosa: vel callus carnosus: ⁊ processu tēporis magis ac magis ad calli duriciem transfertur. Cū ab initio carnis potius imitetur naturā. Quacūq; vero parte sublata: cum neq; eandē secūdū speciē substantiā neq; similē efficere possem⁹. Tertia nobis itētio quedā decorē inuenire quēadmodū i mutilationib⁹.

De morbo secundum magnitudinē. Capitu. xcvij.

Communicat autē hoc genus totū cum eo qd̄ ad magitudinem pertinet. Nam quodcūq; ex eo est secundū naturā. Illi propinquū existit. Id vero tantū seiunctū est: ac separatū: qd̄ inter ea q̄ sunt e genere nō n̄ali cōnumeratur. In quo quidem prima intentio est ablatio. Si vero hec impossibilis existat. Secunda est transpositio quemadmodū in suffusionibus. Quecūq; v̄o nō integris partibus sed partiū tantūmodo particulis deficiunt: aut excedunt nature modum refectio quidem: vel generatio in his que deficiunt. Ablatio vero ⁊ abolitio in his que superabundant. Quare neq; in ipsis altera intentio: neq; medicaminum forma genere diuersa.

De morbo secundum situm. Cap. xcviij.

Sed iam veniendū est ad reliquū salubriūcārū genus quod ea corpora emēdat que in situ sunt viciata veluti luxationes ⁊ intestinū in scroto: fit autem hoc ex violēta tentione: atq; impulsu. Hoc vero ex dilatato: ac rupto continente: quare ⁊ duplex sanandi modus: alter q̇dem ad oppositam partem ei a qua facta est permutatio intendendo: atq; impellendo: alter vero id qd̄ continet firmius solidiusq; reddendo. Quibus vero viis: ac rationibus singula inueniri possunt in libris de arte curandi explanauimus.

¶ De causis preseruatiuis. Capi. xcix.

Consequens est vt ea omnia exequamur quecunq; in superiori sermone dicere distulimus: vocant autē eadem preseruatiua. Est autem horuȝ triplex sc̄dm genus differentia. Prima quidē hoīs qui integra fruit̄ sanitate. Secūda vero eius qui nō integre valet tertia eius qui egrotat. Primū igitur genus ad salubrem attinet arteȝ: atq; in duas (vt antea diximus) diuiditur partes. Secūdū vero ad preseruatiuam spectat: tertiū ad curatiuam. Hoc autem vniuersum genus circa humores p̄cipue negociatur: quos neq; lētos esse oportet: neq; crassos: neq; aquosos: neq; plurimos: neq; vehementer calidos: ac frigidos: neq; mordaces: neq; putredini obnoxios: neq; veneni nature affines. Nam vbi aucti fuerint generant morbos. Augentur vero nonnunquā eadem ex causa que ab initio generauit. Illud autem plerūq; accidit vt sua alteratione inficiant eos qui sunt in corpore humores. Intentio vero: ⁊ horum sanationis duplex existit alteratio et euacuatio. Alterantur igitur vel ab ipso corpore concocti: aut ab aliquibus aliis facultatibus que vim medicaculam habent. Equorum numero etiam sunt ea que exitialium ferarum venenis aduersantur: ac preterea pharmaca que venena appellantur transmutant. Euacuantur autem satis calidis medicaminibus ⁊ purgationibus: et clysteribus: ⁊ sudoribus: ⁊ vomitibus. He igitur sunt cōmunes euacuationes. Proprie autem ex locis in q̊bus coaceruantur: assumuntur vt libris de salubribus ostendimus: tertio presertim ac quarto in quibus de lassitudinibus egimus: ac reliquis dispositionibus que lassitudini natura proxime sunt. Promptius eñ euacuantur per ventrē quecūq; in primis venis continentur superfluitates. Que autē in his q̄ in hepate sunt: p̱ vrine meatus. At que in toto corpore per sudorē sicuti que in capite: vel per palatum vel p̱ nares: vel p̱ vtrūq;. Que vero sunt in spatiis spectoris laxioribus per guttur simul cū tussi q̄ in renibus sunt: vel vesica per vrinā. At attrahendi ex oī loco ad oppositas partes cōīs indicatio est ad q̄ꝫ maxime distantia. Deriuatio vero ad vicina. Quecūq; vero huiuscemodi curant dispositionem causas salubres appellamus sicuti insalubres eas que adaugēt Et neutras que neq; obsunt: neq; iuuant. Posset vero quispiam neq; omnino causas appellare quēadmodū maior pars sophistarum qui rerum quidem differentiam inuenire contemnunt. Plurimum vero tēporis in nominibus cōterunt: cōtra quos in aliis vberius disseruimus. At pars quidem artis preseruatiua talis est.

¶ De parte artis que cōualescentes reficit: ⁊ senibus congruit. Cap. c.

Que autem reficit: atq; restaurat in conualescentibus ac senibus locum habet. Que vero sit horum dispositio: ⁊ a quibus precipue causis ad naturalem reducitur habitum in libris in quibus de medendi arte tractauimus abunde explicauimus. Sed nunc per capita dicetur. Dispositio quidem igitur talis est. Optimus quidem sed exiguus est sanguis. Atq; vna cum ipso spiritus animalis: atq; vitalis. Ipse vero particule solide licciores: et idcirco eorum vires sunt imbecilliores. Atq; earundem ratione corpus vniuers

sum frigidius. Cause vero salubres hanc emendāt
dispositionem vt vno comprehendā capite sunt que
cunq; presentaneum atq; securum exhibent alimen-
tum: secundum partem autem in motibus modera-
tis ⁊ cibis potibusq; ac somnis consistunt. Sūt vero
motus materie vehicula: ambulatiōes: frictiones et
balnee: ⁊ vbi non parum se ex his ꝓfecisse senserint
paulatim se ad consueta operam transferāt. Cibos
autem assumant in principio quidē humidos et cō-
coqui faciles: neq; frigidos: ac cum progressi fuerit
eos etiam qui plurimū prestant alimentū. Potus ve
ro oportunus est vinum etatem quidem habens me
diocrem. In substantia autē purū: atq; perlucidū
quod. s. vel subflauum vel album existat: atq; suaui
ter olens. Gustui vero neq; aqueū: omnino: neq; cū
aliqua insigni qualitate: aut dulcedine: aut acritu-
dine: aut amaritudine sentiatur: vt autem ꝓxime di
ximus de hisce omnibus in libris de arte curādi cō
scriptis plenius disseruim⁹. Nunc enī neq; omnia
particulatim recensere est nostri propositi institutū.
Sed solum capitum mentionem facere intendimus
eorum que in alijs voluminibus latius explicaui-
mus. Quorum omnium si prius: ⁊ numerū ⁊ quali
tatem exposuero finem libro imponā. Diximus ita-
q; prius ꝙ alter est liber in quo de constitutione ar
tis medicine disseruimus. Antecedunt autem eū alij
duo de constitutione artium: sed hi quidem vna cū
hoc cui nunc extremam manū adiecimus: seorsum
sunt ab alijs libris in quibus plenior doctrina ex-
plicetur. Illi vero talem inter se ordinem habēt. De
elementis quidem secundū Hyppocratem liber vn⁹
Post hunc autem tres de temperaturis ex quibus
quidem duo sunt de temperaturis animalium. Ter
tius vero de his que simplicium medicaminū sunt.
Quam ob rem et tractatum illum in quo de simpli-
cium medicaminum potestatibus agitur: nemo re-
cte intelligentia assequi potest: nisi prius tertij libri
de temperaturis integrā cognitionē fuerit adept⁹.
Est ⁊ alius liber paruus qui ordine sequitur duos
priores alios de temperaturis. Inscribitur autem
de inequali temperatura. Similiter autem ⁊ hūc alij
duo parui alter quidem de optima corporis consti-
tutione: alter de bono habitu. Alius vero tractatus
est qui tres cōplectitur libros de potentijs naturali
bus quem si quis legere velit post librum de tempe
raturis: siue post librum de elementis vtrunq; erit
cōsentaneum. Post hunc in pluribus alijs libris de
operationibus animalibus disseruimus: sed qm̄ ad
eorū demonstrationes nō parū conferunt que per se
ctiones ostendunt̄ in illis exercitari oportet. Est aūt
maxime inter alios vtilis ille tractatus qui de sectio
nū aggressibus inscribitur. Alij autem sunt post eū
plures duo quidem de discordia sectionis vnus ve-
ro de sectione mortuorum post quos sequūtur hi in
quibus agitur de sectione viuorum. In alijs vero
huiusdam particulatim ob eos scripsimus qui in-
troducuntur de ossibus: sectio quoq; musculorum ⁊
neruorum ⁊ arteriam ⁊ venarū ⁊ quedam alia hu-
iuscemodi ex eodem numero existunt ⁊ liber etiam in
quo queritur nunquid in arterijs continetur san-
guis naturaliter. Qui vero earundem partium ope
rationes demonstrant duo quidē sunt de motu mu-
sculorum: tres autem de pectoris: ⁊ pulmonis motu.
Post quos sequit̄ liber de causis respiratiōis. Post
hunc liber de voce. De principatu autem anime: ⁊ de
omnibus alijs que de naturalibus: vel animalibus
operationibus in questionem trahuntur in longo
scripsimus libro qui de dogmatibus Socratis: et
Platonis inscribitur. Ad eiusdem generis contem-
plationem pertinet liber de semine seorsum conscri-
ptus: ⁊ amplius de sectione secundum Hippocratē.
Quos omnes ordine sequitur tractatio de vtilitate
partium. Ad dignoscendas autem egritudines vti-
lis est liber ille in quo de membrorum passionibus
agitur. Itidem ille in quo de pulsibus scribitur: in
quo ⁊ precognitiones edocemus: librū vero de pul-
sibus precedunt alij duo: alter qui de vsu respira-
tionis: et qui de vsu pulsuum. Is vero de pulsibus
in quatuor diuiditur partes primam: que eorū dif
ferentias. Secundam que dignationes. Tertiam q̄
eorum causas. Quartam que illam que per eosdem
fit continet precognitionem. Ex eodem genere est il-
le qui his qui introducuntur de pulsibus scriptus
est. At vero in animo est alium scribere librum velu-
ti quoddam omnium istorum compendium quem
inscribam vel artem de pulsibus vel compendium.
Ad hanc quoq; iuuant contemplationem que a me
exponuntur ⁊ simul iudicantur in libro Archigenis
de pulsibus. Ad precognitionem autem plurimum
confert liber de crisibus idest decretis nature: quem
precedit alter de decretorijs diebus. Sed liber etiā
qui de difficili anhelitu inscribitur: ⁊ ad dignoscen-
dum presentem affectum: et ad presciendā bona vel
mala que egrotanti sunt euentura conducit. Hi igi-
tur omnes atq; vna cum ipsis tractatus quidā vno
tantum libro comprensi cognitu vtiles sunt sicuti il-
lis qui de principientibus causis inscribitur et de
medicinali experientia: et de extenuante victu: ⁊ qui
de venarum sectione ad Erasistratum: et qui de tu-
moribus preter naturam ⁊ qui de multitudine: at-
q; alij preterea similes. Pre ceteris autem ad curan
di scientiam maxime necessarius existit: qui de mor-
borum differentijs agit ⁊ de accidentibus: et tertius
preter illos in quo morborum causas explicauimus
Post quos sunt tres alij qui accidentius causas ex
plenant. Sunt etiam de medicamentorum simplici
um viribus libri de quibus supra meminimus. Et
qui de medicamentorum compositione quos sequū
tur libri de arte curandi his qui de salubribus inscri
buntur: seorsum a nobis conscriptis. Quod vero an
te hosce omnes prius exercitari oporteat in libris
de demonstratione. Si quis hanc artem cum ratio-
ne sit tractaturus monstratum est a nobs in libro q̄
de optima inscribitur heresi. De alijs autem libris:
⁊ cōmentationibus a nobis scriptis transigere nunc
minime necessarium. Cum de hisce omnibus alibi
scimus tractaturi in vno fortassis aut duobus li-
bris qui ita inscribentur. Galenus de volumini-
bus ab eo conscriptis.

FINIS.

¶ Cesar optatus neapolitanus nicolao leoniceno viro excellentissimo. S.D.

Antiquorum mos fuit probatissimus: vir Clarissime: vt siquis rerum peritia prestantissimus haberetur. Illum etiam docti viri in dubijs: ⁊ obscuris tanq̃ apollinem consulerẽt. Hoc tecum nostris temporibus merito: non modo nostri itali: sed alienigene identidem agunt. Dubitauimus proximis diebus dum de virtutibus naturalibus scriberemus de virtute formatiua: materia quidem difficillima ⁊ ab omnibus exoptata. Quod tua ad nos doctissima ⁊ facundissima epistola ita expedijsti: vt nemo sit qui in illa: amplius aliquid desideret. Nam tu Aristotelis ⁊ Platonis dubios de formatiua sermones: ⁊ Hippo. ⁊ Galeni ancipitem sententiam in hac difficultate penitus declarasti: ⁊ adeo absoluisti: vt pace neotericorum dixerim: clarum sit illorum commenta in hoc sicuti in alijs multis ab Aristotelis ⁊ Galeni opinionibus plurimum aberrasse. Nec mirum quandoquidem opera Galeni depravata: ⁊ adeo mutila circunferatur:: vt ab illis recte sensa elici non possint iudicio omnium qui sapiunt. Absit assentatio. Tu noster es hierofantes. Tu primus: verusq; Galeni interpres: in te vno confidimus omnes: qui latinum ⁊ integrum claudium Galenum nobis reddas. Age igitur mi Nicolae quandoquidem in te omnis nostra: ⁊ posterorum sita sit spes eam ne frustreris: collige: ede: quas diu parturis Galeni translationes: vt illis fruamur. Kal. Sept. M.D.vj.

Vale.

¶ Nicolai leoniceni de formatiua ṽtute epistola ad doctissimum virum cesarem optatum neapolitanũ.

Vtra sit verior opinio Galeni ne an Aristotelis de virtute illa: quam neoterici formatiuaꝫ vocant. Et sit ne eadem virtus substantia vel accidens tua a me epistola queris: quod nihil aliud est querere: nisi quid sit virtus formatiua tantopere a medicis atq; philosophis decantata. Vt autem ex eadeꝫ epistola accepi. Cum hec ipsa questio inter te ac doctissimum virum Franciscum caballum multis audientibus agitaretur. Calchographus quidam importuna interpellatiõe superuenit: qui meas ex Galeno translationes: quas mirũ in modum cupit imprimere: efflagitauit. Quaꝫ tu calchographi vocas importunitatem: ego pro bono omine accipio: ꝙ videlicet futurum sit vt he atq; alie similes: que quotidie tractantur a medicis questiones facillime dissoluantur. Si modo eedem translationes alijs que hactenus fuere in vsu clariores ac fideliores: vt sane laboraui facere abs te atq; alijs tui similibus iudicabuntur. Sed de his quid acturus sim te priuata epistola admonui. Interim duꝫ ille publicantur: nolui tuuꝫ super re quesita desiderium commorari: que tã tam habet ambiguitatem: vt pene inexplicabilis videatur: nam ⁊ illi ipsi inter quorum opiniones me arbitrum facis: visi sunt etiam atq; etiam addubitasse de virtute formatiua quid esset. ¶ Galenus siquidem in quodam suo libello: cui titulum fecit de formatiõe fetus: ingenue fatetur se causam que nos format ignorare: ⁊ quoniam libellus idem nonduꝫ in latinam translatus est linguam. Galeni verba illud testantia quod diximus non grauabor apponere. Sunt autẽ hec. Equidem fateor me de causa que format fetum dubitare: nam cum videam summam in hac formatione sapientiam ac facultatem: neq; illam que semini inest animam: quam Aristotelis sectatores vegetabilem vocant. Platonici autem concupiscibilem. Stoici vero neq; omnino animam: sed naturam appellant: fetum formare existimo: cuꝫ nullius sit sapientie particeps: sed omnino irrationalis: neq; vero ab hac omnino possum discedere propter magnam filiorum ad parentes similitudinem. Ab anima autem rationali: que post partum viget in tota vita: puto abscedendum: quoniam nos ante factionem neq; corporis partes neq; operationes cognoscimus. Cum vero quidam ex platonicis preceptoribus mihi dixisse animam: que per totum extenditur mundum esse illam que format conceptus haud equidem indignam iudicaui: cui talis ars atq; facultas ascriberetur. Non potui autem adduci, vt etiam scorpiones phalangia: muscas: viperas culices: vermes ab eadem formari putarem: proxima esse cuidam impietati talem opinionem arbitratus. Neq; vero mihi videtur rationabile materie animã ad tantum artificium peruenire. Hoc igitur vnum de causa animalia formante reor posse pronunciari. ꝙ sit ars atq; sapientia summa. Sicuti ⁊ ꝙ post formationem in tota vita corpus tribus motionum principijs gubernetur: ⁊ illa que ex cerebro per neruos ac musculos fit: ⁊ altera que ex corde per arterias: altera que ex epate per venas. Ex quibus autem principijs ita ausus sim opinari in multis ostẽdi tractatibus: ac precipue in quo de anime agitur speciebus: nullibi tamen ausus sum substantiam anime demonstrare: nonduꝫ enim a quopiam linealibus demonstrationibus probatum inueni: an sit corporea vel incorporea: an omnino eterna vel corruptibilis: vt in libro de anime speciebus explicaui. Hec quidem Galenus. Ex quibus verbis apparet ipsum non satis habuisse constitutum quidnam foret de illa virtute que animalia format sentiendum: nisi ꝙ videtur propter eam quam nati cõtinent generantium similationem ad animam vegetabilem que semini inest: vt ait: declinare: quam etiam opinionem: tanquam Hyppocratis idem Galenus sequitur in libro de semine: quemadmodum eius verba ostendunt: que eodeꝫ libro in hunc modum scripta legunt. Rursus vero ad primam animalis structurã sermonẽ transferamus: ⁊ vt nobis ordine certo ⁊ modo quodam clariore procedat

Galeni positio.

Aĩaꝫ vegetatiuam eẽ formatiuam.

totum conceptus opificiū in quattuor tēpora distri-buamus. Primū quidem in quo vel p abortus: vel per sectiones adhuc forma seminis preualere cōspi-citur: quo quidem in tēpore pre omnibus admirabi-lis Hippocrates nondū conceptum nominat ani-malis structurā: sz veluti nuper diximus in sextana genitura que excedit: cū quidē sanguine plena fuerit Cor vero cerebrū ⁊ epar nondū articulationē ⁊ for-mā receperint: quandam tn̄ coagulationez ⁊ magni-tudinē effatu dignā habuerint. Secundū hoc tēpus existit in quo carnosa iam est ⁊ non tā similis genitu-re substātia conceptus. Quare neqꝫ Hippocratem inuenies hmōi spēm geniture nomine appellantem: sed iam conceptum vocantē: vt diximus. Tertiū sub-inde tempus quo iā vt diximus tria principia ma-nifeste videntur. Relique vero partes quādā veluti subscriptionē ⁊ vmbratilē tantū designationem ostē-dunt: nam satis conspicuam circa tria principia for-mationē intueberis: exiliorem catū que ad Venerez pertinent partiū: ⁊ multo magis illaruz que manus pedesqꝫ cōstituunt: he eī posterius (vt sic dixerim) ramificantur: simili eī vocabulo Hippocrates vti-tur dū vult ostēdere eā quā hn̄t ad ramos pportio-nē. Quartū vo ⁊ vltimū tēpus est qn̄ iā manus ⁊ pe-des sunt articulati: quo non amplius fetus: sed in-fans ab admirabili Hippocrate cōceptus nomina-tur: quo tempore ⁊ calcitare: ⁊ iā vt perfectū aīal mo-ueri inqt: verū nō est: vt nūc de eo tanqꝫ de aīali fa-ctā mentionē: nā sicuti plāta omnē habuit a semine generationē ac formationem statim ab initio nō se-cus atqꝫ illa duplex ostēdēs motus principiū ac for-mationis. Qualis eī est plantis radicatio in parti-bus terre inferioribus talis est in ipsis cōceptibus in vtero fm locos arteriarū ac venarū insitio. Qua-lis etiā est trūcus in plantis versus superius: tales propagines fetibus a tribus principijs exorte. Rur-sus aūt sicuti plāte duplicē hn̄t ex semine exortū: nā sursum qdē trūcū pducūt ⁊ ramos vsqꝫ ad vltima germina opantur: radices aūt ad inferiora partiun-tur: sic ⁊ fetibus multe sunt partitiones venarū atqꝫ arteriarū: que veluti trūci in totū cōceptū tāqꝫ radi-ces in vterū terminant. Quare nō iniuria possemus Aristotelē in hac parte reprehēdere: nō ob id tantuz ꝙ illa nō puiderit que oportuit ipsuz puidere: verū etiam ꝙ suorū oblitus est dogmatū: ⁊ nature opera aliter in plantis: aliter in aīalibus explicauit. Nam cū in plantis intueretur semē in se nō secus ꝙ prin-cipium efficiēs etiam materiale cōprehendere: alte-rū tn̄ istorū aīalibus adimit. Atqꝫ hoc vnū sufficie-bat homini nature operum peritissimo geniture vti-litatē cōmonstrare. Si eī non alijs potentijs natu-ra seminis efficit plantā: alijs autem aīal: ea que in plantis videntur transferre ad aīalia. nam eandem inuenies in vtrisqꝫ proportionem. nam plante semē eget terra: vt ex illa nutriatur: atqꝫ augeatur. Sz ob easdem causas ⁊ nostrum corpus vtero eget. Radi-ces sibi generat planta quibus attrahat alimentū ⁊ terra: ⁊ loci vasa que sunt fetus radices: truncum ex se semen profert: ⁊ ab hoc ramos deinde alios super alios rursus ramusculos vsqꝫ ad extremam germi-nat. Hic quoqꝫ intuere aortem ⁊ cauaz venam ⁊ spi-nam. Rursus autem ab his ppagines multas que veluti rami in alios minores diuiduntur: qui rur-sus scinduntur in alios nūqꝫ cessante propagatione

Primū 3 quo gē-itura dr.

Scdm quo cō-ceptus. Tertiuz quo qn̄ planta.

Quar-tū i quo infās ⁊ qn̄ aīal

donec ad vltimas veniat germinationes. Si vo san-guineam hanc plantam cernis: aut carneam: nō p-pterea oportet existimare aliud esse ꝙ plantam: naz opifex idem vtriqꝫ est. s. anima vegetabilis. Uerum illud aduertas ꝙ hec planta futura est animal: non ꝙ illam quam prius habuit potentiam abijciat: sed alteram superacquirit: debet autem de loco ad lo-cum moueri: cum iam perfecta est ⁊ soluta ab vtero. Uerum non posset hoc facere si frigida foret: vt stir-pes: ⁊ non haberet ingrediendi instrumenta: vt igit moderatum calorem obtineret quantus nature ani-malis cōgruit ⁊ loca posset cōmutare duo obtinuit principia: alterum instrumentorū que calorē seruāt naturalem: alterū eorū que omnibus fm electionez actibus subministrant. Sed his quidem posterius vtetur. Principium vero vegetabile primuz omniū habet quod non ex sanguine sed ex ipso semine ar-teriam: ⁊ venas: et neruum: ⁊ os: ⁊ membranam effi-cit. Nam ⁊ hec antea superiori sermone a nobis sunt exposita. Ex his Galeni verbis liqdo apparet fm Hippocratis opinionem: quam Galenus hoc loco sequitur: semen esse animatum: ⁊ virtutem formati-uam que arterias: venas: neruos: ⁊ similia efficit in-strumēta esse anime vegetabilis potestatē. Neqꝫ aliō Galenus sensit ex eiusdem Hippocratis auctorita-te: cum in prima particula afforismorū in expositio-ne. xv. afforismi scripsit hec verba. Huc quoqꝫ ani-mum aduerte: ꝙ alijs quidem ratio difficilis. Soli autem Hippocrati atqꝫ eius sectatoribus facilis: ne-qꝫ enim aliud quicqꝫ est quod ab initio formauerit animal: sicuti rursus neqꝫ quod auxerit vel vsqꝫ ad mortem nutriuerit: nisi calor hic naturalis: de quo nunc sermo habetur. Hec quidem Galenus. Quem nemo putet ob id a seipso: aut ab Hippocrate dis-sentire: ꝙ aliquando animalis formationem anime tribuit vegetali: que in semine existit: veluti in libro de semine: aliquando calori naturali: vt in prima particula afforismorum. Nam hoc quoqꝫ Hippo-cratis est dogma eandem rem esse animam et calo-rem naturalem siue corporis temperaturam quam complexionem vocant: et licet Galenus multis in lo-cis fateatur se anime substantiam ignorare: sicuti et causam animalium conditricem in libro de genera-tione fetus in pluribus tamen animam esse quan-dam temperaturam: tum ex Hippocratis tum ex sua etiam opinione nobis insinuat Sed quoniam hoc commune Hippocratis atqꝫ Galeni dogma ali-bi latius explanauimus aduersus Conciliatorem: qui differentia. xviij. huiuscemodi opinionem Hip-pocratis quidem esse concedit. Sed a Galeni dog-matibus omnino conatur eximere. Hoc in loco suf-ficiet eiusdem Galenus verba tantummodo addu-cere: que in libro de palpitatione ⁊ rigore: ita scribū-tur. Totum quidem corpus conspirare et confluere arbitror. Calorem vero naturalem non aduentiti-um: neqꝫ posteriorem generatione animalis: sed ip-sum primum et ab initio congenitum et natura at-qꝫ anima nihil aliud existit ꝙ iste calor: ita ꝙ si sub-stantiam ipsius per se mobilem et semper mobilem intellexeris: non aberrabis. Si ergo calor iste nati-uus a nostre generationis initio semini inditus est anima illa: que nos generauit secundum Hippocra-tis opinionem non differt Galenus: vel a seipso vel ab Hippocrate: cum Hippocratis opinionem: ali-

Planta carnea.

Semen esse aīa-tum fm Gal. et Hypp.

Anima calor nā-lis ⁊ cō-pro idē fm Ga-le. ⁊ Hip-pocra.

quando sectatus vel animã vegetabilem vel calorez naturalem semini inditũ ait esse mẽbrozũ aĩalis opificẽ. Tu vero ex his que sunt a nobis hactenus exarata tam per te collige: quid de virtute animalia formãte Galenus ipse dubitauerit: ꝛ quid ex Hippocratis opinione nõnunꝙ scriptitarit. ¶ Utinã tã facile fozet super eadem re Aristotelis sententiã explicare. Sic enim tue questioni melius possemus satisfacere. Sed mos fuit huius philosophi res difficiles admodũ mira obscuritate tractare. Simili astu: vt aiunt nõnulli: quo sepia piscis atramẽto aquam infuscat: ne a piscatozibus capiatur. Aduertendum tamẽ est pro viribus: vt partim ex eius scriptis: partim expositozũ: qui clarissimi habẽtur in secta peripatheticozũ: que fuerit opinio Aristotelis de virtute quã formatiuam vocant eliciamus. De hac ipsa tamẽ etiam Aristotelem dubitasse Galenus testatur libro. ij. de cõplexionibus: vbi ita scribit. Utriqꝫ autẽ a veritate aberrant vna quidem ꝛ cõmuni ratione: quoniã de omni corpore ꝛ vna partium conãtur demonstrare secundo loco: quia virtutis naturalis formatricis nõ meminerũt: que artificiosa est ꝛ consentaneas motibus anime particulas format. De hac enim etiam Aristoteles dubitauit: ne forte diuinius quoddã principiũ existat: ꝛ non ẽm calidum ꝛ frigidum: humidũ ꝛ siccum. Scribit autem hec verba Galenus aduersus illos qui ex nasi simitate humiditatem: ex aduncitate siccitatem ex oculozũ itidẽ magnitudine humiditatem arguebant: quos dupliciter a vero inquit deuiare: ꝛ quia ex vno membro totius corporis complexionem putabant posse diiudicari: ꝛ quia formationis opus solis qualitatibus tribuebant. Dubitasse autẽ Aristotelẽ: an hec sit nature opus calido: frigido: humido: et sicco operantis: an alterius cause diuiniozis: constat ex verbis eius que circa finẽ quarti metheozozũ scripta legũtur in hũc modũ. Talia aũt a frigido ꝛ calido ꝛ motibus fiunt cõmixtis. Que vero ex his cõstant partes dissimilares haud vtiqꝫ viderentur: veluti caput: man⁹: aut pes. Sed queadmodũ ꝙ fiat es vel argentũ frigiditas causa est: et motus eius. Quod autem serra vel phiala: vel capsula: non etiã: sed hic quidẽ ars. Illic vero natura causa: vel alia causa. Hec quidẽ Aristoteles: qui cum superius calidum: ꝛ frigidum atqꝫ horum motus partium similarium animalis causas assignasset postea subinfert. Que vero ex his cõstant scilicet partibus similaribus partes dissimilares: non ex primis qualitatibus: vel ex alijs que ex primis ortum habent: veluti ex mollicie et duricie: aut reliquis: de quibus inibi loquitur Aristoteles suam essentiam sortiuntur. Sed sicuti es quidem et argentum a calido et frigido atqꝫ eorum motibus generantur: que vero ex his constant veluti phiala aut serra non eandem habent causam generationis: eodez modo se res habet in partibus dissimilaribus animalis: que constant ex similaribus: differũt tamen in hoc ꝙ phiale quidem ꝛ serre: quarum altera fit ex argento: altera ex ferro ars cã est. Partium autem dissimilarium aĩalis natura vel alia causa. Ex his verbis postremis Aristotelẽ fuisse ambiguũ apparet: natura ne an alia causa superior sit partiũ dissimilarium operatrix: quarum causas non possumus ad primas secundasve qualitates referre. Galenus quoqꝫ duas virtutes facit totius generatiue: alterã que per calidũ. Que alteratiua virtus: seu immutatiua prima. Que formatiua: seu ars optima: siue virtus agens precepto sui creatozis agit: ac frigidũ ꝛ humidũ: ac siccũ quam vocat ipse alteratiuam: Auicenam immutatiuã primam: que virtus: vt inquit Gal. lib. j. de virtutibus naturalibus: facit os: cartilaginem: neruum: membranas: ligamentum: venas: ꝛ reliqua huiuscemodi: que secundum primam aĩalis generationem natura operatur. Ut autez ait Auicẽne sñia Gal. volens vt videtur interpretari: que dat neruo cõplexionem propriam: ꝛ ossi cõplexionem propriam: alteram quam ꝛ Gal. ꝛ Auicen. quoqꝫ formatiuam nominant: que vt inquit Gal. facit membrozum similarium cũpositionem: ꝛ eorum que innascuntur complicationem: ꝛ in intestinum ppaginem ꝛ formam cauitatis interiozis. Ut autẽ Auicen. scribit: que precepto sui creatozis facit membrorum lineationem ꝛ ipsorum figurationem ꝛ cõcauitatem ꝛ foramina: ꝛ lenitatem: ꝛ asperitatem: ꝛ eorũ situs: ꝛ ipsorum continuitates. Hãc virtutem Gal. ait esse artificiosam vel potius artem optimam atqꝫ supremam. Auicen. ex precepto sui creatozis oĩa: q̃ agit operantem. Hec vero illa est de qua Gal. atqꝫ Arist. in verbis supra allegatis dubitarunt: ne sit virtus diuinioꝛ ꝙ illa que vi agit qualitatum primarum aut secundarum. Hanc autem Aristotelis dubitationem quidem recentiores philosophi ac medici: qui arabum doctrinam sequuntur mihi videtur accipere ex. ij. libro de gene. animalium: vbi Aristoteles. Theodozo interprete scribit hec verba. Inest enim in semine omnium quod facit vt sint fecunda semina videlicet quod calor vocatur. Idqꝫ nõ ignis nõ talis facultas aliq̃ est. Sz spũs q̃ in semine spumosoqꝫ corpa cõtinet: ꝛ nã q̃ in eo spũ est pporne respõdẽs elemento stellarũ. Quam ob rẽ ignis nullum animal generat. Neqꝫ constitui quicꝙ densis vel humidis vel siccis videtur. At vero solis caloz ꝛ animalium non modo qui in semine continetur: verum etiam si quid excrementi sit ꝙꝙ diuersum a natura: tamen id quoqꝫ principiũ habet vitale. Ceterum calozem in animalibus contentum: nec ignem esse: neqꝫ a b igne originem ducere: apertum iam ex his est. In his verbis Aristoteli non dubitanti: sed plane asserenti similis est. Compertum enim iam esse inquit: non autem etiam dubitari sit ne caloꝛ naturalis contentus in animalibus ignis: an natura aliqua elemento stellarum proportionalis. Neqꝫ adeo hoc loco de virtute formatiua seminis loquit: de qua ait Galenus ipsum dubitasse quantum de alteratiua siue immutatiua: que secundum Galenum facit os carnem neruum ꝛ ossa: et omnes denicꝫ partes similares animalis de quibus neqꝫ ambigit Aristoteles quin vi calidi: frigidi: humidi: ac sicci generentur: vt constat ex verbis libri. iiij. metheozorum: paulo antea in medium adductis: et ex multis locis libri de generatione animalium probari potest. Atqꝫ ex illo precipue secundi de generatione animalium vbi ita scribit. Ortus similarium frigore caloꝛe ve agitari consistunt coquunturqꝫ alia frigido alia calido: quarum rerum differentias alibi exposuimus ante scilicet que humoꝛe igneqꝫ resolubiles q̃ huoꝛe inresolubiles igneqꝫ illiquabiles sint p venas igit et meatulas quoqꝫ alimentum resudans: quemadmodum aqua per crudiusculam cu

Margin notes: Hui⁹ de opi. — Gal. incipit tractare. — Arist. opi. — Arist. astus — Aris. de formatiua dubitatio. — Auicenna. — Cap. iij.

tem in carnem: aut carnis proportionalem conuertitur frigore consistens: ex quo fit: vt caro ab igne resoluatur. Sed que terrena admodum oriuntur parum humoris calorisq; adepta: hec dum refrigescũt humore cum calore euaporante duram terrenamq; formam capiunt: vt vngues cornua vngule rostra: quamobrem igne hec molliuntur. Sed humore non nulla liquescunt: vt ouorum putamina. Nerui ⁊ ossa calore interiore conficiuntur siccescente humore. Quamobrem ossa resolui ab igne non possunt quo modo testa indissolubilis est. Hoc in loco Aristotel. palam facit se de ortu similarium idez sensisse: quod etiam lib. iiij. metheororum: neq; vel minimum de ipsis dubitasse quin calido: frigido: humido: et sicco eorum generatio perficiatur que est alteratiue virtutis operatio. Sed potius de dissimilaribus quorum structura et compositio admirabilis non videtur ad primas qualitates posse referri. Nam et. iiij. lib. metheororum ad quem nos remittit hoc loco cum ait se harum rerum differentias alibi exposuisse. naturam fatetur calido: frigido: humido: siccoue vtentem partes similares animalium efficere: partes autem dissimilares: vt caput manus ⁊ pedes: non ita videri constitui. Sed ab alia causa atq; aliter operãte: forte autem quispiam existimauerit Aristo. lib. ij. de gener. animalium: vbi ea verba scribit. Quam obrem ignis nullum animal generat: neq; constitui quicq̃ densis vel humidis vel siccis: videri virtutem potius formatiuam nobis innuere ꝙ alteratiuam: Quam certum est auctore Galeno Auicenna ve ⁊ reliquis medicis in membrorum similarium generatione per has agere qualitates ex quibus ait Aristoteles nihil videri constitui: nos autem ita opinantibus atq; obijcientibus respondemus non negare simpliciter Aristotelis calorem esse causam saltez instrumentariam partium animalis. Sed calorem igneũ hoc est ab igne factũ q̊ vt inq̃t: idẽ Aristo. lib. j. metheororũ est excessus ⁊ veluti feruor: ⁊ vt ĩ libris de gene. ⁊ corrup. testat̃ glaciei ꝓportione respõdet. Sicuti eĩ illa hũidi cõcretio est ꝑ excessum frigoris: sic ignis feruor caloris est et superabundantia: quare vt et mihi ait nihil ex glacie: aut igne generatur. Ut autem hoc in lib. ij. de generatione animalis nihil ex humidis: aut siccis ignitis idest igne perustis generari videtur. Sic enim verior sensus Aristotelis explicatur ꝙ in verbis que habentur in translatione Theodori: neq; cõstitui q̊cq̃ densis vel hũidis vel siccis videt̃. Has eñ qualitates scilicet humiditates et siccitates tanq̃ principia passiua conferre ad constitutionem animalium: non negat Aristoteles. Cuz calor viuificus agit in ipsas: quem ait esse proportionalem calori stellarum: qualis est qui in semine continetur. Sicuti enim calor celestis agens in lutum ex eo generat animalia ita et calor seminis in materiam sibi conuenientem idem operatur: quare hic calor semini inditus non calor celestis vt quidã opinantur: sed calori celesti proportionalis ab Aristo. dicitur: sicuti enim est duplex ignis secundum Aristote. alter in concauitate orbis lune qui viuificus est: alter qui est feruor ⁊ caloris excessus: ita et geminus calor: alter quo natura vtitur tanq̃ instrumento ad animalium generationem: alter quem ars adhibet ad suorum operum perfectionem. Calorez autem habentem principium vitale: non solum in semine contineri. Sed etiam in excrementis que a modo nature recesserunt. Aristoteles ait: quorum tamẽ excrementorum calorem nemo sane mentis: aut celestem: aut diuinum existimauerit. Quare quantum ad hunc locum attinet: haud quaq̃ ex eo mihi videtur Auerrois: aut Conciliator. Auer. sequens differentia quadragesimaoctaua posse concludere ꝙ Aristotelis virtutem formatiuam: que est calor seminis: vel eo vtitur tanq̃ instrumento: diuinis principijs assimilauerit: vel ꝙ eam rem diuinam et intellectum nominauerit: atq; a corpore seperabile iudicauerit: que omnia putat Conciliator differentia allata ex alijs verbis Aristotelis que eodem loco libri secundi de generatione animalium: scripta inueniuntur euidenter ostendi. Cum tamen his que Aristotelis eodem loco determinat sint omnino contraria verba Aristotelis que a Concilia. allegantur secundum antiquam translationem hec sunt. Geniture corpus in quod egreditur id quod animalis principij: et hoc quidem seperabile existens a corpore in quo apprehenditur quid diuinum. Talis autem quod vocatus intellectus: que verba exponens Concilia. ait: ꝙ considerans Aristote. virtutem formatiuam non habere organum adhuc figuratuz in massa spermatica vocauit eam seperabilem: ipsi⁹ tamẽ seperabilitas est alia ab ea que intellectus longeq; minor: ille namq; seperabilis est omnino: hec autem virtus diuina practica pre alijs nobilitata generationis virtutibus: cum ipsa sit simplex ⁊ immaterialis fere non immediate materiam attingẽs: indiguit subiecto magis distincto eam vehiculante ad membrorum generationes ⁊ formas dandas cõuenientes: hoc autem fuit spiritus: est enim corpus subtile vehiculum virtutis. Eguit etiam instrumento cum sit simplex: sicuti alie mixtorum virtutes: huius autem virtutis duplex existit instrumentũ: vnũ quidem est calidum celeste quod est viuificatiuum continue: nunq̃ vero peremptiuum faciens animata ad aliquam celi conformitatem accedere. Agit eñ ad consistentiam et continentiam eorum maxima ceu omnis virtus celestis facit constitui: sicuti ⁊ inesse contineri substantias generatas: et id dignius est instrumentorum quo ea medio actus nobiliores exercet: generatum inesse tali magis finitans. Est etiam ipsi aliud instrumentum secundarium scilicet calidum elementare quod quidem non habet omnifariam viuificare et continentiam causare: nisi calido reguletur celesti. Demum subiungit Conciliator ꝙ huiusmodi duplex calidum in frugum distinguit̃ maturatione secundũ Galenũ q̃rto: de simplici medicina. Hec quidẽ omnia Conciliator. Que si liceat tam celebris fame etate nostra viro contradicere: non consonant loco Aristo. quem ipse adducit: ex libro. ij. de generatione animalium: nam vt a postremis verbis eius incipiam: in quibus esse virtutis formatiue duplex instrumentum nititur demonstrare: non coherere illa Aristoteli: ex his que antea diximus de duplici igne: ⁊ duplici calore satis arbitror esse perspicuũ: ⁊ adhuc magis ex verbis ipsius Aristo. etiam secundum antiquã translationem: que pro sua expositione allegat Cõciliator: possumus demõstrare: nã calidũ celeste non esse instru-

Marginal notes: Dub. in Aristo. — Respõ. — Auerro 12. met. cõ. 18. ⁊. 7. meta cõ. 31. Cõcilia tor. drĩa. 48. — Conci. ver. — Contra cõ. et Auerro

mentū virtutis formatiue: aut alteri⁹ virtutis virtuti formatiue ministrantis indicāt verba Aristotelis que in antiqua habentur translatione. Omnium q̄dem in spermate inexistit q̄d gonima facit esse spermata vocatum calidum: hoc autem non ignis neq̄ talis virtus est: sed interceptus in spermate ⁊ in spumoso spiritu: ⁊ in spiritu natura proportionalis existens astrorum ordinationi. In his verbis Aristoteles apertissime ostendit calorem illum qui facit semē esse fecundum: de quo hic agit: non esse extrinsecum semini: qualis est celestis: sed ipsi semini inexistentez subiungit tamen hunc calorem non esse ignem neq̄ talem virtutem: ne quis forte existimaret: q̄ eēt calor igne⁹: hoc est talis ignis: q̄ vim habet destruēdi magis q̄ generandi: ⁊ non calor: sed feruor potius atq̄ excessus caloris nominatur: vt supra diximus⁹ ex eiusdem Aristotelis auctoritate. Naturam autem huius caloris: que est generatrix ⁊ non peremptrix contentam in semine vel spiritu seminis: nō ait Aristoteles esse celestem: sed proportionalem: vel vt habetur ī noua translatione Theodori: proportione respondentem elemento stellaruz. Unde non sequitur. Calor seminis non est calor igneus: ergo est calor celestis. Est enim calor tertius elementi ignis qui facit ad generationem: atq̄ ideo dicitur calori celesti proportionalis. Illa vero est multo magis consecutio necessaria. Calor seminis est proportionalis calori celesti: ergo non est calor celestis: quod enim alteri est ꝓportionale non est idem quod illud alterum. Mens in anima est proportionalis oculo ī corpore: ergo mēs non est idem quod corporeus oculus. Neq̄ inficias eo calorem celestem esse causam generationis animalium: quoniam testante alibi Aristotele. Sol ⁊ homo generat hominem: sed nego esse instrumentum intrinsecum semini: de quo hoc loco libri secundi de generatione animalium intelligit Aristo. cum quid sit illud quod facit semen fecundum nititur declarare. Hoc enim in semine continetur: vt verba Aristotelis planissime ostendunt. Motus autem eternoruz ⁊ volubilium corporum ⁊ forme intellectuales sunt extra semen vt clarius est q̄ vt egeat demonstratione. Galenus quoq̄: quem ad ostendendum colorem duplicem allegat Cōci. libro quarto de simplici medicina non aliud eodem libro voluit nisi q̄ preter calorem seminum intrinsecum ex quibus fruges generantur qui calor est anima ipsorū seminum: s̄m Galenum etiam calor celestis ad frugum complementuz exigatur sed neq̄ ex verbis Aristotelis a Conciliatore adductis differentia. xlviij. Corpus autez geniture ⁊c. elicitur q̄ Aristoteles virtutem formatiuam seminis vel intellectum vocauerit vel quid diuinū: aut a corpore separabilem iudicauerit. Hec eniz omnia repugnant his que paulo supra in eodez loco determinauerat: cum mentem solam extrinsecus accedere solaz esse diuinā: nihilq̄ eius communicare cum corpore: hoc est esse a corpore separabilē ostendit. Si soli hec menti conueniunt s̄m Aristot. quomodo paulo post easdem etiam virtuti formatiue tribuit proprietates ⁊ q̄ mens appelletur: ⁊ q̄ sit separabilis: ⁊ q̄ res diuina sit? Unde illō quoq̄ de ea colligi posset: q̄ etiā deforis accederet: nam translatio Theodori: que ⁊ fidelior ⁊ multo clarior est antiqua hec omnia ostēdit que dicimus si verba que allegantur a Conciliatore de virtute formatiua: ⁊ non de illa que ꝓprie mens appellatur: ⁊ sola separabilis est dicta intelligātur siquidem pro illis verbis a Conciliatore adductis habentur hec alia in translatione Theodori. Corp⁹ aūt gen ture in quo semen animalis principij contētum vna prouenit partim separabile a corpore in q̄bus diuina pars comprehenditur qualis est q̄ mēs appellatur: partim inseparabile ⁊c. Adapta hec verba virtuti formatiue vt vult Cōcilia. debere adaptari: ⁊ plane sequentur illa que antea diximus: virtutē scilicet formatiuam mentem appellari: ⁊ esse partem diuinam: que comprehenditur in semine: ⁊ preterea esse separabilem ex quibus etiā vt diximus: colligi illud posset ipsam venire deforis. Sed hec omnia etiā in propatulo falsa visus est animaduertisse Conci. vnde adiut⁹ a barbare translaiionis obscuritate mira glosemata excogitauit que nunq̄ vt arbitror Aristoteles somniauit. Ait enim virtutem formatiuā nō mentem vel intellectum simpliciter ab Aristo. nominari: sed intellectum vocatum ad differentiam intellectus potentionalis ⁊ agētis. Sed velim scire a Cōcilia. aut Conciliatoris sectatoribus: vbi nunq̄ legerint apud Aristotelem vocatū esse intellectus ꝓprietatem sicuti potentionale ⁊ agens. Nonne hoc quoddam est nugamentum si ita dicatur: q̄ virtus formatiua ab Aristotele intellectus vocatus vocetur: neq̄ enim hanc fugit Concilia. nugationem etiam si pro verbo vocatur posuerit nominatur: ita scribens: nominauit aūt eā Aristo. intellectū vocatū. Si pro verbo nominauit vocauit dixeris apertam videbis nugationē. Sed ⁊ translatio Theodori que habet q̄lis est que mens appellatur manifestime destruit Concilia. expositionem. Alibi quoq̄ Aristo. per vocatū intellectum non virtutem formatiuam sed ipsum solū nudūq̄ intellectū: qualis est qui intellectus agēs nominatur nobis dedit intelligendū: vt cū. j. lib. de aīa timeū taxat non recte dicentē aīam esse magnitudinē his verbis. Primū quidē igitur non recte dicentē cū aīam dicat esse magnitudinē totius vcz talem eē vult qualis vocatus intellectus: vocatum autem intellectum significare hoc loco intellectum agentem, licet ex Themistij paraphrasi coniectari: cui consentit etiam expositio commentatoris: que ait Thimeū in verbis suis per animam intellectum significasse ⁊ nō virtutem formatiuam. Ait preterea Conciliator q̄ considerans Aristoteles virtutem formatiuam non habere organum adhuc figuratum in massa spermatica vocauit eā separabilem. Sed meminerit Conciliator non ea ratione aliquam virtutem vocari apud Aristotelem a corpore separabilem: quia nō habeat organum figuratum: sed quia non habeat organuz corporeum: vel, vt verbis Aristotelis vtar: quia eius actio non cōmunicat cum corpore: tali enim ipse vtitur ratione in hoc ipso de quo disputamus loco: volens probare solam mentem extrinsecus accedere: nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Relique autem potentie anime, cum sint inseparabiles: vt ait per se accedere non possunt. Quorē inquit principiorū actio corporalis est: hec si[ne] corpore inesse non possunt: verbi gratia: ambu[la]re sine pedib⁹: itaq̄ extrinsec⁹ ea venire impossib[ile] est. In primo etiā libro de anima: vbi dubitat[ur] sit[ne] aīa a corpore separabilis an nō: in hūc modū [de]cidi ac definiri posse questionē Ari. arbitrat[ur]: vt si q[uo]d sit anime op⁹ aut affectio propria possit contin[ge]re: vt aīa

Cōci. glosemata.

Cōtra Conci

seorsum a corpore fit. Quia autem Aristoteles per operationem anime propriam intelligat non illam que fit sine organo figurato: sed organo corporeo simpliciter indicant verba Themistij sensum philosophi in loco statim allato explicantis. Sunt autē hec que verbis paulo ante adductis subiunguntur. Sed si nihil est soli anime proprium: immo corpus ad oīa munia in societatem participatumque recipitur: siue illud hoc est quod oculis cernitur: quodque forma ista: que sub obtutum venit ⁊ figura monstratur: siue interitus ⁊ latentius aliud quale comminiscebatur Plato non potest contingere vt seorsum a corpore habeatur obmaneatque: alioquin otiosum aliquid natura creauerit: quod defendi non potest. Ex his satis arbitror esse ostensum non posse virtutem formatiuā que vt etiam concludit Conciliator: habet corpus subtile pro instrumento aliquo modo separabilem nominari secundum Aristotelis opinionem. Quod autem neque res diuina ab ipso vocetur illa ratione probatur: quia cum corpore aduenit: semine scilicet quod est excrementum alimenti. Absurdum autē videtur vt alicui excremento res quepiam diuina tribuatur: natura ⁊ ob similem rationem negauit Aristoteles virtutem intellectualem: que res diuina sit: cum semine prouenire: quod sit excrementum alimēti: vnde eam extrinsecus accedere pronunciauit. Si ergo Conciliator virtutem formatiuam rem concedit esse diuinam. Cogitur autem id concedere si verba illa omnia: corpus autem geniture: in quo semen animalis principij contentum vna prouenit partim separabile a corpore: in quibus res diuina comprehenditur: qualis est que mens appellatur: de virtute formatiua dici ab Aristotele intelligantur. Hanc quoque virtutem ⁊ non solum intellectualem accedere extrinsecus vna cogetur fateri quod nos posse colligi ex Conciliatoris sententia etiam antea significauimus: cum presertim Aristoteles virtutem: de qua loquitur in verbis adductis: non aliquo modo separabilem: sed simpliciter separabilem ⁊ non quasi diuinam: sed oīno diuinam ⁊ talem qualis que mens appellatur esse nobis insinuauit. Quod animaduertēs Michael ephesius: cuius plures habentur in libros Aristotelis grece scripte expositiones: in quibus presertim liquis desunt Alexandri commentationes: hunc locum exponens: non de alia vi vult hec verba ab Aristotele scribi quam de ea de qua etiā paulo supra idem Aristoteles in eundem fere sensum hec verba scripserat. Restat igitur vt mens sola extrinsecus accedat eaque sola diuina sit. Nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis: sequentia enim verba que in greco codice ita se habēt. τὸ δὲ τῆς γονῆς σῶμα ἐν ᾧ συναπέρχεται τὸ σπέρμα τὸ τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς· τὸ μὲν χωριστὸν ὂν σώματος ὅσοις ἐμπεριλαμβάνεται τὸ θεῖον· τοιοῦτος δ' ἐστὶν ὁ καλούμενος νοῦς. τὸ δ' ἀχώριστον· τοῦτο τὸ σπέρμα τῆς γονῆς διαλύεται καὶ πνευματοῦται· φύσιν ἔχον ὑγρὰν καὶ ὑδατώδη. Hoc est: si verā volumus facere trāslationē: ⁊ quasi verbū ex verbo. Geniture autem corpus in quo vna prouenit semen principij anime: hoc quidem a corpore separabile in quibus pars diuina comprehenditur qualis est que mens appellatur. Hoc autē inseparabile: hoc geniture semen dissoluitur ⁊c. Hec inquit verba facit Michael ephesius precedentibus cō

Michael ephesius Ari. expositio.

